# M·T·CICERO-
nis Epiſtolæ ad T. Pomp. Atticum, & ad M. BRVTVM, Cum Commentariis Io. Baptiſtę Pii Bononieñ. per quem ab infinitis deterſæ ſunt mendis. Cũq; Iodoci Badii Aſcẽſii in eaſ-dẽ adnotationibus: pręmiſſo Inſigniũ indice.




Vęnũdantur ipſi Aſcenſio & Ioanni Roigny, Pariſii in via ad diuũ Iacobum, cum Gratia & priuilegio mox ante indicem ſignandis.

# MAGNIFICIS DECEMVIRIS LVCENSIBVS IOANNES BAPTISTA PIVS FELICITATEM.

COgitanti mihi ſub cuius pręſidio Lucubrationes in Epiſtolas ad Atticũ, opus omniũ pulcherrimũ, a caninis rictibus tutũq;, prodire poſſet, in quibus enucleandis pluribus opus fuit, q̃ ad plauſtrum fabricandum (vt inquit Heſiodus) occurriſti ἀπὸ μηχανῆς θεός mihi ciuitas alma Luca. cui⁹ clypeo, vt ita loquar, Aiacis munitus, vel digito cęlum attingam, Zoilos, Momos, & γλωσσογάστορας eludam. Nam & tibi numen, ſcribã enim ἀκολακεύτως, adeſt. Aſtręa Iuſtitia, quæ apud non parum multos Italiæ populos in cęlum receſſit, tecum hoſpitatur: idq; nõ iniuria, vt a qua non vngue latius abſcedis, pro cuius honore in propria viſcera pia impietate graſſaris, pariq; cultu cæteras virtutes ethicas adoras, vt ex illis facta quadam aureorum annulorũ vi Lydii lapidis, cathena, animos mortalium deuincis & alligas. Quis hoſpitio tam pio, tã politico, non exultet? hoſpitio inquam non hominũ, ſed heroum atq; ſemideorum, quibus tua reſpublica eſt, ſemperq; fuit refertiſſima, orbis vniuerſi pręconio celeberrima, tot dotibus deorũ lõge coruſca. Admirabiles ſunt templorum tuorum ſubſtructiones, marmore prope Pario, Dędalea manu fabrefactæ, vbi interdiu noctuq; ſtatis horis mitrati ſacerdotes Dauiticis concẽtibus, voce ſcita & canora, precibusq; ſupplicibus, & ipſo populo ſacro deditiſſimo, ſalutem tibi comprecantur & impetrant. Quare iure tuo illud Maronianum exclamare poſſumus, O diuum domus Ilium. Nec mediusfidius a conditoribus tuis illuſtribus tantillũ degeneras, qui tanq̃ heroes Heraclei, amœno litori tuo appellentes feliciſſimã ſedem, Ioue dextro, in hoc ſolo poſuerunt, ſobolemq; Lucenſem per omnia ſecula duraturam propagarunt. De quibus, quoniam in laudibus tuis libenter acquieſco, pro tempore nonnulla recẽſere collibuit. Strabo ἐν τῷ ε. γεωγραφουμένων ſic propemodũ græce ſcribit. πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν ἐστὶ πόλις τοῖς ὑπερκειμένοις φιλλόνης λοῦκα. ἔνιοι δὲ κωμηδὸν οἰκοῦσιν. εὐανδρεῖ δ' ὅμως ἡ χώρα, καὶ στρατιωτικὸν ἐντεῦθεν τὸ πλέον ἐστὶ, καὶ τὸ τῶν ἱππικῶν πλῆθος, ἐξ ὧν καὶ ἡ σύγκλητος λαμβάνει τὴν σύνταξιν. Expẽde interpretẽ an Græcis omnino concinat. Sic eñ ad verbũ, Ad montes autẽ Lunæ incũbẽtes vrbs eſt Luca, vbi pleriq; vicatim habitant. Regio tamen probitate virorum floret, & robur militare hinc educitur, & inde equitum multitudo, ex quibus Senatus militares capit ordines. Audi quæ Frontinus rei militaris grauiſſimus auctor ediſſerit. Domitius inquit, Caluinus, cum Lucam obſideret, non ſitu tantũ & opibus, verũ etiam propugnatorum pręſtãtia tutam, circũiri muros frequenter omnibus copiis inſtituit, eaſdemq; reducere ad caſtra: qua conſuetudine inductis oppidanis, ita vt crederẽt exercitationis id gratia facere Romanum, & ob hoc nihil ab eo conatu cauentibus, morem illum obambulãdi, in ſubitum direxit impetum, occupatisq; mœnibus expreſſit illud, vt ſe ipſos dederent & oppidũ. Plutarchus in Pompeio. Cęſar ſuperatis Alpibus apud ciuitatem Lucẽſem omniũ virorum & matronarum magnũ numerũ acceſſiſſe memorat. Cõſulares viri eo profecti ſunt. CC. inter quos Põpeius & Craſſus fuerũt, Proconſulum quoq; ac Prætorum, CXX. faſces ante Cæſaris fores inſpecti. Vbi cum Craſſo & Pompeio fœdus initum. Idem apud eũdẽ Cheroneum reperies in Cæſare & Craſſo, quibus ſuffragatur in Dictatore Tranquillus, necnon M. Tullius in familiaribus. Plinius libro. iii. Naturalis hiſtoriæ, Coloniam Lucam a mari recedere ſcribit. De qua pariter non tacuit Liuius. Annius Vetulonius, quem Pomponius Lætus exploratorem veritatis appellabat, Catonem Lucam illuſtrem dicere facit Lucio Lucumone Thuſcorum duce. Idem Pompeius, quẽ tamen Aldus ex pernionibus podagras ſæpe facere ſolitus, audacter interleuit, & fucum aſperſit. M. Cicero in Famil. Epiſtolis Caſtronium laudat Lucenſis municipii principem. Antoninus in Itinerario, necnon Ptolemæus Lucę nominetenus meminerunt. Recentiores hiſtorici Adalbertum illuſtrem Thuſcorum Marchionem Lucenſem memorant, ea potentia, vt inter omneis Italiæ principes, ſolus cognomẽto diues diceretur, cui vxor eſſet nomine Berta Caroli magni neptis, poſtea Regis Vgonis mater. Adalberti quoq; filius Vido Ioannem Pontificem coercuit. Hoc ſtemmate Mathildis fœminarum lectiſſima, duxit originem, quæ Petri ſucceſſores

regia liberalitate locupletauit, ſacras ædes erexit, mauſoleo notiſſimo non inferiores, totamq; Italiam inſtruxit ac ornauit. Imperator Otho primus cudendę pecuniæ ius ampliſſimũ conceſſit, & cum ſingulis annis in Italiam veniret, Lucam ſedem ſuam elegit, vbi de controuerſiis cognoſcebat. Carolus quartus Imperator Lucenſibus libertatem reſtituit, & agri terminos cõceſſit ampliſſimos, iusq; dedit regię ciuitatis. Sigiſmũdus Imperator in Hetruriam deſcendit cum exercitu vti Lucenſes tueretur. Nec id omittere fert animus, ad pietatem enim attinet, Beatum Paulinum Præſulem & martyrem a Diuo Petro miſſum ad Lucenſes, Lucam primam omniũ ad orthodoxam fidem conuertiſſe. Vrbanus itidem. V. Pontifex iugo preſſam immerentem Lucam, accito Carolo quarto ex Germania, erogatis. V. millibus aureorũ libertati priſtinæ reſtituit. Mox vi per Lucenſem ditionem iter faciens, Conſulem Lucenſem (quem vulgo vexilliferum dicunt) enſe, aureo pileo, gemmatoq; donauit. Quid ꝙ Alexander Pontifex Maximus dignitate huius vrbis illectus, inter titulos Pontificios ſe Lucenſem adſcripſit epiſcopum? Pro fide, pro eccleſiaſtico imperio, Lucenſes pertinacis animi fuere. Legimus enim quinq; millia Lucenſium pro ſede Apoſtolica, in agro Senenſi contra Manfredum Regem, deſiderata fuiſſe, cũq; cęterę Hetruriæ ciuitates defeciſſent, ſola Luca permanſit in fide. Quid? nõne piaculum committerem, impiusq; viderer, ſi turpi ac inerti ſilentio Laudiuinũ tacerẽ Lucenſem primũ priorem Carthuſienſem fuiſſe, poſt Brunonem eiuſdem ordinis conditorem? Nec taceantur duo Lucenſis agri medicati fontes, qui cęteris potiores vitam prorogant humanam. Caſtrutius ille virtute militaris præcellens Piſtorium, Piſas, ac Volaterras ſubiugauit. Fidei præbet exemplum Denarius aureus in Lucenſi moneta Iuſtiniani tempore percuſſus, in cuius fronte Lucæ nomina viſuntur, ex obliquo vero crux noſtri Liberatoris inſigne, cũ his fere ſyllabis, Vi, Vi, Vi. Nonnulli quibus iſta conſectari curæ fuit, interpretantur, alluſiſſe his M. Ciceronis poſitis in Oratione pro Milone, vi victa vis. Alii pereruditi viri verbo ter repetito, viuat, viuat, viuat crux. Pene præterii quod minime prætereundum fuit, Alexandrum. iiii. Põtificem, Diui Petri imaginem in ſignis deferẽdam, ac in ære cudendam, inſtar magni muneris dediſſe Lucenſibus. Quin & crucem defert epiſcopus more archiepiſcoporũ: Canonicis quoq; mitræ datæ ter quotannis epiſcopali more deferendæ. A latis pariter imperii finibus cẽſenda, vtpotę cuius ſacra ditio agrum Piſanum, Piſtorienſemq; penetrat. Ornatur quoq; Lucio. iii. Pontifice Max. qui ſolis Lucenſibus in Hetruria nummũ percutiendi ius conceſſit, edicens ne alio genere nummorum ꝗ Lucenſium vterentur Hetruſci. Sed antiquis ac veteribus omiſſis ad recẽtiora veniamus. Iuris Cęſarei Pontificiiq; Doctores, Medicos, Philoſophos habes Luca ciuitas eximia, Poetas inſuper ac Oratores, quales Tricliniũ non vidit Herodis, non Hadriani Atheneum, non regum Perſarũ muſeum, ſingulos in Arcturi menſam admitti nõ indignos. Mercatores meros Mercurios, qui ex orbe longinquo mercimonia conuehentes, patrium ſolũ locupletant, in quibus fere ſolis fides iuſtitiæ fundamentum inuenitur, in quorũ lingua boues multi ſedent, & noctuæ non paucę ſub tegulis hoſpitantur, qui ſceptrum pariter & calamum exercere nouerunt. Domus vrbanæ tuę (ad te enim me conuertam, florentiſſima Luca) Palatinæ ſubſtructiones, ac Pompeiana theatra videntur. Imperatorum, Pontificiorũq; diadematũ hoſpitia. Longum facerem ac prolixius excurrerem, cum præſertim arida vena ex ſicco fonte demanet, ſi vellem admirari, ac pariter amplificare, iuſtum, pium, ſanctũ reipublicę tuę Senatũ, cuius pręſtanti virtute ſola in cęlo Italo, decus, imperiũq; tuum incolume, patientia, prudẽtia, numine deorũ amico, retinuiſti: cuius ægide protecta potẽtiſſimos hoſtes repuliſti. De tuorũ amplitudine Senatorũ quid amplius loquar? Hi procul dubio mihi referunt maieſtate Priamum, religione Pompilium, continentia Scipionem, conſilio Fabium, munificẽtia Titum, clementia Cæſarem: in quorũ negociis viſitur labor admirabilis, in periculis fortitudo, in agẽdo induſtria, in conſultando prudentia, in prouidendo conſilium, adeo vt domi foriſq; eminentiſſima patrum conſcriptorum virtus eluceat, in primis in ea colenda & accerſenda. Sũt enim Patres Ariſtotelicæ ſententiæ memores, eam videlicet ciuitatẽ eſſe perbeatam, in qua maxime virtus honoratur. Imitatur ſane Senatus tuus ſanctiſſimorum patrum Viennenſe concilium, vt refertur Clement. libro. ii. Titulo de Magiſtris, vbi tam ſollicite ſtatuit auctoritas eccleſiaſtica, de parandis trium linguarum doctoribus. Imitatur Carolum Magnum qui Pariſienſe gymnaſium & Ticinenſe viris vndiq; doctiſſimis accerſitis inſtituit. Imitatur Alexium imperatorem, qui muſeum erexit, in quo pueros erudiendos inſtituit. Imitatur Federicum, qui



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Patauinum auditorium fecit. Imitatur Sigiſmundũ Imperatorẽm, qui ſæpe Romanos principes accuſauit, quod literas latinas odiſſet, ſubdens maxime fouendos, quos naturæ excellẽtia virtutibus anteſtare facile voluit. In parandis inaugurandisq; bonarum literarum præceptoribus, Senatus idem prudentiſſimus non parcit ærario etiam ſanctiori: in qua quidẽ magnanimitate (vt affatim dictum eſt) Reges exteros & Romanos principes æmulatur. Habemus exempla domeſtica ne quęramus foris. Etenim me corcoron (vt Græci dicunt) inter olera, proxime primas in Bononienſi gymnaſio tenentem, ciuem ſuum eſſe voluerũt, & iuuentutis ingenuę moderatorem, quo quidem vno me felicem nuncupo. Siquidem hic reperi quod diu fruſtra quæſiueram, gratiſſimam animo meo libertatem, quam cum paucis tu ciuitas alma mordicus tenes, ſemperq; tenuiſti. Accipe ergo reſpublica florentiſſima, accipite florentiſſimi Decemuiri noſtros in Epiſtolas ad Atticum Commentarios, mnemoſynon videlicet & monimentum animi vobis addictiſſimi, in quo cenſendum nil niſi dátis amor. Si meliora maioraq; haberem, vt inſit Gręculus ille, lubens meliora ac maiora darem. Lacte litant ruſtici, qui non habent thura: nec vlli vitio fuit deos colere quoquo modo poſſet. Hæc tamen quãtulacũq; fuerint, maxima faciet dicatura, ſiquidem ſacra ſunt quæ ſacris adhęrẽt. Valete patres optimi, Piumq; veſtrum ſolito fauore protegite.

# TENOR PRIVILEGII

CAutum eſt a Maieſtate Regia, nequis triennio proximo ab hac impreſſione has M. T. Ciceronis Epiſtolas cum hiſce Cõmentariis, in ampliſſimo Francorum Regno præter nos imprimat aut aliubi impreſſas vęnũdet, ſub pœna confiſcationis omniũ librorum contra edictum & mandatũ hoc impreſſorũ, & inſuper arbitraria, dato nobis in rei teſtificationẽ diplomate authẽtico, regioq; ſigillo munito, & ita ſubſignato.

Guernadon.

SEQVITVR Signatorum in Commētariis Epiſtolarū Ciceronis ad Atticum & Brutum Index.

ABacus.fo.clxviij.
Abdera.lxx.
Abderition.cvij.
Aberiticon.cvij.
Abiurare.v.
Abrogare & Obrogare. fo.liii.
Abſynthiū bibit victor.3.
Abſolutis tm̄ prenſare licebat.1.
Abundus.clxvi.
Abuti & vti.lii.
Academia.iii.
Academia volatica. 188.
Acatalepſis.clxxxv.
Acceptum ferre. xxxi.
Accidere.xii.
Acciſmos. xcii.
Accius Varus.cxii.
Acco Acciſinus & acceſſare.xlii.
Accurſiana ſolertia. lxxi.
Accurſij balbuties.clv.
Acedia.clxxix.
Aceſei & Heliconis opera.clxviii.
Aceſtus.clxviii.
Acœnoniti.88.& ſeq.
Achaia.l.
Achariſtia.cxxxiii.
Achediaſma.ccxvi.
Acriſiedicęi iud.xc.
Acroamatici libri. lxix.
Acrochiriſmi.lxxxvii.
Acroteleutęon.lxxxv.
Actum ne agas.cxlii.
Actuaria nauis.lxxvii.
Actuariolum.ccxxvi.
Actuarioli.ccxxi.
Aculeolus.xx.
Acuſma.clxvii.
Addicere.ciii.
Adeo.cxv.
Ad equum.cxvi.
Adiaphoria.xl.
Adicearchi.xxxvii.
Adynaton.1.
Ad Opis.xci.cciii.
Adoptatio.xxi.
Ad quid.lxxii.
Aduentitia.xxii.
Adulatores notat.24.
Ædificare.lxv.
Ædiles.xxvii.
Ædiles Ceriales, &
Ædilatus.xxvii.
Ædiles curules.lxxxix.
Æditui.iiii.
Æmathia.clxiii.
Æmilia tribus.38.
Ænaria.clii.
Ænigmatiſtes.xcix.
Æquimelium.xlvii.
Ærarii Tribuni.xiiii.
Æs corinthium.xxix.
Æs dodoneum.xxxi.
Æs viceſimarium.39.
Æſopi filius.clxi.
Æſtiua.lxxxi.
Æſtiuare.84.
Affatim.xxxix.ccxix.
Affecta.xix.
Affectus.li.
Agam aliud.clxxi.
Agamemnon cur pro Pompeio ponatur.xx.
Agatho.clxxiiii.
Agglutinare.ccxxiii.
Aggreſſio.xi.
Agilitas.xviii.
Agiographa.clxxx.
Agon.xvi
Agon gymnicus.xvi.
Agonotheta.xvi.
Agoranomi.xxvii.
Agrarii.22.30.229.
Agripetę.cclxix.
ἀκολακεύτως.cxcvi.
ἀκολασία.cc.
Alarii.clix.
Alares.clix.
Allaudæ.ccxxiiii.
Alba Marſorum.cxxi.
Alberti magni erratum in Scytale.cl.
Albinus qui apud Gelliū carpitur Cicero Lucullum vocat.xxxiii.
Aleator.cxcviii.
Aleucia.clxiii.
Alexandria & Alexandrinorum natura. xxii.
Alexandri multi.xlv.
Alexandri magni exemplum.cxxiii.
Alicunde.174.
Aliquod,Quiddam.1.54.
ἅλις σπουδῆς.xxviii.
ἅλις δρυός.ibi.& xlii.
ἄλυτα σκέμμα.cv.
Aliud agam.clxxxi.
Allegorię.xliii.
Allien̄.dies.cxxxii.
Allobroges.ix.xlvii.
Almadianus.lviii.224.
Altercatio.xv.
Ama me.lxxxvii.
Amalthea.ix xvii.
Amanus mons.82.
Amare.iii.
ἀματαμελήτως.xcvi.
Amechania.ccxviii.
Amicus alter ipſe.xx.
Amicus tēporū.cliiii.
Amyntas.clxix.
Amyntica.clxix.
Amneſtia. cxix.
Amo te multum.85.
Amor eros.235.
Amor dæmon magnus eſt.234.
Amor duplex.234,
Amphoteroplum.86.
Anabole.viii.
Anadyomene.44.
Anagnia.clxv.
Anagnoſtes.viii.
Analogia.xciii.
Analogiſtę.iiii.
Anapanteton.cxxx.
Anapologeton.234.
Anantepadoton.113.115.
Anatheoreſis.cciii.
Anantiphonetos.xcii.
Anantiphoneſia.218.
Anatheoreſis.cxliii.
Anatociſmus.7.87.
Ancon.cix.
Anecdoton.ccv.
ἀνεμέσητα.ccxxiii.
Anemeſeton.clxx.
Anemophorita,cxcii.
ἀνηθοποίητον.cli.
Anexia.lxxviii.
Anicatus.xliii.
Animus,Mens.clvi.
Anniuerſaria.xx.
Annoniana lex.liii.
Annus ſecularis.iii.
Annus magnus.clxvi.
Annus maximus.clxvi.
Annus cynicus.clxvi
Annus metonicus.ibidē.
Annua die.clxvi.
Antemeridianę lrę. 187.
Anſa.cxcix.
Anteros.clv.
Ante victoriā canis.24.
Anthraces.ccxi.
Anthropographus.31.
Antilibanus.xxxix.
Antiochus.183.
Antiochęa.184.
Antipater.ccxxii.
Antiphon hiſtrio.lxviii.
Antip.Rhamnuſius.ibi.
Antiquare.x.xii.
Antiquiſſima.cxlvii.
Antiſthenes.cclxxvii.
Antiſtius.cxcix.
Antium & Antia.xxv.
Antonius Clodij affinis fuit.xlviii.
Antonij Herculei.214.
Antonij.232.
Apamea.lxxxi.
ἀπαντῆσις.ccxxv.
Apantheſiaſton. cxxx.
Apella Chius.clxxi.
Apelles.44.
Apellis exemplum.23.
Apertis tibis. xxxix.
A pedibus.cxx.
Aphęreſis.87.
Aphileſtatos.xix.
Aphya.cxliii.
Aphilodoxon.xl.
Aphidryma.cxc.
Aphracta.78.
Aphractus.xcix.
Apographa.clxxx.
Apolicotatos.cxxix.
Apolloniæ.lxxix.
Apollo zoſtenus 79.
Apollo clarius.xciii,
Apollogiſmus.223.
Apophthegmatiſmi.87.
Aporia.cx.cxv.
Apoſpamatia.xxvi.
Apoteugma.189.
Apotheoſis.17.
Apotheoſis.63.176.
Appelli.186.
Appiani error.x.
Appiani lo.46.
Appii forum.36.
Appij duo.89.
Appoſitus.52.
Apractotatos.12.
Apricatio & Apricari.cix
A primo.123.
Aproſegoreti.121.
Aproſdionyſon.226.
Aproſitos.84.
Aquilia Q.vxor.202.
Aquilius.1.
Aquinum.74.
Ara miſericordiæ.4.
Arabarches.41.
Arabarchia.41.
Arabice olere.41.
Araneę fugiunt ante ruinam domus.199.
Arbitri.7.
Arbuſcula.68.
Arcades Arcadia.146.
Archetypa.168.
Archetypon.220.
Archias.17.43.
Archilochus.ccxxv.
Archimedis quæſtio. fo. clxvii.
Archilochium.43.
Archilochum calcas. ibi.
Archini loculus.167.
Arculæ.26.
Ardea.xxv.
Areator.lx.
Area, Areola.lx.
Aretalogus.lxxx.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aretę.xxvi.
Areopagitæ.lxviii.
Ariopagus.xi
Argumentum.xxi.cv
Ariarathis Regis exemplum.lxxxi
Ariolor.cxxiii
Ariſtarchus xi
Ariſtia.cciiii.
Ariſtocratici.xi
Ariſtocraticotatos.38
Ariſtophanes.ccxxv eius lucerna.ibidem
Ariſtotelis eloquentia qualis.xxvi
Ariſtoxenus.cxx
Ariſto.lo.ccxix
Armamentarium Philonis.c.
Armenia.34.
Arpinatium vexillum M.T.C.xxxviii.
Arrius.xxxii.xxxviii
Arrius Pelignus.cxx
Arrogatio.xxi
Artemita.xxii
Articulate.xcvii
Articularis morbus.4.5.
Aruerni.xxii.
Aſiani equites.xix
Aſini in curiam volāt.xxxiiii.
Aſpirare.xlvi
Aſyſtatos diſputatio. fo.clxxxviii
Aſphalia.xlii
Aſpondon.137
Aſſis.81
Aſſus, Aſſabula.clxix
Aſtyages.37
Aſtyra ſeu Aſtura.147
Aſtrageticotatos.129
Aſtu.xxxii.
Attributio & Attributę pecuniæ.214
Athamas.clxix
Athanaſii de cantu in eccleſia faciendo ſententia.xxvi
Athenæ.4.
Athenatum decora & genius.c.
Athenio.37.94
Athetesis.c.
Athina.xlix
Atq; id.79
Atriolum.vi
Atophi.4
Attus in cōpoſit.138
Atticotatos, & Atticiſmus.xxix.
Atticotera.x.
Attici libri.4.
Atticiſmus.x.lxii.
Atticus bonus.iiii.
Atticū ciuem facit ſeptēnium.14.
Auctio.lxvi.
Auerruncare.cxxx.
Auguſti Cæſaris pater & auus.xvii.
Auguſtus Thurinus.49.
Aulicis quomodo ſit vita producenda.ccxx
Aurea pro æreis. xcii,
Aurea Cherſoneſus. 130.
Aurem in alteram & in vtrāq; aurem.188.
Auri ſacra fames. xlv.
Auſpex.34,
Authenticos.cxli, cxlix.
Autochthon.cii
Automaton.viii.
Autonomia.xc.xciiii.
Autotatos.c.
Autumnare.84.
ἀξιόπιστος.cxcii.
BAbe.cxvi.
Bacchus cornutus, lxxxv.
Baculi laureati, clxvii.
Barchio molli.xxvii.
Baie.xvi
Balaniſtę.xlii.
Balbulus.ccxiiii.
Balearicum mare.129
Baptę Eupol.xci.
Barbati mulli.28
Barbatuli.xii
Barones.lxxviii
Baſilica.38.
Baſilica Pauli.72.
Baſtum, Baſtazo.lxxx
Baſilij Buſtum.cviii
Bathytes.64.87
Bato.xcix
Belli.lxxvii
Belliſſimum.81
Bene.cliii
Bene emere.clxxiii
Bene mane.lxvi.ccvi
Beneficia compedes.ix
Bernardus in Romanorum mores.xxviii
Beroaldi laus.1.cl.
Beroaldi er.xci
Beſſes, Beſſales.68
Beſſi.cc.
Beſtia.ccxlii
Bidui aberant.81.
Byrſopolos.89
Boni.cxvii
Bono modo.187
Bonus homo.cvii
Boopis.xxxv
Bos nummus vnde, Bos incedit linguæ.xl
Bouilla pugna.lxxix,
Brenda.xiii.xlix.
Brabeutę.lxi.
Brachio leui.lxx.
Briuius. cxcvi.
Brunduſium.xiii.
Brutus.193.
Bruti re ipſa. cciii.
Bruti ludi.ccxii.
Bruti.ccxxxi.
Bulyſis.218.
Budæus de Aſſe & partibus eius.81.
Budæi laus.87.212.
Burſa.89.
Buſtum Baſilij.cviii,
Buthrotum.53.
Buthrotia cauſa.228.
CAdere. xlviii. xc. & ccxvii.
Caduceatores.vii.
Cęcilius.11.xvii.cv. &.193.
Cęcubus.198.
Cęlo ineſſe ſeu in cęlo eſſe.xxviii.xxxv.
Cęrulę miniatulę.225,
Cęſa, & inter cęſa & porrecta.82.
Cæſ.commentarij. xxvi. eorum locus 48.
Cæſ.lo.182.
Cæſaris in Domitiū clementia.cxix.
Cæſari obuiam miſit Senatus duos.cxxii.
Cæſaris clementia.cxlii.
Cæſaris columna.203.204
Cæſarei Romani proceres.cciiii.
Cæſares dij. 222.
Cęſim & punctim.213.
Calacia.224.
Calere & frigere.2.
Cales.cxii.
Callipides.183.
Caliпſo.clxvi.
Calon.cxxi.
Calendas.xvii,xliii.
Calor.lxxv.
Calpurnij, Calpus.iii.
Caluor.ix.
Caluus Otho.14.
Camiſus.44.
Candauia.l.ccxxxv.
Candidati apud Catonē deponunt.lxix.
Canere receptui.cxxvi.
Canetus.ix.
Canis.xcvi.
Cannę.lxxv.
Capitones.229.
Capitationes.81.
Capſaces.xi.
Capua.cxxv.187.
Caput eſt.xviii.
Caput. clxxv.
Cara cognatorum.128.
Cardo Bononieñ.xxx.
Carneades.cii.clxxiii
Carnis in nominatiuo.3.
Carteia.ccxvii.
Carundas.xci.
Caſca Tribunus.227.
Caſſandra.cxxiii.
Caſſiterides.clxvi.
Caſſius Barba.xcvi.
Caſſius apud Tranq.204.
Caſſij origo.234.
Caſſius præſul.234.
Caſtranus ager.cxxvi.
Catabioſis.281.
Cataphractę.78.
Cataſtagmos.154.
Cataſcopium.lxxvii.
Catacliſmus.clxvi.
Cotacriſis.31.
Cathypotheſis.cv.
Catholicon.ccvii.
Cati.xliii.
Catilina reus.2.
Catillones notat.24.
Catonis laus. xii.xix.
Cato ſeuerior & intempeſtiuum pomum.28,
Cato Helluo librorum & grammaticus.clxvii.
Catonis oratio.167.
Cato puerorum eſt opus Auſonij.ccvi.
Catoptice.xxx.
Catulli lo.188.
Catuli Melitei.xlix.
Cauſa.87.
Cauſa non iudicāda ante ptē aduerſam auditā.114
Cauſia.xi.
Cauſion.xi.
Cea.79.
Celebritas.174.
Celtarum forum.232.
Cenos.c.
Cenoſpuda.cxxx.
Cenſores.xix.
Cenſura.xix.
Centenarium.vii.
Centeſimę.vii.
Centuriata.lix.
Cephalea.xl.
Cerata, Cornua.84.
Ceramicus.vi.
Cerata.85.
Cerata pocula.ibidem.
Cercyra.xxvi.
Cercus Cæſar.132.
Cerealia. 37.
Ceryces Ceryx.vi.
Cernere hæreditatem & Cretio eius.89.155.194.195
Cernere iterum.ccv.

Chamezelia.xxvi.
Cherades.xxxvi.
Cherſoneſus quadruplex aut Cherro.iiii,fo.xci.
Cheronęa.xciii.
Chiragra.iiii.
Chirurgia.lxi.
Chreſiomathes.v.
Chryſippus.xcix.
Chronoleri ſenes. ccix.
Cibdelia xl.
Cybura.lxxxv.
Cibuſtra.lxxxii.
Ciceronis locus.vi.
Ciceronis de ſe iactantia. fo.xxvi.
Cicero eſt Plato togatus, .i.Romanus xlviii.
Ciceronis reditus .xlviii
Ciceronis in patriã redit⁹ quomodo factus.lviii.
Ciceronis poema.lxiii.
Cicero Imperator. 89.
Cicero filius a patre degenerauit.xx.
Ciceroni quæ literis ſtudẽdi occaſio.136.
Ciceronis ſeculum eruditum.clxxi.
Ciceroni nõ diſplicet dominus.ccxi.
Ciceronis filii mors.215.
Cicero nõ ſemper nec in omnibus libris ſuauis. fo.ccxxvi.
Cylibantum. lxv.
Cilibæ.lxv.
Cimbrica Cherſoneſus q̃ & Dacia & Dauia dicit̃. fo.ccxxxii.
Cimeliarchium quid.cxv
Cincia lex.xxv.
Cingulum.cix.
Cynicus Piſo.xxxv.
Cinna.cvii.
Cinnę dominatio.149.
Cynocephalus.xcii.
Circũforaneum.xxix.
Circũuectio xl.
Circũrodo.lxiii.
Circus Flaminius. xi.
Circus.132.
Cyrus.xxx.
Cyrthus.xcvii.
Ciſtophorus. 33.xl.clv.
Citheris.lxviii.
Ciuitatum ſeu oppidorũ Italię numerus. cxxix.
Cyzicus.xlix.
Claudia.181.
Clarius Apollo.xciii.
Clauſula.xcv.
Clauis.cxi.
Cleanthis lucerna.ccxxv
Clementia Cæſaris.cxlii.
Clitellæ.lxxx.
Clitomachi.ccxix.
Clodia quadrans.xxvii.
Clodius.viii.
Clodii inceſtus.xxvii.
Clodius filius.liiii.231.
Cluo clxxi.
Cn.Cicero.xvi.
Coax.ccxvi.
Codicis loc.xlvii.
Codrus Paruus.cxciiii.
Cœloſyria. clii.
Cœloſyria.81.
Cœnum.xxvi.
Cognatus.189.
Cohortiũ nomina.ciiii.
Coitio.xix.lxviii.
Colias piſcis.xxxiii.
Collybus.clxviii.
Collybiſtæ.ibidem.
Colluuies.136.
Coloniarum liber. 124.
Columnaria.81.
Columnarium.182.
Columnaria cõditio. ibi.
Columna Cęſaris.203.204.
Comam.lxxix.
Comeſſator.xvi.
Comes.x.
Comiſſimus.x.
Comitia curiata.xxi.
Comites.lxxvii.
Comma. xl.
Comitia.lxviii.
Commeatus.cli.
Commentarii Cæſ.xxvi.
Commiſſio.ccxvii.
Commodum.73.182.
Compitalitia.xxxi.
Concerpere.clii.
Conglutinare.cvii.
Conquiſitores.cxiiii.
Conditio.clxvi.
Conſcendere.xcix.
Confector.clviii
Conſentaneum.xxv.
Conſidius.xlvii.
Conſtituo.cv.
Conſule tibi & Conſule boni aut mali.clvi.
Conſules in carcerem ducti.xxviii.
Contagio.ccviii.
Conturbare. xxvi. lxiiii.
Conuicium.xii.xvi.
Conuelli.cxxviii.
Conuictor.187.
Cophon proſopon.185.
Copia.cxxvi.
Coquere.lxxv.
Corax.xvii.
Corbita.ccxiiii.
Corcyra.lxxvi.
Corculi.xliii.
Cordolium.ccx.
Core.xl.
Corfinium.cxix.
Corycręi.clv.
Corycęus deus.clv.
Coryza.cliiii.
Cornificius & eius poetria.fo.1.
Cornua & Cornicularius fo.84.85.
Cornutorũ tribus. 84.
Corona.cxxviii.
Corrumpere.cxxxv.
Coſſi.xxvi.
Cotytia.xci.
Craſſipes.iii.
Crater.xxxv.lxxxv.
Craterus.clxx.
Credere.xvi.
Credulus ne ſis.xxiii.
Cretatę faſciæ.xxx.
Creticus Imperator.xxij.
Cretiones. lxxxix
Cripta.cxc.
Critolaus lega.clxxiii.
Croto.cxliii.
Crotone ſanior. ibidem.
Cucumæ.vii.
Culleolus.xcvi.
Curia.xxxiiii.
Curiones.ibidem.
Curiarum magiſtri.17.
Curiam notat. 34.
Curiata comitia.xxi.
Curiata lex.xxxiiii.
Curionis filiola.xii.
Curius aleator.1.
Curſare.cl.
Curu lis ſella.xxiii.
DAnace.x.
Daricus ſtater.xl
De.ii.xi.
Decii.ccxii.
Decimeſtris ptus.clv.
Decoquere.cxxxvi.
Decretorium.cii.
Decumanus fluctus.33.
Decuriones.xxix.
De die.188.
Dedita opera.ccxi.
Deducere.xxvii.
Defenſionis dies triginta fo.lxxii.
Defunctorie pfunctorie Tranſlatiue.xiii.
Dehiſcat terra.136.
Deliberatio Metel.118.
Delibero.ccxi.
Delos.lxxix.
Delphin ancorę illigatus fo.xxiii.
Demetrius.lxvi.
Democratia.xi.
Denarius.lxxxi.
Denſę dextræ.ci.
Depaciſci.cxxxiii.
Dependere.v.
D.poſiti.ccxxviii.
De ſaxo in crucem.cciii.
Deſcribere. xliii. lxvii. cxxi,& clxxxi.
Deſignator.lxi.
Deſignatio.ibidem.
Deſignare.lxii.
Deſperati relinquuntur naturæ.ccxxvii.
Deuium.lxii.
Deuorare.ciii.
Deus.ccxxxiii.
Deorum inſtitutores. 222
Deos habens faciles eſt fere difficilis.lxix.
Dextella.ccvii.
Diacria.cxciiii.
Dialogi.lxxv.
Diatrope.cxli.
Dieta.lxi.
Dibaphum.xxxvi.
Dicacitas.ix.
Dicarchęa.cxciiii.
Dicęarchea.x.
Dicęarchus.xxix.
Dicere legem.xxvii.
Dicendi formæ.clxxii.
Dicrotum.78.221.
Diecula.lxxxvii.
Digamma.136.
Digeſt.lo.lxxxvi.
Digitum nuſq̃.cv.
Dignatio.cxlix.
Dynaſtæ.xxxv.
Dynaſtia.ibidem.
Dioboli. xl.
Diœceſes.lxxxi.
Diodorus Stoicus.xliii.
Diogenes lega.clxxiii.
Diogenes dolium voluit ne ceſſet.ccxi.
Digeſtorũ locus.33.86.
Diomachi.ccxix.
Dionyſii.cv.
Dionyſius Areopag.cv.
Dionyſius in Coritho.135.
Diionis legationes. ccxii.
Diphilus co.xlii.
Diploma.cliii.
Diphthera.clxxxvii.
Dyrrachiũ.xviii. cxxvi.
Dyſopia.cxci.
Dyſchreſtia.cvi. ccxxiiii.
Diſculus. Diſcus.lxv.
Diſtinere.lvii.
Diuerſitor.cxcvij.
Diuerſoriolum.cxcix.
Diuiſores.xvii.
Diuortium.x.
Doctor nouellus. 81.

Dodecatêris,clxvi.
Dodona.xxxi.
Dodoneum æs.ibidem
Dodrans.xii
Dolabellę quot qui & vnde.232
Dolorum materia. 189
Dominus. xlii
Dominus Ciceroni non diſplicet &c.ccxi
Domitia lex.234
Ducere rationem.33
Duæ negationes pro vna cciiii
Duo pro duos.73
Dumnorix.xxi
Duplices.cliiii.
Duris.xci.
Dum.234
ECbole Thucid. ci.
Ecce,193.194.
Eclogarij.ccxx
Ecpyroſis clxvi
Edolare.cxcv
Edui.xxi
Effari,Effata.194
Egeſias.clxviii
Elaperiteon.17
Elenchi.lxii
Eleutherocilices.83
Elimare.223
Elis.l.
Eloquens.172.
Elucubrari.114.
Eluuiones.136.
Emandare & Amandare fo.cxi.
Embole.viii.
Embolis.cxxiiii.
Encauſtice & Encauſtum fo.xj.
Encomaſtica & Encomiū fo.xxiiii.
Endynamis.cxliii.
Enim.clxi.
Ennius.v.
Enomotia.ccxix.
Eo maxime.cx.
Epheſus.l.
Ephialtem iudicem agere.88.
Ephialtes.xj.
Epiphonemata.22.
Ephorus.33.
Epicephalia. vii. & clxxxii.
Epicharmus.26.
Epicheremata.xi.
Epicedium.14.
Epicephalęa.81.
Epiices,Epiicia.xc.
Epicaia,Epijcizare.227.
Epicrates Saceſphorus cur dictus.xxx.
Epidamnus.xviii.
Epirus.4
Epiſtolarum ad Atticū, quot ſunt libri.1.
Epigramma.175
Epiſcopium.cciiii
Epiſcopus.cx
Epiſimaſię,xvi.cxcviii
Epiſtates.lxxv.
Epiſtigma.xlvii
Epitaphij.vi
Epitaphiſtę.xiiii.clxxv
Epite cla.
Epiteugma.189
ἐπιτυμβίδ 101.22
Epitome.168.182
Epoche.c.
Epopœi.clxxv.
E quercu.189
Equi boni.cviii
Equidem.188
Equites Aſiani.xix
Equotuticum.87
Eranon.clxvii
Eratoſthenes.xxxiii
Erogatio.ccx
Erotes qui.ccvi
Eros vnde.235
Ergo.lvii
Erratum fabrile.xci
Eruditi probi.lxxxi
Eſea,Eſia.xcix
Eſernia.cxxiiii
Eſſe bono &c.xviii
Eſto.xc
Eteſię.xcix
Etiam.x
Euangelia.30.37.193
Eucti.l.
Euentor.131.137
Euenta conſilia probare ſeu ex euentu,cxxxv
Euelpiſtia.xl
Eugeneſteros,187.
Euhemerema.84
Euhemeria.cxl
Eulogia.187
Eulogotatos.clxxxii
Eumenus.xcix
Eumolpus.vi
Eumolpidę.vi
Eunus.xciiii
Euripiſta.198
Euripus.cxc
Eurotas.ccxii
Euſtomachos.cxxxi.
εὐθανασία.ccxxxiii.
Euthia.xcv
Eutychides.lxvii
Exacanthizin.xcviii
Exarare.clxv
Exceptio.89
Excipere.32
Exēplū memorabile.xj.
Exemplum Socratis.117
Exemplum Alexandri magni.cxxiii.
Exemplū Lyſandri.148
Exemplum Prohęreſij. clxxiiii.
Exemplum Ariarachis Regis.clxxxi.
Exercitum luſtrare.83.
Exhibere.lxxxii
Exoterici libri. lxix
Expenſum ferre.31.217
Explanationes.xxvi.
Explicare.cxc.
Extrichari.214.
FAbę nūmus. 17.
Fac.cxv
Facere cum illo. 99.
Facere mecum.ciiii.
Factum infectum eſſe nō poteſt.cii
Fames.lxxxv
Fannij.clxviii
Fartores.lix
Faſcię cretatę.xxx
Faſcię curules & pedules fo.xxx
Faſti populo proditi.79.
Fatim Affatim.39.
Fauonius.xxviii.lxx
Febris lenis.cvii
Februa.lxxviii
Feneſtrarum anguſtię & per eas videndi ratio. xxx
Feralia.cxxviii.
Ferre expenſum & acceptum.xxxi.
Ferre expenſum 217
Feſulæ.lxxv
Ficulnenſis ager.clxxvi.
Ficuum genera.176
Fides.ccxv.
Figulus.ij
Filius patri dulciſſ. xx
Flaccus Prætor.xlvii
Flagitioſe.cxii.
Flaminius circus.xi
Flauius ſcriba.89.
Floccos legere,Floccare & defloccare.68.
Floccus.lxviii
Fluctus Decumanus.33
Flumentana porta.cv
Fœnicularium.clxix
Fontes ſitiunt.clxvii
Foras dare.187
Fortitudo.32
Fortuna.83.ccxl
Fortunatæ inſulę. clxvi.
Forunatianus. 217
Forum Appii.xxxvi
Forum agere.81.
Forum.lxxxvi.
Forum Celtarum. 232.
Fortuna & eius cognomen.233.
Franci.cc.
Francones.cc.
Fratres & generi.lx.
Fraus.cxvi.clxii.
Fretum.xxvii.
Frigere & Calere.ii.
Frons hiſtricula.xvii.
Frons.ccii.
Fructum puto.clxvi.
Frugi v.lxv.
Fruſinates. clvi.
Fugere eſt turpe.liii.
Fulmen.64.
Fulminaſter.179.
Fuluiaſter.179.
Fundi.cxcviii.
Furina.clv.
Fuſia lex.xvii.
Futurū pro præterito.xx
GAbinius.lxxi.
Galeati lepores. 1.
Gallus flu.xxii.
Gallicum mare.cxxix
Grauedo.cliiii.ccxxv
Gazę erratum.33.
Gaza Theod.cv
Generatim.xi.
Generi & fratres.lx
Germanum.xxj
Germana.lxxii
Gyaros.79
Gyarij mures.lxxix
Gladius plumbeus.xiii
Glauci imprudentia.xcii
Glaucus flu.xcix
Glaucus.128
Glycypicron.85
Gloria.ccv. De gloria libri Ciceronis.ccxx.
Glutinatores,lxii.lxiii
Gnathenę meretricis faceta loquacis reprehenſio.ccxxiii
Gnomonice. 37
γοητεία.cxl.
Gorgonis caput intorquet,133.
Gramme.lxv
Grapheus.lxxvii
Gręcię Gręcia.4
Gręcos taxat.xlix.
HAbere rationē. 33.
Habere pro pati.c
Habere febrē,cxx.
Hadriani incendium. xc.
Hærere.cxxvi.
Hallucinari.ccxix
Harmoſyni.cx
Harpago Ouid.xxxvii
Hebes.cxviii
Helena.ccxxxviii.

Helia lex.xvii.
Helluo librorum Cato, fol.clxvii.
Heluetii.xxi.xxii.
Hemerologium.lxvii.
Hemimnęum.xl.
Heptamenęus.cliiii.
Heraclides Pon.185.
Heraclidion.ccx.
Herculaneum.ccix,
Herculanei.cxx.
Heretum.lxviii.
Hermathena.ii.
Hermęon.185.
Hermę.v.
Hermeſius.v.
Hermerotes.vi.
Hermeracles.vi.
Hermodorus vendit ſermones.136.
Hermogenes.175.
Herodes.xxix.
Heros, Iudęus, Andreas Apoſtolus.xcix.
Heterognathi.lxiiii.
Heteroplum.86.
Hibernię aues.xxvi.
Hyemare.84. xc.
Hieronymus ppēſus.215.
Hieroſolymarius & Hieroſolyma.35.
Hilarula.ccxxvi.
Hypatos hypaticos.ccix.
Hipparchus.33.
Hypenemia.cc.
Hypomnema,folio.xxii ccxvii.
Hypomnematiſmos.78.
Hypopion.xxv.
Hypoſolœca.ccviii.
Hypoſtaſis.30
Hypothecę.xli.
Hypotheſis.xj.131.
Hirtius.232.
Hyſteron proteron.xiii.
Hiſtoricotatos.xciii.
Hiſtricula frons.xvii.
Homodes.33.
Homonæia.xxiii.
Homœlœa.ccxxi.
Honor.ii.
Horatii lo.cciiii. ccxiii. & 189.
Horodes.xcii.
Hortenſii filius.xcvi.
Hui.78.xcviii.
IAculatorie.lxix.
Iactare.34.
Iacere.34.
Iacere.xci.
Ialyſus.xliiii.
Ianus,Cardo.30.
Icæa.cv.
Ichthyotrophia.xxi.
Iconium.83.
Igitur.clxv.
I lapinaſtes amicus.167.
Ilarotragœdię.xxiiii.
Ilias cxxiii.
Immortua.xi.
Immpedimenta.224.
Imperatores dii.131.
Impingere.88.
Imponere vulnus.xv.
In amicitiam.xlv.
Inauro.clxviii.
In ante diem.xliii.
Incenſus.xxi.
Incunabula.38.
Incurro.37.
Indicere ſilentium.li.
Incurſare.178.
Iudices acriſiodiocæi & Meſodici.xc.
Indices.lxii.
Inducere.xix.25.
Induci.184.
Inductus. lxxiii.
Infelix filius patrem laudat.fol.xxiiii.
Inferum mare.cxviii.
Infirmatum.ii.
Ingratus.cxx.
Inhibere.186.
In lente vnguentum.22.
In manibus eſt,& in manu &c.xcv.
Inſigne.ccii.
In ſinu.xlvi.
Inſolens.xliiii.
Inſtar.222.
Inſtaurare & inſtauratitii ludi.x.
Inſula.169.
Inſulæ fortunatæ.166.
Inſulæ ccxvi.
Iuteger cxvi.
Integra.cxxv.149.
Integrum 87.
Interamna.27.lxviii.
Inter.xliii.
Internecio.ibidem
Interpellare.33.170
Interceſſio.iii.
Introductiones.xv
Inualetudo.cvi
Inualities.ibidem
Inuidentia, Inuidia, fol. cxix.
Inuiſere.175
Iobileum.iij
Ipſiſſimus.c
Irenarchę.vij
Iron Scipio.225
Iſſos.83
Iubeo referri.liiij
Iudicium Ariopagitarum.xj
Iudicum ordo.xiii.
Iugula.xliij
Iulia lex.77
Iulii Querentis laudes, fol.xij.
Iulius quercens.cxcii
Iunia lex.70
Iupiter.cliiij.185.
Iure ſuo.lxiiij
Iuris loc.75.cxv
Iuriſt.loc.clv
Ius ſummum 227
Iuſtitium.73
Iuturna.30
Καχέκτης.xij
κατακερματίζων fol.ccxix
καταιγίς.cxliii.
LAbi.xliiij
Labienus.cvij
Lacerti piſces.33
Lachryma cito areſcit.153
Laconas taxat.ccix.
Laco bibit.225
Laconicum.lxvi
Lactantii loc.liij
Lacuna clxviii.
Leſtrigonię.37
Lampaduſtę.vj
Laniſta.xiij
Lanuuium.30.lxii.97.
Laodicea.80
Lapis pręconis.cciij
Larinum.lxvi.cx
Latere.33
Laterium.64
Latinę.iij
Latinitas.cc
Lauernalis porta.cviij.
Lauernium.cviij
Laurea Tullius.iij
Lauri genera.83
Lecythion.xj
Lecythiſmos,
Lecythos.xj
Legatio voti cauſa ſeu votiua.xlj
Legati atheñ.173
Leges Helia & Fuſia, fol. xvij.56.
Cælia, Cæcilia & Annoniana.36.
Leges Clodianæ.liij
Lex Cnicia.25
Lex curiata, Centuriata, 34
Lex non ſeruandi de cælo & Annoniana.liij
Lex de collegiis.liij
Lex Licinia.lxix
Lex Iunia.70
Lex Iulia.77
Lex Domitia.134
Lelethotos.97
Legula.xxi
Lentus.20.cli.
Lentitudo.20
Lentuli.lxiij.ci.cli
Lentuleitas.cj
Lentulus Surra.xlvij
Leoniceni laus.cl.
Leones Antonij.clij
Leontium.x
Lepores galeati.j
Leprinum.93
Leucates.77
Lucas,Leucadia.ibid.
Leucopetra.222
Leuctrica pugna.xciij
Libanius.39
Libella.cij
Liberalia.136.199
Libo.110
Librariolus.62.ccxii
Libri epiſtolarum ad Atticum quot ſint.j
Libri Ciceronis de gloria, fol.25.de Rep.89
Lycaonia.80
Liceri,Licitatio.clxj
Licet.xv.
Licet cum datiuo.18
Liceri.177
Lychnius.xlv
Lycij.97
Licinius Macer.iij
Licinia lex.69
Licitati.173
Lycurgęi.x.
Ligarius.159
Ligula.39
Ligurinus momus.84
Ligus.173
Lineam tenere.lxv
Liræ.ccix
Λῆρος πολὺς.219
Liſandri exemplū.148.
Literarum nomina pueris indita.29
Litra.xl.
Lituus.clx
Liuii loc.71
Liuinus.liiij
Loci authorum videanī in eorū nominibus.
Locri triplices.xlviij
Logicotera.185
Logiſta.iiij
Lollius.29
Lucani.xlviii.
Luceria.cx.
Lucerna Ariſtophanis & Cleanthis.225
Lucianus blaſphemꝰ.222
Luciſci.lxx
Lucius Cicero.iiij
Lucilius.clxvij



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lucrètii lo.ccvii.
Lucullus.xxiii.
Ludi Bruti.ccxii.
Luna.cliiii.
Luere.clxviii.
Lupus in fabula.cxci.
Luſtrare exercitum.83.
Lutra.xxi..
MACropſychia, fol. cxxxix.
Macte.c.
Mænia columna.lxix.
Magiſter.ii.
Magiſtro Curiarum.xvii.
Magiſtri ſcripturę.81.
Magiſtri haſtę.xc.
Magia.ii.
Magius.cxxxiiii. 184.
Magnes demetrius.lxvi.
Magnum ne dicas ante q̃ perficias.lxv.
Male audire.lxxxvii.
Male.xxxi.cxcvii.
Maligma.clxxxix.
Malitia.ccxviii.
Malorum ne memineris, fol.clí.
Mamurra.cvii.
Manceps.clxvi.
Mancipes.xc.
Mancipio accipere.ii.
Manus nugigera.lxiii.
Manus dare.xlv.
Manus in manibus, in manu, ad manum, ad manus. Sub manus, p manus, præ manu dare, fol.xcv.
Manu plena.xcv.
Manu confectum.ccxii.
Marcellinus.lxiii.
Mare inferum & ſuperũ Italię.cxviii.
Mare ſuperum & inferũ, fol.cxxix.
Mare Hiſpanum.cxxix. Balearicum, Gallicum, Tuſcum.ibidem.
Marius.ii.
Mars.cliiii.
Maſtygophori.lxi.
Medicos notat.lxi.
Medicus.ccviii.
Medius.cl.
Megabrotus.xxxiiii.
Megara.v.
Melichloros.ccvii.
Melita.xlix.cxlix.
Melitęi Catuli.xlix.
Memorię peccatũ.cxciiii.
Menda librariorum, fol. clxxxvii.
Menelaus.xx.
Menytra.xxx.
Mens, ſenſus.xl.
Mens, animus.clvi.
Menſa ſolis.lxv.
Mentis alæ.ccxvii.
Meo nomine.lix.
Mercurius.cliiii.
Meridie non lucet.i.
Meridie accenſus.i.
Metechmyon.xcv.
Metellus Cęcil.cxviii.
Metelli exemplum.xiiii.
Metelli lex.clxiiii.
Metellus celer.cxlvi.
Mętia porta.lxix.
Meton.clxvi.
Methoros.ccxv.
μιασκόρδυ.cxciiii.
Micylus.xxi.
Microlypus.xvi.
Militia.xciiii.
Milo.l.
Mimiatulę cęræ ccxv.
Minturnę.lxxiiii.cxi.
Myoneſſus.clv.
Myrothecium.xxvi.
Miſellus.lvii.
Mittere ſanguinem, fol. xvi.lxxxvi.
Modio pleno.xci.
Modus.cxci.
Mollities.xviii.
Molon.xxix.
Moloſſici.iiii.
Momus Ligurinus.84.
Moneta.cxxi.
Monetales cxxi.
Monodium.xiiii.
Monſtrum.cxxii.
Mora.ccv.
Mori, Moriones.ix.
Muginari.cxi ccxxvi.
Mulli Barbati.xxviii.
Mulieres carpit.ccii.
Multiiugę.cxcix.
Multinuba.cxc.
Multiſſimus.clv.
Multũ te amo.lxxxv.
Munire opes.xix.
Mumius.clxxxi.
Munitia via.cxxxii.
Mures Gyarii.lxxix.
Mures fugiunt ante ruinam domus.cxcix.
Murci, Murcea, Murtia dea.clxvi.
Muſeum.cv.
Muſtella.ccxxv.
Muſtacea.lxxxiii.
Mutare.xci.
Mutiſcæ.cii.
NAcha, Natta.lxvi.
Nęnia.xiiii.
Nar.lxviii.
Naſcuntur domi.xxii.
Naſo.clxxi.
Naſſa.ccxvii.
Natabula xxi.
Natta, Nacha.lxv.
Nauare.xii.
Nauicularii.cxxxi.
Nauſeator.lxxix.
Nauſeare.lxxxv.
Nauſeola.cxcix.
Nebulones, fol.viii. xcii.
Neceſſitudo.ccxxiiii.
Nedum.cliiii.
Nefarius.l.
Νεκεία.cxxxvii.
Nemancupi.ii.
Neoctiſta.xciii.
Neoteriſmus.cxcviii.
Nepenthes.cxxxiii.
Nequam.xxii.
Neq; in ſomnis.xxi.
Neruuli.ccxxx.
Neſſis inſula.ccxix.
Neutiq̃.c.
Nicea.cxcvii.
Nihildum, folio. cxcvi. ccxi.
Niſi ne vis.cxlvii.
Nobiles taxat.lxiiii.
Noctuabundus.clxvi.
Nodus.lxxxiiii.
Nolo.cxlvi.
Nomandria.lxxviii.
Noměclatores.lx.
Nomi.xli.
Nomina quot olim Romanis lxvii.
Nomina pro debitis, fol. lxxiiii. clxxxi.
Nos noſtrum onus, fol. lxxx.
Notatio.cxxxiii.
Notæ.cxxxvii.
Nouacula & ſapere ex nouacula & res eſt in nouacula .xxxiiii.
Nugigera manus. folio lxiii.
Nullus.clxv. ccxviii.
Numerus Platonis, fol. cxi.
Numerus vrbium Italię, fol.cxxix.
Nummatio.lxxii.
Nuncium remitti, folio clxiiii.
Nummo addicere.vii.
Nummo conducere, fol. lxxx.
Nundinæ & nundinari, fol.lxx.
OB.ccxxii.
Obligare.cxxiii.
Obligatio ibidẽ.
Obnunciarè.lxii.
Obſequium, Obſequela, fol.cli.
Obſignatores.clxxi.
Obſignare.lxxxii.
Obſignator.cciii. ccxxx.
Obſoleta.xxiii.
Obtentare.cxxxvii.
Obuiam ire.xxvii.
Occaleo. xli
Ochlos.lxvii.
Octauius cum Cinna, fol.cxix.
Octauio neceſſitate famę Cicero.ccxxvi.
Oculis ineſt pudor.114.
Oculi.ccii.
Odęum.lxxii.
Odia deponenda.clii.
Odorari.cxcvii.
ὁδοῦ πάρεργον.87.
Oenomaus.xciii.
Oecodeſpotica.clxxix.
Oeconomia.lxxxvii.
Oecononeton.xcvi.
Oecoſcopium.xiiii.
Oenos, Oena &c.ccxv.
Offerre.cxci,
Officia de qb⁹ pater filio ſcribere debet.ccxiiii.
Officium.ccxxvii.
Olere arabice.xli.
Oligarchia.xi.ccxxxvi.
Onagri.xcii.
Onomacritus.xci.
Onus nos noſtrũ.lxxx.
Opera dedita.ccxi.
Opes.cxxxiii.
Ophis.lxxxvi.
Opipare.cii.
Oppidorum ſeu vrbium Italię numerus.129.
Opprimere.clxxv.
Opſis triplex.xxx.
Optato.clxxxix.
Optice.xxx.
Oratores qui oratione exciderunt.xxix.
Orator.cxxii.i
Orbita.xliiii.
Ordo iudicum.xiii.
O rem pulchram ſed imperfectam.cc.
Oropus.clxxiii.
Oro.ccxxix.
Os ingenuum.xcii.
Os.xciiii.
Oſim.clxxxii.
Oſtiaria.lxxxi.
οὐδὲν ὑγιές.ccix.
Ouidii lo.xxxvii.127.
Ouidii in Ibin lo.folio clxix.
Oxypinos.xxxvii.lxvii.

PAnègytis.xi
Panętius.139.182.
Panica.lxxxiii
Panicon.cxcvii
Pãnoſi.lxij
Pannuceus.lxii
Panſa.232
Paracindiniuen, folio clxxxix
Paradoxotatos.xc
Parenchriſis.ccx
Parental.cxxviij
Parilia.cciii
Parœcia.181
Parrheſia.xv.130
Parrhiſianos ſugillat Pius, fol.130
Partheniatę.cxiii
Parthenios.cxciij
Partus ratio.cliiii
Paſtoritia.xvi
Patrare.xij
Patræ.77.xcix
Patron.78
Patrui rigor.xxix
Paulominus.clxiij
Pax.cxxiiij
Pectore toto.xxvij
Pecuniæ malum.lxviij
Pedarij.xxiij bis.
Pedem tollere & dare, fol.xxvij
Pede omni.xxvij
Pedianus.cciiij
Pegmata.lxv
Pelene & Pelenea veſtis &c.fol.xxix
Pelopidę.cci
Pendere animi.clx
Pendeleſium.v
Pentathlos.33
Pentateris.clxvi
Pentelicum marmor.v
Peplographia & peplum ac peplus.ccxxv
Percrebuiſſe.clix
Perditius.cxxiij.163
Perfector.cxxiij
Per fortunas.lv
Per fortunas.78
Perfunctorie.xiij
Pericles.cx
Periclis infamatio.128
Perochia.cclxxxviij
Per mihi gratum.iij
Perpetuare.xv
Perpetuum.xciiij
Perſius.xxij
Perſona de quo vocabulo Vallam taxat.cxxv
Perſona muta.clxviij
Perſona muta ibi cophõ proſopon.185
Perſona.ccix.
Petilia.lxii
Petrus Aponenſis.155
Petri Aloiſii Farneſij laus.cxcii
Phamea.136
Phalacroma.cxcvii
Phalariſmos.cx
Phedri Volaterrani laus, fol.32
Phænoproſopin.114
Phænoproſopiteon.208
Phamata.ccxvii
Pheriones.cciii
Phylaces cx.
Philacographia.24
Philargyrus.cxlii
Philautia.184
Philætios.185
Philellines.xiii
Philiarchi laus.229
Philippicæ.xxvi
Philippicarum loc.220
Philippus.cxix
Philippi laus.183
Philodoxos.185.
Philologa.215
Philologia.xl
Philologi.cxc
Philologotera.183
Philomathia.31
Philomelium.83
Philętios.clxxviii
Philonis armamentariũ, fol.c
Philopatris.xxvii.137
Philoſophi ambulant.c
Philorhetor.x
Philoxenus.lxiiii. eius licentia ibid.
Philotimia.c
Phyrates.cii
φυρμός.cxcviii
Philiaſus xciii
Phocylides.xl
Phocis.xl
Phocis execratur.xl
Phraotes.c
Phtiriaſis.138
Pici mirãdulę laus & ſententia de oſcitantibus principibus.xxv
Pyctaniæ literæ.lxvii
Pigrari.cxcvi
Pigritare.ibidem
Pyiæ Tauri.83
Pilia.lxii
Pindeniſſum.83
Pireæus.xcix
Pireęum.cv
Piræum.79
Piſcinæ.xxviii
Piſcinarii.ibid.&.xxii
Piſidia.xcvii
Piſiſtratus.cxiiii.129
Piſo.ii.iii.
Piſo frugi.iii
Piſo cynicus.35
Pitane.lxvii
Plancius.lvi
Planipedia.xxv
Plaſma.cxl
Plato togatus.48
Plautus Sarcinas.xxiii
Plauti loc.cciiii
Plebes cvii
Plena manu.xlvii
Plinij loc.5.xliii
Plinij loc.79.91
Plinij loc.176
Plocia.lxxii
Plocius.80
Plumbeus gladius.13
Plus.clxv
Plutarchi loc.vi.
Plutarchus emẽdat⁹.152
Plutealia vi.
Pocula cerata ac ſceratina.fol.85
Podicem lauat.clxviii
Pœcile.ccxii
Pœnitet.xxv.
Polex 194
Polyagrus.ix
Polygraphotatos.185
Polypragmoſyne quid cõtra Gellium.43
Politeuma.xc
Politicoteros.25
Politia.28
Pollio Vedius.xcii
Polos.40
Pomeridianum.180
Pompeij op.23.74
Pompeius Agamemnõ cur dictus.20
pompeio negat.lv
pompeij ſcomma.121
pompeij prudentia.138
pompeij laudes.157
Põponius cur Atticus.4
pompeius.71
Ponticus, Pompicus.185
Popularia ſacra.ix
Porrecta.82
Porta flumentana.cv
Porta lauernalis.108
Portæ tres Ro.69
Portiæ in nece ſua facinus.231
Poſidonius.25
Poſtea.156
Potentes ſtulti, ferendi ſunt.xlvii
Potius.141
practica vita.39
Practicus.ciii.
Pragmatica ſanctio.43
Pragmatici, & Pragmatiæ.xliii
pragmaticon.cxcvii
præceptor furioſus.90
præcipue.139.
Præde ſeu per prædem vendere.135
Prædes.89
Præfecti ocium.lxix
Prçs.180
Præſens.xx
præſtare.xcvi.cxij
præteriti.13
Præſtaturum.204
Præuaricatores.71
Precarium.240
Preces regum & tyrannorum ſunt neceſſitatib⁹ permiſtæ.cxl
Prenſatio.i.ii
Primas defero.xviii
prima leo.39
primus, Medius, Vltim⁹, ol.xxiiii
Princeps.ix
Probi.129
Procilius.29.68
procuratores.204
prodromi.8.222
Profeſſio, Profiteri.191
Prognoſtica.29
Progredi.44
Prohęreſij exemplũ. 174
prolixius.105
philologia.196
Promulgo.17
Propertij loc.l.79
Prophetes.79
propius.54
propyleum.92
Propior epiſtola.214
Proplaſma.178
Pro re nata.cvii
Proſcynoſis.142
proſcribere.62.92
proſcripturio.138
Proſerpinalia.49
Proſphoneſis.183
Pro temporibus.122
Protogenes.44
proximus.38
proxime Italiam.lii
Prudentis officum.121
Pſalterium non probat Auguſtinus.26
Pſeudocato.12
pudor in oculis.114
puer.xxv.
Pueris nomina literarũ indita.29
Pugna.bouilla.79
Pulchellus.16.27
Punctim & Cæſim.114
Putealia.6
Puteoli.10.205

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

QVa.42.& 139
Et iterum.ccxvi
quadragenaria.xc
Quadrans.xij
Quadrua compita.lx
Quærere.136
Quęſtio Archimedis.176
Qualis domina tales an cillæ.78
Quamobrem.228
Quaternio.136
Quemadmodum.181
Quercentis laus.xij
Quercens Iul.cxcii
Qui faciles deos habet difficilis eſt.lxix
Qui.cxix.
Quiddam, Aliquid.j
Quid illo fiet.xc
Quid me fiet.xc
Quidq; xcviij
Quid hominis.ciiij
Quid.115. Vt quid.ibid.
Quiduis.cii
Quinquatria.139.
Quinquatras.138
Quinquatria.cxxxviij
Quinquatribus & quinquatrijs ac quinquatriæ fol.ibidem
Quintilianus enarrat⁹.ij
Quintus Quinti fratris Ciceronis filius ſaltat coronatus.cciij
Quiſquiliæ.xv
Quod poteris.cxliiij
Quotidie, In dies ſingulos.76
Quotus quiſq; eſt.ix
RAchis.xviij.126
Radicibus his.98
Ranę rhetoricã.216
Rationem habere & ducere.33
Raudũ, Rauduſculum.99
Rauduſculum.cciii
Reate.lxviij
Receptus.xxvj
Receptui canere.ibid.
Recipere.xii
Redemptores.lx
Redimere.xvi
Reditus Ciceronis in patriam.lviij
Reducere domum.27
Referre acceptum.ccxvj
Refractariolum.xxvi
Regina.cxcix.ccxi
Regnum.i
Reguſtare.cxcv
Reiectio.xiij
Religio.clxxix.223
Relinere.ix
Reliquator.ccxxi
Reliquator.ccxxviii.
Reliquare.ibid.
Reponere.clxxxiii
Repoſcones.31
Repręſentare, fol.clxxiiij & clxxv
Repręſentatio.175.cxc
Requietis.xix
Res eſt in nouacula.34.
Retego.lxiiii
Retentio.clxxxvi
Retractatius.ccxx
Retro fluminum.ccx
Rex.v & xvi
Rhamnuſius antip.68
Rhegium.cxlvi.222
Rhetorica nomine ager, fol.185
Rhinthon.xxiiii
Rhinthonicę.xxiiii
Rhypi.vi
Rhipſaſpides.ccxviii
Rhitos.vi
Rhiſoſis.vi
Ripulæ.ccxvi
Rogare ſententiam.ix
Rogo.ccxxix.
Romanos notat diuus Bernardus.xxviii
Romus.xxv.
Roſcius Otho.xxvi
Rufuli.Trib.lxviii.69.
Ruminatio.37
Rumuſculus.xxxii
Rurſum.ccvii
SAbbatũ feſtũ.216
Sacra popularia.ix
Sacra via.lxi
Sacrificaturi coronabantur.ccvi
Sępe & ſæpius.cxxxiii
Salacoma .cxcvii.
Salamii & Salamis.86
Salitores.lxxi.
Saltus.31
Saltuarius.ibidem
Saluebis a Cicerone.xcv
Samnites.cxxiiii
Sampſiſeramus.38
Sampſiceres.ibidem
Sanctiones.lvii.cxi
Sanctius ęrarium.cxv
Sanguinem mittere.87
Sapere ex nouacula, folio 34.
Sara.ccxv
Satis quercus.28.xlii
Satis ſtudii.xxvii
Satiſdare.73
Satiſdato.ccxxvii
Saturnus.cliii.
Sauferius.35.
Saxum & crux.cciii
Saxum fori.ibid.&.ciiii
Saxa argentea.cciiii.
Scalmus.ccxxi
Scapha atridarum.ciiii
Scapus.xxv.
Scelus.liii.cxlviii.
Scepſis.viii.cxliii
Sceptici.8
Scheda.xxv.
Scholaſti non debent abundare pecuniis.219
Scholion.ccxxiii
Scylmos.lxvii.
Sciographice.30
Scipio Serapio di.xci
Scipio Iron.ccxxv
Scioténicon.37
Sciraphium.ix
Scire oĩa dulce eſt.lxvi
Sciron.ix
Scirophoros.ix
Scyrus.lxxix
Scytale.cl
Scytale anguſtior.cl
Scytale ſerpens.cl
Sclerus.79
Scolia.cxciii
Scopæ ſolutæ cxi
Scopos.xli.90.cx.119.123.
Scopulus.xli
Rhegium.ccxxii.
Scorodia.cxciiii
Scotos.xli.
Scribere.clxii
Scribere & reſcribere.220
Scriptito.cx
Scripturę magiſtri.81
Scriptura.clix
Scripturarius.ibidem
Scrupulus.xx
Scutum abiicere.ccxviii.
Secreta celanda.182
Secularis annus.iii
Secundum.lx.178, & iterum, fol.ccxxiiii
Secundũ mancipiũ.73
Secundum te.clxx
Secutores.cxii
Sed.85.
Sedecula.lxvi
Seleucia.clxiii
Seleutiana.clxxiii
Semel & ſæpius.133
Sella aurea.ccx
Semnoteros.xxvi
Senatus duos Cæſari obuiam miſit.cxxii
Senatuſconſultum in Cęſarem.lxx
Senecæ loc.vi
Senſus.xl
Sententia aurea.clxxi
Sentina.xxii.
Septem aquæ.lxviii.
Septemuir.ccxvi
Sepulcri ius.clxxvi.
Sequani.xxii.
Serapio, Scipio.xci
Sermunculus.183
Serperaſtra.ciiii
Septa.lxxii
Serapiones.31
Seruiliæ.89
Seruiliorum triẽs ſacer, fol.29
Seruilius Ahala qui vulgo Hala.xlvii
Seruus noſter nõ eſt q̃ nõ timet.130
Seſſamos.85
Seſſio.cciii
Seſquiuoli aues in arbore natę.xxvi
Seſe occidentes.lv
Seſtia.ciii.
Seſtertius.lxxxi
Seſtiodeſteron.cxiii
Seſtius.cxiii
Seueritas cum comitate optima.xxviii
Sexatrus. 38
Sexcenta.32
Sibila.xli.
Sybotis.lxxvi
Sica.clxxiii.
Sicea & Sicum.ccxxii
Sicilia membrum eſt eccleſiæ.xxiii
Sicinius.lxi
Sicion & Sicyonia calceamenta.xxiii
Sicyon.clviii
Siculi taxantur.xxiii
Sigeum.ccxxiii
Sigilla.vj
Silanus.i.clxxij
Silentii bona.ccxxiii
Syllabatim.188
Syllabi.xlii
Syllę mores & mors.clvii
Syllaturio.cxxxviii
Symbuleuticon. clxxviii
Symbioſis.clxxxvii
Simena.lxxxv
Sympaſcho.ccxxvi
Sympathia.67.72 & iterum.82
Simul duo euntes 132
Synagoge.222
Synchyſis.xcix.
Syngramma.ccxxiii
Syngraphe.xc.
Singulares.cvii
Singulatim.12
Sinnas.81
Synodia.cxlvii
Syntagma.ccxx.
Sytaxes.ccxv
Syntagma ciiii.

Sinui non credendū.46
Sinus & in ſinu eſſe quid ſint.xlvi
Sipus.xciii.141
Si quiſq̄ ſtudet.ccxxviii
Syrpeheton xvi
Siticine & Siticinium.fo. xiiii.
Siton vel Sitonia.lii
Socratis exemplum 117
Sol imitand⁹.xxviii
Sol.154
Solis menſa.lxv
Solyma.35
Solymi.xcvii
Solœca.xxiii
Solœciſmus xxiii
Solonia ſententia.14
Solonium.30.62
Soma.xxvi
Sophroſyne.5
Sordeſcere.35
Spartē orna.xxiiii
Spartam ſortitus excole, fol.64
Spartacus.37
Spartaci ſocij.xciiii
Spinther.180
Spongia.xv
Sponſa cuiq; ſua.207
Sponſor.7
Stamſilaus.cxx
Stare.52
Stater.xl
Statio.c
Stomachator.230
Storge.cxlviii
Stractor.cxcvii
Stratagema.lxxiiii
Stratilax.228
Strictim.26
Struma.36
Studet ventus.cii
Stultus.ci
Suauiari, diſſuauiari, Suauiola.ccxxi
Sub poſteaq̄.154
Sub. ibidem
Subducere.86
Subſcribere.xlvi
Subſcriptores.xlvii
Subueteribus 29
Succeptum.42
Sueſſa.ccix
Sueui.cc
Suffenus.35.67
Suffes.6
Sugillata.25
Sulmo.cxix
Sullaturio.138
Sulpitius.32
Sumo.125.229
Summa excurrens.75
Summarius.144
Summum.186
Summum ius.227
Sumptuaria.182
Sunium.cv
Suo iure.54
Super.lxii
Superficies & Superficiarius.lx
Superficium.cxxviii
Superum mare.118
Suppedito.xi
Suppœnitet.cxii
Supra vires nihil tentes, fol.cci
Surra vnde.47
Surſum & deorſum.77
Sus in volutabro.xc
Suſtinere remos.186
TAba.85
Tabellæ tres.12
Tabellarius cliii
Tabulæ.20
Tabulæ nouæ.147
Tabula.178
Tacere turpe.xcix
Talna.cxc
Tagetici libri.148
Tages.ibidem
Talio.168
Tantum eſt.xlv.
Taracina.cvi.
Tariffa.ccxvii
Tarteſſos &c.cv
Taurominium.226
Taurus.80
Tauri pilæ.83
Taxiarches.225
Teanum.cx.cxi
Tecmeria arg.cv
Tecmeriodes.cv
Technologia.lxix
Teij.107
Telepylon.37
Tempora carpit.180
Tempe.lxviii
Tendere manus.xcv
Tene.93
Tenebricones.8
Teras.i.monſtrum.122
Tergiuerſor.110
Terra dehiſcat.136
Terram pro terra.200
Teruncia.102
Teruncius.81.94
Teſſerarius.clxvii.
Teſſera expeditionalis, ibidem.
Tetrabolus.xl
Teſtudo nummus.40
Tetarchæ.36
Tetrarches.ibid.
Tetracina 40
Teucer.xii
Thallumeti & Cabaliſtici doctores.79
Themiſtocles.cx.
Theobaſſi.cc
Theocritus.ccvii
Theodorus Gaza.cv
Theophanes.32 40.107.& 130
Theopompus.33
Theorhetica.39
Thera ciuitas.cc
Therbum 224
Thermus.109
Theſis.131
Theſprotia.xcv.
Theſſalonica.18.50
Thyamis.cii
Thraſybulus.cxix
Thios.xxix
Thurii, Thurinus.49.143
Tibi parelcon.cxiiii
Tibiis apertis.39
Tignium.cxi
Timeus.xci
Timotheus.xcvii
Tinnire.208
Typi.6
Typo docere & acribos, fol.lxvii
Tyrannio.33
Tyrannidis laus.cix
Tyranni vita miſerrima eſt.148
Tyrannis breuis.ibidem
Tyrannorum & Regum preces ſunt neceſſitatibus permiſtæ.140
Tyrānoctoni.cciiii
Tyrotarichus.lxiiii.204
Toga pura.84.108
Toga.135
Tollere pedem.xxvii
Tomos.177
Tonſtrina.70
Topographia.216
Topotheſia.xxvii
Tortuoſi.xlvii.
Torumbus.cxcvii
Traductor.35
Tralatitium.56.86
Trallis.lxxx
Tranquilli loc.cciiii
Tranſigo.3
Tranſlatjue.xiii
Tranſmiſſio.lxxi
Tranſuerſus verſ.73
Trebacius & Trebacites ac Trebaciſſimus.142
Trebula.74.cii
Treſtaberne.9
Tribuni ærarij.14
Tribus æmilia.38
Tributum vnde.214
Tricia.xciii
Trichæ, Trichari.214
Triens ſeruiliorum familiæ ſacer.xxix
Triens.cvii
Trientalis.cviii
Trieteris.clxvi.
Trinomia.xxxv.
Trinundinum.70
Triphonius deus xciii
Eius oraculum.ibid.
Triquetrus.cviii
Triſcalmus.221
Tritones 35
Troianos vereor.32.110
Truentum.126
Tulliolam quomodo Cicero amarit.19
Tulliolæ corpus.162
Turdus fit pater, folio cii
Turdus.145
Tuſcum mare.cxxix
Tutela legitima.4
Tutor fiduriarius.4
Tutela teſtamentaria.4
Tutor & q; ſurdus ac mutus non ſit tutor.4
VAcatio.xxii
Vacatio & Vacationes iudicum.76
Vacculæ.84.85
Vadimonia.34
Vafer.23
Valeant.ccxxviii.
Valerij Max.loc.xci
Vallenſem taxat.125
Varrones.78
Varronis peplographia, fol.ccxxv
Vaſtitates.cxxxvi
Vatinius.xxxvi.
Vectigal & res vectigalis, fol.clxxi.
Vectores.36
Vectius.xlvi.
Vel.xcvi.
Velia.cxi
Velina regio.lxix
Velinus lacus.lxviii
Vellem Cicero ad Cæſarē tranſiret &c.cxxi.
Vendito.cii
Venerei.cxx
Venus verticordia.32
Venus.cliiii
Venus duplex.134
Venus Vrania.235
Venuſia.lxxv.
Veniſſe haurire.clxvii
Verba rem ſequi debent, fol.clxi
Vereor Troianos.cx
Veritas.lviii
Verſiculus tranſuerſus.73
Verſiculus.282

Verſiculus.127
Verſura.73.lxxx
& iterum fol.86
Verſuram facere.ibid.
Verſura.ccxx
Vertere creditorem.ibid.
Verticordia Venus.32.
Veiza.224
Veſcum.lxviii
Veſeuus.lxxiiii
Vetenus.clxvi
Vetus.viri prop.199
Via ſacra.lxi
Vibius.xliii
Vibo.xlviii.222
Viceſima & Viceſimariũ æs.xxxix
Victor abſynth ũ bibit.3
Videndi ratio.xxx
Vietum.lxviii
Villici.cciiii
Villulæ.cxxii
Vindemiola.vi
Vinum gręcum.74
Vini inuentio.ccxv
Vinnius Lollius. xxix
Vires ne excedas.cci
Virgilius.cxci.
Virgilius.188
Virg.loc.cxciiii
Viſere.xxxii.
Vita incerta ii.
Vita practica & Theoretica.xxxix
Vitis inuentio.ccxv
Vltro.ccxx
Vmbo.84
Vmbra.cix
Vnguentum in lente.22.
Vnus homo.xlii
Vocis viuæ energia, folio xxxvii
Vocula.xlv
Volam.xlvii
Volaterrani.xxii
Vorare literas.lxvi
Votiuum.lxi
Vſuræ.86
Vt attendas.li
Vt.9. xli cxc
Vt nunc eſt.cvi
Vt pro ne.cxiii
Vt pro poſtq̃.xxii
Vt aliud nihil.cxi
Vti & abuti.lii
Vti rogas xii
Vt quid.cvii.115
Vtre terrere.xvi
Vtut.lxvii.
Vulnus imponere.xv
Vultus.ccii.
Vulteius.cli
Vulticulus.ccvii
Vulturna.ccxxiiii
XEnocrates & ei⁹ honoratio.14.
Xyſtus.v
ZAbaltar.217
Zetema.cv
Zaleucus.91
Zoſter, Zoſterius.79
Zelotypia.cxlix.

FINIS.

## IODOCVS BADIVS ASCENSIVS LITERArum bonarum ſtudioſis S.

MAgnam quidem & egregiã exponendis emendandisq; M.T. Ciceronis ad Atticũ & Brutum epiſtolis, vobis animę bene natę, Ioannes Baptiſta Pius operã nauauit: non tamen ſolus: ſiquidẽ nos quoq; pro virili noſtra partẽ nonnullã reſtituimus: ſed multo maximã D. Petrus Danæſius, vir (vt ſcitis omnes) ſingulari & iudicio & ſtudio præditus. De quo, vt primas merito ſuo maximo D. Gulielmo Budæo recipiã, illud Ciceronianum de Marone, quod Maronis tamen modeſtia ad Aſcanium trãſtulit, vnico verbo mutato, veriſſime cantari poteſt, vt ſit, magnę ſpes altera Lutetię. Quemadmodum enim Budæus ipſe operum Phœnice rariorum, & a mortalium nullo prius attentatorum editione, ſtudia veſtra q̃plurimum iuuit, & trium linguarum Muſæi ſuo rogatu, ſuaq; perſuaſione a regia munificentia inſtitutionem dotationemq; exorauit, eum ad modum Danæſius noſter, eiusq; collega itidem vir optimus D. Iacobus Tuſanus, pręlegendo, docendo, exhortando cum verbis, tum exemplis, nullum lapidem ad eruditionis veſtræ conſtructionem non admouent. Vt vero ad præſentis operę merita reſpiciã (nam de Tuſano noſtro alias nobis ſermo prolixior erit) Danæſius non ſolum has, ſed etiam reliquas Ciceronis epiſtolas, quarum commentarios propediem emittendos in manibus nunc habeo, ita repoſuit ac mendis deterſit vt nitidiores & caſtigatiores exierint nunq̃. Neq; epiſtolas tantum, verum & alia eiuſdẽ Ciceronis opera, pręcipue Orationes, ſic ad vetera recognouit acriq; iudicio repoſuit exẽplaria, reſtitutis interdũ ad vnam orationem plus, minus, ducentis verſibus, vt iam primum viri docti lectione videri poſſint non indigna. Quę quia a nobis hoc menſe ſunt emittenda, & ipſa ſua ſuiq; ſecum allatura ſunt pręconia, verbũ non addam nunc amplius. Valete, & de veſtro ſtudio q̃ optime meritis, iuſtas ſi referre graue, aut agite, aut ſaltẽ habete gratias. Ex officina noſtra literaria in inclyta Parrhiſiorum academia, ad Octauum Idus Octobris M.D.XXXI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# IO. BAPTISTÆ PII BONONIENSIS IN EPISTOLAS CICE-RONIS AD ATTICVM, QVIBVS LVCVBRATIO-NIBVS NOMEN INDIDIT EO Q̃ EAS MANE LVCVBRAVIT,

Procœmium.

SEMPER Ingenioſi poetæ in Phaethonta epitaphium laudaui,
quod libro ſecundo Metamorphoſeos eſt poſitum,
Heic ſitus eſt Phaethon currus auriga paterni:
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
Siquidem auctore peripateticorum principe, plus eſt ſcire vnum
verbum de rebus ſpeculatiuis, q̃ multa de vulgatioribus. Cuius au-
ctoritatem ſecutus, cum Cicerone perinde ac cum valentiore con-
gredior, & inter illius opera, diuina quidem omnia, vt qui non ho-
minis, ſed eloquentiæ nomen obtineat, cum epiſtolis ad Atticum:
cuius Attici nomen, propter preſtantiam ſtyli ac eruditionis, peri-
re non ſinunt, auctore Stoicorum grauiſſimo Seneca libro epiſtolarum ad Luciliũ tertio. quas
Domitius Veronenſis propter eruditionis raritatem, ſententiarumq; profunditatem, etiam ex
induſtria, Atticiſmon, perplexitatemq; ingeſtam, vocat ænigmaticas. Opus eſt multiplex, eru-
ditum, eloquens, hiſtoricum agens, a quo melius illorum temporum geſta, q̃ ab alio rerum ge-
ſtarum ſcriptore, noſcere poteris, cum ipſe ſingulis grauiſſimis rebus præfuerit, nedum inter-
fuerit. quibus epiſtolis diu multumq; conquiſitis, atq; vbi minime rebatur inuẽtis: exclamauit
Siren Etrurię, F. Petrarcha, ſe tãdem Ciceronem agnoſcere, præcipitem videlicet ac calamito-
ſum ſenem. Solebat Pomponius Lætus Togatorum candidiſſimus dicere, doctrina atq; facun
dia M. Tullium in his libris ſuperaſſe ſeipſum. Quare Flauii hiſtorici Forliuienſis admiramur
incuriam: qui in Italia illuſtrata ponit hæc verba cum Flaminiæ fit mẽtio. Ipſe enim F. Petrar
cha, & ſi epiſtolas Ciceronis Lentulo inſcriptas Vercellis reperiſſe gloriatus eſt, aliud non vi-
dit volumen earum, quæ ad Atticum inſcriptæ, ſic grandiorem habent eloquentiam, ſicut ma
teriam, & Ciceronem magis anxiũ attentumq; cõtinent. Sed epiſtolas Petrarchæ cum ea tum
ſcriberet, non legit bonus Flauius, quod tunc in lucẽ forte non venerant. Addit idem Flauius
mox cum prodiiſſent in lucem, Quintilianus integer repertus a Poggio primum deſcriptus in
Italiã venit. Sequutę ſunt incerto nobis datæ libertatis patrono Ciceronis ad Atticum epiſto
læ. Miror cur dixit incerto cum Petrarcha ſe inuentorem profiteatur. Fuit M. Tullius linguæ
Romanæ ac eloquentiæ decus, vt Senecæ auctoritate perſuademur. Quicquid inquit ille, Ro-
mana facundia habet, quod inſolenti Gręcię aut opponat aut præferat, circa Ciceronem efflo-
ruit. In deterius quotidie data res eſt, ſiue luxu temporũ: nihil enim tam mortiferum ingeniis
q̃ luxuria: ſiue cum pręmia rei pulcherrimæ ceſſarint, tralatum eſt omne certamen ad turpia
multo honore quæſtuq; vigentia: ſiue fato quodam, cuius maligna in omnibus perpetuaq; re
bus lex eſt, vt ad ſummum perducta: rurſus ad infimum, velocius etiam q̃ aſcenderint, relaban-
tur. Quintilianus, Dicẽdi mutauimus genus. Mox, Quid multa? Totus prope mutatus eſt ſer-
mo. Gellius, Suauitas in Cicerone impromiſcua, & a fuco remota. Et, cum inſolentias verborũ
dictorumve Cicero reſpueret, dicere illud eiuſdẽ Auli de M. Tullio poſſumus. Quod ſcribit,
id a melle ac Sirenibus profluit. Saluſtius cum iactura pudicitię prodit hanc eloquentiam Ci-
ceronem ſub M. Piſone didiciſſe. Fuit hic M. Calpurnius Piſo, de quo in Bruto fit mentio vbi
in repręhendendis verbis acutus atq; ſolers vocatur. Sępe tamen ſtomachoſus, interdum etiã
facetus. Is cum ſatis floruiſſet adoleſcens, minor eſt haberi cœptus poſtea. Nam quãtum detra
xit de ſtudio, tantum amiſit de gloria. Ad hunc deductum a patre M. Tulliũ Pedianus auctor
eſt. Plutarchus Ciceronem a tuberculo naris, inſtar ciceris appellatum prodit, quod Priſcia-
nus libro ſecundo aſſerit, cum ab habitu faciei eum dictum putat: non tamen primus fuit hoc
nomine. Reperio apud Liuium libro tertio ab vrbe condita nonnihil de Cicerone, Clodio Tri
buno Pleb. ante hunc Ciceronem, lecto. Plinius noſter togatorum doctiſſimus Cicerones a ſa-
tione ciceris, vt Fabios & Lentulos, a leguminibus proditos inſit. Alii a cicere quidem Cice-
ronem dictum volunt, ſed non ſerendo, at ab madidi ciceris infectura neſcio qua tingendi ca-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pilli inuentione, cuius Cicero fuerit auctuor: Sereniq; huc ſententiam trahunt,

In pulchram ſpeciem nigros flaueſcere crines
Vnguento ciceris prædixit Tullius auctor.

Marcellinus libro .xxvi. hiſt. M. Tullium reuerendum teſtem vocat contra zoilos, a quibus reprehenditur quod in epiſtolis ad Atticũ κοινισμὸν fecerit. Eſt autem κοινισμὸς auctore Quintiliano, quædam miſta ex varia ratione linguarum oratio, vt ſi Atticus dorica, ionica, æolica etiam dicta cõfundat. Adde nouam calũniam, Sidonium, Apollinarem, aduerſis muſis, & Apolline nullo, de M. Tullio in ſtylo epiſtolari ſilere melius putaſſe, vt ſuſpendio, quod aiunt, arbor ſit eligenda. O Bardum hominem & patria ſua barbariorem: parcimus tamen homini tranſalpino & ſacro: cui enim mirum ſit canibus falernum non ſapere? Hadrianus Imperator Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium pari errore prętulit, cuius ea fuit eloquentia vt probus imperator, auctore Vopiſco, diceret, Quis Pompeium ſine Tullio noſſet? Taciti verba ſunt hæc, Catoni ſeni cõparatur C. Graccus: plenior tamen & vberior. Gracco politior & ornatior Craſſus. Vtroq; diſtinctior & vrbanior & altior Cicero, Cicerone minor Coruinus, at dulcior & in verbis magis elaboratus. Satis conſtat nec Ciceroni quidem obtrectatores defuiſſe, quibus inflatus & tumens nec ſatis preſſus, ſupraq; modum exultans & ſuperfluens, & parum antiquus videretur. Eum Caluus ſolutum ac eneruem vocat. A Bruto fractus & elumbis. Addit, quod miror, Si me interrogas omnes mihi verum dixiſſe videntur: hæc Tacitus, ſubdit tamen, Primus excoluit orationem Cicero, primus & verbis delectum adhibuit, & compoſitioni artem, locosq; attentauit, & quaſdam ſententias inuenit. Tu expende illa Senecæ verba libro quinto Epiſtolarum ad Lucil. Cicero quoq; noſter, a quo Romana eloquẽtia exiluit: gradarius fuit, per gradus videlicet pronunciabat, vt colligimus ex ſuperioribus. In Caietano rure florentiſſimo ac amœniſſimo occiſus eſt Cicero: & poterat locus vtcunq; cõuenire, vt orator florentiſſimus florido in rure moreretur. Auctor F. Petrarcha, a quo vere, nimis heu vere dictum eſt: verecundum ac modeſtum foret poſt Ciceronem, ſilentium. Idem teſtis eſt in ſenilibus epiſtolis, quidquid præter Ciceronem legeret, raucum, diſſonumq; viſum. Plinius ſapienter Ciceronẽ lucem doctrinarum alteram vocat. Sed vt hæc tandem miſſa faciam: cum Græcus auctor Hermogenes ſcribat expoſitorem in tribus elaborare debere, in ſenſu, dictione, & conſtructione, lacertis opus eſt & pectore firmo, vt id a nobis non omittatur: quare deuio calle, vt prædiximus, omiſſo, fores interpretationis actutum pulſemus.

## Primæ epiſtolæ quæ incipit, PETITIONIS, argumentum.

CONſulatum Cicero petiturus diis ordinibusq; cũctis fauentiſſimis, de cõpetitoribus ſuis indigniſſimis nonnulla interſerit, ita tamen vt Cæſarem Tribunatum nũc petentem certum putet, quem gaudet nunc petere, quoniam ſi in annum Ciceronis inciderit, firmior candidatus fore videtur quod curator eſt viæ Flaminiæ. Rogat Atticum vt manum Pompeii ſibi curet. excuſatio quod Cæcilio auunculo non affuerit, quem hominem durum vocat, & minime bellum: petit vt hoc ignoſcat, quoniã ne id faceret humanitate prohibitus eſt. Statua Mercurii & Mineruæ miſſa delectauit. Filiolo ſe auctum oſtendit ſalua Terentia.

# M·T·CICERONIS

## Epiſtolarum ad T.Pomponium Atticum LIBER PRIMVS.

### M.T.CICERO. T.P. ATTICO S.

PETITIONIS Noſtræ, quam tibi ſummæ curæ eſſe ſcio, huiuſmodi ratio eſt, ꝙ adhuc cõiectura prouideri poſſit. Prenſat vnus P. Galba ſine fuco ac fallaciis, more maiorũ. negatur: vt opinio hominũ videatur non aliena rationi noſtræ. Fuit illius hæc præpropera prenſatio. nã illi ita negant vulgo, vt mihi ſe debere dicãt. Ita quiddã ſpero nobis profici, cũ hoc percrebeſcat, plurimos noſtros amicos inueniri. Nos autẽ initium prenſandi facere cogitaramus eo ipſo die, quo puerũ tuum cum his literis proficiſci Cincius dicebat. In campo comitiis Tribunitiis ad. XVI. Cal.Sex. Cõpetitores, qui certi eſſe videbantur, Galba, & Antonius, & Q. Cornificius: puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, vt frontem ferias. Sunt qui etiã Cęſoniũ putent: Aquiliũ non arbitramur, qui denegat, & iurauit morbum, & illud ſuũ regnũ iudiciale oppoſuit.

Io.Baptiſtę Pij in M.T.Ciceronis ad T. P. Atticum Epiſtolas Commentarij.

PIVS.

PETITIONIS) De petitione Conſulatus intelligit: q̃uis olim Prætor fauentibus populo ac Senatu renunciatus fuerit auctore Plutarcho: qui in vita M. Tullij de Conſulatu ſic, Fama erat coniurationem magnam cõtra rempublicam eſſe initam, cędem ingentẽ parari. ſed neq; auctores certos ea fama habebat. Ea ſuſpicio petitioni Ciceronis maxime profuit: quod eius prudentiam facile reſiſtere poſſe tantis periculis arbitrarentur. In petitione Conſulatus hæc ſcribi, præterq̃ quod infra ſe res aperit, Cornelius Nepos innuere videtur in Attici vita: cui ſi credimus, vndenos epiſtolarũ libros Cicero ſcripſit, qui mox minutius in.16. diſſecti ſunt. Prenſat) Ambit. Candidatis familiare verbũ, vnde prenſatio pro ambitu. Negatur) Fauor popularis Galbę ſubtrahitur. Rationi noſtrę) Conſilio noſtro. probatur maturitas petitionis meæ excluſo Galba præpropere ambiẽte. Ita quiddam) Defendo Romanã lectionẽ. Significat enim quiddam rẽ certã & minime ambiguã auctore Boethio. Aliquid cõtrà: qđ docet M. Plautus, Certũ q̃ aliquid mauolo. Cornificius) Hic eſt ille Cornificius, apud quẽ depoſitus fuit Cethegus iuſſu Senatus reus coniurationis Catilinæ. Non puto hũc fuiſſe Cornificiũ poetã, quẽ Euſebius Chronographus ait a militibꝰ deſtitutũ, quos ſæpe fugientes, Galeatos lepores appellaret. Huic alludẽs ingenioſus poeta, graue Cornifici opus appellat. Huius ſoror Cornificia, cuius inſignia extabant epigrãmata. Aquiliũ) Fuit hic iudex ſeueriſſimus, apud quẽ Cicero annũ agẽs. xxvi. cauſam priuatã pro Quintio dixit, q̃uis Cornelius Nepos dixerit. xxiii. ãno oraſſe. Reprehenditur is a Gellio libro. xiiij. Huius M. Cicero iudiciale regnum appellat, quoniã maximus ac ſanctiſſimus iudicum fuit, & tribunalium Rex: vt Cicero Rex fori vocabatur, quoniam in eloquentia forenſi principatum obtinuit. In noſtro regno ſumus quãdo ad id mouemur, vbi principatum & primas tenemus, auctore Albio poeta mellitiſſimuo, Et geret in gremio regna ſuperba tuo.

Lib. Epiſt. numerus. Prenſare. Prenſatio. Quiddam. Aliquid. Cornificius. Galeati lepores. Cornificia poetria. Aquilius. Rex. Regnum.

### Scholia Aſcenſiana.

ASCEN.

PEtitionis &c. Si epiſtolæ qua ſerię datæ, ſcriptæ ſunt, manifeſtũ eſt de petitione Pręturiatus loqui, nam multas ante Conſulatũ miſerat. Pręterea licet Catilinã in vtriuſq; petitione competitorem habuerit, nõ tñ illi in Conſulatu petẽdo fauerit. Prenſare & prenſatio, ambire, ambitio, ambitus, comitia, candidatus, & ſimilia, cõmunia quidẽ ſunt etiã aliarũ rerũ vocabula, ſed ex iis quę fiebãt in petitione magiſtratuũ & honorũ ipſi tãq̃ peculiaria tribuũtur. Romani enim nouos creaturi magiſtratus cõueniebãt tributim aut centuriatim in Campũ Martiũ, vnde cõmitia dicta, quã cõgregationẽ vulgus vocat, illicq; ſuo ordine ſtabãt, quos cõpetitores (quos ſupplicãtes vocant) in veſte candida ambibant, vt quia candor inuidię & ſordibus opponitur ſe pure & ad reip. bonũ citra ſua merita petere ſignificarent: ab ambiẽdo igitur ambitio dicta eſt, & ambitus qui re fit, & corruptionẽ per largitionẽ aut pollicitationem ſignificat. & ob candorem veſtimenti candidati dicti qui ſic petebant. Et quia petendo dexteras in quibus auxilium & fides eſt prehendebant, inde prenſare verbum vſurpatum, quod in hac ſignificatione frequentatiuũ per ſyncopen dicitur, vnde & prenſatio, ſicut rei miſericordiam petentes genua in quibus miſeratio locatur, amplexabantur.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Meridie non lucet.

Meridie non lucere) Nonnulli nimium ſimpliciter interpretantur,ſi iudicatum erit meridiem, cō-
cubiam eſſe noctem, Catilinam videlicet fore competitorem : ſi de medio die non lucebit, quod cum
nunq̄ futurum ſit,certus non erit competitor. Iuxta quam ſententiam prolatum eſt illud ab Hierony-
mo in Eſaiam,Impegimus meridie in caliginoſis quaſi mortui. A lij,Si homines eius clariora facinora
non videant. Vetus lectio habet,Si iudicatum erit meridie,mehercule certus erit cōpetitor. Beroaldus
emēdauerat,meridie non liquere. hoc ſenſu. Catilina reus cōpetitor noſter erit,ſi non fuerit occupatus

Catilina, ſi iudicatum erit meridie non licere, certus erit competitor. De Aufidio & Palicano non puto te expectare, dū ſcribā de iis quę nūc petūt. Cæſar certus putatur. Thermus cū Silano contēdere exiſtimatur, qui ſic inopes & ab amicis & æſtimatione ſunt, vt mihi videatur non eſſe ἀδώνατον Curium obducere, ſed hoc præter me nemini videtur. Noſtris rationibus maxime conducere videtur, Thermum fieri cum Cæſare. Nemo eſt enim, ex iis, qui nunc petunt, qui ſi in noſtrum annū reciderit, firmior candidatus fore videatur, propterea q̄ curator eſt viæ Flaminiæ: quæ cum erit abſoluta, ſane facile eum ac libenter tūc certū COS. accipient. Petitorum eſt hæc

Tabulę iudiciales.

in cauſa dicenda, ſi Catilina
reus cōperēdinatus erit. Ro-
mani tres tabulas iudiciales
habebāt. vnā proponebāt cū
litera A. erat hæc abſoluto-
ria. Secundā cū elementis his
N,& L. hoc eſt,nō liquere. &
tūc ampliabatur diffindeba-
turq; dies cauſę dicūdę. Ter-
tiā cū C.& hęc cōdemnabat.
lege Pedianum de his tribus
tabulis in Diuinatione. Si er
go Catilina, dicebat Beroal-
dus,nactus erit tabulā cauſæ
ampliatoriā, poterit ambire
& meꝰ eſſe cōpetitor vt fuit.
qd̄ colligo in oratione ꝑ Cæ-
lio, Sed ſi non referet hāc ta-
bellam,cogetur cauſam dice-
re,ambire nō poterit. Pedia-
nus citat Ciceronis in toga
candida Cōmentariū his verbis. Hoc iudicio abſolutus eſt Catilina,vt Clodius infamis fuerit q̄ pręua
ricatus eſſet. Nā & reiectio iudicij ad arbitriū rei videbatur eſſe facta a Clodio accuſatore Catilinę,interce
dentibus Craſſo & C.Cæſare in hoc iudicio pręuaricāte Clodio. Idē Marcus Tul. in Oratione de Aruſpi-
cū reſpōſis,hęc verba ponit,Clodius a Catilina pecuniā accepit,vt turpiſſime pręuaricaretur. Sed oblitus
eſt Beroaldus vir glorię & pręſidio muſarū alioqui natus,reos nō poſſe prenſare niſi poſtq̄ abſoluti fue-
rint. hoc ego ſum expiſcatus ex libro.x. Codicis,ſic Alexādro Imperatore ſcribēte,Reos criminis poſtu-
latos nouos honores appetere nō debere anteq̄ purgarēt innocentiā ſuā,& a diuis parētibus noſtris,& a
me ſæpe reſcriptū eſt. Ergo in M. Tullio legendū erit,Si iudicatū e it nō licere, ſubintellige,accuſationē
vim habere ac locū,quoniā tūc ſtatim expedietur. Cur addatur meridie docet Plinius libro 7. Nat. hiſt.
his pene verbis, Addita eſt meridies Accēſo Conſulū id pronūciante. Varro libro.2. de Lingua Latina,
Vt pręco accenſus acciebat,a quo accenſus quoq; dictus. Accenſum ſolitū ciere Boetius oſtendit, quam
comœdiā alii eſſe ducūt hoc verſu: Vbi primū accenſus clamarit meridiē. Hoc idē Aſconius ſcribit, Præ-
torem accēſum ſolitū tum iubere vbi ei videbatur horā eſſe tertiā, inclamare horā eſſe tertiā. Itēq; me-
ridiē & horā nonā. Meridie iūgitur cū dictione iudicatū. Non licere) interpretare,Clodio accuſare Ca-
tilinam,cui pręuaricator Clodius ceſſit. Poſſet tamen reſpondere Beroaldus, hoc quidē primū ſanxiſſe
Alexandrum,ſed apud veteres ampliatos ambire potuiſſe, qd̄ tamē mihi nō ſit veriſimile propter illa
verba,& a diuis parentibus noſtris. Palicano) fuit homo Picens dicacitatis infamis,de quo inferius
multa. Petūt) Tribunatū. Syilano) Scribe Silano. ex monimētis æris & marmoris. Eſt nomē Sila-
nus forſan ante Syllam natū. Mox idē Silanus poſt Ciceronis Cōſulatum cū Murena creatus eſt Cōſul.
ἀδώνατον) impoſſibile & incōgruū,vt poſſit Curius creari magiſtratus,ſi ambit. Ambiat etiā ſcurra de
triuio,impetrabit profecto,ſi iſte impetrat. Iūgētur iā grippes equis. Curiū) homo poſtremiſſimę no-
tę ac pinfamis. de quo Septimius Tertullianus in libro de Pallio,Taceo Nerones & Apicios, & Rufos,
impuritatē Scauri,& aleā Curii,& vinolentiā Antonii,& memēto interim iſtos ex multis togatos fuiſ
ſe. Infamis erat ob ſtudiū aleæ Talarię,poſtea damnatus eſt homo Quęſtorius auctore Pediano,elegan-
tiſſimū hoc Calui Phaleciū afferēte,Et talis Curius peruditus. Facile eū libēter nūc cęteri COS. acci-
derim. Aldus ex furūculo carcinoma facere ſolitus,ſic emēdat,Sane facere facile libēter acciderit. Nugæ
merę. At Bat,vt iocatur Plautus. Tu emēda ex caſtigatis exēplaribus. Sane facile eū ac libēter tūc cer-
tū Cōſulem accipiēt. Hac Flaminię procuratione popularis & fauorabilis erit Thermus, & proculdubio
creabitur Conſul: quare declinādi ſunt potētioꝝ ac fauorabiliū cōtētiones,æmulationesq;. Beroaldus le-
git,nūc cæteri Cōſuli acceſſerint. Petitorū) Sebaſtianus Carpus vir ſumma doctrina atq; fide hoc eſſe
principiū alteriꝰ epiſtolę cōtēdebat,nōnullis argumētis,pręcipue qd̄ ſupra traditur,Galbę negatur: hic
vero,multū in ſuffragiis videtur poſſe Galba,vt neceſſe ſit ſaltē modicū tēporis interuallū interceſſiſſe.
Niſi hoc additū ſit epiſtolę anteq̄ cōplicaret. Exēplū ſimile eſt in D. Bruti Epiſt. lib. xj. Familiariū.&.xvj.

Beroaldi laus
Abſoluti tātū prenſabāt.
Meridie.
Accenſus.
Silanus.
Adynaton.
Curius aleator.

ASCENSIVS. Vt mihi videatur non eſſe ἀδύνατον Curium obducere &c. Iuxta ſententiā quam
ſequitur Pius: videtur redundare particula non,vt ſit,mihi videatur fieri non poſſe Curium obducere
id eſt obtrudere in magiſtratum,niſi legatur abducere.ſ.a petendo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Informata) Rudis, nec adhuc in procinctū ꝓdiēs. Ita cogitatur, nō fit adhuc. Maro, His informatum manib⁹ iā parte polita Fulmen erat. Cic. Haud multū reqreres illū virū, q in ſexto lib. informat⁹ eſt. De Oratore, Referamus nos ad eū quē volumus incohādū, & eadē frequentia informādū. Munere candidatorio) in hoc exercitio prenſationis, quę fiebat in toga cādida, de qua idētidē meminit Aſconius. Sed cur hoc potiſſimū in toga candida fieret, Plutarchi problemata euolue. Forū refrixerit) Deſitū erit ambiri. Quę infrequētia ſunt, frigere dicunt̄: vt Perſius, Limina frigeſcāt. Cōtra calere, quę in vſu ſunt frequētiori. Cæſar Auguſtus apud Trāqlliū, Foꝝ aleatoriū excalfecimus. Piſonē) Qui iuerat pacificatū Allobroges, vt paulo poſt aperiet̄. Qui a cognato Piſone Cōſule in ordine rogādi ſentētias prepoſit⁹ eſt Ciceroni. mox ab Heluetiis iugulatus, de quo lege Cæſarē in primo Cōmētario Gallico. Manum Pompeii) Opē vel amicos Pōpeianos. Manus ſignificat cohortē & agmen. Cęcilius) Hic auūculus Titi Pomponii fuit, de quo dicet̄ infra, cuius teſtamēto poſtea factus hæres Atticus, Titus Cęcilius eſt dictus. Verba Cornelij Nepotis ſubdere libuit, Habebat auūculū Q. Cæciliū Eqtē Romanū, familiarē L. Luculli, diuitē, difficillima natura: cuius ſic aſperitatē veritus eſt, vt quē nemo ferre poſſet, huius ſine offenſione ad ſummā ſenectutē retinuerit beneuolentiā: quo facto tulit pietatis fructū. Cęcilius eñ moriēs teſtamēto adoptauit eū, hęredēq; fecit ex dodrāte. Ex qua hęreditate accepit circiter centies ſeſtertia. Eū) P. Variū Caninij Satrij fratrē. Mācipio accepiſſe) Emiſſe emptione ſolēni, adhibitis ære, libra, libripēde. Metaphorice Lucretius ſignificaturus humanā vitā dari precario, ſic cecinit, Vitaq; mācipio nulli dat̄, oīb⁹ vſu. Hac vēditione res trāſibat in emētis poteſtatē mancipiūq;, vt illinc ampli⁹ iure diuelli nō poſſet. Dicit̄ & hęc vēditio mancupi aduerbialiter, in qua de euictione tenemur. Cōtra in venditione nemancupi. hodie de rato & facto vocatur. Plura in Plautinis q̄ſtionibus diximus, immo dicebamus. Cudimus lōge lucubratiores. De Vario) a Vario. De, ſignificat ab Ciceroni, Lucio, Senecę, omnib⁹. Finge rē ita ſe habere, Seius Cęcilio debebat centū, is, vt Cęcilio imponeret, vendidit bona fratri Titio dolo .i. in fraudē creditorū. Cęcilius hāc imaginariā vēditionē vocabat, quoniā nō eſt ſecuta ſolutio, ſed Seius tātū cōfeſſus eſt ſe recepiſſe: vtebaturq; exceptione doli mali Cęcilius. Magiſtrum fore) Magiſtros priſci dicebāt quos hodie priores. a Cicerone magiſter ſcripturæ, quem alii Publicanorum principem vocant. Qui bonis alicuius vendēdis pręerat vt creditoribus ſolueret̄, vel cū aliquid ſub haſta veniret, magiſter vocabat̄. Quintilianus libro. 6. Peruenit res vſq; in ænigma, qualis eſt Ciceronis in Plectoriū Fōteij accuſatorē, cuius matrē dixit dū vixiſſet, ludū, poſtq̄ mortua eſſet, magiſtros habuiſſe. Dicebātur dū vixit infames fœminæ ad eam conuenire ſolitæ: poſt mortem bona eius venibant. M. Tullius inferius libro ſexto, De poſſeſſionibus hæreditatum & poſſidendis bonis, magiſtris faciundis, vendendiſq; ex edicto & poſtulari & fieri ſolet. Sine eo) Me Cicerone. Perhiberet) Patronum produceret. Eum) Cęcilium.

Informatū. Prenſatio. Frigere. Calere. Piſo. Manus. Cęcilius. Mancipio accipere. Vita incerta. Nemancupi. De. Magiſtri. Quintilian⁹ enarratus.

informata adhuc cogitatio. Nos in omni munere cādidatorio fungēdo ſummā adhibebimus diligētiā: & fortaſſe, quoniam videtur in ſuffragiis multū poſſe Galba, cū Romę a iudiciis forū refrixerit, excurrem⁹ mēſe Septēbri Legati ad Piſonē, vt Ianuario reuertamur. Cū perſpexero volūtates nobiliū, ſcribam ad te. Cętera ſpero prolixa eſſe his dūtaxat vrbanis cōpetitoribus. Illā manū tu mihi cura, vt pręſtes, quoniā tu propius abes. Pōpeii noſtri amici negāt me ei iratum fore, ſi ad mea comitia nō venerit. Atq; hęc huiuſmodi ſunt: ſed eſt q̄d abs te mihi ignoſci peruelim. Cęcilius auūculus tuus a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere cœpit cū eius fratre Caninio Satrio de iis rebus, quas eū dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret. Vna agebāt cęteri creditores, in q̄bus erat Lucullus & P. Scipio, & is, quē putabāt magiſtrū fore, ſi bona venirēt, L. Pōtius. verū hoc ridiculū eſt, de magiſtro nūc cognoſcere. Rogauit me Cęcilius, vt adeſſem cōtra Satriū. dies fere nullus eſt, q̄n hic Satrius domū meā vētitet: obſeruat L. Domitiū maxime, me habet ꝓximū: fuit & mihi & Q. fratri magno vſui in noſtris petitionibus. Sane ſum ꝑturbatus, cū ipſius Satrii familiaritate, tū Domitii, in quo vno maxime ābitio noſtra nitit̄. Demōſtraui hęc Cęcilio: ſimul & illud oſtēdi, ſi ipſe vnus cū vllo vno cōtēderet, me ei ſatiſfacturū fuiſſe: verū in cauſa vniuerſorū creditorū, hominū ꝑſertim āpliſſimoꝝ, q ſine eo, quē Cęcilius ſuo nomine perhiberet, facile cōmunem cauſſam ſuſtinerēt, æquū eſſe, eum & officio meo cōſulere & tēpori. Durius accipere hoc mihi viſus eſt, q̄ vellem & q̄ homines belli ſolent: & poſtea prorſus ab

Inſtituta) Recenter inita. Erat nouus Ciceroni amicus Cęcilius. Vnius) Quidā codices habēt amici, vtcūq; de Caninio intelligit. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμὴ) Sententia Platonica qua ſignificatur, Diuinū bonū eſſe honorē. cui nō abludit id Ariſtotelicū quod poſitū eſt libro Ethicorū. 4. Maximū bonorū exte-

Honor. riorum eſt honor. Omnes gratias) Pleriq; codices habēt omniū. Hermathena) Imago marmorea

Hermathena Mercurii & Mineruæ deorū ingenii pręſidū. Sonat vox græca Mercuriū & Mineruam. Hermes ille, iſta dicitur Athenę. De Hermis, Hermerotib. infra prolixe. ἑρμαθῶα) Statua illa Hermathena ita gymnaſium ornat, vt inſtar totius gymnaſij pēſetur: quoniam oculi omniū in eā cōiiciūtur. Figulo) Cognomē-

Figulus. tū Figuli inditū ob rotā figularē, cuius vertiginē pernicisſimā cū geminorum varietatē oſtendere vellet, cęlo cōparabat. Auguſtinus auctor de Ciuit. dei. hunc Euſebius Chronographus putat ob

Magia. magiæ ſuſpicionē actū fuiſſe in exiliū, cui⁹ ſceleri Nigidiano Salluſti⁹ fuit affinis auctore in diris in Criſpū M. Tullio. Scelus enim priſci magiam putarunt auctore Plinio, Lucio, cæteris.

inſtituta noſtra paucorū dierum conſuetudine longe refugit. Abs te peto, vt mihi hoc ignoſcas, & me exiſtimes humanitate eſſe prohibitū, ne cōtra amici ſumma exiſtimationē miſerrimo eius tēpore venirē, cū is omnia ſua ſtudia & officia in me cōtuliſſet. Qꝫ ſi voles in me eſſe durior, ambitionē mihi putabis obſtitiſſe. Ego autē arbitror, etiā ſi id ſit, mihi ignoſcendū eſſe. θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή. Vides enim in quo curſu ſumus, & q̄ omnes gratias non modo retinēdas, verū etiam acquirendas putemus. Spero tibi me cauſam probaſſe. cupio quidē certe. Hermathena tua valde me delectat, & poſita ita belle eſt, vt totum gymnaſiū ἑρμαθῶα eſſe videatur. Multum te amamus. L. Iulio Cæſare, C. Martio Figulo COSS. filiolo me auctum ſcito, ſalua Terentia.

Argumentum. II.

PIVS. ALterius Epiſtolę principiū, q̄ omnino a ſuperiori dirimēda eſt. Atticū tacite caſtigat qꝛ in ſcriptitādis literis ceſſauerit. Catilinę patrociniū nō ſubtrahit, vt abſolutus opera Cicer. cōiūctior ſit in ratiōe petitionis. Rogat aduētū maturet, vt Pōpeianos molliat familiares ſuos. Auiā Titi deſiderio mortuā ait. amat Atticū qꝛ ſigna miſerit, pro quorꝫ vectura æs curat. Luceiū placare tētaſſe ab Attico alienatū, ſed fruſtra: ſuſpiciones cū venerit cognoſcet. Tulliolā Piſoni deſpondiſſe.

## M.T. CICER. T.P. ATTICO S.

ABs te tādiu nihil literarū. Ego de meis ad te rationibus ſcripſi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam competitorem noſtrū defendere cogitamus. Iudices habemus, quos volumus, ſumma accuſatoris voluntate. Spero ſi abſolutus erit, coniunctiorem nobis fore in ratione petitionis: ſin aliter acciderit, humaniter feremus. Tuo aduentu nobis opus eſt maturo. Nam prorſus ſumma hominum eſt opinio, tuos familiares, nobiles homines, aduerſarios noſtro honori fore: ad eorum voluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi vſui fore video.

ABS te tā diu) Seiūgat̄ ac dirimat̄ a ſuperiori hæc Epiſtola vt diximus. Ad te rationibus) Aretinus ſcribit detractoribus, malignis videlicet competitoribus. Accuſatoris) Clodii. nam is repetūdarum Luciū Catilinam accuſauerat. mox pręuaricator inſita leuitate ex accuſatore factus. Catilina) Feneſtella prodit L. Catilinam a Cicerone fuiſſe in foro defenſum. Pedianus tamē in toga cand. cōtrariā ſentētiā ſequi videt̄, ac mendacii reum Feneſtellā agere. Sūt qui putāt Catilinā a Clodio accuſatū qꝛ M. Mario Marii Cratidii filio omni cruciatu prius torto, collum gladio ſua dextra ſecuerit, cū inter digitos eius riui ſanguinis fluerēt. Pedianū audi, M. Marius a L. Catilina crudeliſſime interēptus eſt. M. vero Cicer. in ea oratione

Catilina reus. quā habuit cōtra Antoniū & Catilinā cōpetitores, copioſe de hoc ipſo Mario retulit. Is eñ vir popularis fuit, atq; ob eā cauſam bis Prętor, cuius abſciſſum caput ſua manu Sergius Catilina per vrbē circūtulit, qđ illi a M. Tullio ſępius obiectum eſt. Catilina reus erat Africę ſpoliatę, vt a Pediano accepimus in toga candida, & Clodiū præuaricatū fuiſſe nō Catilinā, ac ita Pedianū emēdāt. Alii contēdunt reum fuiſſe Catilinā ſtupri illati filię virgini: vel, vt inquit Appianus libro. 2. quoniā L. Catilina glorię & generis ſplēdore p̄cellēs, temeritate notiſſimus, adoleſcētē filiū ob Aureliæ Oreſtillæ amorem interfeciſſe dicitur, cū mulier ſuperſtite filio nuptias eius recuſaret. Sed opinio illorū vera eſt qui dicūt Catilinā reū fuiſſe repetundarū. Audi Ciceronē in Orat. pro Cælio, Secutus eſt annus, cauſam de pecuniis repetūdis Catilina dixit. Conſulatū petiui, petebat Catilina mecū. Tuos familiares) Craſſum & C. Cæſarem refragatores Ciceronis auctore Pediano, q̄bus intercedētib⁹ Clodius accuſator Catilinæ pręuaricatus eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Latinę) Ciuitates quadragintaſeptē ex populis Latinis, ferētes carnē in Albanū mōtē conueniebāt. Ferię Latinę dicebant. olim tres Latinarū dies ſolēnes: Furii Camilli tēpore quartus eſt additus. Lege Plutarchū in Camillo. Liuius lib. 7. de bello Maced. Ea procurata, Latina inſtaurata, qđ Laurētib. carnis quę dari deberet, data nō fuerat. Supplicatio quoq; earū religionū cauſa fuit. x. ingenui. x. virgines, patrimi oēs matrimiq; ad id ſacrificiū adhibiti: & decē viri nocte latēter rē diuinā fecerūt. Scitu dignū ac minime omittēdū qđ Plinius libro. 27. Nat. hiſto. prodit his verbis, Latinarū feriis quadrigę certāt in Capitolio, victorq; abſynthium bibit. Pręfectū vrbi Latinarū cauſa relictū, Senatū habere poſſe Mutius negat, quoniā ne Senator qdē ſit, neq; ius habeat ſentētię dicēdę: cū ex ea ætate Præfectus fiat, quæ nō ſit Senatoria. auctor Gellius lib. 13. De Latinis & earū origine ac ritu lege quę Aliscarnaſeus libro. 4. Hiſtoriarū meminit. In officio) Carnis diſtribuēdę. Eſt irriſio ſuperſtitioſę aniculę, vt ſi dicerē, Senes ſolitos anno ſeculari, qđ hodie Iobileum dicūt, extabeſcere mœrore: quoniam nō potuerūt impediti bellis vndiq; emergētibus Romā petere ad errorū ſuorū reatus abſtergēdos. An ex literis) Subintellige nō ſatis liquet. Quidā legunt ac coniūctim. Curaſti) Mittēda, vel emiſti. Amamus) Gratias agim⁹: rē nobis gratā feciſti. Nos ad te ſummopere amandū pellexiſti. Figura loquēdi Ciceroni familiaris. Amico) Hic fuit Lucei⁹, vt infra patebit.

Latinæ.

Carnis.

Victor abſynthiū bibit.

Secularis annus, Iobileū.

Amare.

Quare Ianuario ineunte, vt cōſtituiſti, cura vt Romæ ſis. Auiā tuā ſcito deſiderio tui mortuā eſſe: & ſimul ꝙ verita ſit, ne Latinę in officio nō manerēt, & in mōtem Albanū hoſtias non adducerēt: eius rei conſolationē ad te L. Saufeiū miſſurū eſſe arbitror. Nos hic te ad mēſem Ianuariū expectamus ex quodā rumore, ac ex literis tuis ad alios miſſis: nā ad me de eo nihil ſcripſiſti. Signa quę nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita: nos ea nō vidimus, neq; enim exeūdi Roma poteſtas nobis fuit: miſimus, qui pro vectura ſolueret: te multū amamus, ꝙ ea abs te diligēter paruoq; curata ſunt. Quod ad me ſæpe ſcripſiſti de noſtro amico placādo, feci, & expertus ſum omnia, ſed mirādum in modū eſt animo abalienato: quibus de ſuſpitionibus, etſi audiſſe te arbitror, tamen ex me cum veneris, cognoſces. Salluſtiū pręſentē reſtituere in eius veterem gratiā nō potui. Hoc eo ad te ſcripſi, ꝙ is me accuſare de te ſolebat: in ſe expertus eſt illū eſſe minus exorabilē, meū ſtudiū nec tibi defuiſſe. Tulliolam C. Piſoni L. F. Frugi deſpondimus. Vale.

Eius) Luceii. & hic cū Luceio diſſidebat. Is) Salluſtius. De te) Circa cauſam tuā. Tāq̃ cauſam tuā indiffereter curarē. Expertus eſt in ꝓprio negocio nullā meā eſſe culpā, ſed hominis duritiē. In ſe) In cauſa ſui. Hoc eſt Salluſtii. Illū) Luceiū. Meū ſtudiū) Zeugma a ſuperiori. & expertus eſt. Frugi) Cognomen hoc Piſonū hinc accepit originē, vt vtar verbis M. Ciceronis ſexta in Verrē Actione poſtis, Tantus frugalitatis paternę imitator, vt cū forte in exercitatione fractū annulū reficere vellet, aurificē Corduba iuſſerit accerſiri, vt in medio foro poſita ſella, appēſoq; auro videntibus omnibus annulū faceret. Sed & pater vocatus eſt frugi, q prior domū illuſtrauit, qui Tribunus plebis legē de repetundis pecuniis tulit, & cauſas egit, & multarū legū aut auctor aut diſſuaſor fuit: orationesq; reliquit, quę iam euanuerūt, & annales ſane exiliter ſcriptos. Auctor Cicero in Oratore. Piſones a piſis ſerēdis leguminis genere dicti, etiā Calpurnij nō Calphurnij, a Calpo Numę Regis filio: cui alluſit Horatius in arte Poetica ſic, Vos o Pōpilius ſanguis. Non nomine proprio igit̃, ſed alte a maiorū virtute repetito, vocatus eſt hic Piſo Frugi. Idē ad Atticū quoq; alibi, Ad. viij. Idus Apriles ſponſalia Craſſipedi prębui. Fuit huic quoq; Piſoni ſuus inter oratores locus, de quo M. Tullius meminit in Bruto. Ex Plutarcho Aretinus. Ex Tulliola generos habuit duos, & qdē vtrūq; ſummę nobilitatis. primo Craſſipedē Piſonē, qui paulo ante profectionē eius in Ciliciam defunctus eſt. Poſtea vero Dolabellam, cui, etiā Tullio in Cilicia Proconſulatū gerēte, Tulliola nupſit. Cicero libro. 7. harū Epiſtolarū, Ad eū enim ſolū & ad Caſſij fidem nō ſcripſeram. Tu lege, Craſſipedem.

Piſo Frugi.

Calpurnij. Calpus.

Craſſipes Piſo.

ASCENSIVS. In verbis Liuianis de Latinis: dictio carnis eſt nominatui caſus: & omnes patrimi dictū per conceptionē generū: nā. x. virgines puellæ erant.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

CRebras expectationes nobis tui commoues. Nuper quidem cū te iam aduētare arbitraremur, repente abs te in mēſem Quintilem reiecti ſumus. Nūc ſentio, quod commodo tuo facere po-

Argumentum. III.

CRebras) Suadet Attico vt Romæ adſit ob multa, pręſertim vt fratris comitia obeat, ac Vpilianā cōtrouerſiā tranſigat. Macrum ſecūda populi fauore ſe damnaſſe monet: de ſignis & Hermathena nonnulla.

PIVS.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

teris venias ad id tẽpus, quod ſcribis, obieris Q. Fratris comitia, nos longo interuallo viſeris, ac Vpilianã controuerſiã transegeris. Hoc me etiam Peduceus, vt ad te ſcriberem, admonuit. putamus enim vtile eſſe, te aliquando eam rem tranſigere: mea interceſſio & eſt & fuit parata. Nos hic incredibili ac ſingulari populi volũtate de C. Macro tranſegimus: cui cũ æqui fuiſſemus, tamen multo maiorem fructum ex populi exiſtimatione illo dãnato cepimus, q̃ ex ipſiꝰ, ſi abſolutus eſſet, gratia cepiſſemꝰ. Quod ad me de Hermathena ſcribis, per mihi gratum eſt, ornamentum Academiæ proprium meę, ꝙ & Hermes cõmune omniũ, & Minerua ſingulare eſt inſigne eiꝰ gymnaſii. Quare velim, vt ſcribis, cæteris quoq; rebus q̃plurimis eũ locũ ornes. Quæ mihi antea ſigna miſiſti, ea nondum vidi: in Formiano ſunt, quo ego nunc proficiſci cogitabam, illa omnia in Tuſculanũ deportabo. Caietam, ſiquãdo abundare cœpero, ornabo. Libros tuos conſerua, & noli deſperare eos meos facere poſſe: quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum diuitiis, atq; omniũ vicos & prata contemno. Vale.

Obieris) Obibis, adiuuabis, inſtrues, ornabis. Fratris) Mei, Quinti. Comitia) Petitionem. pẽtebat & frater Ciceronis magiſtratũ. Vpilianam controuerſiã, litem quã habes cum Vpilio. Tranſegeris) Expedies, vt dici vulgo ſolet. Terentius, Fabula trãſigetur intus. Iam rẽ tranſigere) Scribatur, eam.

Transigo.

Interceſſio) hic patrociniũ ſignificat. Spondet opẽ ſuã in controuerſia, quã pro Vpilio habebat. Populi volũtate) Populo fauentiſſimo. De C. Macro) Prætor tũc erat Cicero, dum hæc ſcribit, & petitor Conſulatus paulo poſt Pręturã futurus ineũte Ianuario finem megiſtratui eius imponẽte. Nõ ſunt iſta contraria. hiſtoria eſt apud Plutarchũ in vita Ciceronis his pene verbis. Cũ Pręturæ multi ac maximę dignitatis viri Ciceroni competitores eſſent, ipſe longe omnibus prælatus Prætor deſignatus eſt: neq; in eo magiſtratu parum ſplendidũ atq; integrũ nomen geſſit. Quippe Licinius Macer vir & potentia ſua, & fauoribus Craſſi validus, reus peculatus apud Ciceronem actus eſt. Is ergo ſtudiis magnitudinis ſuæ fiſus, & ſimul iudicibus, quos inter ſe diſſentire compererat, domum ſe recipit, & confeſtim mentum abradit: atq; velut ſuperior in cauſa euaſiſſet, nitida ſtola amictus redit in forum. Inter hæc apud Prætoriũ occurrit ei Craſſus, ac nũciat vt ille omnibus ſententiis iudicum damnatus eſſet: quo accepto Licinius ingẽti dolore oppreſſus occubuit rediens: moxq; ægra nece conſumptus. Quamobrem per totam vrbem hic rumor dilatus diligentiam ac integritatem Ciceronis in iudiciis recte ſeruãdis paſſim effu ſit.

Interceſſio.

Licinius Macer.

Valerius Maximus libro nono, Conſimili impetu mortis C. Licinius Macer vir Prætorius Calui pater reptundarum reus, dum ſententiæ dicerentur, in Menianum conſcendit: ſiquidem cum ipſe M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat. prætextam ponentem vidiſſet, miſit ad eũ qui diceret, ſe non damnatum, ſed reum periiſſe: nec ſua bona haſtæ poſſe ſubiici: ac protinus ſudario, quod forte in manu tenebat, ore & faucibus ſuis coarctatis, incluſo ſpiritu pœnam morte præcurrit. qua cognita re Cicero de eo nihil pronunciauit. Igitur illuſtris ingenii orator ab inopia rei familiaris, & a crimine domeſticæ damnationis inuſitato paterni fati genere vindicatus eſt. Per mihi gratum) Iucunda vnius dictionis vtique diuiſio, pro, pergratum mihi eſt. Gellius poetas imitatus libro. xvii. Per, inquit, magiſter optime, exoptatus mihi nunc venis. pro, peroptime magiſter. Eadem figura eſt apud M. Tullium Philippica ſexta, D. Brutus, C. Caſſius Conſules proue Conſules. Idem Gellius libro ſecundo Noctium Atticarum, Phædon Socratiq; & Platoni per fui familiaris. Academiæ) Nomen villæ Ciceronis, de qua Secũdus libro trigeſimo primo Nat. Hiſt. Digna memoratu villa eſt ab Auerno lacu Puteolos tendẽtibus, impoſita littori, celebrata porticu & nemore: quam & vocabat M. Cicero Academiam ab exẽplo Athenarum: ibi compoſitis voluminibus eiſdem nominibus, in qua & monimentum ſibi inſtaurauerat. Ceu vero non in toto orbe feciſſet, huius in parte prima exiguo poſt obitum ipſius tempore, Antiſtio vetere poſſidente, eruperunt fontes calidi perq̃ ſalubres oculis, celebrati carmine Laureę Tullij, qui fuit e libertis eius, vt protinus noſcatur etiã miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate ingenii. Ponam enim ipſum carmen dignum, vbiq; & non ibi tantum legi.

Per mihi gratum.

Academia.

Laureę Tullii carmen.

Quod tua Romanæ princeps clariſſime linguæ
  Sylua loco melius ſurgere iuſſa viret:
Atq; academiæ celebratam nomine villam
  Nunc reparat cultu ſub potiore vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
  Languida quæ infuſo lumina rore leuant.

Nimirum locus ille ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cum reſerauit ope.
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem:
Sint plures, oculis quæ medeantur, aquæ.

Academia dicta ab illa memoratiſſima quę fuit Athenis vbi Plato philoſophorũ deus docere ſolebat, vocata ab Academio Heroe. Horatius, Atq; inter ſyluas Academi quęrere verũ. Inſigne) Tutelare numen. Hermes) Mercurius. Libros tuos) Infra Cicero, Bibliothecã tuã caue cuiq̃ deſpõdeas q̃uis acrẽ amatorẽ inueneris. nã ego omnis meas vindemiolas eo reſeruo, vt illud ſubſidiũ ſenectuti parem. Lib. Attici.

ASCENSIVS. Per mihi gratum &c.) frequens etiam oratoribus tmeſis, ſed Gellianam ſic cõſtruã, optime (inquit) magiſter perexoptatus mihi nunc venis. Non enim peroptime dixerit.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

QVantum dolorẽ acceperim, & quãto fructu ſim priuatus & forẽſi & domeſtico, Lucii fratris noſtri morte, in primis pro noſtra cõſuetudine tu exiſtimare potes. Nã mihi omnia quæ iucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere poſſunt, ex illo accidebãt. Quare non dubito, quin tibi quoq; id moleſtũ ſit, cũ & meo dolore moueare, & ipſe omni virtute officioq; ornatiſſimũ, tuiq; & ſua ſponte, & meo ſermone amantẽ, affinẽ, amicũq; amiſeris. Quod ad me ſcribis de ſorore tua, teſtis erit tibi ipſa, quãtę mihi curę fuerit, vt Q. fratris animus in eã eſſet is, qui eſſe deberet: quẽ cũ eſſe offenſiorem arbitrarer, eas literas ad eũ miſi, quibus & placarẽ vt fratrẽ, & monerẽ vt minorẽ, & obiurgarẽ vt errantẽ. Itaq; ex iis, quę poſtea ſępe ab eo ad me ſcripta ſunt, confido ita eſſe omnia, vt & oporteat & velimus. De literarũ miſſione ſine cauſa abs te accuſor. Nũq̃ enim a Pomponia noſtra certior factus ſum, eſſe cui literas dare poſſem. Porro autẽ neq; mihi accidit vt haberẽ, qui in Epeirũ proficiſceretur, neq; dũ te Athenis eſſe audiebamus. De Acutiliano autẽ negocio quod mihi mandaras, vt primum a tuo digreſſu Romam veni, confeceram. Sed accidit, vt & contẽtione nihil opus eſſet, & vt ego, qui in te ſatis conſilii ſtatuerim eſſe, mallem Peduceum tibi cõſiliũ per literas, q̃ me dare. Etẽ cũ multos dies aures meas Acutilio dediſſem,

Argumentum. 4.

QVantũ dolorẽ) Ingemit mortẽ Lucij patruelis, ꝙ vtilitate iucũditateq; priuatus eſt nõ parua. Pomponię ſorori Titi nõ defuit, operamq; dedit, vt Q. Fratris anim⁹ in eã eſſet is qui eſſe deberet. De literarũ miſſione, ſine cauſa accuſatur. In Acutiliano negocio non defuit. De tutela legitima nõnulla. Quæ Tuſculano cõuenire intelligit, rogat vti mittat. Terẽtia & Tulliola ſalutẽ adſcribũt. Hęc epiſtola ſcripta fuit ante Cõſulatũ. Duos frẽs habuit Cicero, alterũ germanũ, alterũ patruelẽ: ex qbus Lucius qui patruelis erat adoleſcẽs egregiæ indolis fuit, & oratoriæ facultatis ſtudioſus. ante Cõſulatũ eius diem obijt. Forenſi) erat adiutor cauſarum forẽſiũ. hinc elicit amor Ciceronis in Luciũ incredibilis, qui naſcit in corde, hoc innuente Auguſtino in libro de ſubſtantia dilectionis. Mediũ eſt cor hominis, vnde fons amoris erũpit: & cũ per appetitũ ad exteriora decurrit, cupiditas dicit: cũ vero deſideriũ ſuũ ad interiora dirigit, charitas nominat. Ab eo de me ſcripta) lege, ad me ſcripta. Epirũ) Ad Magneſiã Epirus Macedoniãq; tendit. A tergo Daſarethas liberã gentẽ, mox ferã Dardanos habet. Sũt in pricipio Epiri Acroceraunia ab excelſitate fulminibus impetita nomẽ habẽtia. Adſunt Moloſſi, quoꝝ canes a Plauto Moloſſici, a Marone Moloſſi vocãtur. Epirus eſt in tertio Europæ ſinu, qui Acrocerauniis incipit mõtibus, finitur Helleſponto. Plinius libro. 4. Athenis) a cuius vrbis diuturna habitatione nomẽ traxit Atticus. Cicero libro. 5. de Finib⁹, Põponius inquã noſter iocari videtur, & fortaſſe ſuo iure. Ita enim ſe Athenis collocauit, vt ſit pene vnus ex Atticis, vt id etiã cognomen videatur habiturus. mox (vt M. Cicero diuinauerit) ſucceſſores Titi Põponii vocati ſunt Attici: vel Ouidio teſte in Triſtibus, Attice facũdę renouas qui nomina gentis: Nec ſinis antiquã cõticuiſſe domũ. Atticus hic auctore Plinio libro xxxv. cõpſuit librũ de Imaginib⁹. Athenas vocat Demoſthenes Gręciæ Græciam, quæ ingeniorum ac virtutis trophęum erexerunt. Prouerbium, Atticus bonus valde bonus. Hi ſunt illi Athenienſes pientiſſimi: qui aram Miſericordiæ ſtatuerunt, ad quam Heraclidæ confugerunt: vnde humanitatis parẽtes dicti. Huic rei Claudianus in Gildonem ſic alluſit, Et propriũ miſeris nomẽ ſtatuiſtis Athenę.

PIVS.

Lucius Cicero.

Epirus.

Moloſſici.

Athenæ.

Põponius Atticus.

Gręciæ Gręcia.

Atticus bon⁹

Ara miſericordiæ.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuius ſermonis genus notũ tibi eſſe arbitror, nõ mihi graue duxi reſcribere ad te de illius querimoniis: cũ eas audire (quod erat ſubodioſum) leue putaſſem. Sed abs teipſo, qui me accuſas, vnas ſcito mihi literas redditas eſſe, cũ & ocii ad ſcribendum plus, & facultatem dandi maiorem habueris. Quod ſcribis etiã ſi cuius animus in te eſſet offenſior, a me recolligi oportere: quid dicas: neq; id neglexi: ſed eſt miro quodam modo confectũ. Ego autẽ quæ dicenda fuerint de te, non præterii. Quid autem contendendũ eſſet, ex tua putabam voluntate ſtatuere oportere: quam ſi ad me perſcripſeris, intelliges me, neq; diligentiorẽ eſſe voluiſſe, q̃ tu eſſes: neq; negligentiorem fore, q̃ tu velis. De Tadiana re mecum Tadius locutus eſt: te ita ſcripſiſſe, nihil eſſe iam quod laboraret, quoniam hęreditas vſu capta eſſet. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil vſu capi poſſe. Epeiroticam emptionem gaudeo tibi placere. Quæ tibi mandaui, & quę tu intelliges conuenire noſtro Tuſculano, velim, vt ſcribis, cures, qđ ſine moleſtia tua facere poteris. nam nos ex omnibus moleſtiis & laboribus vno illo in loco cõquieſcimus, quo fratrem quotidie expectamus. Terentia tua magnos articulorum dolores habet: & te ſororéq; tuã, & matrem maxime diligit, ſalutéq; tibi plurimã aſcribit: & Tulliola delicię noſtrę. Cura vt valeas, & nos ames: & tibi perſuadeas te a me fraterne amari.

Atrophi.

Cuius) Alicuius. Offenſior) Iratior, exulceratior: vnde offenſa & offenſiuncula. Recolligi) Corrigi, reuocari ab ira: quæ labi & cadere a virtute cogit homines: vnde nomen habet. Quos latini recolligentes ſe a valetudine dicũt, Plinius libro.xxiij. vocat atrophos. Quid dicas) Deeſt verbum noui, ſic, Noui quid dicas. Contẽdendũ) Vlterius promouendũ. perſeuerandũ in recolligendo. Hęreditas vſu capta) Per vſum, id eſt vſucapionẽ, frequẽs apud Iuriſconſultos verbũ, quę eſt abuſiue acquiſitio dominij per longam continuationẽ temporis. Aduerſarius erat in poſſeſſione bonorũ. Id mirabamur) Ordo, Mirabamur te ignorare id: nihil vſu capi poſſe de tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella.

Tutela legitima.

De tutela legitima) Vlpian, Legitimę tutelę lege.xij. tabularũ agnatis delatę ſunt & conſanguineis. Item patronis, id eſt his qui ad legitimã hęreditatem admitti poſſunt. Hæc ſũma prouidentia, vt qui ſperarent hanc ſucceſſionẽ, iidem tuerẽtur bona ne dilapidarẽtur. Modeſtinus, inquit, curatore teſtamentario mortuo ſuccedere agnatũ: qui fidutiarius tutor appellatur.

Fidutiarius tutor.

Iulianus, Quidam decedens filiis ſuis dederat tutores & adiecerat, eos quoq; anologiſtas eſſe volo. lege analogiſtas.

Analogiſtę.

Sũt enim Analogiſtæ tutores illi, qui nõ tenentur reddere rationẽ tutelæ adminiſtratę. ab ana præpoſitione & logos ratio, vt ana tollat rationẽ. Accurſius errat ſubdẽs. inde legiſta. id eſt rationalis, qui teneť reddere rationem. ſcribe logiſta.

Logiſta.

Vlpianus de rebus eorũ qui ſub tutela vel cura ſunt ſine decreto non alienãdis. Imperatoris Seueri oratiõe prohibiti ſunt tutores & curatores prędia ruſtica vel ſuburbana diſtrahere. Dixit Cicero, legitima tutela, vt rationem ſuã fortiorem redderet, propter analogiſtas.

Tutela.

Paulus Iuriſconſultus, Tutela eſt, vt Seruius definit, ius ac poteſtas in capite libero conſtituta ad tuendum eum, qui propter ætatem ſuam ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa.

Tutores.

Tutores ſunt qui eam vim ac poteſtatem habent: ex qua re ipſi nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores quaſi tuitores atque defenſores, ſicut editii dicuntur qui ædes tuentur. Scribe, æditui. æditueutes Lucretius vocat.

Æditui.
Mutus non eſt tutor, nec ſurdus.

Mutus tutor dari non poteſt, quoniam auctoritatem præbere non poteſt, auctore Paulo. Surdum non poſſe dari tutorem plerique & Pomponius libro decimonono ad edictum probant, quia non tantum loqui, ſed & audire tutor debet. Fœminæ, inquit Neratius, tutores dari non poſſunt, quia id munus eſt maſculorum, niſi a principe, filiorum tutelam ſpecialiter poſtulent.

Teſtamentaria tutela.

Eſt quoque teſtamentaria tutela, vt inquit Caius, lege.xij. tabularũ permiſſa parentibus, liberis ſuis, ſiue maſculini, ſiue fœminini ſexus, ſi modo in poteſtate ſunt, tutores teſtamento dare. Hæc ille. Vnde Ciceronis nodus ſoluitur. De tutela legitima, expone de his qui poſiti ſunt in tutela legitima. Nihil vſu capi poſſe) Papinianus, Dolus tutorum pupillo neque nocere, neque prodeſſe debet.

Chiragra.
Articulus.

Articulorum) Chiragra vocatur. aliqui & de pedibus. nam in digitis pedum ſunt articuli. Proprie tamen de manibus dicitur articulus. Perſius Satyra quinta, Sed cum lapidoſa chiragra, Fregerit articulos veteris ramalia fagi. Prius dixerat Horatius, Poſtq̃ illi iuſta chiragra Contudit articulos. Nodoſa ab Ouidio dicitur. Hoc morbo laborant quorum genituræ dominus fuerit Saturnus, auctore Materno. Celſus libro.iiij. medicinæ ſcribit plures articulari morbo laborãtes annuo ſpatio veneri ac vino renũciaſſe, nec amplius articulatione læſos.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sic Plinius articularem morbum appellat: quo laborauit Ennius ille pater auctore Sereno, dum pocula ſiccat iniqua. Euſebius Chronographus, Ennius poeta ſeptuagenario maior articulari morbo periit. Plinius libro. xxiii. oleum coccinum bibi prodit ad purgationem ventris cum pari caldæ menſura: & articulorum morbis prodeſſe.

Articularis morbus. Ennius.

ASCENSIVS. Quid dicas, id eſt dicere velis, ſubaudit intellexi aut noui: ad quod verbum ſubauditum pertinet quod addidit: neq; id neglexi. Si enim non intellexiſſet non feciſſet, & ita neglexiſſet.

## M·T. CICERO T. P. ATTICO S.

Non committam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. tu modo videto in tanto ocio, vt par in hoc mihi ſis. Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimeſam, & exædificatam animo habebas, M. Fontius emit HS.CCCXCIII. Id te ſcire volui, ſiquid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. Q. Frater ( vt mihi videtur) quo volumus animo eſt in Pomponiam: & cum ea nunc in Arpinati prædio erat: & ſecum habebat hominem χρηστομαθῆ D. Turranium. Pater nobis deceſſit ad. VIII. Cal. Decembris. Hæc habebam fere, quæ te ſcire vellem. Tu velim, ſi qua ornamenta Gymnaſio reperire poteris, quæ loci ſint eius, quem tu non ignoras, ne prætermittas. Nos Tuſculano ita delectamur, vt nobiſmetipſis: tam deniq; vt cum illò venimus, placemur. Quid agas omnibus de rebus, & quid acturus ſis, fac nos q̃ diligẽtiſſime certiores. Apud matrem recte eſt: eaq; nobis curæ eſt. L. Cincio HS. DCCCC. conſtitui me curaturum Idibus Feb. Tu velim ea, quæ nobis emiſſe & paraſſe ſcribis. des operam, vt q̃primum habeamus. & velim cogites id, quod mihi pollicitus es, quemadmodum Bibliothecam nobis conficere poſſis. Omnem ſpem delectationis noſtræ, quam cũ in ocium venerimus, habere volumus, in tua humanitate poſitam habemus. Vale.

Argumentum.

NON Committam) Spondet ſe in ſcriptitandis literis futurum hoc diligentiorem. Frater Q. Pomponiam amat. De obitu patris. Tuſculanum commendat, ornariq; cupit Attici induſtria.

PIVS.

χρηστομαθῆ) Chreſiomathe peritum, nauum, & qui vſu occalluit. χρῆσις vſus. μαθητεύω doceo. Temperantem Greci σώφρονα appellant: eamq; virtutem σωφροσύνην inquit Cicero libro Tuſculanarum tertio, quam ſoleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare: nonnunq̃ etiam modeſtiam. ſed haud ſcio an recte ea virtus frugalitas appellari poſſit. quod anguſtius apud Græcos valet, qui frugi homines χρησίμους appellant, id eſt tantummodo vtiles. Tum deniq;) Corrige tam, & repete verbum delectamur. Cũ illo) Cum illuc. Sed ſcribendum ſic, Denique vt cum illo. Placeamus.) Alii legunt placemur, id eſt recreemur, fracti videlicet forenſibus fluctibus. Matrem) Tuam. DC.) nongenta Codex vetus explicitum habet. cõpẽdio ſcribitur. DCCCC. Curaturum.) Soluere decreui.

Chreſſomathes. Sophroſyne. Frugi.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Apud te eſt, vt volumus: mater tua & ſoror a me Quintoque Fratre diligitur. Cum Acutilio ſum locutus: is ſibi negat a ſuo procuratore quicq̃ ſcriptum eſſe, & miratur iſtam controuerſiam fuiſſe, quòd ille recuſarat: ſatiſdari amplius abs te non petit. Quod te de Tadiano negocio deceſſiſſe ſcribis, id ego Tadio & gratum eſſe intellexi, & magnopere iucundum.

Argumentum. Epiſt. VI.

Q. Frater cum ſorore in gratiam rediit procurante Cicerone. De Luceio reconciliãdo agit. De ſignis Megaricis hortatur q̃plurima ſigna mittat ad ornandum gymnaſiũ & xyſtum.

PIVS.

APVD te.) Tu bene vales vt accepi & nos ideo gaudemus. Controuerſiam) litem. Recuſarat) litigare tecum. Satiſdari) ſatiſfieri. Inter hæc tamen ponunt differentiam iuriſperiti: vt ſatiſdare ſit per vadẽ, aut fidẽ meã. Decepiſſe)

Scribē deceſſiſſe hoc eſt liti ceſſiſſe. Ille noſter) Luceius, de quo ſupra. Elaborandum) Fungar vice blandę conciliatriculæ. Seſtertia DCCCC) Ne ſibi diſcrepet emēda, nōgēta. XX. Megaricis) a Megara Atticę ciuitate, vnde figulina ſigna optima. Hermæ) Statuę Mercurii quadratę, quę foribus præfigebantur. Atticum ſtatuarum & imaginum curioſum fuiſſe, lege Plinium libro trigeſimo quinto. Hermæ ſtatuæ erant quadratę quæ Athenis pro foribus tam priuatarum ædium q̃ templorum, vt auctor eſt Thucidydes libro ſexto, ſtatuebantur: quarum fere omnium capita vna nocte amputata ſunt: cuius rei auctores latuere. Menecles ſiue Callicrates in lib. de Athenienſibus hęc de Hermis ſcribit. A Pœcile ac regia porticu ſunt qui appellantur Hermæ. Dicebantur autem quidam & Hipparchei Hermæ, ab Hipparcho Piſiſtrati filio ſic denominati. Plura ex Pauſania. Lapideos Mercurios Cymoni decretos quum Plutarchi dixit interpres, Hermas iſtos intellexit. Ab eodem etymo Hermeſias a Plinio vocatur libro xxiiii. nat. hiſt. ad liberos generandos pulchros bonoſq;, ſicuti anacampſerote: de qua ſic paulopoſt Plinius, Anacāpſerotem celeber arte grāmatica pauloāte: cuius omnino tactu redirent amores vel cum odio depoſiti. Anacāpto enim eſt reflecto. Vbi, pauloante, ſuperius legitur, in codicibus reuerendæ fidei legitur, Palæmon. Pentelici.) De marmore Pentelico meminit Theophraſtus in lib. περὶ τῶν λίθων. δέ, ὧν inquit, δὴ καὶ διωνομασμέναι λιθοτομίαι παρίων τε καὶ πεντελικῶν ἔτι χίων τε καὶ θηβαικῶν. καὶ ὡς ὁ περὶ αἴγυπτον. Lapidicinas videlicet fuiſſe Pētelicorum celebres in Attide, quę magni cenſebantur, vt quę Thebaicę, Chiæ, Parię ac Pētelicę nominentur. de quibus meminit in Attica Pauſanias. Quin & apud Plutarchum in Publicola mentio fit de marmore Pendeleſio, aliqui Pentelico emendant. Ego diem amplio. Per Hermas Pētelicos, Mercuriolos lapideos intelligimus ex marmore Pentelico. Plutarchus in Capitolii magnitudine recenſenda inquit, Romam deuectas fuiſſe columnas, quæ Pentelico lapide conſtarent. Sententia Pauſaniæ eſt in Atticæ deſcriptione, Athenienſibus montes eſſe Pentelicorum, in queis ſunt lapidicinę & Palladis ſimulacrum & Parnes, qui aprorum atq; vrſorum venationes præbet: vbi Iuppiter Parnethius extat æneus, & Iouis σημαλέω ara. πεντέλιθεν, inquit Sudas, ἀπὸ πεντέλης πόλεως. Cum capitibus æreis.) Exemptile caput habebant ex ære, cum reliquum corpus eſſet ex marmore Pentelico, vt varietas condiret opus. Xyſti) Porticus in hoc loco. Alibi a nobis plura. Studio efferimur.) Amore habendi rapimur. Abiurare.) Abnegare iureiurando, emplaſtro ęris alieni eludere creditorem, vt illud Maronianum, Abiurateq; rapinę. lege ibi Honoratum grammaticum. Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima. Quartus ab illicitis reuocat, mentiſq; reatus Abiurare docet. Dependere.) Soluere, quoniam id fiebat antiquitus a penſatoribus interpoſita libra: vnde impendia, dependia, dupendios. Cicero primo Epiſtolarum familiarium ad Lentulum, Niſi cum Marco fratre diligenter egeris, deprecandum tibi eſt, quod mihi pro illo ſpopondiſti. Arcę confidito, me ſoluturum q̃primum, & futurum nummatiorem.

Megara. Hermę. Hermeſias. Anacāpſerote. Plinij locus. Pentelicum marmor. Pēdeleſium. Xyſtus. Abiurare. Dependere.

Ille noſter amicus, & mehercule vir optimus, & mihi amiciſſimus, ſane tibi iratus eſt. hoc ſi quanti ęſtimes, ſciam, tum quid mihi elaborandum ſit, ſcire poſſim. L. Cincio HS. DCCCCXX. pro ſignis Megaricis, vt tu ad me ſcripſeras, curaui. Hermæ tui Pentelici cum capitibus æreis, de quibus ad me ſcripſiſti, iam nunc admodum delectant. Quare velim, & eos, & ſigna, & cętera, quæ tibi huius loci, & noſtri ſtudii, & tuę elegantię eſſe videbuntur, q̃plurima, q̃primumq; mittas: & maxime quæ tibi gymnaſii, xyſtiq; videbuntur eſſe. Nam in hoc genere ſic ſtudio efferimur, vt abs te adiuuandi, ab aliis prope reprehendendi ſimus. Et ſi Lentuli nauis non erit, quo tibi placebit imponito. Tulliola deliciæ noſtræ, tuum munuſculum flagitat, & me vt ſponſorem appellat. Mihi autem abiurare certius eſt, q̃ dependere. Vale.

Argumentum. VII.

NIMIVM Raro ſcribebat Atticus cum poſſet officioſior eſſe. De Hermis iiſdem & Megaricis ſignis agit. Pollicetur de amico placando. Rogat ne bibliothecam ſuam cuiq; deſpondeat. Pomponia ſoror eſt prægnans. Recuſat præſentiam eius in comitiis.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NImium raro nobis abs te literæ afferūtur, cum & multo tu facilius reperias qui Romam proficiſcantur, q̃ ego qui Athenas: & certius tibi ſit, me eſſe Romæ, q̃ mihi te Athenis. Itaq; propter hanc dubitationem meam breuior hæc ipſa epiſtola

eſt. Quod cū incertus eſſem, vbi eſſes, nolebā illū noſtrū familiarem ſermonē in alienas manus deuenire. Et ſigna Megarica & Hermas, de quibus ad me ſcripſiſti, vehementer expecto. Quicquid eiuſdem generis habebis, dignū Academia tibi quod videbitur, ne dubites mittere, & arcæ noſtræ confidito. Genus hoc eſt voluptatis meę: quæ gymnaſio maxime deſunt, ea quęro. Lentulus naues ſuas pollicetur. Peto abs te, vt hæc cures diligenter. Chylius te rogat, & ego eius rogatu εὐμολπίδων πατρίδα. Cum eſſem in Tuſculano (erit hoc tibi pro illo tuo, cum eſſem in Ceramico) Veruntamen cum ibi eſſem, Roma puer a ſorore tua

Grillus.)Chylius ſcribendum: de quo infra plurima mentio. Erat Romę negociator Attici Chylius, & poeta, vt patet infra, Epigrammatis quę in Amaltheo poſuiſti contenti erimus, pręſertim cum & Chylius nos reliquerit, & Archias nil de me ſcripſerit. εὐμολπίδων πάτρια, aut πατρίδα ſcribendum, & repete verbum mittas, hoc ſenſu, Rogare Chylium & Ciceronē vt non modo pauca ſigna mittat, ſed totas Athenas, id eſt, Eumolpidarum patriam: vel vt mittat patriam Eumolpidarum, id eſt quod ſuper Athenis ſcripſiſſet Atticus: quidam ad Eleuſina referunt vt infra dicemus. Eumolpus diſcipulus Orphei, quē initiauit i poetica & in Eleuſiniјs. Ouidius, At non Chionides Eumolpus in Orphea talis: In Phryga non ſatyrum talis Olympus erat. Eumolp⁹, inqt Sudas, Eleuſini⁹ vel Athenieſis filius Muſæi poetę. ſcripſit Teletas Cereris & myſteria. Fuit & Pythionices, a quo iſtituti Eumolpidę & Ceryces. De Eumolpo lege Pauſaniā i Attica, verſificator ante Homerū fuiſſe ꝓditur. Muſęi poeſis Eumolpia dicitur a Pauſania, in qua ſcriptum eſt oraculū Neptuno & Opi fuiſſe cōmune Idem Pauſanias Eumolpū Neptuni & Chiones, quā Boreas ex Orithya ſuſceperat, filiū fuiſſe prodit: quē Homerus Agenora nuncupat. Ex Thracia Eleuſinem migrauit: cuius monimentū eſt poſt Rhitos. Eumolpi meminit Chronographus Euſebius: cuius filius fuit Muſęus diſcipulus Orphei Thracis. Meminit & Strabo lib.7. Geographię. Hunc Eumolpū in oratione Panegyrica nō tacuit Iſocrates (quo duce humili adhuc exiſtēte Gręcia, Thraces in Atticū agrū veniſſe memorat) Eleuſinii quoq; eodē duce aduerſus Erechthea Athenieſiū Regē bellū geſſere, vt in ſecūdo ſcripſit Thucydides. Hęc ſignificant Eumolpidarū patriā poti⁹ credi debere Eleuſinen q̄ Athenas. Liberū ſit iudiciū. Nā Eleuſin & ipſa ſtatuarū nō fuit inops, in his pręſertim locis, in quibus auctore Lucano, nullū ſine noīe ſaxū. Olim dū ætas anniq; caluere, ſic legebā, Cū eſſem in Tuſculano (erit hoc ꝓ illo tuo cū eſſem in ceramico Eumolpi vel Eumolpidon patria) verūtamē cū ibi eſſem, vt innuat Atticū ſtatuarū & antiquarū manuum iudicē probū, vt Ciceroni obſequeretur ſolitū obire Ceramicū & Eleuſina, & huius formulæ literas Athenis vel Eleuſine ad Cic. dare. Cū eſſem in Ceramico vel Eumolpi patria hoc eſt Eleuſine, hoc eſt illud tibi curaui. Nunc Cicero par pari reddēs inquit ſe nō ſcripturū ex Ceramico vel Eumolpi patria: ſed ex Tuſculano dicturum vel ex Academico. Olim Eumolpidę execrati ſunt Alcibiadem. Deinde iuſſu populi reuocatę ſunt dirę quę factę ſunt a Cerycū magiſtratu. Auctor Plutarchus in Alcibiade. Nō a Cerycibus in Plutarcho latinitate donato legit̄, ſed p̄conib⁹ falſo. Ceryx em̄ p̄conē & ſūmū magiſtratū Athenis ſignificat: vnde natū illud apd̄ Senecā, Nō vis Rēp. adminiſtrare niſi Suffes, niſi Ceryx. Suffes eſt apd̄ Carthagineſes ſūmus magiſtrat⁹. Pro illo tuo) Epiſtolico principio lr̄arū tuarū. In Ceramico) In Ceramico, vt inqt Pauſanias, virorū mulierūq; quotquot laudē mereret̄ imagines erāt. Nō mirū igit̄ ſi Ceramici petebat imagines Cicero, & Attic⁹ in Ceramico cōquirebat. Ceramici nomē deductū eſt a figulinis. Nā κέραμος teſtā ſignificat. Plin.l.35. Fecit & Chalcoſthenes cruda opa Athenis, q loc⁹ ab officina eius Ceramic⁹ appellat̄. Erant Athenis Ceramici duo, vnus intra vrbē, in quo meretrices proſtabāt: alter extra, vbi deorū ſimulacra erigere, & ꝓ patria in bello mortuos ſepelire, ac epitaphios.i. laudatorias in funere orōnes habere cōſueuerūt. Lāpaduſtę vltimi a pueris cōtēdētibus illic cędebātur: vnde plagis nomē inditū Ceramicarū. Cū Cicero de Legibus ita ſcribit, Sed poſt aliquāto ꝑpter has amplitudines ſepulcrorū, quas in gerauico videm⁹, lege factū eſt, ne quis ſepulcrū faceret operoſius, q̄ quod decē hoīes effecerint triduo. Neq; id opere tectorio exornari, nec Hermaſos quos vocabāt licebat imponi. Legēdū Ceramico, & Hermas eos, nō Hermaſos, vt nōnulli ſentiūt. De Ceramico meminit Cheroneus in Cymone & in Phocione ꝓ ſcortorū diuerſorio. De eodē loco Ceramico Thucydides libro.6. Cum ibi eſſem.) In Tuſculano. Romā.) Corrige Roma, ab vrbe

ASCENSIVS. Chylius te rogat &c.) Ordo & ſenſus quātū ex Pio colligere dat̄ hi mihi ſunt. Chyli⁹ negociator tu⁹ & poeta, rogat te & ego ei⁹ rogatu ſup. rogo te Eumolpidon patrida.i. totū Eumolpidarū patriā.i. oīa Athen̄. ſigna ſup. ad nos mittas. Deinde incipit aliā ſentētiā. Cū ego eſſem in Tuſculano (hoc .ſ. exordiū nouę ſentētię erat pro illo tuo.i. loco illi⁹ exordii tuę epiſtolę quā ſic exorſus es, Cū eſſem i Ceramico.i. patria illa Eumolpidarū) verūtamē.i. vt id verū eſſe credas & nō ꝑ alluſionē tm̄ dictū: cū eſſē ibi .i. in Tuſculano, puer miſſus Roma a ſorore tua dedit mihi epiſtolā allatā.ſ. Romā: vnde aliј Roma, aliј Romā legunt. Illud aūt. Nā ego omnes meas vindemiolas, ſic exponi poſſe videtur: nā ego reſeruo, id eſt cū cętera vendā mihi ſeruo & recipio omneis vindemiolas meas.i. aut vineas quas paruas habeo, aut collectionem vini: eo, id eſt ad id & eum finem, vt parem, id eſt emam mihi precio earum illud ſubſidiū ſenectuti ſup. meę, id eſt quo legendis libris tuis iucundius ſeneſcam.

Chylius.
Eumolpus.
Eumolpidæ, Ceryces.
Rhitos.
Locus Plutarchi.
Ceryx.
Suffes.
Seneca explicatus.
Ceramicus.
Epitaphii.
Lāpaduſtæ.
Cic. emendatus.

Iam palica.)Tam ſcribendum. Amico.)Luceio. Contendam.)Enitar,impetrare conabor. Hermerotas.)Nonnulli Hermeraclas,hoc eſt cupidines iunctos Herculi,qui Græce dicitur Heracles quaſi heras cleos,id eſt aeris gloria,quod eum ſolem cenſuit antiquitas.Aliqui ἡμιερῶτας, id eſt ſemi cupidines

Hermerotes.

quod eſſent amores dimidiati.Aliqui Hermerotas hoc eſt Mercuricupidines,q̃ nõ Cupidini apd̃ Lucianum Iuppiter ſocium dat Mercurium.Iuxta illud Epigrammatici,Ludere Mercurio cum Ganymede licet.Inſtar enim Cupidinis Ganymedem puerum fere ponit.De quibus Hermerotibus meminit Plinius libro trigeſimoſexto na. hiſt. Hermerotas hic ſcribendum eſſe videtur innuere Lactantius libro primo diuinarum inſtitutionum, Magnũ Cicero audaxq; conſiliũ ſuſcepiſſe Græciam dicit, quę cupidinum & amorum ſimulacra in gymnaſiis conſecraſſet. Adulat⁹ eſt videlicet Attico & irriſit hominem familiarẽ. vide reliqua capite.xx.

Hermeracles

Sed ne tibi portentum videatur Hermeracles legi poſſe, tanq̃ Hercules ſit a muſis & gymnaſiis alienus, quem alii philoſophum etiam Stoicorum ducem, alii Cynicorũ & harum ſectarum repertorẽ credidere.Sed ſenſum Ciceronis plurimum Athenei verba protinus illuſtrant. Sapiẽtes, ait Atheneus, amorem procul ab omni turpitudine iudicabant, & in gymnaſiis vna cum Mercurio & Hercule ſtatuerunt, cui ſacrificabãt. Nam amorẽ honeſtamq; voluptatẽ, quę ex virtute prouenit,delitię corporis infamauerunt,vt Seneca teſtatur in Epiſtolis. ὤνιον ) Venale. Eius loci.)Quadrans illi loco. Admoneret.)Ornamẽtorum neceſſariorum ad cultũ.

Typi.
Rhypi.

Lypos.)Typos legit Aldus,nec aliter Beroaldus in quadã ad Grapaldũ Parmenſem Epiſtola. Typos vulgo caua dicũt.Nõ ſatis hæc arridet opinio, incurrũt ambo. Typus eñ Aldinus ꝑ quacunq; forma nimiũ latũ & generale quid eſt.Nõ diſplicet Hermolai opinio in Dioſcoridẽ Rhypos ſubſtituẽtis,pro ceris ſiue formis vnde ſigilla fingebãtur.Nã Græci ſtrigmẽta Rhypon appellãt & Gloeon.Rhypon Iulius Pollux pro cera quoq; ſigillari acceptũ quãdoq; tradit ab auctorib⁹:niſi quis typon, nõ rhypon in Polluce dictitet.Rhypos fortaſſis a ſitu vetuſtatis ceras has dixiſſe.vt Plinianũ quoq; illd̃,Expiſſi cera vultus ſingulis diſponebãtur armariis,vt eſſent imagines q̃ comitarẽtur gẽtilitia funera. defũcto aliquo totus aderat familię eius,q vnq̃ fuerat.populus.

Atriolum.
Putealia.

Atrioli.)Atrii minoris.Reſpice diſpoſitas generoſa per atria ceras,inquit Ouidius.Vbi erat atriũ maius,fuit etiã minus,qd̃ M.Cicero dicit Atriolũ. Putealia ſigillata.)Operimẽta puteorũ aliqui intelligũt,ꝓpter hęc verba Vlpiani iuriſperiti lib.xix. Digeſtorũ de actionib⁹ empti & vẽditi. Ædib⁹ diſtractis vel legatis,ea eſſe ędiũ ſolem⁹ dicere,quę quaſi pars ædiũ vel ꝓpter ędes habẽtur,vt puta putealia.i.qb⁹ puteus operit. Aldus audẽtior,putealia ſigilla legit. Sũt eñ

Sigilla.

ſigilla parua ſigna.Ouidius in heroico opere,Breuib⁹ diſtincta ſigillis. Pli.lib.36.na.hiſt.Vſus gypſi in albariis ſigillis ędificiorũ gratiſſim⁹.Pollio lib.2.Architectonicę minora ſigilla floreſq; & achãtos.Ego plutealia ſigilla lego ꝑ cultu pluteorũ gymnaſticorũ,ꝓpter illud Satyr. Et iubet archetypos pluteũ ſeruare cleãthas. vnde doceremur i pluteis imagines ſapiẽtũ diſponi ſolitas.Concinit Perſius,Nec pluteũ cędit, nec demorſos ſapit vngues.

Plutealia.

Plutealia Beroaldus in Epiſtolis recognoſcit his verbis,Eſt eñ legẽdũ plutealia.nãq; plutealia appellat ſimulacra lignea,vel ligneis typis hoc eſt formis iclusa a pluteis dicta,quorũ ſignatio notior eſt q̃ vt in p̃ſentia egeat interp̃tatiõis.Ego exiſtimo eſſe legẽdũ, plutealia ſigilla duo, hoc eſt ſigna puſilla q̃ ſigilla dicũtur,ex pluteis hoc eſt aſſerib.ligneis cõfecta,vt ad illorũ exẽplar congreret Attic⁹ marmorea ſimulacra,eaq; mitteret Ciceroni ad gymnaſiũ exornãdũ. hacten⁹ Beroald⁹.

Vindemiola.

Vindemiolas)Studia ſubſecũdaria.nũc i ſtudiis forẽſibus,cauſis obſtrepẽtib⁹,racemos aut ſpicas lego.mox in bibliotheca tua velut i vinea feraciſſima,faciã iuſtã vindemiã. Eo)In eã tuã bibliothecã. Subſidiũ)Vt

miſſus epiſtolam mihi abs te allatam dedit, nunciauitq; eo ipſo die poſt meridiem miſſuram eum,qui ad te proficiſceretur.Eo factum eſt, vt epiſtolæ tuæ reſcriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogerer ſcribere.Primum tibi de noſtro amico placando,aut etiam plane reſtituendo polliceor: quod ego, & ſi mea ſponte ante faciebam,eo nunc tamen & agã ſtudioſius:& contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epiſtola voluntatem eius rei tuam perſpicere videor. Hoc te intelligere volo,pergrauiter illũ eſſe offenſum.ſed quia nullam video grauem ſubeſſe cauſam,magnopere confido illum fore in officio, & in noſtra poteſtate. Signa noſtra & ἑρμερῶτας, vt ſcribis,cum commodiſſime poteris,velim imponas, & ſi quod aliud ὤνιον eius loci, quem non ignoras, reperies,& maxime quæ tibi paleſtræ, gymnaſiiq; videbuntur eſſe. & enim ibi ſedens hæc ad te ſcribebam, vt me locus ipſe admoneret. Præterea rhypos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & plutealia ſigilla duo. Bibliothecam tuam caue cuiq̃ deſpondeas, q̃uis acrem amatorem inueneris. Nam ego omneis meas vindemiolas eo reſeruo,vt illud ſubſidium ſenectuti parem.De fratre confido ita eſſe, vt

ſemper volui,& elaboraui. Multa ſigna ſunt eius rei, non minimum, ꝙ ſoror pręgnans eſt. De Comitiis meis,& tibi me promiſiſſe memini,& ego iampridem hoc communibus amicis, qui te expectant, prędico:& te non modo non accerſam, ſed prohibebo, quòd intelligam multo magis intereſſe tua, te agere quod agendum eſſet hoc tēpore, q̄ mea, te adeſſe Comitiis. Proinde eo animo te velim eſſe, quaſi mei negocii cauſa in iſta loca miſſus eſſes: ſin autem tum & offendes erga te,& iurgātē audies: quaſi mihi ſi qua parta erūt, non modo te præſente, ſed per te parta ſint. Tulliola tibi diem dat, ſponſorem appellat. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ET mea ſponte faciebam antea, & poſt duabus epiſtolis tuis perdiligenter in eandem rationem ſcriptis, magnopere ſum commotus. Eo accedebat hortator aſſiduus Salluſtius, vt agerem quam diligentiſſime cum Luceio de veſtra vetere gratia reconcilianda. Sed cum omnia feciſſem, non modo eā voluntatem eius, quæ fuerat erga te recuperare non potui, verum ne cauſam quidem elicere immutatę voluntatis. Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium,& ea, quæ iam tum, cum aderas, offendere eius animum intelligebam: tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius inſederit, quod neque epiſtolæ tuæ, neq; noſtra legatio tam poteſt facile delere, quàm tu præſens, non modo oratione, ſed tuo vultu illo familiari tolles, ſi modo tanti putabis id:

cum deſinam in foro ſtrenuū patronum agere, in ſinu tuo, tuorūq; librorum conquieſcā, cum inertiæ, vt ait Cęcilius crimen effugero. Huius rei.)Quidam codices habent, eius rei, hoc eſt amoris in Pomponiam & reconciliationis. Soror.)Tua, Pomponia. Tibi me promiſiſſe.)Quod te ad iuuandum ambitionem meam non accerſam. Agendum eſſet.)Scribunt aliqui, habes. Mea.)Intereſſe mea, ad me videlicet pertinere. Plus proderit tibi ſtare q̄ mihi venire: etiam abſens nihil non prodeſſe poteris. Sin autem.)Venies, aut ſecus feceris. Eum & offendes.)Corrige. Tum & offendes. Erga te & audies)Corrige ex priſcis exemplaribus & iurgātem audies, aliqui promiſcuam lectionē ad idem ſignificatum trahūt. Quaſi mihi.)Obiurgabo te ad ambitum meum veniētem & præſentiam tuam accommodantem, his verbis, Cur veniſti Pomponi quaſi ſine te magiſtratum ambire & impetrare nō poſſim? quaſi tibi non mihi decernatur hic honor? Si qua.) Aliqui honores. Non modo te pręſente.)Non ſolum quod pręſentia tua iuueris. Sed per te parta ſint.)Fauore, gratia, ambitu, liberalitate tua. Diē dat)Diem dicit, accuſat. vt in Buc. Da Tityre nobis. Spōſorem) Me fideiuſſorē pro te Tulliolę. Appellat) Citat, in ius etiam rapit. Sponſor.

Argumentum. VIII.

ET MEA Sponte.)Atticꝰ crebris ad Ciceronem literis egerat vt Luceium alienatum reconciliaret. M. Tullius operam dediſſe refert, ſed fruſtra, ſperat tamen Attici præſentiam huic malo mederi poſſe oratione ac vultu familiari. Cādidatos inique tractari ſcribit, in quis & ipſum iniquiſſime. Mox rogat vt ſigna, ceras, ornamenta, ſigilla, quæ Academiæ parauit, q̄primū mittat. Caueat ne cui libros ſuos tradat, quorum ſolā poſt deploratam Rēpub. curā ſibi ſupereſſe ſcribit. Antonium defendere recuſat, hominem ferme infamem propter fraudem liberti Hilaris, quod eius præſentiam nactus Antonius, dictitabat in cogendis pecuniis partem Ciceroni quęri. De diuortio Mutiæ vxoris Pompeianæ nōnulla referuntur duce Clodio adulteratæ in domo C. Cæſaris in ſacris Bonę Deæ. In fine deplorat obitum Soſithei anagnoſtis. PIVS.

SVVM arbitrium.)Scriberem tuum. nam ſi arbitrium Luceii fuiſſet in Atticum, Luceius iraſci non debuit. Iudex iritat eum contra quem iudicat: vel ſuum expone quod ipſe cauſam ſuam & irę pretextum ſuæ afferebat illud arbitrium. Paulus Digeſtorum libro decimoſeptimo pro ſocio, mentionem facit arbitrorum quorum duo genera ſunt, vnum eiuſmodi, vt ſiue ęquū ſit ſiue iniquum parere debeamus, quod obſeruatur cum ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt. Alterum eiuſmodi vt ad boni viri arbitratum redigi debeat.& ſi nominatim perſona comprehenſa ſit, cuius arbitratu fiat. Scribit Cicero in oratione pro Murena, Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines tam ingenioſos per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, vtrum diem tertium an perēdinum, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret. Legatio.)Mandatum noſtrum, & de- Arbitri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quod ſi me audies, & ſi humanitati tuæ conſtare voles, certe putabis. Ac ne illud mirere, cum ego antea ſignificarem tibi per literas, me ſperare illum in noſtra poteſtate fore, nunc eidem videar diffidere. Incredibile eſt, quanto mihi videatur illius voluntas obſtinatior, & in hac iracundia obfirmatior. Sed hæc, aut ſanabuntur cum veneris, aut ei moleſta erunt, in vtro culpa erit. Quod in epiſtola tua ſcriptum erat, me iã arbitrari deſignatum eſſe, ſcito nihil tam exercitum eſſe nunc Romæ, quàm candidatos omnibus iniquitatibus, nec quãdo futura ſunt comitia ſciri. Verum hæc audies de Philadelpho. Tu velim quæ noſtræ Academiæ paraſti, quamprimum mittas: mirum q̃ illius loci non modo vſus, ſed etiam cogitatio delectat. Libros vero tuos caue cuiq̃ tradas: nobis eos, quemadmodum ſcribis, conſerua: ſummum me eorũ ſtudium tenet, ſicut odium iam cæterarum rerum, quas tu, incredibile eſt q̃ breui tempore, quanto deteriores offenſurus ſis, q̃ reliquiſti. Teutris Syllani lentum ſane negociũ: neq; Cornelius ad Teutrẽ poſtea rediit: opinor ad Conſidium Anxium Felicium confugiendum eſt. Nam A. Cæcilium propinqui minore cẽteſimis nũmũ mouere non poſſunt. Sed ad prima illa redeã. Nihil ego illa ĩpudẽtius, aſtutius, letali9 vidi. Libertum mitto. Tito mãdaui σκέψις atq; ἀναβολῶν, ſed

Caduceatores
Irenarchę

legatio tui Ciceronis ad pacem. Legati ad pacem a Latinis caduceatores, a Gręcis irenarchæ. Humanitati conſtare.) In humanitate tua perſeuerare. Eidem.) Luceii pacificationi. Obfirmatior.) Immobilior. In vtro.) In alterutro veſtrum. Arbitrari.) Subintellige te. Deſignatum eſſe.) me. Exercitum.) Anxium, ſolicitum, iniquitas inuidens meritis honores, nunc candidatos bonos exercet, conſurgentibus malis, qui virtuti non fidentes iniquitate nituntur. De Philadelpho.) A Philadelpho. Teueri.) Teutris habent exemplaria priſca. Ad te rem poſt eam.) Scribe, Ad Teutrem poſtea rediit. Conſilium) Scribe, Cõſidium. Propinqui.) Cognati vel affines. Minore centeſimi.) Scribe centeſimis, id eſt non poſſunt impetrare a Cęcilio affine Titi niſi dent centeſimas.

Centeſimæ.

Centeſime vſurę quando ex mille ſorte, centũ pendebãtur in vſura. A Seneca centeſimę ſanguinolentæ vocantur: vnde a Sidonio dictum, Cauta eſt cẽteſima fœneratori. Erant & publicani quadrageſimarum, de quibus Tranquillus in Veſpaſiano, qui hoc tributum exigebãt. Tacitus abolitionem quadrageſimæ quinquageſimeq; laudat. Erat & vigeſima, de qua Plinius Nouocomẽſis in Panegyrico ad Traianum, a qua Liuius aurum vigeſimariũ redactum ex iſta exactione vocat. Tranquillus Caligulã ſcribit ducenteſimas auctionum olim Italię remiſiſſe. Cicero ad Brutum, Tributum ex centeſima collatum impudenti cenſu locupletum. Vide Iuriſcõſultos. Cheroneus in Lucullo prodit hæc, Has ingentes vrbium calamitates miſeratus Lucullus oppreſſos ære alieno haud multo poſt his legibus liberauit. Primum enim non vltra cẽteſimam iure fœnoris deinceps repeti poſſe inſtituit. Omnes deinde vſuras capite maiores abſcidit. Poſtremo quod maximũ fuit, neminem imperat fœneratorem vltra quartam fructuum debitoris poſſe accipere. Qui vero cum capite fœnus ipſum iunxiſſet, vtroq; priuatum eſſe. Fœnus cum capite iungere eſt anatociſmum facere.

Anatociſm9.
Epicephalia.
Centenariũ.
Cucumę.
Nũmo addicere.

forte Epicephalia ſunt appellata, ſed inferius res melius euentilabitur. In alia ſignificatione Iuriſconſulti de curſu publico centenarii meminerunt, quod nomiſma Suidę eſt. Alii intelligunt ornamenta in modum nomiſmatis, quę pectoribus equorum affiguntur. Alibi appellantur a iuriſperitis Cucumæ. Hermolaus de centeſimis vſuris plura ni fallor, quem iuriſconſulti ſequuntur. Nummum.) Aduerbialiter, modus loquendi, quaſi dicat nec obolo minus q̃ ſit taxatio nummi: vnde addictio nũmo apud Horatium, venditio imaginaria, vt vulgo dicitur pro fragmento panis. Valerius lib. v. Mario Cornuto Prętore funus Hircii & Panſæ iuſſu Senatus locante, qui tunc libitinam exercebant, tum rerum ſuarum vſum, tum miniſterium gratuitum polliciti ſunt, quia ii pro Rep. dimicãtes occiderant: perſeuerãtiq; poſtulatione excuderunt, vt exequiarum apparatus ſeſtertio nummo ipſis prębentibus addiceret. Vlpianus Dig. Locati, Si qs cõduxerit nũmo vno, cõductio nulla eſt. Apud Iuriſconſultos Titulus eſt de rerũ addictione, nõ vt habẽt mendoſi codices, adiectione. Minore.) Minoris precii. vulgo, non acciperet nummum minus. Mouere.) Impetrare ab eo. Ad prima.) Candidatos. Letalius.) Crudelius.

ASCENSIVS. Teueri, ſic quoq; ſcriptum in ſuperioribus iã bis offendimus, ſed Pius Teutris legit.

PIVS. Σκέψις atq; ἀναβολῶν.) Conſiderationes & dilationem, vt circa rem tuam cõſideraret, & dilationem impetraret. Alii intelligunt quid in recuſando defendere Antonium cogitem, & quare differam. Crediderim Antonium qui oppugnabatur a Pompeio, & repetundarum accuſabatur, commẽdatum fuiſſe ab Attico affine ſuo Ciceroni, vt eius patrocinium ſuſciperet. Cicero recuſat, quoniam An-

tonius oppugnabatur a Pompeio, quare mandauit pedetentim tempus dilationis, id eſt anabolen per Titum vt Pompeio minus offenſiore vteretur. Infra patebunt hęc clarius. Codices qui fuere Iani Lamolæ grammatici tunc perexcellentis habent, Scripſiſſem quoq; anabolen, præludium vel dilationē. Scripſiſſem tibi ſi licuiſſet pręludium belli ciuilis, quod ab Antonio habebit originem, quem tanq̃ primarium Cęſaris amicum volebat Pompeius ex legatione Gallicana deturbare. ſed hęc poſtea fuerūt: non arridet hæc opinio. Quidam legunt Embolen, id eſt argumentum. Puto tamen Antonium tunc pauperem fuiſſe Præfectum equitum in Syria, & pauperē reuerſum fuiſſe Romam immo egētiſſimum, vt coactus fuerit paternam domum vēdere. Auctor Cicero in Antonianis. Plutarchus, Sed cum Gabinius vir Conſularis miſſus ad reponendum in regnū Ptolemęum in Syriam nauigans Antonium rogaſſet vt ſecum proficiſceretur, priuatum ſe negauit iturum, Præfectus vero equitum conceſſit. Aliqui dicūt Antonium tunc in Syria vel aliquibus his regionibus fuiſſe Quæſtorem. Beroaldi pręceptoris noſtri verba in quadam epiſtola poſita omittere nolui, q viſus eſt proxime ſcopum attingere. In eadem epiſtola petitur de doctiſſimo Philippo declarari hoc Cic. Tito mandaui ſcepſis & anabolas. Ita reſpondet, Scito ergo hoc ſignificare voluiſſe vt diceret ſe mandaſſe Tito vt conſideraret cuncta diligenter, & dilationes omnis cauſæ perſpiceret: quam non libenter ſuſcipiebat. Scepſis enim Græce ſignificat conſiderationem. Et Pyrrhonii philoſophi Gręco cognomento dicti ſunt Sceptici quaſi queſitores atq; conſideratores. Anabola vero gręce dicitur noxa atq; dilatio. Si vero legas ſepſis ſine litera, c. ſignificat corruptiones, a verbo Gręco σήπω quod ſignificat corrumpo. Sed Cic. per ſcepſis & anabolas intelligi voluit ſpeculationes & dilationes prout dictum eſt. Aduerte nonnullos momos hoc ad alium Antonium non Triūuirū referre, vt contra quotidianam garrulitatem non ab re fuerit, manes Cic. elicere. Tito.) Amico noſtro. τὸ αὐτόματον.) erit arbitrarium nobis differre propter aduētū Pompeii ſubitarium. ταυτόματον ἡμῶν.) Hoc eſt caſus noſter legit Aldus nullo ſenſu. Quidam τὸ αὐτόματον. hoc facile & ſpōtaneum, vt θάνατος αὐτόματος apud Demoſthenem fatalis & ſpōte accedens, quę contraria eſt violentę, ante diem irruenti. Iuxta illud Maronianum, Sed quia nec fato, merita nec morte peribat, Sed miſera ante diem. Automata dicuntur organa, quę per ſe mouentur, vt horologia noſtratia. Prodromi.) Pręcurſores, qui anticipant victoris Imperatoris aduentum. Sic Prodromi ficus mariſcę, quando cęterarum maturitatem pręuenire ſolent. Plinius in. 2. vtitur hoc verbo, Canis exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos appellant. Tautomaton tamen Gręci quod ſponte cadit appellant, vt ſignificet neſcio an hoc caſu cadet nobis ne defendamus Antonium, & ita honeſte & ſub pretextu honeſtatis Antonium non defendemus obſtāte cito Pōpeii aduentu. Acturum.) Inſtructurum actionem. Prętor.) Qui pro tempore erit vt ſuccedatur Antonio in Quęſtorio munere. Per popularem.) Seruata auctoritate mea apud populū. Rogauerat Atticus Ciceronem vt accuſato Antonio affini ſuo patrocinium non ſubtraheret. Nec mihi libeat) Antonium defendere a quo in exiſtimatione ſum lęſus. Quod.) Non libere & placere. Vel.) Auget, vt q̃ & per. Maximum eſt.) Maxima eſt excuſatio. Accidit hoc) Quare ego iraſcar Antonio & illū defendere nolim Mandat.) Scribe mando. Thylius.) Lege Chylius, idem qui ſupra. Libertum) Hilarem, homunculum nequam. Nebulonem) libertum Hilarem. Marcellus, Nebulones & tenebricones dicti qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciunt, quoniam fugitiuis & furibus hęc erant accommodata. Plancum.) Nominabat auctorem qui Valerio rem detexiſſet. Diuortium Mutiæ.) Plutarchus in Pompeio, Mutia enim poſt Pōpeii abſceſſum ignominia domum turba-

Anabole. Embole. Scepſis. Sceptici. Automaton Prodromi. Nebulones. Tenebricōes Mutia Pompeii.

neſcio an ταυτόματον. Nam mihi Pompeiani Prodromi nunciant aperte Pompeiū acturum, Antonio ſuccedi oportere, eodemq; tempore aget Prætor ad populum. Res eiuſmodi eſt, vt ego nec per bonorū, nec per popularem exiſtimationem honeſte poſſim hominem defendere, nec mihi debet, quod vel maximum eſt. Etenim accidit hoc, quod totum cuiuſmodi ſit mando tibi, vt perſpicias. Libertum ego habeo ſane nequam hominem: Hilarem dico ratiocinatorem, & clientem tuum. De eo mihi Valerius Interpres nūciat: Chyliusq; ſe audiſſe ſcribit hæc, eſſe hominem cum Antonio. Antonium porro in cogendis pecuniis dictitare, partem mihi quæri, & a me cuſtodem communis quæſtus libertum eſſe miſſum. Non ſum mediocriter commotus, neq; tamen credidi, ſed certe aliquid ſermonis fuit. totum inueſtiga, cognoſce, perſpice: & nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Huius ſermonis Valerius author eſt. Cn. Plancum nominabat, mando tibi plane totum vt videas cuiuſmodi ſit. Pompeium nobis amiciſſimum conſtat eſſe. Diuortium Mutiæ vehementer

uit: Pompeiuſq; dum in remotis ageret, id neglexit, ſed Italiam cum iam attingeret impenſiori cura rumori inſiſtens, quod vt opinandum eſt cauſam magis apprehendit, repudium illi dedit, neq; tunc neq; poſtea cur eam repudiaſſet faſſus. Huius tamen rei cauſa apud Epiſtolas Cic. patet. Tranquillus in Dictatore, Plurimas & illuſtres fœminas corrupit Cęſar, etiam Cn. Pompeii Mutiam. Certe Pompeio exprobratum eſt quod cuius cauſa poſt tres liberos exegiſſet vxorem, & quem gemens Ægiſtũ appellare conſueſſet, eius poſtea filiam potentię cupiditate in matrimonium recepiſſet. Hieronymus cõtra Iouinianum, Impudicam Mutiã indicauit in expeditione cõmilito, & victorem totius orbis triſti nuncio cõſternauit.

probatur. P.Clodium Appii filium te credo audiſſe cum veſte muliebri deprehenſum domi C.Cęſaris, cũ ſacrificium pro populo fieret: eumq; per manus ſeruulæ ſeruatum, & eductum. Rem eſſe inſigni infamia, quod te moleſte ferre certe ſcio. Quod præterea ad te ſcribam, non habeo, & mehercule eram conturbatior. Nam puer feſtiuus anagnoſtes noſter Soſiſthenes deceſſerat, meq; plus, q̃ ſerui mors debere videbatur, commouerat. Tu velim ad nos ſæpe ſcribas. Si rẽ nullã habebis, quod in buccã venerit ſcribito. Vale. Calend. Ian. M. Meſſala, & M. Piſone COSS.

Clodius. P.Clodius.) Vnde manauit illud Satyr. poetę, Clodius accuſet mœchos. A Cicer. diſſentit Liuius lib. ciii. his, P.Clodius accuſatus eſt quod in mulieris habitu, ſacrariũ in quo virum intrare nefas eſt, cum intraſſet, vxorẽ Metelli Pontificis ſtupraſſet, abſolutus eſt. Liuio tamen reclamat omnis hiſtorica ſchola. Tranquillus in Iulio Cæſare, In P.Clodium Pompeiæ vxoris ſuę adulterum, atque eadem de cauſa pollutarum cerimoniarum reum teſtis citatus, negauit ſe quicq̃ comperiſſe, q̃uis & mater Aurelia & ſoror Iulia apud eoſdem Iudices omnia ex fide retuliſſent: interrogatuſq; cur igitur repudiaſſet vxorem? Quoniam inquit meos tã ſuſpicione q̃ crimine iudico carere oportere. Mulieris.) Alii Codices habent muliebri. effingebat puellam. Sacrificium pro populo.) Pro ſalute populi Romani.

Bona dea. Quod ita Cheroneus hiſtoricus copioſe deſcribit. Romę Bona Dea colitur, quam Gręci quidẽ Gyneciam nominant. Eam Phryges Mydę Regis parentem aſſerunt, Romani Dryada, puellam Fauni vxorẽ putant: nonnulli Gręcorum illam ex Liberi matribus eſſe quam ne fari liceat: vnde mulieres cũ feſtos ei dies peragunt, tabernacula vitigineis intexunt ramis. Sacrum inſuper Draconem Deę ſecundum fabellam erigunt. Dumq; illi ſacra celebrãtur, neq; eo virum accedere neq; domi adeſſe fas eſt. In eis ſacrificiis ipſæ inter ſe mulieres multa orphicis conſentanea facere traduntur. Cum igitur ea inſtant ſolẽnia vir ipſe ſeu Pręturam, ſeu Conſulare gerat imperium, cunctiq; mares vna commigrant. vxor domum ornatiſſime extruit. Ibi maxima ſacrorum pars noctis peragitur, promiſcuis ſonis & cantibus iocaa longas exercent vigilias. Addit idem Cheroneus in Cęſare Dictatore, Populares eo tempore cerimonias celebrante Pompeia, Clodius cui nondum genas prima lanugo veſtierat, eam enim ob rem latere ſperauerat, aſſumpto pſaltrię amictu apparatuq; illo commeat. Tenerę autem faciem puellę diceres. Is igitur apertas offendens fores, ſecutus a cõſcia rerum ancilla intromiſſus es. Quę ad Pompeiam vt rem aperiret accurrens, cum tardiuſcula rediret, interea loci Clodius expectationis impatiens, errabũdus ſpatioſa luſtrat atria, lumina vſquequaq; fugiens. Cui obuia quędam Aurelię pediſſequa, cũ perinde ac fœmina fœminam, vt modularetur, prouocabat. Recuſante vero illa in medium protrahens quęnam & vnde ſit rogat. Clodius cum Pompeię ancillam nomine Auram pręſtolari ſe diceret, voce ſua proditus eſt. Quapropter ſublato clamore pediſſequa, ſtatim ad lumina, turbaſq; proſiluit, virum comperiſſe vociferans. Tum trepidantibus paſſim mulieribus Aurelia interruptis occultatiſq; Deę ſacrificiis ſimul ac fores clauſit ardentibus cereis domum circuit Clodium veſtigans. Is demum in ancillæ cubiculo, quo ſimul ambo profugerant, inuentus. Hoc patefactum, modo Clodium e ianua mulieres proturbãt.

Anagnoſtes. Anagnoſtes.) Pręlectorem Gellius latine vocat libro decimo & ſeptimo ſic. Ecquid putatis ſi magiſtrum pręlectoremq; habuiſſet alicuius ęris? Paulo ſupra idem, Iuliano nunciatur ἀναγνώστην quendam non indoctum hominem, voce admodum ſcita & canora. Vatinius libro quinto Epiſt. Cicer. Famil. Dicitur mihi tuus ſeruus Anagnoſtes fugitiuus cum Vardacis eſſe. Soſitheus. In antiquis exemplaribus habetur Soſiſthenes.

Argumentum. IX.

PIVS. ACcepi.) Epiſtolis Attici tribus laceſſitus ad ſcribendum Cicero reſcribit, expurgãs ſe tamẽ tarditatis: quoniam tabellarium fidelem non inuenit. Piſonẽ peruerſum Conſulem taxat, cauillatorem & moroſum dicit, facie magis q̃ facetiis ridi-

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ACcepi tuas treis iam epiſtolas. vnam a M.Cornelio, quã a Tribus ei Tabernis (vt opinor) dediſti: alteram, quam mihi Canuſinus tuus hoſpes reddidit: tertiam quam (vt ſcribis) anchoris

culum. Meſſalam dilaudat, quod partium defenſor ſit ſtudioſuſq; bonorũ. Inceſtum Clodianum ad Pontifices reiectum. Vxori Cęſarem nuncium remiſiſſe. Piſo Clodio fauet. Pompeius Cic. laudare cępit, in quo tamen nihil ſimplex. Orationes ſuas ab Attico laudari gaudet. A TRIBVS Tabernis) Nomẽ eſt loci in via Appia. Idem libro ſecundo ad Atticum, Emerſeram commode ex Antio in Appiam ad Tris Tabernas. De Tribus Tabernis pro nomine loci mentio eſt apud Antoninũ in itinerario ab vrbe per Appiam. Lucas in Actis Apoſtolorum, Cum audiſſent fratres occurrerunt nobis vſq; ad Appij forũ

Tres Tabernę.

ſolutis de Phaſelo dediſti, quæ fuerunt omnes Rhetorum. pure loquebantur, cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignes amoris notis. Quib. epiſtolis ſum equidem abs te laceſſitus ad ſcribẽdum. ſed idcirco ſum tardior, q non inuenio fidelem tabellarium. Quotus enim quiſq; eſt? qui epiſtolam paulo grauiorem ferre poſſit, niſi eam per lectionem releuerit? Accedit eo q mihi non eſt notum, vt quiſque in Epeirum proficiſcatur. Ego enim te arbitror cæſis apud Amaltheam tuam victimis, ſtatim eſſe ad Scironem oppugnandũ profectum: neq; id ipſum tamen certum habeo, quando ad Antonium proficiſcare, aut quid in Epeiro temporis ponas. Itaq; neq; Achaicis hominibus, neq; Epeiroticis paulo liberiores literas committere audeo. Sunt autem poſt diſceſſum a me tuum res dignę literis noſtris, ſed non committẽdę eiuſmodi periculo, vt

ex Trib. Tabernis. De Trib⁹ Tabernis munimẽto quoq; ſic in Gallia vocato, quod Iulianus reparauit, Marcellinus lib. 16. meminit. Anchoris ſolutis) Hoc fit cũ in nauigandi procinctu ſumus. Nã vt ait Maro in. 6. Anchora fundabat naues: cõtra, relaxat cum ſubtrahitur. Euripides, quod eſt ſcitu dignũ, Polydorũ familiæ gentiſq; anchorã vocat. Rhetorũ) Rhetoricorũ floſculorũ plenę. Loquũtur) Priſci codices habent loquebãtur vt ſit Synchronia, hoc eſt vt tẽpora cõgruãt. Tum tardior.) Talis cõperendinator & pcraſtinator vicis epiſtolicę dici poteſt. Quotus enim quiſq; eſt) Interrogatiue profertur. quot nã reperiũtur? quaſi dixerit: pauci vel nulli, refertur ad paucitatem cum interrogatione. Fran. Philelphus ait quotuſquiſq; ſignificare idem quod quot. Auguſtinus pręter cęteros libro de Ciuitate dei. xv. quotus quiſq; hominum eſt cui profunditas vtilitatis huius appareat? Plinius Cæcilius, Et ſane quotus quiſq; tam rectus auditor, quem non potius dulcia hęc & ſonantia, q̃ auſtera ac preſſa delectent. Martialis ſine interrogatione, Pars quota parrhaſię labor eſt mareoticus aulę. Ferre poſſit.) Perferre velit quin perfide relinat. huiuſmodi noſtra tempeſtate humanitatis hoſtes q̃ plurimi reperiũtur. Per lectionem.) Illam legendo. Reuelarit.) Scribe releuerit, a verbo relino, id eſt aperuerit. Terentius, Releui omnia dolia. Accedit eo.) Ad hęc facit, prętereа. Vt quiſq;) Cum, vel cum primum ſinguli quiq; pręter cęteras ſignificationes & hanc habet verbum: vt, ſignificat aliquando ne. Cęſar in Commentarijs, Vt ſatis commode ſupportari poſſet, timere dicebãt. Significat & quemadmodum. Cic. in Rullum, Sed omitto vt ſit factus vterq; noſtrũ. Interrogatiue etiam vſurpatur. Plautus in Trinũmo, Quid agit tua vxor? vt valet? Vtuntur pro quomodo non ſine admiratione. Idem poeta in Rudẽte, Vt pręe timore in genua in vndas concidit. Vt, pro dato q. Cicero Attico, Quis autem locus erit tutus? vt placatis vtamur fluctibus pro ſicut. Liuius, vt in tali tumultu, portas inuadit. Vt pro vtinam. Terentius in Adelphis, vt te Syre cum tua mõſtratione magnus perdat Iuppiter. pro poſtq̃. Cic. in Antoniũ, Eſt enĩ annus vt repulſam tulit. Similiter & in Bruto. Amaltheã.) Nomẽ eſt facundiſſimę villę vel bibliothecę. Amalthea capra quæ Iouẽ nutriuit. Dicunt ab vno cornu ambroſiam fluxiſſe, ab altero nectar.

Quotus quiſq; eſt?

Relinere.

Vt.

Amalthea.

Ouidius in Faſtis.

Nais Amalthea cretęa nobilis Ida
 Dicitur in ſiluis occuluiſſe Iouem.
Hęc fuit hœdorum mater formoſa duorum
 Inter Dictęos conſpicienda greges.
Lac dedit illa Ioui, ſed fregit in arbore cornu,
 Truncaq; dimidia parte decoris erat.
Suſtulit hoc nymphe cinxitq; decentibus hęrbis,
 Et plenum pomis ad Iouis ora tulit.
Ille vbi res cæli tenuit ſolioq; paterno
 Sedit, & inuito nil Ioue mundus habet.
Sidera nutricem, nutrices fertile cornu
 Fecit, quod dominæ nunc quoq; nomen habet.

Hoc copiarum cornu vocatur, vnde in felices, quos fortuna diuite cornu ſemper inaurat, dixit Lucianus, Amaltheam mulgent. In eoſdẽ αἲξ οὐρανία dicitur a Gręcis, Capra videlicet cęleſtis. Variãt poetę. Aliqui Caprę nomẽ dicunt Amaltheam, nonnulli nymphę. Extat & aliud adagiũ gręcanicum, Caprã cęleſtem exorientem aſpexiſti: de oppidoq̃ fortunatis. Polyagrus proprię vxoris Aquariolus, qui videlicet vxorio quęſtu viuebat, alere dicebatur capram cęleſtem: vnde fortaſſis huiuſmodi meretriculas Horatius capras eo verſu innuit, Et nimis arcta premut olidæ conuiuia caprę. Sicronem) Lege ſcironem. Ex Pauſanię primo didicimus Moluridа rupem Leucothęę & Palemoni conſecratam, reliquas, quę poſt illas ſunt, ſcelеroſas ac pollutas arbitrantur: quod inde Sciron homines in mare præcipitaret,

Polyagrus.

Sciron.

b

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

interire, aut aperiri, aut intercipi poſſint. Primum igitur ſcito me non eſſe rogatum ſentẽtiam, propoſitũq; eſſe nobis pacificatorem Allobrogum : idq; admurmurãte Senatu, neq; me inuito eſſe factũ. Sum enim & ab obſeruando homine peruerſo liber, & ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem ſolutus : & ille ſecundus in dicendo locus habet authoritatem pene principis, & voluntatem non minus deuinctam beneficio Conſulis. Tertius eſt autem Catulus. Quartus (ſi etiam hoc quæris) Hortenſius. Cõſul autem ipſe paruo animo & prauo, tantum cauillator genere illo moroſo, quod etiam ſine dicacitate ridetur : facie magis, q̃ facetiis ridiculus, nihil agens cum Rep. ſeiunctus ab optimatibus: a quo nil ſperes boni Reipub. quia non vult: nil metuas mali, quia non audet. Eius autem Collega, & in me perhonorificus, & partium ſtudioſus, ac defenſor bonorũ. quinimmo inter ſe leuiter diſſident. Sed vereor ne hoc quod infectum eſt, ſerpat longius. Credo enim

quos teſtudo adnatans corripiebat. Inde ipſe quoq; Sciron a Theſeo in mare deturbatus eſt. Sed, quod pro Ciceronis difficultate facit, ſcribit Stephanus in libro de Vrbibus, Sciros habitatio Arcadiæ : cuius incolę Scritę nũcupantur. Eſt & alterum in Attica Sciron. Sunt & Scironides petrę a Scirone denominatę, de quibus Lucianus in dialogo Neptuni & Delphinum. Hoc in loco meretrices cõſidebant, vnde fortaſſe Sciraphium deductum eſt, quod locum ſignificat quo κυϐιςαὶ, id eſt, aleatores conueniunt, & Scirophoros quod intemperantem ſignificat. Iſthmia vt nonnulli volunt inſtituta ſunt a Theſeo in Scironis honorem, vt ſe a cęde expiaret. Scironem enim filium fuiſſe Caneti & Eniochę Pithei filię. Alij i Scinis honorem conſtituta, non Scironis. Ne nos igitur teneat admiratio ſi latrocinia huiuſmodi Senatus demolit[9] eſt, & ea oppugnare nitebat̃ Atticus vir famę ac ſanctitati natus, etiã vt ſecuritati proprię conſuleret: ne inter latrones verſari cogeretur. Scribit Plutarch[9] in Theſeo, Scironem viatores ſpoliantem verſus Megaram a Theſeo p̱ petram pręcipitem deuolutũ eſſe. Quidam ferunt hunc cũ hoſpitibus per iniuriam cibũ porrigeret, ieiunareq; coactos calce feriebat, atque in mare pręcipitabat. Scriptores Megarenſes ab hac ſententia deſciſcentes, neq; prędonẽ, neq; contumelię illatorem fuiſſe Scironem arbitrantur, verũ probis ac iuſtis ſeſe familiarẽ ac amicũ prębere. Ammianus Marcellin[9]. Sciron quoq; eſt ventus auctore Seneca lib. 5. Quęſtionum naturalium, qui Athenas infeſtat. Interire.) Propter negligentiam nunciorum. Intercipi.) Nuncio corrupto ſubtrahi, vel intereundum per vim aut dolum capi. Terentius in Eunucho, Quod nos capere oportet, hęc intercipit, id eſt totum capit. Significat & oppreſſerit ex improuiſo. Plautus, Tum protinus me redimes ſi me hoſtes interceperint? Rogatũ ſententiã) Senatores a Conſule ſententiam viritim rogabantur. Primos rogabat Cõſul, qui ſibi rogãdi videbãtur, & toto anno a quo rogando incœperat, in eo perſeuerabat: auctore Tranquillo. Cęſar variauit. Piſo Cõſul vt familiã ornaret, Piſonem gentilẽ ſuũ ſententiã rogauit, nõ vt reliqui Ciceronẽ: cui[9] virtutibus, nihil niſi palmare ac primariũ debebatur. Pacificatorẽ) Piſonẽ. Vide Cęſarẽ lib. 1. Cõmẽtarij Gallici. Allobrogũ.) Inter Iſarã & Rhodanũ ſiti Allobroges, quos Domitius domuit. Horũ Legati Romæ cum Catilina conſpirauerãt. nũc Delphinatus appellatur: cui pręſidet pro tẽpore Regis filius natu maior. Caput gentis Vienna. Stephanus Allobroges quoque pronunciat. Admurmurante.) Murmure ignominioſum diſcrimen non approbante. Liber.) Immunis gratiam non debeo quam negaui. Solutus.) Nullius obnoxius gratię per beneficium contractę. Principis.) Primarij. Sic a Cicerone libro primo Officiorum, princips philoſophi dicuntur. Principes ardentem quaſſabat lampada Turnus, ex Marone. Voluntatem) Supple liberam. Nominis.) Scribe, non minus. Deuinctam) Obnoxiam. ſiquidem authore Ariſtotele in Rhetoricis, Qui reperit beneficia, reperit compedes. Beneficio.) quod nullum fuit. Tertius.) Qui a Conſule ſententiam rogatur. Nam Cicero ſecundus erat. Cos. ipſe.) Piſo. Erant tunc Conſules M. Meſſala & M. Piſo, vt patet in fine huius Epiſtolæ. Cauillator.) Cauillatio ſalſum quid & ridiculum: cui amaritudo ſubeſt. Cauillationem Tranquillus dicacitati coniunxit. A caluor quod eſt fruſtrationi habeo. hoc a Caluis inimicis qui omnibus ſunt fruſtratui. Plautus, Cum domi ſola ſum, ſopor manus caluitur. Moroſo) Delicato, quod difficulter fertur ab his in quos eſt prolatum. Damnato & proſciſſo ab optimo quoq;. Plautus in Trinũmo, Mores hominum moros & moroſos facit. Auguſtinus in quadam Epiſtola ad Hieronymum, Quidam tantę ſunt fatuitatis, vt non multũ a peccatoribus differant, quos moriones vulgo vocant. Cicero ſecundo de Oratore, Me quidem hercle valde illa mouent ſtomachoſa & quaſi ſubmoroſa ridicula, non cũ a moroſo dicuntur. Tũ enim nõ ſal, ſed natura ridetur. Dicacitas ſermo eſt cum riſu aliquos inceſſens. Collega) Meſſala, vir pro veritate firmiſſimus. Hoc.) Qđ mox ſequitur. Infectũ) Tabefactũ, corruptũ. Pro oppido.) Popularia ſacra ſunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familijs attributa ſunt, vt fornacalia, parilia, laralia. Hęc fiebant

Sciraphium.
Cybiſtę.
Scirophoros.
Canetus.
Rogare ſententiam.
Piſo pacificator.
Allobroges.
Princeps.
Beneficia cõpedes.
Caluor.
Moroſum.
Mori.
Moroſum.
Moriones.
Dicacitas.
Popularia ſacra.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

te audiſſe, cum apud Cæſarem pro populo fieret ſacrificium, veniſſe eò muliebri indutum veſtitu virum, idque ſacrificium cum Virgines inſtauraſſent, mentionem a Q. Cornificio in Senatu factam: is fuit princeps, ne tu forte aliquem noſtrum putes: poſtea rem ex S.C. ad Virgines & Pontifices relatam: idq; ab iis nefas eſſe decretum: deinde ex S.C. Cõſules rogationem promulgaſſe. Vxori Cæſarem nuncium remiſiſſe. In hac cauſa Piſo amicitia P. Clodii ductus operam dat, vt ea rogatio, quam ipſe fert, ex S.C. & de religione antiquetur. Meſſala vehemẽter adhuc agit ſeuere. boni viri precibus Clodii remouẽtur a cauſa. operę comparãtur. noſmetipſi qui Lycurgei a principio fuiſſemus: quotidie demitigamur. inſtat, & vrget Cato. Quid multa? vereor ne hæc neglecta a bonis, defenſa ab improbis, magnorum Reipub. malorum cauſa ſint. Tuus autem ille amicus, ſcin' quem dicam? de quo tu ad me ſcripſiſti, poſtea q̃ non auderet reprehendere, laudare cœpiſſe. nos (vt oſtendit) admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat, occulte, ſed ita vt perſpicuum ſit, inuidet. nil come, nil ſimplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honeſtum, nihil illuſtre, nihil forte, nihil liberum. Sed hoc ad te ſcri-

In honorem bonę Deæ. vnde Cicero in Epiſtola ad Lentulum, Qui non pluris fecerat bonã Deam q̃ tres ſorores. Obiter indicemus errorem Appiani tradentis a Clodio Calpurniã Cęſaris vxorẽ ſtupratã, ſaltẽ eius pudicitiæ illuſum a Clodio, cum illa Pompeia fuerit. Nam cum Calpurnia Cęſar nunq̃ diuortium fecit. Inductũ.) Ab Aura ancilla introductũ. Aliqui codices habẽt indutum. Inſtauraſſent.) Refeciſſent, vnde ludi inſtauratitii. Poeta, Inſtaurati animi regis ſuccurrere tectis. Cicero in oratione de Aruſpicũ reſpõſis docet cauſas quibus emergẽtibus ludi inſtaurãtur. Si ludius inqt cõſtitit, aut puer ille patrim' & matrim', ſi terrã nõ tenuit, thẽſam aut lorum emiſit, aut ſi Ædilis verbo, aut ſi nutu aberrauit, ludi non ſunt rite facti: eaq; errata expiantur, & mentes deorũ immortalium ludorum inſtauratione placantur. Mentionem.) De pollutis cerimoniis. Princeps.) Primus. Silius, Princeps, ſigna tulit Tyria Chartagine pubes. Rẽ) Pollutarũ cerimoniarũ cognitionem. Nunciũ.) Libellũ repudij, qui mittebatur per libertum. Caius Digeſt. lib. viceſimoquarto, Diuortiũ autẽ vel a diuerſitate mentium dictum eſt, vel quia in diuerſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium. In repudiis autem, id eſt renunciationibus cõprobata ſunt hęc verba, Res tuas tibi habeto. Itẽ hęc verba, Tuas res tibi agito. In ſpõſalibus quoq; diſcutiendis placuit renunciationem interuenire oportere: in qua re hæc verba probata ſunt. Conditione tua non vtar. Siue autem ipſi præſenti renuncietur, ſi abſenti per eum qui in poteſtate eius ſit, nihil intereſt. Addit Paulus, Nullum diuortium ratũ eſt, niſi ſeptem ciuibus Romanis puberibus teſtibus adhibitis, præter libertum etiam qui diuortium facit. De religione.) Pollutis cerimonijs. Antiquetur.) Hodie barbare dicunt anulletur. A cauſa.) Lęſę religionis actione. Operæ.) Clodiani Satellites. Lycurgęi.) Optimates, legum aſſecię & propugnatores: qualis Lycurgus apud Laconas legum conditor. Cauſa fuit.) Quia temerata ſacra ſunt pro ſalute populi ſtata. Cicero in Oratione de Aruſpicum reſponſis, Libris Ethruſcis cædes principum oſtenditur, idquod interitum optimatum ſequi neceſſe eſt. Adiungitur etiam, Ne in vnius imperium res decidat admonemur. Miraculo proxima ſunt hęc Etruſcorum oracula. Ita mox factum eſt, omnibus Imperij Romani inſignibus in vnum Cęſarem inclinatis. Motus quoq; terrę idem indicabant, iuxta illud, Vox domini turres cadentes. Cicero in calce eiuſdem orationis, Et enim hæc deorum immmortalium vox, hęc pene oratio iudicanda eſt: cum ipſe mundus, cum agri, terræ motu quodam nouo contremiſcunt, & inuſitato aliquid ſono incredibiliq; pręcunt. Tuus amicus.) Intelligit Hortenſium. Cicero inferius ait beatos homines piſcinarios ſibi inuidere. Plutarchus vero auctor eſt Ciceronem piſcinarios Hortenſium, Philippum & Lucullum vocare. Alij ad Pompeium referunt. Vt oſtendit.) Sed fronti nulla fides. Multi ſunt foris Catones, domi Sardanapali. mora farinis inſperſa, ſepulcra dealbata, niues atrę. Come.) In Hortenſio nihil benignum, nihil apertum, ſimplex & ingenuum. Nolito frõti credere, inquit epigrammatiſta, nupſit heri. Cicero pro Cornelio Balbo, Comes, benigni, faciles, ſuaues etiam dicuntur, qui erranti comiter monſtrant viam benigne non grauate. Comitas facilitas & ſuauitas. Liuius libro quarto ab Vrbe condita, Spectaculum comitate hoſpitum aduenis gratius fuit. Cęcilius libro tertio Epiſtolarum, Tanta comitate conuiuium trahitur. Quintilianus in ſexto, Hoc etiã bonum & comem virum poſcit. Comiſſimus ſuperlatio. Comes comitis nomen eſt dignitatis apud Marcellinum & Auguſtinum libro ſexto Cõfeſſionnum. Comes largitionũ Italicarũ. Ἐν τοῖς πολιτικοῖς) In ciuilib'. Honeſtũ.) Honeſti appetẽs. Illuſtre.) Perſpicuũ, q͛d cognoſci poſſit. Opta cũcta atq; velata.

Appiani error.
Inſtaurare.
Inſtauratitij ludi.
Diuortium.
Antiqtiare.
Lycurgęi.
Comes.
Comiſſimus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Topotheſia.

Terræ filio.) Quorum maiores ignorabantur, auctore Lactantio, terrę filii vocabantur: cui ſuffragatur illud Perſianum, Terrę eſt iam filius. Satyrographus, Vnde fit vt malim fraterculus eſſe gigãtum.

Puteoli. Dicearchęa.

τοποθεσίαν Miſeni.) Deſcriptionem promõtorij Campanię. Puteolorum.) Dicearchęa ciuitas Italię, quam dicunt eſſe Puteolos, vbi Sympoſiũ Herodianus ſcripſit. Puteos autem Romani vocant quæ Gręci Phreata. Olere autem ὄζειν. Fetentes enim puteos habet. Gentile Dicearchęos & Dicearchetes. Videtur Stephanus a puteis & verbo olere deflectere Puteolos. Eſt via Puteolana per quã ad cauernam peruenitur Cryptã ſiue Grottã nũc appellatã, vbi Pauſilypus mõs pulcherrimus, olim ſicut Plinius tradit, villis habitat⁹, ad ſexcẽtos paſſus excauatus planũ via puteolana curribus iter prębet. Seneca in quadã epiſtola, Excepit me Crypta Neapolitana. nihil illo carcere lõgius, & quę ſequũtur. Euſebi⁹ chronographus, Samii Dicearchæam condiderunt: quã nũc Puteolos vocant. Ad. IIII. Non.) Errauerat in tẽpore Cicero. Mẽdoſe.) Perperã. Ouidius, Non ego mendoſos auſim defendere mores. Perſius, Mendoſe colligis inquit Stoicus. Vicioſe ſcriptũ fuerat in epiſtola ad IIII Nonas

Atticotera.

ἀττικώτερα.) elegãtiora lepidioraq;. elegantia eſt Atticorũ. Cicero,

Leontium.

Leontiũ muliercul ã dixit in Theophraſtũ illo ſcito & Attico dicendi genere. Quin M. Tullius in his Epiſtolis Atticiſmũ latinũ pro latinitatis floſculis ac delicijs appellat

Atticiſmus. Philorhetor.

φιλορήτορα.) amatorem Rhetoricę elegantiæ. conuelleris vt Zetus & Amphion ab arte tua philoſophia, & in caſtra noſtra tranſis impellente violentiſſimo deorũ amore. Quid?) Cum interrogatione, & quid ſcribã? Et tanq̃ in memoriã venerit quod ſcribat: ſubdit,

Etiam.

etiã, hoc eſt certe. & affirmat ſcribendũ eſſe quod ſubiit. Vox annuendi comica, pręſertim Plautina. Anthronianã. Sunt qui corrigunt Antonianam. Propriam domum vendidiſſe Antonium collegi ex M. Tullij verbis in ſecunda Antoniana ſic, Qui tum inde reditus? aut cur prius in vltimam Galliã ex Ægypto q̃ domum? Quę autem erat domus? neq; erat vſq̃. Domum dico? Quid erat in terris vbi in tuo pedem poteres? tempora tamen diſſidere videntur, tu conſidera. Quid id ad me.) Subintellige pertinet. Tantum.) Hactenus ad te pertinet. Homines.) Obiter innuit ſe Meſſalæ Conſuli mutuatum pecuniam, quemadmodum ipſe M. Tullius ſuam emens, accepit ab Attico. emit domum de Craſſo Cicero vt ipſemet teſtatur libro quinto Epiſt. Famil. Tu iſta confice.) Quę ſcripſi concoque: digere etiã ſi diſplicuerint. Demuſſanda eſt ſortis & temporum contumelia. Alibi, Concaluit ſtomachus vt iſta non digeram modo, ſed concoquam. Cal. Decemb. lege Febr. vel docente fine ſuperioris Epiſtolæ, niſi eſſet ordo pręposterus.

bam aliàs ſubtilius. Nam neq; adhuc mihi ſatis nota ſunt, & huic terræ filio neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audeo. Prouincias Pretores nondum ſortiti ſunt: res eodem eſt loci, quo reliquiſti. τοποθεσίαν quam poſtulas Miſeni & Puteolorum includam orationi meæ. ad IIII No. Decẽb. mendoſe fuiſſe animaduerteram. Quæ laudas ex orationibus (mihi crede) valde mihi placebant, ſed non audebam antea dicere. Nunc vero, ꝙ a te probata ſunt, multo mihi ἀττικώτερα videntur. In illam orationem Metellinam addidi quædam. liber tibi mitteretur: quoniam te amor noſtri φιλορήτορα reddidit. Noui tibi quidnam ſcribam? quid? etiam Meſſala Conſul Anthronianam domum emit HS.CCCCXXXVII. Quid id ad me inquies? tantum, ꝙ ea emptione, & nos bene emiſſe iudicati ſumus, & homines intelligere cœperint, licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam peruenire. Teutris Syllani lentum negocium eſt, ſed tamen eſt in ſpe. Tu iſta confice. a nobis liberiorem epiſtolam expecta. Vale. VI. Cal. Feb. M. Meſſala, & M. Piſone Coſs.

Argumentum. X.

VEreor.) Occupationes ſuas incredibiles innuit vt vix ad paruã conſcribendã epiſtolam tempus ſuppeteret: idq; ex aceruo illarũ ereptũ. Põpeii concionẽ vituperat, cuius fortuna lãgueſcere incipiebat, vel adiuuãte Fuſio Tribunorum plebis inertiſſimo. Craſſus Ciceronis Conſulatum laudauit. Cic. oratione luculenta, de grauitate Senat⁹, & Eqſtris

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

VEreor ne putidum ſit, ſcribere ad te, quàm ſim occupatus, ſed tamen ita diſtinebar, vt vix huic tantulæ epiſtolæ tempus habuerim, atq; id ereptum ex ſummis occupationibus. Prima concio Pompeii qualis fuiſſet, ſcripſi ad te antea, nõ iocũda miſeris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non grauis. Itaq; frigebat, tum Piſonis Coſ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ordinis concordia,de conſenſu Italię locutus eſt palam,etiam contra reliquias Catilinæ. Ad extremum Senatus conſtantiam Cicero laudat. De ambitu rogationis Catilinianæ per barbatulos iuuenes. Piſonis inconſtantia in eadem rogatione taxatur. Catonis conuicium in Piſonem, Clodij accuſatio in Cic. Meſſalam valde laudat,contra Piſonem vituperat praui ac parui animi homunculum. Luceii gratiam non deſperat. Tandem rogat Atticum vt ab eo rerum omnium fiat certior.

impulſu leuiſſimus Trib.pl. Fuſius in cõcionem produxit Põpeiũ. Res agebat in circo Flaminio, & erat in eo ipſo loco ipſo die nũdinarum πανήγυρις, quæſiuit ex eo, placeret ne ei Iudices a Prætore legi, quo conſilio idem Prætor vteretur. id autem erat de Clodiana religione ab Senatu conſtitutum. Tum Pompeius μαλ' ἀριστοκρατικῶς locutus eſt, Senatusq; authoritatem ſibi omnibus in rebus maximam videri, ſemperq; viſam eſſe reſpondit, & id multis verbis. Poſtea Meſſala Conſul in Senatu de Pompeio quæſiuit, quid de religione, & de promulgata rogatione ſentiret? Locutus ita eſt in Senatu, vt omnia illius ordinis conſulta γενικῶς laudaret: mihique, vt aſſedit, dixit ſe putare ſatis ab ſe etiam de iſtis rebus eſſe reſponſum. Craſſus poſtea q̃ vidit illum excepiſſe laudem, ex eo quod hi ſuſpicarentur homines ei Conſulatum meum placere, ſurrexit, ornatiſſimeq; de meo Conſulatu locutus eſt: vt ita diceret, ſe, ꝙ eſſet Senator, ꝙ ciuis, ꝙ liber, ꝙ viueret, mihi acceptum referre: quoties coniugem, quoties domum, quoties patriam videret, toties ſe beneficium meum videre. Quid multa? totum hunc locum, quem in Ariſtocratia ego varie meis orationibus, quarum tu Ariſtarchus es, ſoleo pingere de flãma, de ferro, noſti illas ληκύθους, valde grauiter pertexuit. Proximus Pompeio ſedebam, intellexi

PVTIDVM.) Delicati ac ſtomachatoris eſt. Nulla enim cauſa fidẽ & officium interrumpere debet, & hoc allegare eſt hominis putidi. Erigebatur) Frigebat habent codices caſtigati, & ad Põpeium refertur. In circo Flaminio) Fuerũt tres Circi Romę. Circus Maximus, Circ⁹ Flaminius qui & Apollinaris, & Circus Neronis in Vaticano. πανήγυρις) cõuentus, celebritas, frequentia: & qm̃ in huiuſmodi cõuẽtibus orationes pręconiaque clariſſimorũ virorũ cantabantur, inde Panegyrici libri nũcupati, & panegyriſtę huiuſmodi laudatores. μαλ' ἀριστοκρατικῶς.) valde ariſtocratice. hoc eſt animo valde in Ariſtocracicos propẽſo. Ariſtocraticos Gręci vocãt, quos nos optimates. Eſt em̃ Ariſtocratia optimatũ cõſenſus & dominatio. Oligarchia paucorũ. Democratia ſtat⁹ popularis. De Põpeio) A Põpeio. Liuius lib. 4 ab Vrbe, Quęro de te Tẽpani. γενικῶς) Generatim, obſoletius generaliter aiũt. Vt aſſedit.) Cũ primũ apud me ſedit Põpeius. Stãtes em̃ orabãt. Excepiſſe) Per quãdã velut ĩſinuationẽ obiter laudẽ ab vniuerſo ordine Senatorio retuliſſe. Ex eo ꝙ.) Ideo ꝙ. Ei.) Põpeio. Surrexit.) Craſſus. Mihi acceptũ referre.) Ingenue fateri recepiſſe a me. In Ariſtocratia) In laude ſtatus Senatorij. Ariſtarchus.) Grauis & doctus cẽſor. Tragicũ poetã Ariſtarchum Tegeatẽ Sudas innuit. Sed nihil ad rem noſtrã. Fuit & Ariſtarchus grammaticus qui Homeri poema caſtigauit, & quos ſuppoſitos poetæ verſus credidit, in ordinem p̃licenter egit. De quo ſic Ouidius, Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat. Floruit Olympiade. clvj. ſi Chronographo credere libet. Horat. Fiet Ariſtarchus. Cic. libro tertio Famil. Si hæ literę non fuerunt diſerte, ſcito meas non fuiſſe: vt Ariſtarchus Homeri verſum negat quem non probat, ſic tu quod diſertum non erit, ne putaris meum. In alia ſignificantia ἀρίσταρχος princeps in Ariſtarchia. Pingere.) Expolire. De flamma.) Picturam flammę, rationem pingendi encauſticen intelligo, quod opus Plinius Encauſtũ. hoc genus picturę Nicia primus in vſu habuit. καίω eſt vro, a cuius futuro καύσω fit Encauſtum. Cauterio inurebantur eæ picturæ difficillime mobiles. Quare Epigrammaticus inquit, Encauſtus phaeton tabula tibi pictus in hac eſt. Quid tibi vis? Dipyron qui Phaetõta facis. Inde Cauſia apud Plautũ & Plutarchũ, pileolũ cõtra ardorẽ ſolis. Et Cauſon medicis febris ardẽtiſſima. De ferro.) Picturę de ferro & flãma cauterio inuſtę metaphorice dicũtur verba quę aculeata ſunt, animũ lectoris feriũt, auditorẽ vrũt, vt nõ facile remoueãtur. Tales erãt Cic. orationes in Senatu habitę, quę vim mirificã habebãt. ληκύθους. Exceſſus amœnos & ſuaues: floſculos, odoraſq; exornationes. Lecythos vas oleariũ vel vngentariũ vocatur, quod alabaſtrũ dicitur a M. Tullio quaſi Laginion. i. receptaculũ quod capaciſſimũ eſt. παρὰ τὸ κύτος a vaſe tãq̃ lacytos. λᾶς λᾶ. lapis, auctores Hãmonius & Atheneus. Lecytion diminutiue protulit Ariſtophanes. Sophocles Lecythiſmon. Vnguẽti Lecythos, inquit Sudas, Attici vocãt alabaſtrũ. Ariſtophanes prouerbialiter inquit, ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ ληκύθῳ, Oleũ nõ eſt in lecytho. Subdit em̃, mia nõ mouet. De lecytho idẽ Ariſtophanes meminit in Auib⁹. Hieronymus in expoſitiõe libri tertij Reg. Hydria farinę

Circus Flaminius.
Panegyris.
Ariſtocratici
Oligarchia.
Democratia.
De.
Generatim.
Ariſtarchus.
Encauſtice.
Encauſtum.
Cauſia.
Cauſon.
Lecythos.
Lecythion.
Lecythiſmos



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hominem moueri, vtrum Craſſum inire eam gratiam, quã ipſe prętermiſiſſet: an eſſe tãtas res noſtras, quæ tam libenti Senatu laudarentur, ab eo pręſertim, qui mihi laudẽ illam eo minus deberet, ꝙ meis omnibus literis in Põpeiana laude præſtrictus eſſet. Hic dies me valde Craſſo adiunxit, & tamen ab illo aperte, tecte quicquid eſt datum, libenter accepi. Ego autem ipſe, Dii boni, quomodo ἐνεπερασάμην nouo auditori Pompeio? Si vnquam mihi ἐπιχειρήματα ſuppeditauerunt, illo tempore. Quid multa? clamores: etenim hæc erat ὑπόθεσις de grauitate ordinis, de Equeſtri concordia, de conſenſione Italiæ, de immortuis reliquiis coniurationis, de vtilitate, de ocio. Noſti iam in hac materia ſonitus noſtros. tanti fuerunt, vt ego eo breuior ſim, quòd eos vſq; iſtinc exauditos putem. Romanæ autẽ res ſic ſe habẽt, Senatus ἄρειος πάγος. nil cõſtãtius, nil ſeuerius, nil fortius. Nã cũ dies veniſſet

Capſaces.

non deficiet, nec lecythus olei minuetur. Cyprianus eadem verba reſumens capſacen interpretatur. Plinius Cęcilius, Non enim omnino M. noſtri τὰς λεκύθους fugimus, quoties paulũ itinere decedere non intẽpeſtiuis amœnitatibus ſubmonebamur. Hominẽ.) Pompeium. Vtrum.) Propter hoc ne moueri dicã Pompeiũ? Inire.) Aucupari. Gratiã.) De rebus meis Senatui gratioſis, amoris illiciũ. Ipſe.) Pompeius. An.) Nũ fortaſſis Põpeius ſucceſſib⁹ noſtris inuidit? Inuidet & figulus figulo. Tã libẽti) Tã libẽter audiente. Literis.) Orationib⁹, cõcionib⁹. In Põpeiana laude.) Nũ in oratione Manilia? cum aliqui referãt illos in oratione latẽtes morſus in Catulũ. Pręſtrictus.) Taxatus, leuiter vulneratus, cũ ſic inqt ꝑ lege Manilia, Nec vero cũ ſit vnus Cn. Põpeius, q nõ modo eorũ hoim q nũc ſunt gloriã, ſed etiã antiquitatis memoriã virtute ſuperarit. Aliubi. In hac oratione Craſſum neq; laudat neq; vitupat vel ꝑteritus, vel i aliis meis quotidianis orationib⁹ leuiter laudatus. Ab illo.) Põpeio vel Craſſo. Aperte.) Laudor & diligor. Tecte.) Occulte, ſupple neſcio. Aſtutã vap'do ſeruat ſub pectore vulpem. Eſt em̃ nix atra Põpeius. Quicqd eſt datũ accepi. Sino mihi verba dari. Fingo me aures nõ habere. In Epiſtolis Familiarib. Q đ dant accipio. ἐνεπερασάμην.) Tẽtaui, conat⁹ ſum, periculum feci. Nouo.) Quia tũ primũ. aberat enim pri⁹ cõtra Mithridatẽ, nuper venerat in Senatũ.

Epichiremata.

ἐπιχειρήματα.) Argumẽta quę ex ꝓpoſitionẽ & ratione cõſtãt: vt, animal eſt, ergo ſpirat. Nõnulli ratiões vocãt. Cicero ratiocinatiua. Hieronym⁹ in quadã Epiſtola ad Auguſtinũ, Ego ſimpliciter fateor dignationi tuę, licet ſtylus & epichiremata tua mihi viderẽtur: tñ nec temere exẽplaribus literarũ credẽdũ putaui. Suidas. ἐπιχειρεῖν τὸ συλλογίζεσθαι. Epichirin ratiocinari. Epichirema dialecticus ſyllogiſmus. De Epichirematis meminit Cicero & Victorin⁹ in Rhetoricis.

Aggreſſio.

Quintil. lib. 5. Epichirema Valgius aggreſſionẽ vocat. Celſus argumentũ quo aliquid ꝓbaturi ſumus, etiã ſi nondũ verbis explanatũ, iã etiã mente conceptũ. Epichirema aliis videtur nõ deſtinatã vel inchoatã, ſed perfectã orationẽ hoc nomen accipere & vltimã ſpeciẽ. Ideoq; propria eius appellatio & maxime in vſu poſita eſt, qua ſignificatur certa quędã ſentẽtię cõprehenſio, quę ex tribus partibus cõſtat. Quidam Epichirema rationẽ appellauerũt. Cicero melius ratiocinationẽ.

Suppedito.

Suppeditauerunt.) In prõptu fuerunt. verbũ abſolutũ in hoc loco. Illo tẽpore.) prę ſto fuerunt. Clamores.) Subintellige ſublati ſunt.

Hypoteſis.

ὑπόθεσις.) Materia, ſubiectũ. Equeſtri cõcordia.) Q; Equeſtris dignitas Senatoriæ tãq̃ matri filia, hęrere non modo iungi deberet.

Immortua.

Immortuis.) Rediuiuis, & quotidie pullulãtib⁹, & ꝙ exciſa eſt arbor non euulſa. Sonitus.) Fulmina verborum, quibus relinquo cẽtrũ. Iſtinc.) Ab vrbe in Epirum.

Ariopagus.

ἄρειος πάγος.) Ariopagus, id eſt iuſtiſſimus atq; ſanctiſſimus vt erant Ariopagitę, qui noctu iudicabant vt reorũ ſquallore non mouerẽtur ad odium aut miſericordiam.

Ariopag. Iudicia.

Qui per pręconẽ procemiis interdicebant. Apuleius lib. 10. de Aſino aureo, Tunc demum clamatus introducitur etiã reus, & exemplo legis Atticę, Martiiq; iudicii cauſę patronis denũciat pręco, neq; principia dicere, neq; miſerationem cõmouere. Quintil. lib. 12. Q; ſi mihi des conſiliũ iudicũ ſapientum, per q̃ multa recidã ex orationibus non Ciceronis modo, ſed etiã qui eſt ſtrictior multo, Demoſthenis. neq; affect⁹ omnino mouẽdi erunt, nec aures delectatione mouẽdę, cũ etiã procœmiũ ſupuacuũ apud tales Ariſtoteles exiſtimet. nõ enim trahẽtur his illi ſapientes. Idẽ lib. 6. Id ſenſiſſe Atticos credo, quia Athenis affectus mouere etiã p̃ pcõnẽ ꝓhibebãtur oratores. Cicero, Plutarchus, Auguſtin⁹ Ariopagitici iudicii Solonẽ cõditorẽ tradũt. Silẽtes iudicabãt. Iuuenalis, Cõmiſſumve teges vt curia Martis Athenis. qui Mars homicidii reus ſedentibus duodecim deis abſolutus eſt. Pares em̃ ſententię abſoluebãt. Pollux auctor eſt iudicia cędis & veneficiorum in Ariopago exerceri.

Ephialtes.

Ephialtes Ariopagitarum potentiam ſuſtulit, auctor Plutarchus in Pericle. Addit Ariſtoteles libro ſecundo Politicorũ Ephialten & Periclen, inhibuiſſe Ariopagi cõſiliũ, donec in iſtã licentiã peruentũ eſt. Scribit idem philoſophus lib. 1. ad Theodectem ꝙ Ariopagitę nõ audiũt oratorẽ.

Exẽplũ memorabile.

Lego exemplũ ſcitu digniſſimũ apud Ariſtotelẽ in magnis Moralibus, olim mulierẽ quandã veneficã in Ariopagũ ꝓfugiſſe, quã p̃ſentẽ nõ alia de cauſa liberarũt, q̃ quod nõ id p̃uidẽs effeciſſet, amoris ſiquidem cupiditate occęcata in eo fuerat hallucinata, & proinde neutiq̃ ſpontanea eius poculi amato-

rii viſa fuerat exhibitio:quandoquidem non ea mente dederat vt perderet hominem. Inde igitur in id quod ex animi ſententia fit cadit voluntarium. Scribit Cicero libro Officiorum primo, Solonē Ariopagitas conſtituiſſe. Auguſtinus in libello de Epicureis & Stoicis, Dionyſius inquit Areopagites. i. Atheniēſium principalis. Areopagos enim Athenienſium curia vocabatur. Rogationis. ) Qua rogarentur patres num vellent, iuberentve vt iudicium pollutarum cerimoniarum fieret. Concurſabant) æſtuabant ambiendo. Barbatuli. ) Cicero in Catilinam, Ii, quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos non togis, quorum omnis induſtria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur, in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudiciq; verſant̃. Hi pueri tam lepidi & delicati, qui non ſolum amare & amari, neq; cantare & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare & ſpargere venena didicerunt. Ratiōe dixit quos pexo capillo.

Barbatuli.

rogationis ex S. C. ferendæ, concurſabant Barbatuli iuuenes : totus ille grex Catilinæ duce filiola Curionis, & populū vt antiquaret rogabāt. Piſo autē Conſul lator rogationis, idem erat diſſuaſor. Operæ Clodianæ ponteis occuparāt: tabellæ miniſtrabātur, ita vt nulli daret̃ VTI Rogas. Hic tibi roſtra Cato aduolat: cōuicium Piſoni Conſuli mirificū facit, ſi id eſt conuicium vox plena grauitatis, plena authoritatis, plena deniq; ſalutis. Accedit eodem etiam noſter

ſuffragatur Bernardo libro quarto de Conſideratione ſcribenti, Diſcant a te coepiſcopi tui comatulos pueros & comptos adoleſcentes ſecum non habere. Certe inter mitratos diſcurrere calamiſtros nō decet. Filiola Curionis. ) Aliqui Clodium muliebria in ætate paſſum intelligunt. Cicero pro domo ſua ad Pontifices, Helluoni ſpurciſſimo prægustatori libidinum tuarum: homini egentiſſimo & facinoriſſimo. quem paulo ſuperius hominem teterrimum, crudeliſſimum, omniū ſcelerū libidinūq; maculis notatiſſimū vocat. Nōnulli hoc ad M. Antoniū referūt his Ciceronis adducti poſitis in ſecūda Philippica, Sumpſiſti autē togā quā ſtatim muliebrē ſtolam reddidiſti. Primo vulgare ſcortū, certa flagitii merces, nec ea parua. Sed cito Curio interuenit, qui te a meretricio quęſtu abduxit, & tanq̃ ſtolā dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit. Nemo vnq̃ puer emptus libidinis cauſa fuit tā in domini poteſtate q̃ tu in Curionis. Antiquaret. ) Rogationē Senat⁹ beneficio populi hoc eſt plebeſcito tolleret. Operę) Satellites. Pontes. ) In quibus ſuffragia ferebātur, ne boni futuri diſſuaſores rogationis antiquandæ poſſent intrare. Tabellę. ) Iudiciarię, quę erant tres, abſolutoria, damnatoria, ampliatoria, quādo de crimine non liquebat ſignata duabus literis N & L. Vel intelligit de lege tabellaria & tacitis ſuffragiis : de qua Plinius Cęcilius quādo tabellę porrigebantur ſingulæ iudicaturis vel decreturis aliquid, in quibus ſinguli voluntatem ſuam ſcribebant. Cicero in prima in Verrem Actione, Cæratam vnicuiq; tabellam dari, cęra legitima non illa infamis. Demoſthenes, κατὰ μιδ'είσ, κρύβδην ψιφίζεωθ vocat tacite iudicare. Ita vt nulli daretur vti rogas) Quidam ſimplicitatis amici, Darentur ſcribunt hoc ſenſu. Nulli tabulæ dabantur vt rogas, vt vis, iuxta animi tui ſententiam, hoc eſt, vt tibi viro graui & libertatis amico ſcio placere, qui in iudiciis grauitatem ac libertatem amas. Hic obnoxie iudicabatur, cuncta Clodianis operis impedientibus. Defendebat Hieronymus Pontanus amicus noſter, daretur. hoc pacto. Miniſtrabantur quidem tabellę, ſed nulli dabatur facultas ſententiam animi ſui ſubſcribendi. Credebat vir impenſe bonus ac doctus Hieronymus hęc duo verba, vti rogas, fuiſſe mentis ac animi ſinguli cuiuſque ſubſignandi morem, vt hodie ſcribitur, fiat. Exempli gratia, Clodius obſtabat per operas, ne latori rogationis daretur, vti rogas, hoc eſt ſubſcribendi facultas. Sunt qui ſcribunt, vt nulli daretur auctoritas, & auferunt illas duas voces, vti rogas, tanq̃ ſpurias & latenter in alienam poſſeſſionem ingreſſas. Auctoritas exponetur facultas decernendi pro nutu ac animi ſententia. Ego dum Romę publice docerem a Iulio Quercente Maximo Pontificum qui ſunt, fuerunt, erunt, glorię & immortalitati nato, ſtipendio publico in Petri Marſi viri doctiſſimi vicem inauctoratus, fauentiſſimo Theatro, codicem hunc inuerſum, ita ordinaui. Ita vt nulli darentur, ſubintellige tabellæ, turbantibus tabellarum miniſtros Clodianis operis. Et hęc ſeparabam a ſequentibus, hoc ordine. Vti rogas, hic tibi roſtra Cato aduolat. Cato turbauit turbantes omnia Clodianos, vti rogas, vt ſcio te rogare & velle ac animo precari vt heros quis aut deus deſuper affulgeret. Lectio tamen illa quæ ſeruat verbum, auctoritas, maiorem apud nos habet auctoritatem. Roſtra aduolat. ) Raptim aſcendit in roſtra. Si id. ) Cenſorie concaſtigare atque monere. Conuicium. ) Contumelia. Labeo Iuriſconſultus conuiciū contumeliā dixit eſſe quaſi cōuociū mutata litera, vel a cōcitatione, vel a cōuētu, id eſt collatiōe vocū. Cū aūt nec in cœtu. nec in vociferatiōe dicit̃, nō ꝓprie cōuiciū noīatur. Pōpeius deflectit a vicis. Beroaldus codices venetos ſecutus, legit cōmilitiū. i. pugnā. Vox plena grauitatis. ) Laus pulcherrima Catonis atq; veriſſima eſt apud Ciceronē ꝑ domo ſua his verbis, Catonē virū ſanctiſſimū, prudētiſſimū, fortiſſimū, amiciſſimū Reipub. virtute, cōſilio, rōne vita mirabili ad laudē & prope ſingulari. Ad pedes accedēte. ) Accidēte ſcribat̃. i. geſtu corporis in humilitatem cadentis ſupplicante. Suetonius in Dictatore, Lucullo tm̃ calumniarum metum iniecit, vt ad genua ſibi accideret. Donatus, Accidere eſt geſtum corporis in humilitatem cadentis facere, quod eſt iuxta cadere. Salluſtius in Iugurtino, Quos accidam? aut quos appellem?

Curionis filiola.

Antiquare.

Tabellę tres.

Vti rogas.

Iulii Quercētis laus.

Conuicium.

Catonis laus

Accidere.

Singulatim.
Apractotatos.
Cacectes.
Pſeudocato.
Teucer.

Singulatim.) Ad pedes ſingulorũ. Ad rogationem accipiẽdam.) Vt hac rogatiuncula a Senatu ad populi iudicium transferatur,vbi Clodius fortunatum cauſę ſuę exitũ collocabat,Senatus grauitati minime fidens. Nullũ S.C.facienti.) Irritũ de rogatione eſſe volenti. Affuerunt.) Senatuſconſul.affuerunt,hoc eſt fauerũt. Acta res eſt.) Rogatio accepta. Circunceſſit) ſcribe. Tert. Conſul ceſſit. C.Piſonem.) Scribe ex priſcis codicibus Catonem. Nam Piſo pręcipuus auctor erat diſſuadendi rogationẽ, renitente ac pro Senatus auctoritate pugnãte Meſſala. Sperarã.) Scribere. ἀπρακτότατος) Pigerrimus,ignauiſſim⁹, ineptiſſimus κακέκτης) Deprauat⁹. Ab eo) Põpeio. Perditarũ rerũ) Malarũ factionũ. Pſeudocatone) Catõis ęmulo hoc in loco. Imitat⁹ eſt qdẽ,ſed nõ aſſecut⁹. ψεύδω fallo. Quid q̃ris) ampli⁹ noui. Ad priuata.) Relictis publicis loquamur de reb⁹ domeſticis. τεῦκρος) Sẽſus eſt. Teucer habit⁹ infamis & i exiliũ miſſus ꝙ non pfecit ea,q̃ ꝓmiſit Aiaci. Quare tu periculo alieno doct⁹,effice q̃ ꝓmiſiſti. Tãgit hiſtoriã huiuſmodi. Teucer fide data & accepta ſe adſtrixerat Telamoni patri etiã iureiurã do ſine Aiace ab expeditione Troiana nõ reditturũ. Cũ aũt Aiax ſibi mortẽ cõſciuiſſet.& Teucer rediiſſet: pulſus eſt a patre ob fidẽ fractã,q tãdẽ ſeceſſit i Cyprũ. Horat. lib. 1. carminũ, Teucer Salamina patrẽq; cũ fugeret, tñ vda lyęo Tẽpora populea ferť vinxiſſe corõa: Sic triſtes affat⁹ amicos, Quo nos cũq; feret melior fortuna parẽte Ibim⁹ o ſocii comiteſq;. Nil deſperandũ Teucro duce & auſpice Teucro. Teucer fili⁹ Telamonis & Heſiones Laomedontis filię. Ex alia vero genuit Aiacẽ fratrẽ qdẽ Teucri,ſ; nõ vterinũ. Pro amico poniť non ſeruãte fidẽ. Cic. 2. de Orat. facit Telamonẽ ita Teucrũ affari, Segregare abs te auſ⁹, aut ſine illo Salamina ingredi,neq; patris aſpectũ es verit⁹? Nũq̃ illũ aſpectũ dicebat,qn mihi Telamõ irat⁹ furere luctu filii videreť, vt inde inflexa ad ſonũ miſerabilẽ voce. Quẽ ętate exacta indigẽtẽ liberũ laceraſti,orbaſti,extinxiſti, neq; fratris necis,neq; eius gnati pariter, q tibi in tutelam eſt traditus,memor.

Hortenſius,multi præterea boni,inſignis vero opera Fauonii fuit. Hoc cõcurſu optimatum comitia dimittũtur. Senatus vocatur:cũ decerneretur frequẽti Senatu,cõtrà pugnante Piſone,ad pedes omniũ ſingulatim accedente Clodio, vt Cõſules populum cohortarentur ad rogationẽ accipiendã,homines ad.XV.Curioni nullũ Senatuſcõſultũ facienti,aſſenſerũt facile. Ex altera parte CCCC affuerunt.acta res eſt.Fuſius III Conſul ceſſit. Clodius conciones miſeras habebat,in quibus Lucullum,Hortẽſium,Catonem,Meſſalam Conſulem contumelioſe lędebat,me tantũ comperiſſe omnia criminabatur. Senatus & de prouinciis Prętorum,& de legationibus, & de cęteris rebus decernebat, vt anteq̃ rogatio lata eſſet, ne quid ageretur. Habes res Romanas. Sed tamen etiam illud quod ego non ſperaram,audi:Meſſala Cõſul eſt egregius,fortis,conſtans,diligens,noſtri laudator,imitator,amator. Ille alter vno vitio minus vitioſus, ꝙ iners,ꝙ ſomni plenus,ꝙ imperitus,ꝙ ἀπρακτότατος,ſed voluntate:ita κακέκτης, vt Pompeium poſt illam concionem,qua ab eo Senatus laudatus eſt, odiſſe cœperit. Itaq; mirum in modum omnes a ſe bonos alienauit: neq; id magis amicitia adductus Clodii fecit, q̃ ſtudio perditarum rerũ atq; partium:ſed habet ſui ſimilem in magiſtratibus,prẹter Fuſium,neminem. Bonis vtimur Trib. pleb. Cornuto vero pſeudocatone, Quid quęris? num ad priuata redeam? τεῦκρος promiſſa patrauit. tu mãdata effice,quę recepiſti. Q. Frater,qui Arguitelani ædificii reliquum dodrantẽ emit HS.DCCXXX. Tuſculanum venditat, vt ſi poſſit, emat Pacilianam domum. Cum Luceio in gratiã redi, videro hominem,valde petitur,re nauabo operam. Tu quid agas,vbi ſis,cuiuſmodi iſtæ res ſint, fac me q̃ diligentiſſime certiorem. Idib. Feb. Vale.

Patrare.
Recipere.
Dodrans
Quadrans.
Nauare.

Patrauit.) in malam partem,temerauit,non perfecit. Significat enim duo contraria patro: propter hæc verba Quintiliani. patrare apud antiquos ſancte & honeſte dicebatur: deinde conſuetudine in vitiũ lapſum eſt verbũ,vnde irrideri ſolitũ eſſe Salluſtium,q̃uis immerito,quod patrare bellũ dixerit. tãq̃ patro rẽ turpẽ dũtaxat ſignificet. Recepiſti.) Promiſiſti te facturũ noli imitari Teucrũ. Dodrantẽ.) Nouẽ vncias. Dicitur dodrans quaſi dempto quadrante. Si poſſit.) Vendere Tuſculanum,ex pecunia inde redacta,emat Pacilianam domum. Valde petitur.) A me iſta concordia. Nauabo.) Diligenter ac celeriter prẹſtabo. Cic. 2. de Orat. Iam mihi videor nauaſſe operam Iſtę.) Ruſticę tuę vel Atticę domeſticæ. Vbi ſis) locorum,vbi pro tempore moram ducis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumenũ. XI.

ASiam) Prouincia Aſia poſt Pręturam Q. Fratri obtigerat,qđ ex rumore percepiſſe Atticum ſit verisimile. Rogat amicum Titum vt quoniam ſemper laudis auida fuit Ciceronum familia,det operam vt Quintum moderetur ac regat vti compos voti eſſe poſſit, ac gaudere gaudium genuinum, propter quã famã ſuſcepit crebro inimicitias. Valde auet ſcire quid agat Atticus. HIC rumor) hoc legunt aliqui,fratri videlicet Aſiam obtigiſſe. φιλέλληνες,Græcorũ amatores. παντοίης) Om̃ifarię virturis reminiſcere. Da operam, & te totũ,vniuerſamq; virtutem tuã excute in fratre iuuãdo, vt Ciceronis domus conſiliis Attici laudeť & ametur. Brũduſio) Ciuitas quam Βρεντέσιον Gręci dicunt,adiacens Adrię, a Brento Herculis, vel quod portuoſa eſt. Plures enim portus habet in ora ſimiles ceruino capiti,vnde nomen adepta. Brention enim Meſſapiorum lingua cerui caput,vt Seleucus ait in ſecũdo linguarũ. Gẽtile græce Βρεντεσῖνος, latine Brunduſinus. Q. Ennius Brũduſinum portũ admiratus prępetẽ vocauit illo verſu, qui legiť apđ Gelliũ libro .6. Brũduſiũ pulchro pręcinctũ p̃pete portu. Brũduſium poetę breuitatis cauſa Brendam vocant. Auctor Pompeius. PIVS. Philellines. Brũduſium. Brenda.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

ASiam Quinto ſuauiſſimo Fratri obtigiſſe audiſti. Non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor, q̃ vllius noſtrum literæ nũciarint. Nunc,quoniã & laudis auidiſſimi ſemper fuimus,& pręter cęteros φιλέλληνες & ſumus, & habemur, & multorũ odia atq; inimicitias reipublicę cauſa ſuſcepimus, παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο: curaq; & effice, vt ab omnibus & laudemur & amemur. His de rebus plura ad te in ea epiſtola ſcribam, quam ipſi Quinto dabo. Tu velim me certiorem facias,quid de meis mandatis egeris,atq; etiam quid de tuo negocio. Nam vt Brũduſio profectus es,nullę mihi abs te ſunt redditę literæ. Valde aueo ſcire quid agas. Idib. Martiis. Vale.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

QVæris ex me, quid acciderit de iudicio,quod tã præter opinionem omniũ factum ſit:& ſimul vis ſcire,quomodo ego an minus, q̃ ſoleã, præliatus ſim: reſpondebo tibi ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς. Ego enim q̃diu Senatus authoritas mihi defendenda fuit, ſic acriter & vehementer præliatus ſum, vt clamor concurſusq; maxima cũ mea laude fierent: q; ſi tibi vnq̃ ſum viſus in republica fortis,certe me in illa

Argumentũ. XII.

QVęris) Exitũ Clodiani iudicii de pollutis cerimoniis explicat. Se ꝑ Senat⁹ auctoritate p̃liatũ ait. errorẽ Hortẽſij oſtẽdit in eadẽ cauſa, quo viſo vela cõtraxit M.Cicero, q; inopiã iudicũ perſpexerat,& turpitudinem. Productus eſt Cicero teſtis in Clodiũ,cui iudices aſſurrexerũt. Caluus rẽ in portu poſitã omnino turbauit. noctibus mulierũ & adoleſcẽtuloꝝ corrupti ſunt iudices: alios fames magis q̃ fama cõmouit: itaq; p̃ter ſpẽ omniũ abſolutus eſt Clodius. Statũ reipublicæ infirmũ deplorat. elapſum eſſe de manibus. In tanta bonoꝝ ſtrage M. Tullius recreauit animos optimatũ afflictos, Piſoni Cos. deſpõſã Syriã ademit. Clodiũ pręſentẽ freg t. Altercationẽ inſerit,in qua Clodius magnis clamoribus afflictus,cõticuit & cõcidit. Cn. Põpeio multa & iucũda cõſuetudine ſe cõiũgi p̃dicat. Duo S. C. in Cõſulẽ facta inqt: ideo odioſa fuere, q; domi inqrere liceret. alterũ de diuiſorib. Lex de ãbitu lata. Quare philoſophãdũ ẽ. Poſtremo agit vt de Amalthęo ſcribat,quo ornatu ſit,& ſitu. Scripta mittet cũ erũt abſoluta. MINVS q̃ ſoleã) Scribẽdũ an minus q̃ ſoleã, quęris an minus p̃liatus ſim q̃ ſoleã. Ego reſpõdebo) In priſcis exẽplaribus non eſt verbũ ego. ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς) prępoſtere, ordine p̃poſtero & retrouerſo, Homerice & poetice. Hyſteron proteron eſt in frequẽti poetarũ vſu. aliter hyſterologia auctore Diomede. Fit cũ id qđ primũ eſſe debet, ſecũdo poniť loco. Vel cũ ſenſus ordo p̃poſterus reddiť. vt, Poſtera phœbęa luſtrabat lampade terras, Humẽtẽq; aurora polo dimouerat vmbrã. Prius eſt eñi vt noctis vmbra diſcedat, deinde ſol oriať. Itẽ, Et torrere parãt flãmis, & frãgere ſaxo. Hũc M. Tullij locũ mutuatus eſt Plinius libro Ep̃larũ .3. his, Succurrit qđ p̃teriorã & qdẽ ſero, ſed q̃ q̃ p̃poſtere, reddeť. Facit hoc Homerus, multiq; illius exẽplo. Eſt alioqui perdecoꝝ. A me tñ nõ ideo fiet. Illud Horatianũ ſunt qui huc referãt, Ordinis hæc virtus erit aut venus: aut ego fallor, vt iã nũc dicat, iã nũc debẽtia dici Pleraq; differat, & p̃ſens in tẽpus omittat. PIVS. Hyſteron proteren.

ASCENSIVS. Mihi non videtur per hyſteron proteron dictum, Et torrere parant &c. quia enim omnes naues acceperant inimicum imbrem, neceſſe erat prius torrere .i. ſiccare frumentum q̃ frangere ſaxo .i. molere mola truſatili. & alterum exemplum diſtingunt verba, luſtrabat & dimouerat.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Ille) Clodius. In his quæ meo nomine) Scribe, hisq; meo nomini. Ad inuidiam) Supple conflãdam. Manũ) Cohortem. Fuſius) A quo Tribuno rogatio transferebatur a Senatu ad populum, volente Hortenſio, ac non vidente cauſæ naturam, quæ Senatus auctoritatem poſcebat. Sunt qui dicant Hortenſium defunctorie. i. languide hanc cauſam egiſſe: vel perfunctorie. i. mala fide: vel tranſlatiue. i. indiligenter. Excogitauit) Aſſenſus eſt. In qua) Fuſiana lege. Differebat) Iudiciũ. In eo) Articulo mutatorũ iudicũ. Pugnauit) Hortenſius conatus eſt iugulare citra gladium. Illum) Clodium.

Defunctorie.
Perfunctorie
Tranſlatiue.

cauſa admiratus eſſes. Cum enim ille ad conciones confugiſſet, hisq; meo nomini ad inuidiam vteretur, Dii immortales, quas ego pugnas, & quãtas ſtrages edidi? Quos impetus in Piſonem, in Curionem, in totam illam manum feci? Quomodo ſum inſectatus leuitatem ſenum, libidinem iuuentutis? Sæpe (ita me Dii iuuent) te non ſolum authorem conſiliorũ meorum, verũ etiam ſpectatorem pugnarum mirificarum deſideraui. Poſtea vero q̃ Hortenſius excogitauit, vt legem de religione Fuſius Tribunus pleb. ferret, in qua nihil aliud a Conſulari rogatione differebat, niſi iudicum genus (in eo autem erant omnia) pugnauitq;, vt id ita fieret, ꝙ & ſibi & aliis perſuaſerat, nullis illum iudicibus effugere poſſe, contraxi vela, perſpiciens inopiam iudicum: neque dixi quicq̃ pro teſtimonio, niſi quod erat ita notum atque teſtatum, vt non poſſem præterire. Itaque ſi cauſam queris abſolutionis, vt iam πρὸς τὸ πρότερον reuertar, egeſtas iudicum fuit & turpitudo. Id autem vt accideret, commiſſum eſt Hortenſii conſilio: qui dum veritus eſt, ne Fuſius ei legi intercederet, quæ ex Senatuſconſulto ferebatur, non vidit illud, ſatius eſſe, illum in infamiæ relinqui ſordibus, q̃ infirmo iudicio committi: ſed ductus odio properauit rem deducere in iudiciũ, cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret. Sed iudicium ſi quæris quale fuerit, incredibili exitu: ſicuti nũc ex euentu ab aliis, a me tamẽ ex ipſo initio conſiliũ Hortenſii reprehẽdebatur. Nã vt reiectio facta eſt clamoribus maximis, cum accuſator, tãq̃ cẽſor bonus, homines nequiſſimos reiiceret, reus tãq̃ clemens laniſta frugaliſſimũ quẽq; ſecerneret: vt primũ iudices conſederunt, valde diffidere boni cœperunt. Non enim vnquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit, maculoſi Senatores, nudi Equites,

Contraxi vela) Nauigare deſtiti. Retraxi me a curſu Clodiano. Indicum) Bonorum. vel Iudices electos eſſe obæratos, quibus nihil tuto creditur. Pro teſtimonio) In teſtimonio, teſtificando cõtra Clodiũ, quod in populariũ ſacrorum die fuerat Romæ, etiã in domo Ciceronis. Teſtatũ) Vulgo cognitũ. Prę̃terire) Silẽtio inuoluere. vnde prę̃teriti dicuntur. Liuius libro. 7. de ſecũdo Punico bello, Octo p̃teritis, inter quos M. Cęcilius Metellus auctor deſerẽdę Italiæ. Ei legi) Senatus conſulto rem ad Pontifices reiicienti. Non vidit aliud) Grauius accidere. Infirmo) Inani, legib. minime munito. Ductus) Hortẽſii excuſatio, quare commiſit vt infirmo iudicio cauſa Clodiana committeretur. Illum) Clodium. Plumbeo gladio) Infirmiſſimo iudicio. metaphorice dictũ. plumbeus gladius non modo eſt hebes, ſed acutã enſis aciem plumbum ſuperductum retundit. Iugulatum iri) Fore vt iugularetur. Cicero de Finibus, leue ac futile argumentũ, plũbeum gladiũ dicit. Tamen) Etiam. Incredibili exitu) Subintellige fuit. Ab aliis) Imprudentibus. prudẽtiores vt erat Tullius, futura nouere. Iuxta illud, Euẽtu ſtolidi rerũ didicere magiſtro. Reiectio) Iudicum per ſortitionem. Secũdus togatorum doctiſſimus libro primo Nat. hiſt. Eſt etiam publica eruditorum reiectio. Vtitur illa & M. Tullius, & quod miremur per aduocatum defenditur. M. Tullius in Oratione pro Sylla, ad Iudices, Vos & reiectione interpoſita, nihil ſuſpicantibus nobis repentini in nos Iudices conſediſtis. Accuſator) Hortenſius. Clemens) Eſt enim Clementis infirmum ac debilem non obiicere firmo ac robuſto. ſed audaces audacibus, vt Eſennium Pacideiano, malum peſſimo, non bono malum. Quidam codices habent demens. Laniſta) Magiſter gladiaturæ. Auguſtinus in libro de Singularitate Clericorum, At vbi inſolubili catena deuinctos aſtrinxit, velut laniſta protinus duos gladiatores aduerſus inuicem compellit armari. Cicero in Philippicis, Duas acies laniſta Cicerone dimicantes. Secerneret) Pro ſe. Boni) Iudices pauci inter tot malos. Nudi) Obærati, ſpoliatiſſimi.

Præteriti.

Plumbeus gladius.

Reiectio.

Laniſta.

De ordine Iudicum.

Tribuni ærarij) Qui erāt in numero Iudicū. Tyber. Sempronius Graccus legē tulit, vt Equites ſolū modo iudicarēt. Sine infamia annis. xxx. iudicarunt. L. Sulla legē tulit, vt Senatorius ordo tātū iudicaret, iudicauit ānis. x. turpiter. L. Aurelius Cotta legē tulit, vt iudicarēt Senatores, Equitesq; & Tribuni ærarij: hanc legē cōfirmauit L. Roſcius Otho Conſul, & addidit vt Equitibus in theatro .xiiij. ordines ſpectādi gratia darētur. M. Plotius Silanus Cn. Pōpeio Strabone, L. Porcio Catone Cōſulibus legē tulit adiuuātibus nobilibus, vt ſingulę tribus ex numero Senatorio quinos denos ſuffragio crearent, qui eo anno iudicarent. Ex eo factū eſt, vt Senatores quoq; in eo numero eſſent, & qdā ex ipſa plebe.

Tribuni ærarij.

Tribuni non tā ærarii, q̄ vt appellantur, ærati: pauci tamē boni inerāt, quos reiectione fugare ille non potuerat, qui mœſti inter ſui diſſimileis, & mœrenteis ſedebāt, & cōtagione turpitudinis vehemēter permouebātur. Hic, vt quęq; res ad cōſiliū primis petitionibus referebatur, incredibilis erat ſeueritas nulla varietate ſentētiarū: nihil impetrarat reus, plus accuſatori dabatur, q̄ poſtulabat. Quid quęris? Triūphabat Hortenſius ſe vidiſſe tātū, nemo erat qui illū reū, ac non millies cōdemnatū arbitraretur: Me vero teſte producto, credo te ex acclamatione Clodii aduocatorū audiſſe, quæ conſurrectio Iudicū facta ſit, vt me circūſteterint, vt aperte iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtētarit. Quę mihi res multo honorificētior viſa eſt, q̄ aut illa cū iurare tui ciues Xenocratem teſtimoniū dicētē prohibuerunt: aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hę (vt mos eſt) circūferrentur, noſtri Iudices aſpicere noluerunt. Multo hæc inquā noſtra res maior, idq; Iudicū vocibus. Cū ego ſic ab his, vt ſalus patriæ defenderer, fractus reus, & vnà

Appellātur) Accuſantur, cōuicio populi ſubſannātis eorū inſidā ꝑuaricationē. Ærati) Ære cōſtuprati & in perfidiā allecti. Ille) Clodius. Permouebātur) Indignabātur, ſtomachabantur. Hic) In hoc iudicū cōſeſſu. Vt quęq; res) Cū ſingulæ res proponebātur. Triūphabat. Quid q̄ris?) Ordo ꝑpoſterus. legēdū, Quid quęris? Triūphabat Hortēſius. Illū) Clodiū. putabāt oēs Clodiū nō modo eſſe reū, ſed iā ꝑiudicatū & cōdēnatū. Adeo cauſa eius erat deſperatiſſima. Acclamatione) Honore. mihi teſti producto aſſurrexerunt vniuerſi Iudices, & applauſerūt. Cōſurrectio) Aſſurgimꝰ maiori vel Auſonio auctore, Aſſurgit muſæ noſtra camœna tuę. Circūſteterint) In mediū locū honoratiorē poſuerint. Iugula) Quintilianus in octauo, Iam illa in agēdis cauſis detrita, pedē cōferre, & iugulū petere, & ſanguinē mittere. Iugula dicebant vt Lucr. Vulta. Clodio) Ciceroni in eū teſtāti opas ac ſicas intentanti. Tui ciues) Quoniam diu verſatus erat Athenis, ex lōga habitatione ac mora vocatꝰ Atticus, vt ſuperius ex Cicerone de Finibꝰ a nobis dictū eſt. Ariſtophanes in Ranis taxat Archidemū, q morē Athenięſiū neglexerat, apud quos hoſpes ſeptē annos in ea verſatus ciuitate, in ciuiū numerū adſcriptus, iā velut in cognationē eorū adſciſcebať. Quare nō eſt mirū ſi Atticus verſatus Athenis multo tēpore, vocať ciuis Atticus. Xenocratem) Valerius Maximus in calce ſecūdi ſic, Quātū porro honoris Athenis Xenocrati ſapiētia pariter ac ſanctitate claro tributū eſt, qui cū teſtimoniū dicere coactus ad arā acceſſiſſet, vt more ciuitatis eius iuraret, omnia ſe vere retuliſſe, vniuerſi iudices cōſurrexerūt, proclamarūtq; ne iuſiurādū diceret: quodq; ſibimet ipſis poſtmodo ſentētię dicēdę loco remiſſuri nō erāt, ſinceritati eius cōcedendū exiſtimarūt. Xenocrates) Carthaginēſis Platonis auditor, Polemonis ꝑceptor, Princeps olim Legationis Athenienſiū ad Antipatrū, quē dicere incipiētē Antipater obſtrepēdo tacere coegit. Huic (auctore Suda) miſit Alexander dono. xxx. auri talenta: remiſit ille ſtatim dicēs, Regibus nō philoſophis opus eſſe pecunia. Hieronymus adducit hūc auctorē, tria in tēplo Cereris Eleuſinę fuiſſe ꝑcepta, venerādos deos, parētes honorādos, carnibus nō veſcēdū. Scripſit libellū de morte q extat. Fuit alter Xenocrates philoſophus par vir modeſtia, qui ſcripſit Oecoſcopiū. i. domeſticū auſpiciū: quid videlicet muſtela, colūba, ſerpens, & huiuſmodi q̄ domū irrepūt, familię portēdāt. De primo Xenocrate, ſuppreſſo tñ nomine, Cicero in Oratione pro Cornelio Balbo, Audiui hoc de parēte meo puer cū Quintus, M. Lucij filius cauſam de pecuniis repetūdis diceret, ille vir cui patrię ſalus dulcior q̄ cōſpectus fuit, q de ciuitate decedere q̄ de ſentētia maluit. Hoc igitur cauſam dicēte, cū ipſius tabulę circūferrētur inſpiciēdi nominis cauſa, fuiſſe iudicē ex illis Equitibus Ro. grauiſſimis viris neminē qui nō remoueret oculos, nō totū os auerteret, ne forte qđ ille in tabulas publicas retuliſſet, dubitaſſet quiſq̄ verū ne an falſum eſſe videreť. Athenis autē cū qdā apud eos qui ſancte grauiterq; vixiſſet, & teſtimoniū dixiſſet publice, & vt mos Græcorū eſt, iurādi cauſa ad aras accederet, vna voce oēs iudices ne is iuraret, reclamaſſe. Tabulas Metelli Numidici) Idē Max. Valerius. Quid plus honoris tribui potuit COSS. q̄ eſt datū reo Metello, qui cū cauſam repetūdarum diceret, tabulæq; eius ab accuſatore expoſtulatę, & ad nomen inſpiciendū circa Iudices ferrētur, totū conſiliū ab earū contēplatione oculos auertit, ne de aliqua re, quæ in his relata erat, videretur dubitaſſe, non in ta-

Iugula.

Septēnium ciuē Atticū facit.

Xenocratis honoratio.

Xenocrates.

Oecoſcopiū.

Metelli exēplum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

patroní omnes cõciderũt. Ad me autẽ eadẽ frequẽtia poſtrídie cõuenít, qua cũ abiens Cõſulatu ſum domũ reductus: clamare prçclarí Aríopagitç ſe nõ eſſe vẽturos, niſi prẹſidío cõſtituto: refertur ad cõſiliũ, vna ſola ſentẽtia prẹſidiũ nõ deſiderauít: defertur res ad Senatũ, grauiſſime ornatiſſimeq; decernítur, laudantur Iudíces. datur negociũ magiſtratibus, reſponſurum hominem nemo arbítrabatur, ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι. Noſtí Caluum ex Nẹnianís illũ laudatorem meũ, de cuius oratíone erga me honorífica ad te ſcrípſeram. Bíduo per vnum ſeruũ, & eum ex ludo gladíatorío,

bulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincere adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi Iudices crediderunt: indignũ rati auctoritatẽ tanti viri exigua cæra & paucis literis perpẽdi. Patroni) Clodiani. Frequentia) Clientum. Ariopagitæ) Boni iudices. Precari) Aliqui prẹclari ſcribũt, vt ironice dictũ ſit.
Referretur ad conſiliũ) Ad congregationẽ Senatus: niſi Senatus admoneretur de præſidio mittẽdo. Alij ſic exponũt. Statim decernũt vt referatur ad conſilium iudicũ an omnes optent præſidiũ. An ſit hæc opinio omniũ. Alii, vt Aldus ita diſtingunt. Clamare præclari Ariopagitæ ſe non eſſe vẽturos niſi prẹſidio conſtituto. Refertur ad conſiliũ. vna ſola ſentẽtia prẹſidiũ nõ deſiderauit. Mihi nec ſenſus nec ordo huic lectioni ſubeſſe videtur. Per ſolam ſentẽtiã poſſumus intelligere veros illos iudices, qui ſoli tulere ſententiã, nã maculoſi & ærati qui Clodio fauerũt, ſententiã proprie non tulerũt, quoniã non protulerũt animi ſui ſenſum, vnde ſententia dicitur. Sed protulerũt cynedorũ, nũmorũ, qb[9] corrupti fuerũt, & muliercularum ſententiam, a quibus empti ac ſeducti fuerũt maculoſi iudices, quãdo auctore eodem M. Tullio in Oratione pro Aulo Cluentio, Mens & aimus & conſiliũ, & ſententia ciuitatis poſita eſt in legibus. Vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine lege ſuis partibus ac neruis & ſanguine & membris vti nõ poteſt. legũ miniſtri magiſtratus, legũ interpretes iudices, legum iccirco oẽs ſerui ſumus, vt liberi eſſe poſſimus. Vel ſola ſentẽtia præſidiũ nõ deſiderauit, fuit deſerta prẹſidio, & munimine iuſtitiç. Latores ſententiç præſidiũ petũt, ſententia nullũ prẹſidiũ. Olim iuuenis cũ Romç publice docerem emendaui ex literarũ vicinitate ac ſenſus cõgruẽtia, Solonia ſentina, vbi per ſentinã more loquẽdi
Solonia ſentina. Ciceroniano, vt patebit inferius, confuſionẽ & ſordem iudicũ intelligebã. Infra, Sentinam vrbis exhauriri poſſe. Solonia dicitur quæ ſe ſimulabat ſecũdũ leges iudicaturã. Plautus, Videlicet Solon eſt. Solonia ſentina a Solone, vt Socratica frons ironice pro molli ac effœminato. Socratici Cynedi, qui verbis rigidi, ſed ceuent. tãq̃ innuat Marcus Tullius, Nolebant mali & corrupti iudices præſidium, quoniã Clodio ſtudere volebant. Quid ſi nihil immutãdo exponas? vniuerſus Senatus vnanimis fuit in decernendo prẹſidio, ſola ſentẽtia, id eſt vna pars Senatus tãtũ, auctore Piſone & fautoribus Clodij, nõ deſiderauit prẹſidiũ, qđ in fauorem Hortenſii dabatur. Petebatur enim ne operç Clodianæ timerentur, ne timẽdo Clodianas ſicas & operas libere Clodium damnare non poſſent. Datur negociũ magiſtratibus) Mandatur vt circũſtarent iudices prẹſidij cauſa. Hominẽ) Clodiũ, de quo factũ erat prçiudiciũ ab omnibus.
ἔσπετε) Dicite, adſpirate Deæ muſæ Olympicas domos habitãtes. Carmen Homericum, cũ quid dicẽdũ eſt ſupra humanũ captũ: nã maxima, inaudita, inſperata dicturus eſt. Naneianis) Si Nanianis ſcribere placet, erit ſenſus non infacetus Cicerone Caluũ vocante nanianũ, quoniã nanus erat. i. pumillus ac breuiſſimo corpore: ſuper qua re Catullum audi, Caluum Othonem, ſic enim vocabatur, vrbano ſale
Caluus ot: tangentem, qui cum in Vatiniũ ambitus reum ferretur, adſtantes in admirationem conuertit.

Riſi neſcio quem modo e corona
Qui cum mirifice Vatiniana
Meus crimina Caluus explicaſſet,
Admirans ait hæc manuſq; tollens:
Di magni ſalicippium diſertum.

Sunt qui in hoc Ciceroniano loco Nẹnianis pro laudatoribus intelligunt. Nænia multa ſignificat. carmen qđ Epitaphiſta canit poſt obitũ alicuius, quaſi ὕστατον, id eſt
Nænia. extremũ, quoniam vltimũ defunctis canebatur ante tibiam, quæ præibat cadauer, qđ carmen ſiticiniũ
Siticinium. vocatur, & tibicines ii ſiticines, ab Apuleio monimentarij. Epicedium hoc carmen & Monodiũ. Quin-
Siticines. tilianus libro. 8. ſcribit tertium modũ tranſlationis eſſe cum res cõmunis pluribus in vno aliquo nomẽ
Epicedium. habet eximiũ, vt funebre carmen proprie nænia, & tabernaculum ducis auguſtale. Hæc Fabius. Sido-
Monodium. nius libro Epi. primo, Merito enim collata veſtis, mea carmina non heroicorum phaleris, ſed Epitaphi-
Epitaphiſtæ. ſtarum nẹniis cõparabũtur. Significat enim Nænia carmen & ſermonẽ quẽlibet ineptũ & anilem quali nutrices ad cunas puerorum vtuntur, vt ſomnũ alliciant: cuius inuẽtor proditur Simonides Melicus. Næniã pro ſermunculis ineptis & nugis Hieronymus accepit ad Riparium. Nænianũ Caluũ Cicero vocat inepte loquentem & futiliter, vt qui de virtute locutus clunem agitaret. Eſt apud Euripidem ad ſomnũ alliciendũ nænia, vnde reor Pontanum virum elegantem ac doctũ Næniolas ſuas expinxiſſe. Sed quoniam iucunda & amœna ſunt Euripidis carmina, ea ſubtexere collibuit,

πότνια πότνια νὺξ
ὑπνοδότειρα πλυπόνων βροτῶν

ἐρεβόθεν ἴθι μόλε μόλε κατάπτερον
τὸν ἀγαμεμνόνιον ἐπὶ δόμον
ὑπό γαρ ἀλγέων, ὑπὸ τε συμφορᾶς
διοιχόμεθα διοιχόμεθα.

Nænia pro carmine lugubri apud Marcellinũ libro. xix. Triſtia quædam genera næniarum regiũ iuuenem lamentantiũ. Vel Nęnianũ Cicero vocat, quoniã erat orator & Poeta Epigrãmaticus Caluus, cuius iambici verſus extant, etiã elegi vt apud Trãquillũ, Bithynnia quiciquid Et pædicator Cæſaris vſq̃ habuit. Nam verſiculi operę leuioris Nęniæ vocant, & huiuſmodi poeticuli Næniani. De hoc Nęniano Caluo meminit Seneca Declamationũ libro. vij. his prope verbis: Caluus hic cum Cicerone diu litem iniquiſſimã de eloquentię principatu habuit: vſq; eo concitatus actor fuit, vt in media oratione eius exclamaret Vatinius ad odium & riſum natus, Rogo vos Iudices nunquid quia diſertus eſt, ego damandus ſum? Nonianũ ſunt qui legũt. Euolue Pliniũ lib. xxxvij. vbi de Opalo gẽma agit. Videtur ſignificare quẽdã ex familia Nonij Strumę, quẽ in ſella curuli viſum Catullus ferre non potuit. Anneianis, vt ex Bononia qdã legũt a loco. Vide itinerariũ Antonini. Introductiones adoleſcentulorum. Valerius Max. lib ix. P. Clodij iudiciũ quãta luxurie & libidine abũdauit, in quo vt euidẽter inceſti crimine nocens reus abſolueretur, noctes matronarum & adoleſcẽtiũ nobiliũ magna ſumma emptę mercedis loco iudicibus erogatæ ſunt, quo in flagitio tam tetro, tãq; multiplici neſcias primũ quẽ deteſtere, an qui iſtud corruptelę genus excogitauit, an qui pudicitiam ſuã ſequeſtrẽ periurii fieri paſſi ſunt, qui religionem ſtupro permutarũt. Semper heſitaui an hic aliquid deeſſet propter quãdã epiſtalã Senecę, quę poſita eſt libro Epiſt. xvi. Nulla ætas vacauit a culpa, & ſi æſtimare licẽtiã cuiuſq; ſeculi incipias, pudet dicere, nũq̃ apertius q̃ corã Catone peccatũ eſt. Credat aliqs pecuniã eſſe verſatã in eo iudicio, in quo reus erat Clodi9, ob id adulterium quod cum Cæſaris vxore in operto commiſerat violatis religionibus eius ſacrificii, quod pro populo fieri dicitur: ſic ſubmotis extra conſpectum omnibus viris, vt picturæ quoque maſculorum animalium contegantur. Atqui dati iudicibus ſunt nummi. Et quod hac etiam pactione turpius eſt, ſtupra inſuper matronarum & adoleſcentulorum nobilium ſalarij loco exacta ſunt. Minus crimine q̃ abſolutione peccatum eſt. Adulterij reus adulteria diuiſit, nec ante fuit de ſalute ſecurus q̃ ſimiles ſui iudices reddidit. Hæc in eo iudicio facta ſunt, in quo ſi nihil aliud Cato teſtimonium dixerat. Ipſa ponam verba Ciceronis quia res fidem excedit, Accerſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Iam vero O Dij boni rem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atq; adoleſcentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt, & quæ plurima ſequuntur. Poſſunt tamen quæ ſubduntur ſuper inducta fuiſſe a Seneca crimen exaggerante. Acrius poſteri perpendant. Confecit) Turbauit, iugulauit totam cauſam. Accerſiuit) Quidam ſuperioribus iungunt, vt ſignificent hunc ad ſe rei ſummam contraxiſſe. Quidam accerſiuit ad ſe interpretantur ad partes ſuas ac fauorem contraxit. Interceſſit) Interuenit, interpoſuit operam ſuam, rogauit. Perditam) Facinus nefarium ac ſceleratum. Noctes) Concubitus. Vel) Etiam. vt illud, Virgiliumq; tibi vel tua rura dabunt. Fames) Paupertas ſceleri procliuis: habendi ſitis. Elapſum de manibus) Euolaſſe, effugiſſe. Auſonius, Elapſam dices me tibi de manibus. Nũmulis) Corraſa pecuniola. Acceptis ius) Sunt exẽplaria in quibus legitur, Nũmuliſq; acceptis, populi Romani ius & fas omne delere. & delent ante dictionem, leuiſſimos P, & R, elementa. Ius & fas) Vt illud Maronianũ, Fas & iura ſinunt.

confecit totum negocium : accerſiuit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Iam vero, o Dii boni, rem perditam: etiam noctes certarũ mulierum atq; adoleſcentulorũ nobiliũ introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Ita ſummo diſceſſu bonorum pleno foro ſeruorũ, XX Iudices ita fortes tamẽ fuerunt, vt ſummo propoſito periculo, vel perire maluerint, q̃ perdere omnia. XXXI fuerunt, quos fames magis, q̃ fama commouerit. Quorum Catulus cum vidiſſet quẽdam, Quid vos, inquit, pręſidium a nobis poſtulabatis? an ne nũmi vobis eriperẽtur, timebatis? Habes, vt breuiſſime potui, genus iudicii & cauſſam abſolutionis. Quęris deinceps, qui nũc ſit ſtatus reipublicę, & qui meus. Reipublicę ſtatũ illũ, quem tu meo conſilio, ego diuiuo confirmatũ putabã, qui bonorũ omniũ coniunctione & auctoritate Conſulatus mei fixus & fundatus videbatur, niſi quis nos deus reſpexerit, elapſum ſcito eſſe de manibus vno hoc iudicio: ſi iudiciũ eſt triginta homines leuiſſimos ac nequiſſimos nũmulis acceptis populi Romani ius & fas omne delere: & quod oẽs nõ modo homines, verũ etiã pecudes factũ eſſe ſciebãt, id Caluũ & Plancũ &

Introductiones.

Spongiam & cæteras huiuſmodi quiſquilias ſtatuere nunq̃ eſſe factum. Sed tamen, vt te de republica conſoler, non ita vt ſperarant mali, tanto impoſito reipublicę vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. Nam plane ita putauerunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum Senatus auctoritas concidiſſent, fore, vt aperte victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret ſui doloris, quem improbiſſimo cuique inuſſerat ſeueritas Conſulatus mei. Idem ego ille (non enim mihi videor inſolenter gloriari, cum de me apud te loquor in ea præſertim epiſtola, quam nolo aliis legi) idem inquam ego recreaui afflictos animos bonorum, vnũquẽq; confirmans & excitans: inſectandis vero exagitandisque nummariis iudicibus, omnem omnibus ſtudioſis ac fautoribus illius victoriæ παῤῥησίαν eripui. Piſonem Conſulem nulla in re conſiſtere vnquam ſum paſſus: deſponſam homini iam Syriam ademi. Senatum ad priſtinam ſuam ſeueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui. Clodium præſentem fregi in Senatu cum oratione perpetua, pleniſſima grauitatis, tum altercatione eiuſmodi, ex qua, licet, pauca deguſtes: nam cætera non poſſunt habere eandẽ neq; vim, neq; venuſtatem remoto illo ſtudio contentionis, quem

Spongia. Quiſquilię. Imponere vulnus.

Spongiam) Aliqui nomen propriũ rentur, & forte verius. Alii Piſonem biboſum intelligunt. Scribit Plutarchus in vita Demoſthenis quod nõnullis laudantibus Philippum Regem Macedonum vt eloquentiſſimum atq; pulcherrimum, feſtiuũ & promptum ad potum, coactus eſt Demoſthenes cauillari, quod partim ſophiſtę, partim mulieris, partim ſpongiæ huiuſmodi laudes eſſent. Reperio tamen apud Ciceronem in Philippicis, Spongiam nomen eſſe factioſiſſimi ciuis Antoniani. Quiſquilias) Homunculos, nugigeram manum. Impoſito) Legunt aliqui inpacto, id eſt inflicto. Impingere, vrgẽdo inferre. Imponere vulnus forte eſt phraſis Ciceroniana in eadem ſignificatione: quare vide quomodo codicem cõuellas. præſertim cum ita legam apud eundem Ciceronem libro . iiij. de Finibus bonorum & malorum, Quæ reipublicæ vulnera imponebat, eadem ſanabat. Putauerũt) Improbi. Nequitia) Factio, ſcelus & proteruia. Inuſſerat) Impreſſerat. Numariis) Infidis, non religionis aut iuſtitiæ, ſed pecuniarum ſtudioſis. Cicer. in Oratione pro Cluentio, varia iudicum genera, numarij pauci: ſed oẽs irati. παῤῥησίαν) Imperterritam loquendi licentiam.

Parrheſia.

Parrheſia audacia & fidutia loquendi, quam loquentiam Latini dicunt. Salluſtius, non eloquentiam, vt ſentit Gellius, ſed loquẽtiã dixit. Parrheſian, vt vſurpauit Iſocrates in Buſiridẽ, Blaſphemiam & lœdorian. Parrheſia, id eſt παῤῥησία, vt inquit Suidas, eſt licentia & imperterrita loquendi ſecuritas, & adducit Æeſchinẽ ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. Deſpõſam) Promiſſam poſt Cõſulatum. Abiectum) ſupinum, proſtratum, perterritũ.

Perpetuare.

Fregi) Concidi. Perpetua) Continuata, non interrupta, aut temporis ſpatio intermiſſa, in quo ſignificatu ponitur perpetuare. Cicero de Oratore, Si cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verbo nolimus. Cato in re Ruſtica, Vltro citroque ſulcos perpetuos ducito. Maro, Paſcuntur opimi Perpetuo tergo bouis. Ouid. in Amoribus, Dii tibi dent nulloſq; lares, inopemque ſenectam, Et longas hyemes, perpetuamque ſitim. Liuius, Saltus perpetuis montibus inter ſe iuncti. Vlpianus Iuriſconſultus, Et ſiquidem interuallum furor habeat, vel perpetuus quidam morbus eſt. Altercatione)

Altercatio.

Altercatio vocatur cum neceſſitas incumbit cum aduerſario rixari, vel in eum crimen intendere vel detorquere: cuius exemplum nuſquam alibi melius q̃ hic apud Ciceronem reperies, vſum cuius, vt ait Quintilianus in ſexto, vltimum ſolum in inuentione poſitum eſſe conſtat, nec diſpoſitionem habere poteſt, nec elocutionis ornamenta magnopere deſiderat, aut circa memoriam, aut pronunciationem laborat. Conſtat enim aut intentione aut depulſione: quia quicquid in actione perpetua circa probationes vtile eſt, idem in hac breui & conciſa proſit neceſſe eſt, neque alia dicuntur in altercatione, ſed aliter aut interrogando aut reſpondendo. Quidam quãq̃ in dicendo mediocres, hac tamen altercandi præſtantia meruerunt nomen patronorum. Opus eſt igitur in primis ingenio veloci ac mobili, animo præſenti & acri. Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Nullus enim magis rationi obſtat affectus & fere extra cauſam, & plerunque deformia conuicia facere ac mereri cogit, & ipſos nonnunquam iudices incitat: melior moderatio, ac nonnunq̃ etiam patientia. neque refutanda tamen quæ econtrario dicuntur, ſed contemnenda, eleuanda, ridenda ſunt: nec vſquam plus loci recipit vrbanitas, odium morder & pudor. Contra turbantes audendum, & impudentiæ fortiter reſiſtendum.

Licet.

Licet) Concedentis, volo. abſolute ponitur. Cicero in Rhetoricis, Hãc ſi quis partem putat eſſe orationis, ſequatur Hermagorã licebit. Alibi, Licebit alterũ pedem tollas, hoc eſt tollere poteris.

ἀγῶνα) Certamen,contentionē,quā pugnā decretoriam Quintilianus appellat. Agon & Agoniſma certamen eſt. Certator agoniſtes. Agoniſticum adiectiuū. Agonotheta munerarius. primo Olympiade Agon gymnicus actus,in quo Chorebus Helienſis vicit. Arthemiſia & eā multi ſecuti agona canendis defunctorū laudibus inſtituit. Dicitur agon ἀπὸ τοῦ συνάγεσθαι, vel ab ἄγω ἀγών,quod ferat multā moleſtiam & dolorem. ſignificat locum multitudinis ſpectatorum,congregationē cuiuſq; rei,certamen, templū. Hammonius in Iliada,inquit,agona eſſe locum rotundū ſine angulis. Homerus & Thucydides Agona pro gymnaſio capiūt.

Agon. Agonotheta. Agon gymnicus.

ἀγῶνα vos appellatis. Nam vt Idibus Maiis in Senatum conuenimus,rogatus ego ſententiam,multa dixi de ſumma reipublicę : atque ille locus inductus eſt a me diuinitus,ne vna plaga accepta Patres Conſcripti conciderēt,ne deficerent: vulnus eſſe eiuſmodi,quod mihi neque diſſimulandum , neque pertimeſcendum videretur,ne ignorando ſtultiſſimi iudicaremur. Bis abſolutum eſſe Lentulum , bis Catilinam , hunc tertium iam eſſe a iudicibus in rempublicā immiſſum. Erras Clodi,non te iudices vrbi , ſed carceri reſeruarunt:neq; retinere in ciuitate,ſed exilio priuare voluerunt. Quamobrem Patres Conſcripti erigite animos, retinete veſtram dignitatem, manet illa in republica bonorum conſenſio,dolor acceſſit bonis viris, virtus nō eſt imminuta,nihil eſt damni factū noui: ſed quod erat , inuentum eſt in vnius hominis perditi iudicio : plures ſimiles reperti ſunt . Sed quid ago? pene orationem in epiſtolam incluſi. Redeo ad altercationem. Surgit Pulchellus puer,obiicit mihi me ad Baias fuiſſe. Falſum,ſed tamen quid huic ſimile eſt inquā? quaſi in operto dicas fuiſſe. Quid,inquit,homini Arpinati cum aquis calidis? Narra inquā patrono tuo,qui Arpinateis aquas concupiuit. noſti eīn Marinas . Quouſq;,inqt,hūc Regē feremus ? Regē appellas inquā, cū Rex tui mentionē nullam fecerit ? ille autem Regis hæreditatem ſpe deuorarat. Domū,inquit,emiſti.

Vos) Grecatiores, hanc cōtentionē & pugnā decretoriam vocatis Agonem. De ſumma republica) Melius leges de ſumma reipublicæ . Vna plaga) Clodiana victoria ex calcatis legibus. Vulnus) Illatū reipublicæ a Clodio. Ignorando) Ignorare diſſimulādo. Iudicaremur) In quibuſdam codicibus poſt hoc verbum ſcriptum eſt,ne aut ignorando ſtultiſſimi iudicaremur,aut pertimeſcēdo deſperatiſſimi : & hoc requirere videtur dictio, aut,diſiūgendi naturam ſortita, vel tollēda erit diſiūctiua. Lentulum) Poſt occiſum publica animaduerſione . Immiſſum) Inſtigatū. Vrbi) Non vt fruaris hac ciuili luce ſplēdoreq;. Exilio) Dato. Priuare) Ciuitate. Sed qđ erat) Damnū occultū. Inuentū) Reuelatū. Similes) Clodio. Miror Ciceronē , ſed neceſſe tunc fuerat, ad improbos retundendos ac probos erigēdos, congreſſum cū inquinatiſſimo: quoniā auctore Plutarcho in libro de incōmoditatibus inimicorū, nihil turpius q̃ recurrens conuicium, quippe vt nubila cecias ventus,ita & vita in ſe nequior attrahit cōtumelias . Repercuſſa lux videtur acrius conturbare imbecilles aſpectus. Idē & in vituperationibus accidit,quę in ipſos vituperantes ſerio reflectuntur. Pulchellus) Erat in familia Clodiorū pulchrorū cognomētū. Puer) Adoleſcens. Nam auctore Plutarcho nōdum veſtiebat lanugo genas, facieſq; puellę videbatur . Ad Baias) Diuerticula nequitiæ,de quibus Martialis, Baias ſuperbę blanda dona naturæ. Falſum) Obiicit. me fuiſſe Baiis. Sed quid tum? & ſolet fieri & debet. langor multos cogit conſcendere ad mare Baianū. Aliqui ſalſum legunt. Rem videlicet ſalſam & facetam,ironicos. Sed hoc dixit Clodius quod non decebat ſenem Conſularem ire in ſcholam nequitiæ: iuxta illud Propertianū , Ah pereant Baiæ crimen amoris aquæ. Ouid. Atque aliquis vulnus referens in pectore, dixit, Non hæc vt fama eſt vnda ſalubris erat. Huic ſimile) Crimini tuo qui ad Bonę Deæ cerimonias irrepſiſti . In operto) Quaſi te non viderim domum meam ventitantem: vel occultus in domo Cæſaris fuerim vt tu . Patrono) Caluo. Arpinatis aquas) Partes Marianas ſecutus erat patronus ille : vel fontis Mariani deducere aquam voluit: vel alludit rei obſcœnæ tanq̃ Caluus ille pullus Marianus fuerit , quia dixit cum aquis calidis,quoniam genitura fluit calida & ſalſa. Iuxta illud ex obſcœno carmine, Qua parte opus eſt, hac tibi ſumis aquam. Alii contendunt hunc fuiſſe ſectorem bonorū Marii, pręſertim ſalinarū. Marianas) Concupiſſe. Alii marinas. Rex) Nomen Romanę familię omnibus notū. extant epiſtolę familiares Ciceronis ad Regem. Spe deuorauerat) Sperando cōſumpſerat. Domū) Exprobrat potrocinii furta.

Conuicium.

Pulchellus.

Baiæ.

Rex.

Inquit ) Clodius iratior, quod altercationi non quadrat. Reperio iræ naturā duplicē variato quoq; nomine. Eſt Microlypus qui ſtatim & minima cauſa iraſcitur . Eſt Crypſicholus qui iram diſſimulat . Iratior & iratiſſimus ſunt verba Ciceronis. Emit enim Cicero domum Craſſi. Inquam) Reſpondeo.

Microlypus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Credere.

Putas dicere) Videris credere idem eſſe domum emere & iudices emere. Bonum eſt ac honeſtum domum emere, improbum eſt iudices emere. Emiſti) O Cicero vt tu ius mercatus es. Iuranti) Teſtimonio Ciceronis iurantis credere noluerunt. Vero) Alii codices habent iurato. Nil crediderunt) Nullum ſpatiũ aut laxamentũ temporis dederunt, ſed pecuniã præſentariã acceperunt. Ludit in verbo credere. Significat enim credere dare ſpatiũ ſoluendo, vnde prodiit iocus Epigrãmatici poetæ. Plus credit nemo q̃ tota Codrus in vrbe, Cum ſit tam pauper quomodo? cęcus amat. Concidit) Hęrbã dedit.

Putas inquã dicere iudices emiſti. Iuranti, inquit, tibi nó crediderũt. Immo iurato, inquã, XX Iudices mihi crediderunt. XXXI quoniã ante numos acceperunt, tibi vero nil crediderũt. Magnis clamoribus afflictus cóticuit, & concidit. Noſter auté ſtatus eſt hic. apud bonos iidé ſumus, quos reliquiſti: apud ſordé vrbis & fecem multo melius q̃ reliquiſti. Nam & illud nobis non obeſt, videri noſtrum teſtimoniũ nó valuiſſe. miſſus eſt ſanguis inuidiæ ſine dolore: atq; etiã hoc magis, q͏ omnes illi fautores illius flagitii rem manifeſtam illam redemptam eſſe a iudicibus confitẽtur. Accedit illud, q͏ illa cócionalis hirudo ærarii, miſera & ieiuna plebecula, me ab hoc Magno vnice diligi putat: & hercule multa & iucũda conſuetudine cóiuncti inter nos ſumus, vſq; eo, vt noſtri iſti comeſatores cóiurationis barbatuli iuuenes illũ in ſermonibus Cn. Ciceronem appellent. Itaq; & ludentes gladiatoribus mirãdas ἐπισημασίας ſine vlla paſtoritia fiſtula auferebamus. Nũc eſt expectatio Comitiorũ, in qua cibus inuitis trudit noſter Magnus Auli filiũ: atq; in eo, neq; auctoritate, neq; gratia pugnat: ſed q̃bus Philippus omnia caſtella expugnari poſſe dicebat, in quę

Syrpheton.

Iidem) In eadẽ laude ac fama. Sordem) Sentinã. σύρφετον Græci dicũt, & συρφετώδη ὄχλον. i. turbam quiſquiliasq; populares. Miſſus eſt ſanguis) Metaphora. Leue periculũ ac damnũ ſubiuim⁹. ſed erit lucro. Inuidia qua cõflagrabamus ſatiata, impoſterũ odiſſe deſiſtet. Miſſus eſt ſanguis venis e noſtris ad inuidiam explendam.

Mittere ſanguinem.

Mittere ſanguinẽ eſt id quod vulgo extrahere dicũt vel phleboto mare. Celſus, Sãguinẽ inciſa vena mitti nouum non eſt. Cicero alibi, Si Appius prouinciæ ſanguinem miſerit. Inuidię) Ad inuidiam, quę ſanguinẽ noſtrũ ſitiebat explendã, non q᷑ ſanguis inuidię mittanᷣ, ſed ad inuidiam & odiũ natũ felicitate Senatus explendũ. Sine dolore) reipublicę pernicie. Flagitij) Inceſtus per Clodium cõmiſſi. Redẽptã a iudicibus) Corruptis iudicibus extortã, empto iudicio. Cicero in Verrem Actione .2. Vt primũ in prouinciã rediit, redemptio iudicii eſt facta grandi pecunia.

Redimere.

Redimere) Emere. Idẽ, Qui merces redimũt vt ſtatim vendant. Rem) Litem, iudicium. Accedit illud) A me ſtat, ad meã rem facit.

Concionalis.
Irudo.
Coemſſator.

Concionalis) Quę allecta concionibus ad omnes plauſus accurrit. vnde Liuius concionalẽ ſenem dicit qui concionibus gaudebat. Irudo) Popellus irudinis inſtar ærarium exhauriens, quã ſanguiſugam Plinius ait cœpiſſe vocari, quæ ſanguinem haurit. Comeſſatores) Delicati, qui vẽtrem curant, & quæ ſub ventre ſunt. Cicero in Catilinam, Quos pexo capillo nitidos atque imberbes aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus & tritis tunicis, velis amictos non togis, quorum omnis induſtria vitæ & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Coniurationis) Subintellige ſocii & aſſeclę.

Cn. Cicero.

Cn. Ciceronem) Quod adeo Cicero Pompeiusq; ſimiles voluntates habebãt, vt alterius nomine vocaretur alter, quemadmodum de corporis ſimilitudine contigit auctore Solino Collectaneorũ libro .2. Cn. Pompeio & Vibio humili loco nato, tantus error extitit de paribus lineamentis, vt Romani Vibium Pompeij nomine, Pompeium Vibij vocabulo cognominarent. Ludentes) Nos. Senſus eſt, Coniunctiſſimis animis innodati ego & Pompeius mutuis voluntatibus inuicem amantes, eliciebamus geſtus mirificos iuuentutis & cogebamus ſaltare iuuenes ſine fiſtula. Gladiatoribus) A barbatulis iſtis ſicariis meris. Nam M. Tullius in Orat. contra Piſonem. buſtuarium gladiatorem Clodium vocat.

Epiſimaſiæ.
Paſtoritia.

ἐπισημασίας) Geſticulationes, per quas animum ſignificant & detegunt. Sine fiſtula) Tacite. q̃uis nihil diceremus & faceremus ego & Pompeius. Paſtoritia) Vtre, vt nunc vulgo dicitur, faciebamus illum tripudiare ſine vtre, illum dico incontinentiſſimum Clodij gregem. Auferebamus) Eiiciebamus. Sunt qui ſcribunt afferebamus, vt alludat græco prouerbio ἀσκῷ μορμολύττεσθαι, id eſt vtre terrere. dictum in falſum timorem incutientes.

Vtre terrere.

Nonnulli Epiſimaſias acclamationes cum geſtu intelligunt, quæ cum omnino ludicræ viderentur, ſanguinis erant ac cædis refertiſſimæ. Tangit Satyricam ſcænam in qua accedebat fiſtula rudis, de qua Horatius, Tibia non vt nũc oricalcho iuncta, tubæq; Æmula, ſed tenuis, ſimplexq; foramine paruo. Adſpirare & adeſſe choris erat vtilis. In comitiorum cauſa) Comitiorum tantum ſcribe deletis, in, & cauſa. Auli filium) Afraniũ ingerit. In eo) Trudendo & vrgendo. Quibus) Pecuniis. Caſtella) Arces etiam munitiſſimas.

Modo) tantũ. Aſellus) Plutarchus auctor poſt Ciceronem in Apophthegmatis. Deterioris) Duę dictiones, deterior is. Hiſtrionis) Cicero in Piſonem, Iam ne ſentis belua, iam ne ſentis? quæ ſit hominũ querela frontis tuæ? Non enim nos color iſte ſeruilis, non piloſæ genę, non dentes putidi deceperunt. Oculi, ſupercilia, frons, vultus deniq; totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt, hic in fraudem homines impulit. Obrepſiſti ad honores errore hominũ, cõmendatione fumoſarum imaginum, quarum ſimile nihil habes præter colorem. Hieronymus ex Cicerone Hiſtriculam frontem vel Hiſtrionicam pro ſimulata dicit.

modo aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. Conſul autem ille deterior: is hiſtrionis ſimilis ſuſcepiſſe negociũ dicitur, & domi diuiſores habere, quod ego non credo: ſed S.C. duo iam facta ſunt odioſa, q in Conſulem facta putantur, Catone & Domitio poſtulante. vnum, Vt apud magiſtratus inquiri liceret: alterum, Cuiuſmodi diuiſores haberent aduerſus rempublicam. Lurco autem Tribunus pl. qui magiſtratũ ſimul cum lege Helia iniit, ſolutus eſt & Aelia & Fuſia, vt legem de ambitu ferret, quam ille bono auſpicio Claudus homo promulgauit. Ita comitia in. VI. Calend. Sextil. dilata ſunt. Noui eſt in lege hoc, Vt qui nummos in tribu pronunciauerit, ſi non dederit, impune ſit: ſin dederit, vt quoad viuat ſingulis tribubus HS.CCCCXXXV. debeat. Dixi hanc legem P. Clodium iam antea ſeruaſſe: pronunciare enim ſolitum eſſe & non dare. Sed heus tu? vides ne Conſulatum illum noſtrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν vocabat, ſi hic factus erit, fabam nummum futurum? Quare, vt opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis: & iſtos Conſulatus, nonne ἐλαφητέον; Quod ad me ſcribis, te in Aſiam ſtatuiſſe non ire, equidem mallem vt ires: ac vereor, ne quid in iſta re minus

Piſonem ergo ſimulatorem & hypocritam vocat hiſtrionẽ? viderint quibus talia conſectari curæ eſt. Negocium) Prouinciam, vt Pompeianũ clientem ſubleuet. Diuiſores) Qui pecuniam viritim diuidebant in tribus candidatorum iuſſu cũ cœpit eſſe ſector fauoris ſui populus. Magiſtri curiarũ antiquitus hoc erat officium, vt patet Plautino verſu ex Aulularia, Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curię Diuidere ſe ait argentũ in viros. Patrẽ Auguſti Antonius diuiſorẽ fuiſſe dixit, interq; cãpeſtres operas ſequeſtrẽ, ſuccinente forte Cicerone in epiſtola illa luculẽtiſſima cõtra Octauiũ ſcripta: An eſſe quẽdã annos xiiij. natũ, cuius auus fuerit argentarius, adſtipulator pater, vterq; vero precariũ fecerit queſtum. Trãquillus his adſtipulatur in hęc verba, M. Antonius libertinũ ei proauũ exprobrat ex pago Thurino, auũ argẽtarium. Cicero in Oratione pro Plãcio, Vnã tribum delige. doce per quẽ ſequeſtrẽ, quo diuiſore corrupta ſit. Huc trahi poteſt illud Cicer. in Oratione pro Plancio, ſequeſtrem fuiſſe, pronunciaſſe, diuiſiſſe. Significat & Cicero in familiaribus, Emaſculatorũ diuiſor. In COS.) Contra Conſulem Piſonem, non Auli filiũ nec Pompeiũ. In quibuſdã codicibus, non in COS. ſed inconſulte ſcribitur. Cuiuſmodi) Alij legunt eiuſcemodi, cuiuſcũq; conditionis eſſent illi, qui domi diuiſores haberẽt, vt punirentur. Habitarent) In quibuſdam exẽplaribus legitur haberent. Aduerſus rẽpublicã) Subintellige facere. Helia & Fuſia) leges de obnũciationibus & interceſſionibus excogitatę cõtra furores Tribunitios, de quibus lege Ciceronem in Oratione ad Senatũ poſt reditum ſuũ. Idem in Oratione pro Seſtio, Iiſdem Conſulibus ſedẽtibus atq; inſpectãtibus lata lex eſt, ne auſpicia valerent, ne quis obnũciaret, ne quis lege intercederet, vt omnibus feſtis diebus legẽ ferri liceret, vt lex Helia, lex Fuſia ne valeret. M. Tullius in Oratione cõtra Piſonem, Lex Helia & Fuſia euerſa eſt, propugnacula muriq; trãquillitatis atq; ocij. Idem in Oratione cõtra Vatiniũ, Lex Helia & Fuſia, quæ leges ſæpenumero Tribunitios furores debilitarũt, euerterũt etiã Cenſurã magiſtrã pudoris. Idem M. T. in Orat. quã habuit de prouinciis Conſularibus ſic, Quare aut vobis ſtatuendũ legẽ Heliã manere, legẽ Fuſiã nõ eſſe abrogatã, nõ omnibus feſtis legẽ fieri licere, cũ lex feratur de cęlo obſeruari, obnũciari, intercedi licere. Promulgauit) In vulgus edidit. Promulgari leges dicunt cũ primũ in vulgus edũtur. Columella, Lege Tribunitia promulgauerat. Impune ſit) Ambitus legi nõ ſubiaceat. ἀποθέωσιν) Cõſecrationẽ, deificationẽ, numen, rẽ ſacroſanctã. Fabam nũmũ futurũ) Nũmũ & pecuniã fore loco fabarũ & calculorũ, ſuffragiorũ. nũmis magiſtratus fore venales, qui fabis .i. ſuffragiis populi dabãtur. Olim fabis nigris & albis iudicabatur, ſuffragiaq; dabãtur, vt hodie Bononiæ. cũq; Pythagoras inquit κυάμων ἀπέχεσθαι auctore Gellio, ſignificauit hyperbolice, a fabis abſtinendũ, hoc eſt a gubernãda republica. Aliqui ſimpliciter interpretant, fabã nũmũ futurũ, hoc eſt nũmũ in magnã vilitatẽ euaſurũ, populo a diuiſoribus lautiſſime locupletato. φιλοσοφητέον) Philoſophãdũ. ἐλαφητέον) Ceruino curſu relinquẽdos. Nõ ire) Cũ Q. Fratre. In iſta re) In hac deducẽdi fratrẽ omiſſione.

Hiſtricula frons.

Diuiſores.

Magiſtri curiarum.

Auguſti pater & auus.

Helia. Fuſia. leges.

Promulgo.

Apotheoſis. Fabę nũmus

Elaphiteon.

Commode) Concorditer,amice. Vates ac ariolus fuit Cicero. In prouinciam) Aſiā. Comitatus ſum quidem fratrem,ſed non vſq; in prouinciam. Reliquerit) Prętererit illaudatos. Archias) Poeta,de quo Cicero in Oratione peculiari. Alter fuit Archias,qui cum Calonda cognomento Corace interfecit poetam Archilochum,cui hiſtorię Plinius alludit lib.7.Nat.Hiſt. Archilochi interfectores Pythia arguit Delphis. Lucullus) Poeta, Lucretii æmulus,de quo alibi Cicero. Quidam intelligunt Lucullum Imperatorem qui diſertus facundusq; fuit,vſus præceptore Antiocho Aſcalonita, ſcripſit græce Marſicum bellum, cui ſub Sylla Lucullus interfuit. Græcū poema) Empedoclęum. Cęcilianam) Comœdias cudendas exemplo Cęcilii. Sedigitus, Cæcilio palmam ſtatuo de comico. Cicero in Oratiōe pro Roſcio Amerino, Vt ad fabulas veniamus,ſenex ille Cæcilianus minoris facere Eurychum q̄ illum alterum Tereſtratum. Idem pro Cælio, Quem patrem potiſſimū ſumam? Cęcilianum ne aliquem vehementem atq; durum? Te vindicaui) Quidam codices habent. Valde te vindicaui, id eſt magna te moleſtia ſcribendi redemi. Mitto.) Scribe, mittito. ἀμαλθεῖον.) Bibliotheca inſtructiſſima. Rhea Iouem enixa metu patris infantem occultauit, deditq; nutriendū nymphis duabus Adraſteæ & Idæ Meliſſi filiabus. eę puerum aluerūt lacte capræ Amalthéę: quæ cum in arbore cornu fregiſſet, Iupiter copioſe ditauit rerum omnium primitiis,facultate data,vt quicquid optaſſent,id illis largiter ſuppeditaretur. τοποθεσίᾳ.) Situ. Topotheſia,auctore grāmatico Honorato libro primo Æn. in hoc differt a topographia, quod iſta vera, illa ficta eſt loci deſcriptio. Vt illa Virgiliana Topotheſia, Eſt in ſeceſſu longo locus, inſula portum Efficit. De ἀμαλθείᾳ) Poſitus in Amalthea,vel de nutrice Iouis Amalthea ſcriptas. De felicibus ac perbeatis quibus nihil deeſt, Lucianus in Dialogo de mercede ſeruientibus inquit, καὶ ἕξεις ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα. Et habebis Amaltheæ cornu, & mulgebis lac gallinaceum. Facere) Similem tuæ bibliothecam. Abſoluti) cui ſuprema manus eſſet impoſita. erant cuncta adhuc in incude.

Archias. Calondas. Corax. Cęcilius comicus. Amalthea. Topotheſia.

commode fiat: ſed tamen non poſſum reprehendere conſilium tuum,præſertim cum egomet in prouinciā non ſim profectus. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti,contēti erimus,præſertim cum & Chylius nos reliquerit, & Archias nil de me ſcripſerit: ac vereor, ne Lucullus, quoniam græcum poema condidit, nunc ad Cęcilianam fabulam ſpectet. Antonio, tuo nomine gratias egi,eamq; epiſtolā Manlio dedi. Ad te ideo antea rarius ſcripſi, ꝙ non habebam idoneum, cui darem, nec ſatis ſciebam quid darem. Te valde vindicaui. Cincius ſi quid ad me tui negocii detulerit, ſuſcipiam. ſed nunc magis in ſuo eſt occupatus, in quo ego ei non deſum. Tu,ſi vno in loco es futurus, crebras a nobis literas expecta. Aſt plures etiam ipſe mittito. Velim ad me ſcribas cuiuſmodi ſit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu,qua τοποθεσίᾳ: & quæ poemata, quaſq; hiſtorias de ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. libet mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliquid de meis ſcriptis mittam: nihil erat abſoluti. Vale.

Argumentum. XIII.

MAgna mihi) Accidit quod Cicero dubitabat, Quintus ægerrime tulit fratrem Titum detrectaſſe eum in Aſiam deducere. Cornel. Nepos in Attici vita, Multorum Conſulū Prætorūq; Præfecturas delatas ſic accepit, vt neminē in prouinciā ſit ſecutus,honore fuerit contentus,rei familiaris fructum deſpexerit, qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Aſiam, cum apud eum Legati locū obtinere poſſet. Nō enim decere ſe arbitrabatur cū Prēturam gerere noluiſſet, aſſeclā eſſe

## M.T.CICERO P. T.ATTICO S.

MAgna mihi varietas volūtatis & diſſimilitudo opinionis & iudicii Q. Fratris mei demōſtrata eſt ex literis tuis, in quibus ad me epiſtolarum illius exempla miſiſti. Qua ex re & moleſtia ſum tanta affectus, quantā mihi meus amor ſummus erga vtrūq; veſtrum afferre debuit: & admiratione, quidnam accidiſſet,quod afferret Q. Fratri meo aut offenſionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis. Atq; illud a me iam intelligebatur, quod te quoque diſcedentem a nobis ſuſpicari vo-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Prætoris. Qua in te non ſolum dignitati ſeruiebat, ſed etiam tranquillitati. Diſſimilitudo) Mutatio amoris ac animi. Illius) Fratris mei. Qua ex re.) Ex hac fraterna diſcordia. Iam in te) Scribe, Iam ante. In calce prioris epiſtolæ hoc Cicero prædixit. Inſediſſe) Radices altas egiſſe, impreſſionem feciſſe. Mederi) Leuare, tollere. Cum cuperem) Scribe, concupierim, vt ſit vna dictio. ſequentibus iungi debet. Vehementius) Efficacius & acrius. Prouinciæ) Poſt Aſiam prouinciam quæ ei obtigit. Ei) Fratri. Nec tantum) Cum eius læſum animũ ſanare niterer. Hoc me conſolabar) In hoc erat poſita ratio ſolatii noſtri.

lebam, ſubeſſe neſcio quid opinionis incõmode, ſauciũq; eius animũ, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones: quibus ego mederi cõcupierim & antea ſępe, & vehementius etiã poſt ſortitionem prouinciæ: nec tantum intelligebam ei eſſe offenſionis, quantũ literę tuę declararãt: nec tantum proficiebam, quantũ volebam. Sed tamen hoc me ipſe conſolabar, ꝙ non dubitabam, quin te ille aut Dyrrhachii, aut in iſtis locis vſpiam viſurus eſſet. quod cum accidiſſet, confidebam ac mihi perſuaſeram fore, vt omnia placarentur inter nos, non modo ſermone ac diſputatione, ſed cõſpectu ipſo, congreſſuq; veſtro. Nam quãta ſit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, q̃ mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem, nihil attinet me ad te, qui ea noſti, ſcribere. Sed accidit perincommode, ꝙ cum nuſquam vidiſti. Valuit enim plus quod erat illi nonnullorum artificiis inculcatum, q̃ aut officiũ, aut neceſſitudo, aut amor veſter ille priſtinus, qui plurimũ valere debuit. Atq; huiuſmodi incommodi culpa vbi reſideat, facilius poſſum exiſtimare, q̃ ſcribere. Vereor enim, ne, dum defendam meos, non parcam tuis. Nam ſic intelligo, vt nil a domeſticis vulneris factum ſit: illud quidem quod erat, eos certe ſanare potuiſſe. Sed huiuſce rei vitium totius, quod aliquanto etiam latius patet q̃ videtur, præſenti tibi commodius exponam. De his literis, quas ad te Theſſalonicam miſit: & de ſermonibus, quos ab illo & Romæ apud amicos tuos, & in itinere habitos putas, & quid tantum cauſæ ſit, ignoro: ſed omnis in tua poſita eſt humanitate mihi ſpes huius leuandæ moleſtiæ. Nam ſi ita eſſe ſtatueris, & iritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabileis, & eſſe hanc

Ille) Frater. Dirachii) Dirachiũ ciuitas, vt inquit Stephanꝰ, Illyrica, Epidamnus vocata ab homine Epidãno. huius filia Meliſſa, ex qua & Neptuno Dirachium, a qua locus Meliſſonius, in quo Neptunus ei congreſſus eſt. Alexander autem in Europa ponit. Durachium eã vocat cum u litera. Inuenio apud Euſtathium in Commentariolis in Dionyſiũ hæc, Epidaunus ciuitas nauiganti ad dextram Ionij, ideo Dirachiũ dicta ꝓpter aſperitatẽ peninſulæ, in qua ſita eſt. Rachis ſane ſpina dicitur. Eſt enim nodis confragoſa inſtar ſpinæ, quæ inter lumbos poſita dorſum efficit. In iſtis locis vſpiam. In aliquo iſtorum locorum. Diſputatione) De omiſſione officii, qua vt nihil ſine decoro ſoles omittere, fratrem facile vinces. Comitas) Benignitas, facilitas. Mollis) Cæreus, ac flexibilis. Offenſionem) Iniuriã. Illi) Quinto. Artificiis.) Dędala committendi bonos arte, cuius ſordis plena ſunt omnia. Artificium ſuperauit naturam & veritatem. Inculcatum.) Ingeſtum, impreſſum. Officium) Officioſa ſtudioſaque mortales omnes iuuandi tua voluntas. Neceſſitudo) Iura ſanguinis. Valere.) Repellere linguas cote liuoris acuminatas, vt ait Sidonius. Reſideat) Lateat, originem habeat. Q̃ ſcribere) Quoniã non libenter de tuis, id eſt Pomponia ſorore obloquor, quæ deliquit, quoniam non occurrit huic incommodo. Meos) Quintum Fratrem. Tuis) Pomponiæ ſorori. Sic intelligo) Hoc innuere, hoc ſignificare volo. Illud) Vulnus illatum, hoc eſt innatum odium. Eos.) Domeſticos Pomponiam videlicet. Theſſalonicam) Ciuitas Macedoniæ, quæ olim vocata fuit Halia a Caſſandro ædificata, dicta vel quod Philippus Amyntæ filius ibi Theſſalos ſuperauit: vnde cognomentũ traxit. Lucius Tarreus de Theſſalonica librum compoſuit. Pulchra de crudelitate Theodoſii in Theſſalonicenſes lege apud Euſebium Hiſt. Eccleſiaſticæ libro. xj. Claudianus, Muroſq; ſubibat Theſſalonica tuos. Cauſæ.) Fratri te obloquendi. Iritabiles.) Cicero ad Quintum, Omnes enim qui iſtinc veniunt ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in eius ſummis laudibus excipiant vnam iracũdiam. Subdit paulo poſt quod a nobis ſtat. Namſi implacabiles ſunt iracũdiæ

Dirachium.
Epidamnus.
Rachis.
Theſſalonica.

ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma leuitas: quæ tamen vt in malis, anteponenda eſt.

Agilitas. Mollities. Bono & malo eſſe.

Agilitatem) Flexibilem velocitatem, ſubitarium incurſum, reciprocam promptitudinem. Mollitiem) Teneritudinem mutabilem. Eſſe bonitati) Vergere ad bonos mores. ſignificare probos viros eſſe & ſi iritabiles, vt fuit Horatius, Iraſci facilis, tamen vt placabilis eſſet. Eſſe bono, eſſe malo dicitur eleganter. Cicero pro Cluentio, Poſtremo id quod maximo malo illi cauſæ fuit. Ouidius, Præda malo Polydore fuit tibi. In Orat. pro Milone, Illud Caſſianũ cui bono fuerit, in his perſonis valebit.

agilitatem, vt ita dicam, mollitiemq; naturę plerũq; bonitati: & id quod caput eſt, nobis inter nos noſtra, ſiue incommoda, ſiue vitia, ſiue iniurias eſſe tolerandas: facile hęc quemadmodum ſpero mitigabuntur. Quod ego, vt facias, te rogo: nam ad me, qui te vnice diligo, maxime pertinet, neminem eſſe meorum qui aut te non amet, aut abs te non ametur. Illa pars epiſtolæ tuæ minime fuit neceſſaria, in qua exponis, quas facultates aut prouincialium aut vrbanorum commodorum, & aliis temporibus, & me ipſo Conſule prętermiſeris. Mihi enim perſpecta eſt & integritas & magnitudo animi tui: neq; ego inter me atq; te quicq̃ intereſſe vnq̃ duxi præter voluntatem inſtitutę vitę: ꝙ me ambitio quędam ad honorũ ſtudium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honeſtũ ociũ duxit. Vera quidẽ laude probitatis, diligentię, religionis, neq; me tibi neq; quẽq̃ antepono: amoris vero erga me, cum a fraterno amore domeſticoq; diſceſſi, tibi primas defero. Vidi enim, vidi, penitusq; perſpexi in meis variis temporibus & ſolicitudines ac lętitias tuas. Fuit enim mihi ſępe & laudis noſtræ gratulatio tua iucunda, & timoris conſolatio grata. Quin mihi nunc te abſente nõ ſolum conſiliũ, quo tu excellis, ſed etiam ſermonis cõmunicatio, quę mihi ſuauiſſima tecum ſolet eſſe, maxime deeſt. Quid dicam in publica re? quo in genere mihi negligenti eſſe non licet: an in forenſi labore, quẽ antea propter ambitionem ſuſtinebam, nunc vt dignitatem tueri gratia poſſim? an in ipſis domeſticis negociis, in quibus ego tum antea, tum vero poſt diſceſſum fratris, te ſermonesq; noſtros deſidero? Poſtremo non labor meus, non requies, non negocium, non etiam ocium, non forenſes res, non domeſticæ, non priuatæ carere diutius tuo ſuauiſſimo atque amantiſſimo conſilio ac ſermone poſſunt. Atque harum rerum commemorationem verecundia ſæpe impediuit vtriuſq; noſtrum: nunc autem ea fuit neceſſaria propter eam partem epiſtolæ tuæ, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos eſſe voluiſti. Atque in iſta incommodatione alienati illius animi & offenſi,

Caput eſt.

Et id) Et ſi ſtatueris noſtra inter nos amicos incõmoda eſſe ferẽda. zeugma a ſuperiori. Qđ caput eſt) Vbi reſidet præcipuum fundamentum. Hæc) Ioncommoda, diſſidiola. Ingenuitas) Candor ingenuus, in aliis codicibus eſt, integritas. Ratio) Tua Theoretica & contemplatiua, mea vero practica. Cicero libro ſecundo de Natura Deorum, Mihi enim qui nihil agit, eſſe omnino non videtur. Mutauit mox opinionem, ac ſe ad contemplationem contulit, non magis ſponte quàm coactus, ſubinde exclamans, O Socrates, O Socratici viri. Primas defero.) Principatum aſſigno. Mos loquendi vetuſtiſſimus ac venuſtiſſimus.

Primas defero.

Quo excellis) Diuina fuit Attici mens & ferme præſaga. Congruunt Cornelij Nepotis verba hęc ſuper Attico, Secundum bellum geſtum apud Mutinam, in quo ſi eum prudentem dicam, minus q̃ debeam prædicem, cum ille potius diuinus fuerit, ſi diuinatio appellanda eſt, perpetua naturalis bonitas, quæ nullis caſibus augetur neque diminuitur. Mihi negligentẽ eſſe non licet) Priſcæ ac reuerendę fidei codices habent, negligẽti, quod figurato complexu caſuum ſolet accidere. vt illud Propertianũ, Lectule deliciis factę beate meis. M. Tullius in Oratione pro Flacco, Liceat iis qui hæc ſalua eſſe voluerunt, ipſis eſſę ſaluis. An in forenſi) Ac habent nõnulli codices. Si legim9 An ita interpretemur. an ſermonem ac cõmunicationẽ tuã mihi defuiſſe cõquerar? Poſſim) Repete verbũ ſuſtinebã. Nõ labor) Nõ ego in labore poſitus. Cõmemorationẽ.) Ne viderer palpum amiciſſimo meiq; amãtiſſimo obtrudere. Offenſi) Sautii, exulcerati.

Licet cum datiuo.

Illud) Hoc iunge ſuperiori. Diſſenſione) Opinionum diuerſitatē. Voluntate) Non aliena ab honore fratris, ſed ocium naturaliter appetente, omni excluſa negociorum moleſtia. Nepotis verba ſunt hæc, Honores non petiit cum ei paterent, propter vel gratiam vel dignitatem, quod neq; peti more maiorum, neq; capi poſſent conſeruatis legibus, in tam effuſis ambitus largitionibus: neq; regi reſpub. ſine periculo corruptis ciuitatis moribus. Illa) Fratris mei vincula & fœdera. Expiabuntur) A macula ſuſpicionis purgabũtur. Religionem) Fœderis ac inuiolatæ fidei ſanctitatem. Commutabili)

illud ineſt tamen cõmodi, ꝙ & mihi & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando teſtificata tua voluntas omittendæ prouinciæ: vt ꝙ vnà non eſtis, non diſſenſione ac diſſidio veſtro, ſed voluntate ac iudicio tuo factum eſſe videatur. Quare & illa quæ violata, expiabuntur: & hæc noſtra, quæ ſunt ſanctiſſime conſeruata, ſuam religionem obtinebunt. Nos hic in republica infirma, miſera, commutabiliq; verſamur. Credo enim te audiſſe noſtros Equites pene a Senatu eſſe diſiunctos: qui primum illud valde grauiter tulerunt, promulgatum ex Senatuſconſulto fuiſſe, Vt de iis, qui ob iudicandum pecuniam accepiſſent, quæreretur. Qua in re decernenda, cum ego caſu nõ affuiſſem, ſenſiſſemq; id Equeſtrem ordinem ferre moleſte, neque aperte dicere, obiurgaui Senatum, vt mihi viſus ſum, ſumma cum auctoritate: & in cauſa non verecunda, admodum grauis & copioſus fui. Ecce aliæ deliciæ Equitum vix ferendæ, quas ego non ſolum tuli ſed etiam ornaui. Aſiani, qui de Cenſoribus conduxerunt, queſti ſunt in Senatu, ſe cupiditate prolapſos nimium magno conduxiſſe: vt induceretur locatio, poſtulauerunt. Ego princeps in adiutoribus, atque adeo ſecundus: nam, vt illi auderent hoc poſtulare, Craſſus eos impulit. Inuidioſa res, turpis poſtulatio & confeſſio temeritatis: ſummum erat periculum, ne ſi nihil impetraſſent, plane alienarentur a Senatu. Huic quoque rei ſubuentum eſt maxime a nobis, perfectumq;, vt frequentiſſimo Senatu & libentiſſimo vterentur, mulaque a me de ordinum dignitate & concordia dicta ſunt Calend. Decemb. & poſtridie: neq; adhuc res cõfecta eſt, ſed volũtas Senatus perſpecta. Vnus enim cõtradixerat Metellus Conſul deſignatus, qui erat dicturus: ad quẽ propter diei breuitatẽ peruentũ non eſt.

Factioſa, diſſentiẽte. Quæreretur) Inquiſitio pararetur. Diſcernenda) Lego decernenda. Aperte dicere) Non aperire dolorem ſuum. Nõ verecunda.) Nam inuerecũde querebantur ſeuere ius dici. Deliciæ) Moroſitates, pueriles iræ. Catullus, Si quis delicias diceret aut faceret. Ornaui.) Foui. Aſiani.) Qui Aſiæ publica & vectigalia conducebant. De Cẽſoribus) A Cenſoribus. Cenſores vectigalia locabant. Liuius ab Vrbe condita libro quarto de Cenſura, ſic, Idem hic annus Cenſuræ initium fuit rei a parua origine ortæ. quæ deinde tanto incremẽto aucta eſt, vt morum diſciplinæ Romanæ penes eam regimen, Senatus, equitũq; centuriis, decoris dedecoriſq; diſcrimẽ ſub ditione eius magiſtratus, publicorum ius, priuatorũq; locorũ, vectigalia populi Romani ſub nutu atq; arbitrio eſſent. Tũc a primoribus ciuitatis ſpretus honor eſt, Papiriũ, Semproniumq;, quorũ de Conſulatu dubitabatur, vt eo magiſtratu parũ ſolidum Conſulatum explerent, cenſui agendo Pop. ſuffragiis præfecit. Cenſores ab re appellati ſunt. Fuerũt primo duo Cenſores, & quinquennalis erat hic magiſtratus: mox eodẽ Liuio auctore Mamercus Æmylius libertati populi Romani cõſulturũ ſe ratus ſi magna imperia diuturna nõ eſſent, & temporis modus imponeretur, quibus iuris imponi nõ poſſet, alios magiſtratus annuos eſſe, quinquennalem Cẽſuram grauẽ videri. hos per tot annos magna parte obnoxios viuere, ſe legem laturum, ne plus q̃ annua ac ſemeſtris Cenſura eſſet. Conſenſu ingenti populi legem poſtero die pertulit. Cupiditate) Emacitate. Tranquillus in Cæſare Dictarore, Publicanos remiſſionem petentes tertia mercedum parte releuauit, ac ne in locatione nouorum vectigalium immoderatius licitarentur propalam monuit. Magno.) Precio. Induceretur) Tolleretur, abrogaretur. Locatio.) Publicorum addictio & alienatio ad tempus certum. Princeps.) Primarius. Adeo.) Valde multum. Secundus.) Fauſtus, boni euentus. Inuidioſa.) Odioſa. Erat.) Imminebat. Nihil) Remiſſionis. Plane.) Omnino. Libentiſſimo.) Fauentiſſimo. Res.) Conceſſio remiſſionis.

Aſiani eqtes

Cenſores.

Cenſura.

Iuducere.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Catonis laus.

Munire.

Opes.

Coitio.

Heros) Subintellige eſt, heroice ſe gerit. virtutis heroicę, togatorum omniũ princeps, libertatis amator, malorũ ſcopulus & hoſtis, pręſidiũ ac propugnaculum ærarii, ſubintellige contradixerat. Cicero in Oratione pro Murena, fortiſſimũ ac florentiſſimũ virum Catonem vocat. Idem M. Catonem hominem in omni virtute excellentem ait. Sic ego) Cum hoc ego tẽperamẽto contradixi conſeruãs, vt tamen conſeruem ordinũ concordiam. Inſtitutionem) Inſtitutum, morem, propoſitum, vel leges Romanas. A me) Conſule. Conglutinatam) Compoſitã, connexã ordinũ concordiã. Iſta) Senatus ac reipublicę ſtatusq; optimarum fundamenta. Firma) Scribe infirma. Munitur.) Paratur, pręſtruitur. Opes) Dignitatem meam. Omnia hominis adiumenta & ornamenta ſignificat hæc dictio. Tuto) Lege tuta. Ero vt dicitur, duabus ancoris nixus. Nam auctore Propertio, melius duo defendunt retinacula nauem. Video) Cauendũ a tyrannis. Coire) Conire, copulare ſe Luceio. Trãquillus in Cęſare Dictatore, E duobus Conſulatus competitoribus Lucio Luceio, Marcoq; Bibulo, Luceium ſibi adiunxit, pactus, vt is cõmuni nomine per centurias pronunciaret. Talis vocatur a Cicerone Coitio libro. iij. Epiſt. ad Q. Fratrem. Alibi idẽ Memmii Coitionem vocat. etiam in Oratione pro Plãcio, Coitio eſt conſociatio voluntatũ & conſpiratio, quę inter candidatos fieri ſolebat. Liuius libro. 3. ab Vrbe, de Coitione nonnulla. Coitio ſimpliciter conſpiratio ad omne malum patrandum. M. Cicero in Oratione pro Cluentio, Qui venenũ malum fecerit, in iudiciũ vocetur: ſi item de coitione voluiſſet, adiunxiſſet, qui ve coierit. Conſenſum quẽdam eſſe coitionem idem his oſtẽdit, Coierit aut conſenſerit. Cum hoc) Luceio. Rides? lenocinantes honorem? Vt ſciam) quando ſis venturus.

Heros ille noſter Cato. Sic ego conſeruans rationẽ inſtitutionemq; noſtram, tueor vt poſſum illam a me conglutinatam concordiam. Sed tamen, quoniam iſta ſunt tam infirma, munitur quædã nobis ad retinendas opes noſtras tuta (vt ſpero) via, quam tibi literis ſatis explicare nõ poſſum, ſignificatione parua oſtendam tamen. Vtor Pompeio familiariſſime. Video quid dicas. cauebo quę ſunt cauenda. ac ſcribam aliàs ad te de meis conſiliis capeſſendæ reipublicæ plura. Luceium ſcito Conſulatum habere in animo ſtatim petere. Duo enim ſoli dicuntur petituri. Cæſar cum eo coire per Arrium cogitat: & Bibulus cũ hoc ſe putat per C. Piſonem poſſe coniungi. Rides? Non ſunt hæc ridicula, mihi crede. Quid aliud ſcribam ad te? quid? multa ſunt: ſed in aliud tempus te expectare velim: cures vt ſciam. iam illud modeſte rogo quod maxime cupio, vt q̃primũ venias. Nonis Decemb. Vale.

PIVS.

Affecta.

Apheleſtatos

Requietis.

Tulliolam vt Cicero amarit.

Argumentũ. XIIII.

NIhil.) Optat Attici amici optatiſſimi congreſſum & ſolitas ambulatiunculas, cũ quo omnẽ dolorem & ſi grauiſſimũ, cõcoquere ac leuare poſſe ſperat. Afficiunt) Premũt, vnde affecta membra dolore oppreſſa. Quicum) Cũ quo loquar quæ velim, etiam quæ nolim. ἀφελέστατος) Simpliciſſimus, innocẽtiſſimus. Metellus) Vicinus. Requietis) Leuamenti. Filiola) Tulliola, cuius epitaphiũ amore maiori q̃ paterno illũ dilexiſſe etiã amaſſe oſtẽdit, non tamen vt Criſpus Salluſtius cauillatur, plus q̃ patri filiã par fuerit, vt matri pellex fuerit. In Appia via ſexto ab Vrbe Roma lapide ſepulcrũ Tullij Ciceronis, Tullioleque fuiſſe marmora inſcripta docent.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

NIhil mihi, nunc ſcito tam deeſſe, q̃ hominem eum, quicum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, vna communicem, qui me amet, qui ſapiat, quicum loquar, nihil fingam, nihil diſſimulem, nihil obtegam. Abeſt enim Frater ἀφελέστατος, & amantiſſimus Metellus: non homo, ſed littus, atque aer, & ſolitudo mera. Tu autem, qui ſæpiſſime curam & angorem animi mei ſermone & conſilio leuaſti tuo, qui mihi, & in publica re ſocius, & in priuatis omnibus conſcius, & omnium meorum ſermonum, & conſiliorum particeps eſſe ſoles, vbi nam es? Ita ſum deſtitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore, & filiola, &

Mellito Cicerone) Alibi idẽ M. Tullius, Filius dulciſſima cõmemoratio naturæ. Ad hanc ſentẽtiã Liuius libro. v. Me iam, inquit Licinius, non eũdẽ, ſed vmbrã, nomẽq; P. Licinij relictum videtis. Vires corporis affectæ, ſenſus oculorum atq; aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus. En vobis, inquit, iuuenem filium tenens, effigiem atq; imaginem eius, quem vos antea Tribunũ militũ feciſtis. Ciceronem filium poſtea auctore Apollinari Sidonio populus Romanus loquentem non agnoſcebat, de quo ſic Plinius libro. xiiij. Naturalis hiſt. Tergilla Ciceroni Marci filio binos congios ſimul haurire ſolito obiicit, Marcoq; Agrippæ a marcido ac temulento ſcyphũ impactũ.

Filius.

Cicer. filius degener.

mellito Cicerone conſumitur. Nam illæ ambitioſæ noſtræ fucoſæq; amicitiæ ſunt in quodam ſplendore forenſi, fructum domeſticum non habent. Itaq; cum bene completa domus eſt tempore matutino, cum ad forum ſtipati gregibus amicorum deſcendimus, reperire ex magna turba neminem poſſumus, quicum aut iocari libere aut ſuſpirare familiariter poſſimus. Quare te expectamus, te deſideramus, te iam etiam accerſimus. Multa ſunt enim, quæ me ſolicitant, angunt: quæ mihi videor aureis nactus tuas, vnius ambulationis ſermone exhaurire poſſe. Ac domeſticarum quidem ſolicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo. neq; ego huic epiſtolæ atq; ignoto tabellario committam: atq; hi (nolo enim te permoueri) non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident & vrgent, & nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt. In republica vero, q̃q̃ animus eſt præſens, tamen voluntas etiam atq; etiam ipſa medicinam efficit. Nam, vt ea breuiter, quæ poſt tuum diſceſſum acta ſunt, colligam, iam exclames neceſſe eſt, rẽ Romanã diutius ſtare nõ poſſe. Etenim poſt profectionem tuã primus (vt opinor) introitus fuit in cauſam fabulę Clodianę: in qua ego nactus, vt mihi videbar,

Fucoſæ) Superillitę, velatę, mendoſę. Pythagoræ prouerbium fert, τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι καὶ μίαν ψυχὴν καὶ τὸν φίλον ἕτερον αὐτόν. hoc eſt amicitiam æqualitatẽ eſſe, & eandem animã, & amicũ alterũ ipſum. Super amico dictũ ab Homero eſt. ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ perinde ac meum caput. Sunt) ſitę. Splẽdore) Fuco & gloriola. Gregibus) Maro dixit, Mane ſalutantum totis vomit ædibus vndam. Anguntq;) Connexiua particula, q;, ſuperuacanea dicũtur iſta per figuram dialyton. Mihi videor) Ita cõfido fore. Nactus) Cum aures tuas in ditionem meam dederis. Exhaurire) Sedare, defecare. Aculeos) Acutas & vrentes curas. Diminutiuum aculeolus. Valer. Martialis, Primus aculeolos in cochleare tulit. Scrupulos) Difficultates a ſcrupo lapillo pedem offendente. Plautus in Captiuis, Meus ſcrupoſam victus cõmeat viam. Maro libro. vj. Æn. Scrupea tuta lacu nigro, nemorũq; tenebris.

Fucoſæ.

Amicus alter ipſe.

Aculeolus.

Scrupulus.

Occultabo) Nunc. Atq; ij) Aculei. Nolo) Incutere. minime volo turbationem incutere aut dolorem q̃d aculeos dixi. Præſens) Audax, fortis, accuratus, ſedulus. Maro, Felicis mali quo non pręſentius vllum Pocula ſi quando ſęuæ infecere nouercæ. Terentius in Eunucho, Animo hæc præſenti vt dicas. Pedianus) Senſibus præſenti animo vtentibus. Tamen voluntas) Manu mederi reipublicę nõ poſſum, voluntate medeor. Sed quid prodeſt in malis velle? ille medetur qui morbum tollit, non qui cupit tollere, & non tollit. vbi factis opus eſt, verba eleuantur. Sic medetur malis his voluntas recta & conſcientia, nam dum cogito me clauum rectum tenere, mihi ſatiſfacio, ſed non reipublicæ: quoniam re, quando re eſt opus, iuuare non poſſum. Alii legunt, tamen valetudo etiam atque etiam ipſa medicinam effugit, hoc ſenſu. Non deſum animo præſenti reipublicæ, ſed valetudo alta & inueterata medicinam reſpuit. Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Iuxta illud Ouidianum, Interdum docta plus valet arte malum. Res Romanas.) Quid ſi legis rem Romanam? Fabulæ.) Mimi & comœdiæ motoriæ. principinm lugubre pro Clodio fuit, lætus exitus. Quidam tabulæ ſcribunt, pro iudicio Cicero in Oratione pro Flacco, Sed tamen iudicium ferri videtur, cum tabulæ illæ ipſæ eiuſcemodi ſunt, proferuntur. Idem in Oratione pro Aulo Cluentio, Illud eſt magni iudicis atque ſapientis, cum illam iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit, non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi quodcunque concupierit, licere, ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem. Aliqui referunt ad legem Tabellariam. Veteres Romani ſuffragia voce ferebant, dein per tabellam ſuffragati ſunt. Cicero libro tertio de Legibus auctor eſt Tabellariam legem optimatum omnem auctoritatem abſtuliſſe: quæ ſuffragia tacita vocantur a Plinio Cæcilio. nunc vota in comitiis Pontificiis. Fuerunt quatuor leges Tabellariæ, prima Gabinia, quæ lata eſt ab homine ignoto & ſordido. Mox Caſſia a Caſſio lata. Tertia a Carbone ſeditioſo ciue. Quarta Cælij ſiue Cratidii. Horum opinionem non probo,

Præſens.

Tabulæ.

locum reſecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis, vehemens fui, & omneis profudi vires animi atq; ingenii mei: non odio adductus alicuius, ſed ſpe nō corrigendæ, ſed ſanandę ciuitatis. Afflicta reſpublica eſt empto conſtupratoq; iudicio. Vide quæ ſint poſtea conſecuta. Conſul eſt impoſitus is nobis, quem nemo præter nos philoſophos aſpicere ſine ſuſpirio poſſet. quantum hoc vulnus, facto Senatuſconſulto de ambitu, de iudiciis nulla lex perlata, exagitatꝰ Senatus, alienati Equites Romani, quod erat quidem ob rem iudicandam. ſic ille annus duo firmamēta reipublicę per me vnum cōſtituta euertit. Nam & Senatus auctoritatem abiecit, & ordinum cōcordiam diſiunxit. Inſtat hic nūc ille annus egregius. eius initium eiuſmodi fuit, vt anniuerſaria ſacra iuuentuti non cōmitterentur. Nam M. Luculli vxorem Memmius ſuis ſacris vitiauit. Menelaus ægre id paſſus diuortium fecit. q̄q̄ ille paſtor Idęus Menelaum ſolum cōtempſerit: hic noſter Paris tā Menelaum q̄ Agamemnonem liberum non putauit. Eſt autem C. Herennius quidam Trib. pl. quem tu fortaſſe ne noſti quidem, tam etſi poteris noſſe. Tribulis enim tuus eſt, & Sextus pater eius nummos vobis diuidere ſolebat. Is ad plebem Publium Clodiū traducit, idemq; refert, Vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodii ferat. Hunc ego accepi in Senatu, vt ſoleo: ſed nihil eſt illo homine lentius. Metellus eſt Cōſul egregius, & nos amat: ſed imminuit auctoritatē ſuā, ꝙ habere dicit cauſam promulgatam. Illud idē de Clodio

Locum) Occaſionem arripiens. Profudi) Exerui. Non corrigendę) nedum leuandæ. Sanandę) Incolumitati priſtinæ reſtituendę. Conſtuprato) Stupris redempto. Philoſophos) Apathes, quos nec malum, nec dolor, nec mors mouet. Exagitatus) Inquietatus, vexatus. Ouidius, Et lepus hic aliis exagitatus erit. Quod) Quæ alienatio. Ob rem iudicandam) Ob ſententiam prępoſtere latam. breuis eſt loquendi modus. id eſt vt rem Clodij iudicarent. Cicero in Oratione pro Cluentio, Quod planū fecerint illos ob rem iudicandam pecunias accepiſſe. Ob rem iudicandam, & rem iudicatam dicitur, pro eodēq; ponitur, vt patet excutienti orationē M. Tullii pro Rabirio: vt apud Ciceronem appetendi pro appetiti. Sp. Caſſius, Sp. Melius propter ſuſpicionem regni appetēdi ſunt necati. Ille annus) Quidam codices habent, idē annus. Per me) In Conſulatu meo, me auctore. Inſtat nunc hic ille) Quidam inducūt pronomen ille. Poteſt tamen defendi exemplo Ciceronis pro Rabirio, Sed huius iſtius facti ſtultitiam mali iā iam ſuperior ſtultitia defendit Egregius) Ironice. Maro, Egregiam vero laudem.

Futurū pro præterito.

Anniuerſaria) Quæ ſingulis annis celebrantur, quæ & dicuntur annua, de quibus ille, Annua quę differre nefas. Maro, Annua magnę Sacra refer Cereri. Vnde Suetonio febris anniuerſaria. ſtata, & certo anni die reuertens. In Decretis Canonic. diſtinc. xij. Domini paſſio & reſurrectio ad cęlum, aduentus ſpiritus ſancti, anniuerſaria ſolēnitate celebrantur. Suis ſacris) in ſacris quæ domi ſuæ. ad Mēmiū enim pertinebāt. celebratus erat Mēmius forte Pontifex Maximus, vel eius genti pręcipua ſacra fuere, vt ſacra gētis Fabiæ apud Liuiū. Menelaus) Lucullus probrum ac ignominiam eādē paſſus, quam Menelaus, cuius vxor Helena vitiata fuit a Paride. Idæus) Troianus ab Ida ſilua. Paris) Memmius Romanus adulter. Agamemnonē) Pompeium ita vocatum, quod regnare vellet in vrbe. quidam legunt, quàm Agamemnonem ille, & per vocem, ille, Cæſarem intelligunt, qui vxorem Pompeianam fœdauit, vel auctore Tranquillo. A Pompeio eodem auctore Cæſar vocabatur Aegiſtus quoniam Pompeii, nuncupati Agamemnonis, ſubigebat vxorem. Idem Suetonius tradit, quòd Pompeius gemens Ægiſtum Cæſarem vocabat, id eſt adulternm. Liberum non putauit) Seruiliter & ignominioſe tractauit. Quidem) Lege quidam, vt deſpectiorem ſignificet. Nummos diuidere) De diuiſoribus ſuperius affatim. De re Clodii) De arrogatione Clodiana. Accepi) Tractaui. Illo) Sexto Herennio. Lentius.) Supinius, ignauius. Horatius, Conuellens lentiſſima brachia. Hoc vitium vocatur Lentitudo Ciceroni ad fratrem. Metellus) In ſequenti Epiſtola, Metellus eſt Conſul ſane bonus & nos admodum diligit. Ille alter ita nihili eſt, vt plane quid erit, neſciat. Cauſam promulgatam.) De arrogatione & traductione Clodiana a nobilitate ad plebem Herennio arrogante. Illud idem de Clodio.) Adiuuare Clodianam traductionem optat Afranius.

Anniuerſaria.

Menelaus.

Agamemnō Pomp.

Lentus. Lentitudo.

Auet Syllius.)Recentiores profeſſores hęc verba auſu temerario prorſus eradunt nihil ſubſtituentes. Ego ex priſcis exemplaribus ſcribo. Auet Auli filius. & intelligatur Afranius: quem infra, hypopion Pompeij dicit, & os prębere Palicano. Hęc eſt vera immo veriſſima potius opinio. Infra Cicero, Auli vero filius ita ſe gerit vt eius Cōſulatus, non Cōſulatus ſit, ſed Magni noſtri hypopion. Miles)Pręliator ignauus, ſupinus rerum publicarum negociator. Palicano.)Cicero pro Cluentio, M. Attilius Palicanus humili loco Picens magis loquax q̃ facundus. Idem in Bruto, Aptior etiam auribus imperitorum Palicanus. De hoc Palicano meminit Maxim⁹ Valerius lib. 3 de Conſtātia. Cum Piſonis conſtantiā effert qui turbulēto Reip. ſtatu Conſulē nunq̃ voluit renũciare Palicanũ, etiā circũſeptus minis circũlatrātis populi: quē Valerius ſeditioſiſſimũ hominem appellat: eiuſq; peſtiferas blanditias ac furialē facem Tribunitiam. De Palicano Cicero quarta in Verrem actione.

Palicanus.

auet Auli filius. O Dii immortales, q̃ ignauus, ac ſine animo miles, q̃ dignus, qui Palicano, ſicut facit, os ad male audiendum quotidie præbeat. Agraria autem promulgata eſt a Flauio Canuleio: eadem fere quæ fuit Plotia. Sed interea πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ᾽ ὄναρ familiaris noſter, ſic eſt enim (volo te hoc ſcire) Pompeius legulam illam pictam ſilentio tuetur ſuam. Craſſus verbum nullum contra gratiam. Cæteros iam noſti, qui ita ſunt ſtulti, vt amiſſa Repub. piſcinas ſuas fore ſaluas ſperare videantur. Vnus eſt, qui curet conſtantia magis & integritate, q̃ (vt mihi videtur) conſilio, aut ingenio Cato: qui miſeros Publicanos, quos habuit amantiſſimos ſui, tertium iam menſem vexat, neq; iis a Senatu reſponſum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere, anteq̃ Publicanis reſpōſum ſit. Quare etiam legationes relictum iri puto. Nunc vides, quibus fluctibus iactemur, etſi ex iis, quæ ſcripſimus (tanta es perſpicacitate) etiam a me non ſcripta perſpicis. Reuiſe nos aliquando, & quanquàm ſunt hæc fugienda, quò te voco: tamen fac, vt amorem noſtrum tanti æſtimes, vt eò vel cum his moleſtiis peruenire velis. Nam ne abſens

Sanuleio)Quidā codices habent Canuleio. Alij, Sane leuis. curioſitas nihil recuſat.

πολιτικὸς ἀνήρ.)Vir ciuilis nec in ſomnis, ſubintellige, reperiri poteſt. Hoc eſt verus amator patrię, & optimatum ſtudioſus. Gręci prouerbialiter, neq; in ſomnis dicũt, de reptu difficillimis: qm̃ nemo tā infelix qn cādida lętaq; ſomniet. Quare a Luciano Samoſata iocoſe dictũ, ne p ſomniũ quidē vnq̃ albo ſatiat⁹ pane. Theocriti puella infit, nec mihi homo ruſticule labellũ vel p ſomniũ oſculo tāges. Apud Lucianũ Micylus p ſomniũ opulētus erat, expergectus vero inglorius cerdo.

Neq; in ſomnis.

Micylus.

Legulā)Legē illā ſuā puſillā & nihili. In epiſtola ſequēti hęc leges, Huic toti rationi Agrarię Senatus aduerſabatur ſuſpicās Pōpeio nouā quandā potentiā quęri. Pōpeius vero ad volũtatē perferēdę legis incubuit. Pictā)Fucatā, malā quidē, ſed ſub ſpecie boni perferendā. Aliqui tegulā ſcribunt, hoc eſt p̄textũ & fucũ. Silētio tuetur)Silēs legis lationē iuuat. Aliqui volũt, ſed perperā, per hāc legulā intelligi traductionē Clodij, cũ de Agraria, cui Pompeius inhiabat, intelligat. Et quoniā quo pacto Herēnius Clodium traducere poſſet per arrogationē, ne in aliquo hęreas, obiter res altę eruditionis aperiēda. Gellius lib. 5. noctium Atticarũ his prope verbis rē vniuerſam euētilat. Cũ in alienā familiā, inq; liberorũ locũ extranei ſumũtur, aut per Prętorē fit, aut per populũ. Quod per Prętorē fit, dicitur adoptatio: quod per populũ, arrogatio. Adoptantur aũt cũ a parente, in cuius poteſtate ſunt, tertia mācipatione in iure cedunt: atq; ab eo qui adoptat, apud eũ, apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogātur ij, qui cũ ſui iuris ſint, in alienā ſeſe poteſtatē tradũt, eiuſq; rei ipſi auctores fiunt. Sed arrogationes nō temere, nec inexplorato cōmittuntur. Nā comitia arbitris Pōtificibus prębētur, quæ curiata appellātur. Ætas quoq; eius qui arrogare vult an liberis gignũdis idonea ſit, bonaq; ei⁹ qui arrogatur ne inſidioſe appetita ſint, cōſideratur: iuſque iurandum a Q. Mutio Pontifice Maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non poteſt niſi iam veſticeps. Arrogatio autem dicta quia genus hoc in alienam familiam tranſitus per populi rogationem fit. Eius rogationis verba hæc ſunt, Velitis iubeatis vti L. Valerius L. Titio tam iure legeque filius ſibi ſiet, q̃ ſi ex eo tempore patre matreque familias eius natus eſſet: vtique vitæ neciſque in eum poteſtas ſiet, vti pariendo filio eſt. Hęc ita vt dixi, ita vos Quirites rogo. Contra gratiam.) Contra gratioſos ac populares Cęſarem & Pompeium. Cæteros) Philippum & Hortenſium, qui putabant nummulos ac villulas ſuas fore ſaluas obruta perditaque Republica. Piſcinas.) Ichthyotrophia, id eſt viuaria, alij nymphæa, lutra ab eiſdem Græcis vocata, & natabula. vtrunque ſignificat. Ingenio.) Comi, accomodante ſe tempori. Neque his.) Publicanis. Relictum iri) Relinquentur, reijcientur. Res pernеceſſaria. Tanta etiam.) In emaculatis exemplaribus ſic habetur. Tanta es perſpicacitate: etiam a me non ſcripta perſpicis. quoniam

Legula.

Adoptatio.
Arrogatio.

Curiata comitia.

Ichthyotrophia Lutra.
Natabula.

auctore Cornelio Nepote, videbat etiam futura Pomponius animi præſagi diuinitate. Cēſeare.) Monet Atticum ſub cenſus tempus veniat, aliter edicturum locis omibus, ſine cauſa abeſſe Titum, & niſi redierit ad nomen in cenſum ferendum amiſſurum ciuitatē. Sub luſtrum) Finito mox luſtro. Negociatoris eſt.) Qui non moratur alicubi. Iuxta id Epigrammatici poetę, Quiſquis vbiq; habitat Maxime nuſq̄ habitat. Paulus libro. L. Digeſtorum ad municipales & de incolis, Labeo iudicat eum qui pluribus locis ex æquo negocietur, nuſq̄ habere domicilium.

Incenſus. Incenſus qui videlicet nomen in cenſum non

Germanum. dediſſet ciuitatem amittebat, auctore alibi Cicerone.

cenſeare, curabo edícendum, & proponendum locís omníbus. ſub luſtrum autem cenſerí, germaní negocíatorís eſt. Quare cura, vt te quamprímum vídeamus. Vale. XI. Calend. Febr. Q. Metello, & L. Afranío Coſs.

Germani) Meri, puri, puti. Cicero actione ſecūda in Rullum, Illi veteres germaniq; Campani. Plautus in Moſtellaria, Oboluiſti alliū Germana illuuies. & ſi hoc Plautinū nonnulli ad Germaniæ ſuperioris ſordem referunt, vbi allia ſordidaſq; cepas, vt ait Apollinaris, ructant mane nouo decem apparatus. Auguſtinus in libro de Amicitia, Amicos ſicut boues ſuos diligunt, ex quibus aliquid boni ſperant capturos, qui profecto germana & ſpiritali carent amícitia. Plautus in Captiuis, Illi Theodromedes fuit germano nomine. Idem in Rudente, Heram vexit ex germana Gręcia. De Oratore, Magni & germani Attici. Alibi idē, Accipio Arpinum germanam patriam eſſe veſtram. In Academicis, Erat quippe ſi perpauca mutauiſſet germaniſſimus Stoicis.

ASCENSIVS. Sub luſtrum &c.) Malim interpretari pauloante luſtrum, quaſi appetēte luſtro, aut tempore tendente in luſtrum. Sicut, Sub lucem exportant calathis. Et ſub noctem cura recurſat.

Argumentum. XV.

NON modo.) Excuſat ſe Attico de breuitate Epiſtolarum: cuius cauſam reddit. Addit Attico amanti patriam quę in Republica geruntur. Deinde de rebus ſuis. Eduos Gallos egregie pugnare, Heluetios eſſe in armis. Legati in Galliam decernuntur. De Agraria lege loquitur: quam Cicero moderari nitebatur. Senatus reclamabat. Herennius traducere ad plebem Clodium tentat, interceditur. Cicero Pōpeio coniūgitur. De Pedarijs mox agit, & negocio Attici nummario De commento Conſulatus. Lucij inſulſam excuſationem hiſtoriarum inſerit. Quintus purgat ſe Ciceroni in diſſenſione Atticę. Coſſinium laudat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NON modo, ſi mihí tantum eſſet ocíí quantum eſt tíbí, verum etiam ſi tam breueís epíſtolas velím mittere, q̄ tu ſoles facere, te ſuperarem, & ín ſcrípto multo eſſem crebríor q̄ tu. Sed ad ſūmas atq; íncredíleís occupatíones meas accedít, q̄ nullam a me epíſtolam ad te ſíno abſq; argumento ac ſententía veníre, & prímum tíbí (vt æquum eſt) cíuí amantí patríam, quæ ſunt ín Rep. exponam. Deínde quoníam tíbí amore nos proxímí ſumus, ſcríbemus etíam de nobís ea, quæ ſcíre te non nolle arbítramur. Atq; ín Rep. nunc quídem maxíme Gallící bellí verſatur metus. Nam Eduí fratres noſtrí pugnant:

Argumentū Abſq; argumento.) Quintilianus, In vera etymologia Argumentum eſt ratio probationem præſtans: qua colligitur aliud per aliud, & quę quod eſt dubium per id quod dubium non eſt confirmat. argumento igitur exponamus, materia res geſtas continente. Ouid. Et vetus in tela deducitur argumētū.

Heluetij. Gallici belli) Allobroges Galli, & Heluetij, quos Squados recentiores vocarunt, tumultuabantur: immo rebellauerant Allobroges, quos Cn. Pontirius, vel vt habent alij Liuiani codices & Ciceroniani, Pōtinus Prętor, ad Salonem domuit. Huncrerum motū Cęſar in primo belli Gallici prodit, Heluetios, M Meſſala & M. Piſone Conſulibus, Orgentorige nobiliſſimo eius nationis ac longe ditiſſimo duce finibus ſuis, hoc eſt ex vna parte flumine Rheno latiſſimo atq; altiſſimo, qui agrū Heluetiū a Germanis diuidit, altera ex parte monte Iura altiſſimo, tertia lacu Lemāno & flumine Rhodano, in Galliā per Sequanorū fines tranſiſſe. & in Heduos perueniſſe. Heluetijs quidē Tigurinis a Cęſare in Araris tranſitu, conciſis, quę pars ciuitatis Heluetię inſignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps pœnas perſoluit. Hic erat motus Galliarum, de quo agit Cicero: quem orientem ac emergentē M. Tullius hic deſcribit, Cęſar iam enatum. Sententia) Senſum animi mei continente: de rebus quę quoti-

Edui. die in Republica verſantur, veluti ſignificet non tantum epiſtolas ſuas eſſe vulgares vel iocoſas, ſed

Dumnorix. etiam graues ac ſententioſas. Edui fratres noſtri.) Dumnorix tamen Vergebretus fauebat Heluetijs,

Diuitiacus & Liſcus Cęſari. Strabo in quarto ſupra Heluetios & Sequanos Edui & Lingones in occaſum vergentes Rhenum incolunt. Eduos fœderatos vocans Plinius in quarto locat in Gallia Lugdunenſi. Aliqui dicunt fratres noſtros appellari propter illum Ouidianum verſiculum, Gallica qui Phrygium duxit in arua ſenem. Eſt & Gallus fluuius Phrygiæ. Cęſar in primo belli Gallici Commentario, Multæ res Cæſarem hortabantur quare ſibi eam rem cogitandam, & ſuſcipiendam putaret: in primis ꝙ Heduos fratres conſanguineoſq; ſæpenumero a Senatu appellatos, in ſeruitute atq; ditione videbat Germanorum teneri. Eduos Romanorum fratres in Cęſare Dictatore Plutarchus appellat. Hoc de Aruernis Sidonius libro Epiſtolarum. 7. Lucano ſuccinens, Aruernique auſi latios ſe fingere fratres Sanguine ab Iliaco populi. Tacitus libro. 11. priorem opinionē ſecut⁹ ita ſcribit, Edui fraternitatis nomē vſurpāt.

Gallus fluuius.

Aruerni.

Sequani male pugnarũt: & Heluetii ſine dubio ſunt in armis, excurſionesq; in prouinciam faciunt. Senatus decreuit, vt Conſules duas Gallias ſortirentur. Delectus haberetur, vacationes ne valerent: Legati cum authoritate mitterentur, qui adirent Galliæ ciuitates: darentq; operam, ne hę cum Heluetiis ſe iungerent. Legati ſunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus, & τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, Lētulus Clodię filius. Atque hoc loco illud non queo præterire, ꝙ cum de Conſularibus mea prima ſors exiſſet, vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe cenſuit. Hoc idem poſt me Pompeio accidit, vt nos duo quaſi pignora Reip. retineri videremur. Quid enim ego aliorum in me ἐπιφωνήματα, expectem, cum hæc domi innaſcantur? Vrbanæ autem res ſic ſe habent. Agraria lex a Flauio Trib. pl. vehementer agitabatur authore Pompeio, quæ nihil populare habebat, præter authorem. Ex hac ego lege ſecunda concionis voluntate omnia illa tollebam, quę ad priuatorum incommodum pertinebant. Liberaram agrum eum, qui P. Mutio, Lucio Calpurnio Conſulibus publicus fuiſſet. Syllanorum hominum poſſeſſiones confirmabam. Volaterranos, & Amiterninos, quorum agrum Sylla publicarat, neq; diuiſerat, in ſua poſſeſſione retinebam. Vnam

Sequani.) Galliæ Belgicæ populi. Martialis, At tibi ſequanicę pinguem textricis alumnam. Heluetij.) Strabo lib. 4. A Lugduno vſq; ad Sequanam Heluetij magnā agri partem poſſident, qui ad latrocinandum ſtudia cōuerterunt: e quibus cum tres nationes exiſterent, duę per militiam deletę ſunt, e reliquis tamen locis quanta prognatorum fuerit multitudo, bellum aduerſus diuum Cæſarē geſtum maxime declarauit: in quo circiter CCCC millia interierunt. Reliquos ad milia octo ſaluos emiſit, ne Germanis finitimis deſertũ agrũ ſineret. Plinius cum Strabone in quarto Heluetios ponit in Gallia. De Heluetijs ſi plura noſſe aues, lege Cęſarē in primo Gal. bel. Commentario. Vacationes.) Miſſiões a militia, hoc fieri ſolitum eſt nunciato Gallico tumultu. Cicero in Philippicis autumat in tumultu nō valere vacationes, in bello valere, tanta eſt inter bellum tumultumq; differentia. Creticus.) A Creta deuicta, auctor Ouidius in Faſtis, Alter Iſauras, Et Cretum domitas teſtificatur opes. L. Flaccus.) Scribe. Metellus Creticus, L. Flaccus, & τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, Lentulus Clodiæ filius. In lente vnguentũ, Dicitur prouerbium vbi plura inter ſe diſſimilia confunduntur. Gellius libro. 12. Videte tamen ne exiſtimetis ſemper mortales multos, pro multis hominibus eſſe dicendum: ne plane fiat Græcum illud de Varronis Satyra prouerbiũ. τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον. Ariſtoteles de ſenſu & ſenſiii, Nā verum eſt quod ait Stratis Euripidem taxans vbi lenticula coquitur non oportere vnguentum infundere. Athenęus auctor. Ariſtotelis verba ſunt hęc. ἀληθὲς γὰρ ὅπερ εὐριπίδην εἶπε σκώπτων στράτις, ὅταν φακῆν ἕψηται, μὴ ἐπιχεῖν μύρον. Prouerbij auctor fuit Stratis in Iocaſta, Teſte eodem Athenęo. ἐπιφωνήματα.) Acclamationes, ſuffragia, laudes. Domi innaſcantur.) Naſcantur in domo, prouerbialiter cum ſignificare volumus ſatis ſupereſſe nobis domi, ne quęramus foris. Cicero ad laudem ſuam pręcone non eget. Agraria.) Quam ſilentio Pompeius tuebatur. hanc ſuperius legulam dicit. Populare.) Acceptum ac gratum populo. Auctorem.) Pompeium. Lucanus, Plauſuq; ſui gaudere theatri. Secunda.) Fauente. Infra, Cęſaris venti ſunt valde ſecundi: & Dijfauentiſſimi. Concionis.) Populi adſtantis.

Sequani.

Heluetij.

Vacatio.

Creticus.

In lente vnguentum.

Epiphonemata.

Naſcuntur domi.

Liberaram.) Decreueram vt redimeretur. Syllanorum) Quæ cum fuiſſent Marianorum, a Sylla datę Syllanis erant. Cæſar Marianus hoc efficere tentauit. Volaterranos.) Perſij municipes cognomine Etruſcos, & adhuc in ea ciuitate familia Perſiana floret, ac Perſij nomen Luſtrico die paſſim frequentatur. Arteminos.) Sunt qui Amiterninos legunt. Amiternum eſt in Pelignis Ferentanorum emporium. Auctor Strabo. Martialis, Nos Amiternus ager felicibus educat hortis. Amiterni ruinis ferunt conditam ciuitatem Aquilam hodie dictam. Sunt qui legunt Artemiſinos ab Artemiſia in Appia via

Volaterrani.

Perſius.

rationem non reiiciebam, vt ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis vectigalibus per quinquennium reciperetur. Huic toti rationi agrariæ Senatus aduerſabatur, ſuſpicans Pompeio nouam quãdam potentiam quæri. Pompeius vero ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. Ego autem magna cum agrariorum gratia confirmabã omnium priuatorum poſſeſſiones. Is enim eſt noſter exercitus hominum, vt tute ſcis, locupletium. Populo autem, Pompeioq; (nam id quoque volebam) ſatiſfaciebam emptione, qua conſtituta diligenter, & ſentinam vrbis exhauriri, & Italiæ ſolitudinem frequentari poſſe arbitrabar. Sed hæc tota res interpellata bello refrixerat. Metellus eſt Cõſul ſane bonus, & nos admodum diligit. Ille alter ita nihili eſt, vt plane quid erit, neſciat. Hęc ſunt in Rep. niſi illud etiam ad Rẽpub. putes pertinere, Herennium quendam Trib. pl. tribulẽ tuũ, ſane hominem nequam atq; egentem, ſæpe iam de Publio Clodio ad plebẽ traducẽdo agere cœpiſſe. Huic frequẽter interceditur. Hæc ſunt (vt opinor) in Rep. Ego autem, vt ſemel illarum Nonarum Decembriũ iunctam inuidiæ ac multorum inimicitiis eximiam quandam atq; immortalem gloriam conſecutus ſum, non deſtiti eadem animi magnitudine in Repub. verſari, & illam inſtitutam ac ſuſceptam dignitatem tueri. Sed poſtea q̃ primum Clodii abſolutione leuitatẽ infirmitatemq; iudiciorum perſpexi, deinde vidi noſtros Publicanos facile a Senatu diſiungi, q̃q̃ a meipſo non diuellerentur, tum autem beatos homines, hos piſcinarios (dico amicos tuos) nõ obſcure nobis inuidere, putaui mihi maiores quaſdam opes & firmiora præſidia eſſe quærenda. Itaq; primum eum, qui nimium diu de rebus noſtris tacuerat, Pompeiũ adduxi in eam voluntatem, vt in Senatu non ſemel, ſed ſæpe, multiſq; verbis ſuis mihi ſalutem imperii, atq; orbis terrarum adiudicarit: quod non tam interfuit mea (neq; enim illę res aut ita ſunt obſcurę, vt teſtimonium, aut ita dubię, vt laudationẽ deſiderẽt)

Artemita. Aduentitia. Agrarij. Sentina. Nequam. Vt ꝓpoſtq̃. Piſcinarij.

ciuitate & luco, de qua Strabo in quinto: vel ab Artemiſio, de quo Strabo & Stephanus in libro de Vrbibus meminerunt. Aliqui Artemitenos malunt ab Artemita inſula Tyrrhenorum, vt ait idem Stephanus, Artemitenus deriuatiuum. Emendant alij Arretinos. Scimus enim Arretium Etrurię ciuitatem eſſe Volaterris proximam. Liberum ſit iudicium. Rationem) Ordinem. Aduentitia) Deforis veniente, extraordinaria, quę colligitur ex vectigalibus. Per quinquennium) Quę vectigalia finito quinquennio finirentur. Incubuerat) Inhęſerat, fixus & perſtans manebat. Agrariorum) Agripetarum, populi hanc agrorum diuiſionem deſiderantis. Liuius libro tertio ab Vrbe condita, Itaq; ſecundo quoq; Cõſulatu eius & agrarii ſe in ſpem legis erexerant. Noſter) Syllani fouent partes optimatium, & a nobis ſtant. Populo) Agrariam legem deſideranti. Emptione) Decernens vt ager emeretur ex aduentitia pecunia: quoniam populum volebam in illas traducere poſſeſſiones. Conſtituta) Decreta, approbata. Sentinam) Fæcem. Exhauriri) Euacuari. Sentinam exhaurire dixit idem Cicero primo contra Catilinam. Idẽ contra Criſpum Salluſtium, Quo omnis ſentina confluxerat. Tota res) Ratio. Interpellata) Interrupta. Refrixerat) Intepuerat, in deſuetudinem iuerat. Alter) Afranius. Nihil) Vel nihili. Quid erit) Futurum nõ videt, immo craſtinum. Nequam) Omnia comprehendit hoc verbum mala ac animi vitia & ſocordias auctore Cicer. in Philippicis, O hominem nequã, nihil enim magis proprie poſſum dicere. M. Varro in libris de lingua Latina, vt ex non & volo fit nolo, ſic ex ne & quidq̃ fit nequam. Nequam hominem) nihili, neque rei neq; frugis bonæ. Lege Gellium in ſeptimo. Ad plebem) Familiã plebeiam per arrogationem. Huic) Herennio. Interceditur) Aliorum Tribunorũ auxilio repugnatur atq; reſiſtitur. Vt ſemel) Vt ꝓpoſtq̃. Cic. lib. 3. de Orat. Itaq; vt ei ſtudio ſe excellẽtiſſimis ingenijs homines dediderũt, plura q̃rẽda duxerũt. Maro, Vt belli ſignũ Laurẽti Turnus ab arce Extulit. Beatos) Delicatos, in delicijs viuẽtes. Perſiꝰ, Tãdẽq; beatulus alto Cõpoſitus lecto, craſſiſq; lutatꝰ amomis. Hos piſcinarios) Notat Philippũ, Hortenſiũ & Lucullũ, auctore Plutarcho. Piſcinarios appellat qui piſcinis delectantur contempta Republica. Non obſcure) Aperte. Adiudicarit) Adſcripſerit.

Q. Reipublicæ) Interfuit. Illarum) Clodianarum, vel occidendorum Catilinæ ſatellitum. In ſua ratione) In domeſticis negociis. Munitior) Inſtructior. Nec tamen) Subintellige fit. Diſſolutum.) Intemperans, incontinens. Ratio) Formula viuendi. Atq; ita) Priſca exemplaria habent. Ita tamen eius nouis. Cantilenam) Nam hoc ſubinde vt nęniam puerilem repetebat. Νῆφε) Latine ſic, Eſto ſobrius & memineris virum qui ſic ſapiat, non oportere eſſe credulum. Sapientes non decere videlicet tyrannidem appetentibus fidere, credere, ſe tradere. Huic verſiculo, niſi fallor alludit Quintus Cicero in Epiſtola illa quę eſt voluminis inſtar de petitione Conſulatus, Sũma tua virtus eoſdem homines & ſimulare tibi eſſe amicos & inuidere coget: quamobrem ἐπιχάρμιον illud teneto, Neruos atq; artus eſſe ſapientiæ, non temere credere. Vafer) Valde afer, vulpecula: Cuiq; ſenex vafri luditur arte getæ, inquit Ouidi⁹.

Credulus ne ſis.

Vafer.

Siculus) Siculos acutos Maternus appellat: de quibus Paulus noſtri tuba Seruatoris, Omnes inſulani mali, Siculi vero peſſimi. Innocẽtius Pontifex concilio apud Lugdunum congregato, his quæ prędeceſſores ſui in Fœdericum geſſerant approbatis, ſolenni ſanxit decreto, quod diſtinctione quarta & ſexageſima extat, nullum de cætero qui Romanus ſit Imperator, regno Sicilię, quoniam membrũ eſt ecclesię, ſuccedere poſſe. Scribit Aſconius in Diuinationẽ, Siculos neutra lingua bene vſos. Ita enim Plautus, Dabuntur tibi ſexcenti logi atq; Attici: nullum Siculum acceperis. Inſuſurret) Inſtillet, imprimat auriculæ.

In Siculos.

Sicilia mẽbrũ ecclesię.

Epicharmus) De hoc iſta Suidas Græcus interpres. Epicharmus Tityri vel Chimari & Sicidis filius Syracuſanus, qui comœdiã inuenit Syracuſis. Quidã ipſum Coum fuiſſe dicũt, alij Samiũ, alij Megarẽſem ex Sicilia. Epicharmius ſermo, Epicharmi. Hunc auctore Venuſino Pindaro æmulatus eſt Plautus Sarſinas, Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi: carmen eſt Horatianum. De tuo) Volebat vt mutaretur vel augeretur Senatuſconſultum. Cicero fieri non poſſe niſi frequenti Senatu ſcribit. Pedariorum) Maioribus honoribus non functorum. Gellius libro tertio, C. Baſſus in Commentarijs ſuis ſcriptum reliquit, Senatores in veterum ętate, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru ſolitos honoris gratia in curiam vehi: in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſiderẽt: quę ob eam cauſam curulis appellaretur. Sed eos Senatores, qui magiſtratum curulem nondum ceperant, pedibus itauiſſe in curiam. Propterea Senatores nondum maioribus honoribus functos, pedarios nominatos. Hoc vocabulum a pleriſque barbare dici animaduertimus. Nam pro pedarijs pedaneos appellant. Qui nondum a Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant, & qui in poſtremis ſcripti erant non rogabantur ſententias, ſed quas principes dixerant, in eas deſcendebant: vnde verſus Laberij, Caput ſine lingua, pedaria ſententia eſt. Qui ſint proprię pedarij, Sic Imperator in codice de pedarijs iudicibus libro tertio loquente Iuliano, Quædam ſunt negocia, in quibus ſuperfluum eſt moderatorem expectari prouincię: ideoque pedarios iudices, id eſt negocia humiliora diſceptant, conſtituendi damus præſidibus poteſtatem: quàmuis pedaneos in libris Iuriſconſultorum perperam pro pedarijs ſcriptum ſit. Longe melius ex his Iuliani verbis ſententia Ciceronis elucet, ex his præſertim verbis: qui humiliora negocia diſceptant, quàm ex Gellij, longa periodo. Noſtrum) Noſtrorum curulium.

Epicharmus.

Plautus Sarſinas.

Pedarij.

Curulis ſella.

Pedarij melius q̃ a Gel.

Me eſſe ad ſcribendum) Lege. Me non eſſe adſcriptum vides.

quàm Reipub. quòd erant quidam improbi, qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompeio, ex illarum rerum diſſenſione, arbitrarentur. Cum hoc ego me tanta familiaritate coniunxi, vt vterque noſtrum in ſua ratione munitior, & in Repub. firmior hac coniunctione eſſe poſſit. Odia autem illa libidinoſæ & delicatæ iuuentutis, quæ erant in me incitata, ſic mitigata ſunt, quadam comitate mea, me vnum vt omnes illi colant. Nihil iam denique a me aſperum in quenq̃ fit, nec tamen quicq̃ populare ac diſſolutum: ſed ita temperata tota ratio eſt, vt Reipublicæ conſtantiam præſtem, priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandã cautionem & diligentiam. Atq; ita tamen nouis amicitiis implicati ſumus, vt crebro mihi vafer ille Siculus inſuſurret Epicharmus cantilenam illam ſuam, νῆφε καὶ μέμνασο ἀπιςεῖν ἀνέρα, φρονοῦντα, ταῦτα. Ac noſtræ quidem rationis ac vitæ, quaſi quandam formam (vt opinor) vides. De tuo autem negocio ſæpe ad me ſcribis, cui mederi nunc non poſſumus. Eſt enim illud S. C. ſumma pedariorum voluntate, nullius noſtrum auctoritate factum. Nam ꝙ me non eſſe aſcriptum vides, ex ipſo S. C. intelligere potes aliam rem tum relatam, hoc autem

de populis liberis ſine cauſa additum, & ita factũ eſt a P. Seruilio filio, qui in poſtremis ſententiam dixit, ſed immutari hoc tempore non poteſt. Itaq; conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri deſierunt. tu ſi tuis blanditiis tamen a Sicyoniis numulorum aliquid expreſſeris, velim me facias certiorem. Commentarium Conſulatus mei gręce compoſitum miſi ad te, in quo ſiquid erit, quod homini Attico minus græcum, eruditumq; videatur, non dicam, quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de ſui Collegæ hiſtoriis dixerat, ſe, quo facilius illas probaret, Romani hominis eſſe, idcirco barbara quædam & ſolœca diſperſiſſe: apud me ſiquid erit eiuſmodi, me imprudente erit, & inuito. Latinum ſi perfecero ad te mittam. Tertium poema expectato, ne quod genus a meipſo laudis meæ prætermittatur. Hic tu caue dicas,

De populis liberis) Quod Atticus in legatione pecuniam a populis liberis exigere non poſſet. Conuentus) Frequentia Senatorum. *Sicyon.* Sicyoniis) Sicyon, vt inquit Stephanus, ciuitas Peloponeſi. Dicitur & fœminine & maſculine. *Sicyonia calciamenta.* Vocatur & Mecon & Telchinia. ciuis Sicyonius. & ὑποδήματα σικυώνια hoc eſt calciamenta Sicyonia pulcherrima. Lucillius, In pedibꝰ pulchra Sicyonia demit honeſta. Lucretius, Et pulchra in pedibus Sicyonia ridet. Expreſſeris) Extorſeris. Vt opinor) Hoc eſt ſi recte memini. Oblitus erat Cicero fuiſſe Aulum Albinum, & de Albino Atticum ſcripſiſſe, non de Lucullo, errore memorię. *Lucullus. Albinus.* Lucullus) At Albinum refert Gellius libro decimo, ſic. Iuſte veneuſteq; admodum reprehendiſſe dicitur A. Albinum M. Cato, Albinus qui cum L. Lucullo Conſul fuit: res Romanas oratione gręca ſcriptitauit. In eius hiſtorię principio ſcriptum eſt ad hãc ſententiam. Neminem ſuccẽſere ſibi conuenire, ſiquid in his libris parum compoſite, aut minus eleganter ſcriptũ foret. Nam ſum, inquit, homo Romanus natus in Latio, Gręca oratio a nobis alieniſſima eſt. Ideoq; veniã gratiamq; malę exiſtimationis ſiquid erratum eſſet poſtulauit. Eam cum legiſſet M. Cato, Nę tu, inquit, Aule nimius nugator es: cum maluiſti culpam deprecari q̃ culpa vacare? Nam petere veniam ſolemus, aut cum imprudentes errauimus, aut cum compulſi peccauimus. Tibi, inquit, oro te quis perpulit, vt id committeres quod prius q̃ faceres, peteres vt ignoſceretur? Scriptum eſt hoc in libro Corn. Nepotis de illuſtribus viris. De hoc eodem Albino ſic Cicero in Bruto, Et A. Albinus is qui græce ſcripſit hiſtoriam, qui Conſul cum L. Lucullo fuit & literatus & diſertus fuit. Diſſidere Gellium, aut vitio memoriæ laborare ſcribo non equidem libenter: ſi quis tamen hic apud Ciceronem Lucium nõ Lucullum legat, pax erit inter duces latinitatis egregios, quod mendum ratione corripiendi ſcripturam ſolet eſſe procliue, ſępeq; nos dum componimus antiqua exẽplaria, L. pro Lucio, modo pro Lucullo inuenimus. Illudq; ſuperius, & ſi qua ſunt huiuſmodi. Qui Conſul cum L. Lucullo, cum Lucio tantum ſcribatur. potuit enim Albini pręnomen eſſe Lucius. Catonis caſtigatio in Albinum. *Apellis exemplum.* Apellem pictorem primi nominis imitata eſt. Cum enim picturam Pericles aſpiceret: pictor ille, qui illã fecerat, credens ſe placere, infit. Si celeritatem qua eam pinxi ſcires o artifex, prolixius dilaudares. Cui princeps artis Pericles, Etiã te tacente, infit, noui, te non tam celeriter q̃ pręcipitanter eam pinxiſſe: idq; ſtatim tabella indicat, & hoc ſane exemplo plures iſtiuſmodi tabellas paucis horis pingere poteris. Vbi maturitatem adhibendã operibus hyperbolicos & operte ſignificauit. Tollendam quidem manum de tabula ſignificare Delphinem anchoræ innixum conſtat: & illud Auguſti, σπεῦδε βραδέως *Delphin ancoræ illigatꝰ.* Suis hiſtorijs) Si redimere, M. Tullium ſeu potius Gellium a vitio memorię volumus, legamus: ſui collegę hiſtorijs. Fuerat enim ſcriptum in Cicerone. Sui. C. hoc eſt ſui collegę, quod Amanuenſium imperitia tranſtulit in ſuis: niſi placet ita interpretari. Lucullum obſcura adhuc in Albinum caſtigatiõe, excuſaſſe ſe, Collegę ſui exemplo, & erraſſe. Non placet vllatenus affinem errori eſſe Cic. & ſibimet fœde diſſidere, vel dic quod paulo ſupra tetigimus, vel affirmato aliud eſſe inſpergere obſoleta, aliud veniam petere. Lucullus ſparſit obſoleta, Albinus veniam petiuit. Non errore vllo Cic. lapſus eſt, quoniam inquit vt opinor, id eſt, niſi fallor: ſi recte meminini memoria labor, & id genus reliqua, quę verba cum ponuntur, vindicant etiam ab errore memorię. Facilius) Excuſatione quę facilius admitteretur. Illas) Hiſtorias. Probaret) Probatiores oſtenderet vel laudaret Gręcia. Barbara) Minus Attica. *Obſoleta.* Obſoleta) Sordida, inuenuſta. Liuius libro. 3. Filiã ſecũ trahens obſoleta veſte. Cic. in Rullum, Veſtitu obſoletiore, corpore inculto. Lactantius in lib. de opificio, Niſi terſa niteat obſoleſcit. *Solœca. Solœciſmus.* Antiqui codices habent ſolœca, hoc eſt ſolœciſmo proxima. Solœciſmus latino vocabulo imparilitas, vetuſtioribꝰ ſcribligo. Capito ita definit, Solœciſmus eſt impar & inconueniẽs cõpoſitura partiũ oratiõis. Nos neq; ſolœciſmũ neq; barbariſmũ apđ Gręcorũ idoneos adhuc inuenimus. Noſtri quoq; antiquiores ſolœcũ facile, ſolœciſmũ haud ſcio an vnq̃ dixerint. Qđ ſi ita eſt, neq; in gręco, neq; in latino ſolœciſmꝰ pbe dicitur. Eiuſmodi) Barbaricũ, ex induſtria nõ peccabo vt Aulus vel Lucullus. Tertiũ) Poema de Cõſulatu meo, quod tribus libris cõpoſuit, in qbꝰ muſę loquebãt, vt ad Quintũ & in pri. de Diuinatiõe colligo, vbi ex hoc poemate verſus multi. Hic) In hoc articulo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τίς πάτερ.) Ita legunt nonnulli ſimpliciter, hoc ſenſu. Quis o pater laudabit? (vt pater ſit nomen reuerentiæ) vt te ac tua laudes? Neſcin laudem in proprio ore ſordeſcere? Alij ſcribunt. τίς πατέρα αἰνήσει, vt ſit principium huius integri Græci verſus, τίς πατέρα αἰνήσει εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί. hoc eſt, quis patrem laudauit, niſi infelices filij? Ergo Cicero, dicet Atticus, vis a malo libro tuo laudari potius q̃ tacere? Cæterum mali filij patrem laudant, quoniam dum a patria virtute deſciſcunt, reddunt eum celebratiorem, dum infamem filium quis aſpiciens ſuſpirat dicens, O patrem probum, quãtũ illi diſſimilis eſt filius. Plutarchus in Arato, Chryſippus philoſophus tritum quoddam veteri ſermone prouerbium eius credo iuſtitiam reformidans cõuertiſſe, mutatoq; verbo leuiorem ad partem traduxiſſe videtur, Quis patrem laudabit, niſi probi liberi? Hunc Dionyſiodorus Trœzenius arguens ſic profert verſus, Quis patrem laudabit, niſi improbi liberi? Ait enim illos qui cum ipſi nulla re præſtent, ſed maiorũ quorundam virtutibus nitãtur, eorumque gloriam ad ſuam laudem frequenter vſurpẽt, petulantiam eo prouerbio comprimi & coerceri.

Infelix filius patrẽ laudat.

τίς πατέρ᾽ αἰνήσει; Eſt enim apud homines quicquàm, quod potius ſit laude? nos vituperemur. qui? potius alia laudemus. q̃q̃ non ἐγκωμιαστικὰ ſunt hæc, ſed ἱστορικὰ quæ ſcribimus. Quintus frater purgat ſe mihi per literas, & affirmat nil a ſe cuiquam de te ſecus eſſe dictum. verum hæc a nobis coram ſumma cura & diligentia ſunt agenda. Tu modo nos reuiſe aliquando. Coſſinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non leuis, & amãs tui viſus eſt, & talis, qualem eſſe eum tuæ mihi literæ enunciarant. Vale Idib. Martiis.

Si eſt enim) Senſus eſt, Quare ægre ferẽt laudem meã? qui aliena ita ſoleo ampliſſime amplecti, vt meæ laudi inuidere non debeant. M. Tullio ſua nimium laudanti parcendum fuit, quoniam alienis laudibus maxime fauebat. Lege tamen extrita dictione: ſi, hoc pacto. Eſt enim apud homines quidquam quod potius ſit laude? Nos vituperemur? Qui? num potius aliena laudemus? Vituperemur?) Cum laude nihil ſit auguſtius, nos laudem non amabimus? etiam a nobiſmet noſtræ non manabunt laudes? Qui.) Panda virgula circumlinendum pro quare. Horatius, Qui fit Mœcenas vt nemo quam ſibi laudem? Num potius aliena laudemus q̃ noſtra? Caritas gradus ſuos habet, inquit Auguſtinus, in primis deſerere noſmet non debemus. ἐγκωμιαστικὰ) Encomiaſtica ſunt laudatoria. Encomium proprie funebris oratio appellatur: qua laudabantur ij qui in bello glorioſe pro patria occubuerunt. Quare in hominem, qui ante q̃ quid ſtrenue fecerit gloriolas captat, dicitur adagio Græcis peculiari, πρὸ τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ᾄδεις, ante victoriam encomium canis. Theocriti de Ptolemæo patet encomium q̃ pulcherrimum, cui auſpicium fecit, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε μοῖσαι. ἀνδρῶν δὲ αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω. καὶ πύματος καὶ μέσος. Ab Ioue incipiam⁹, & in Ioue deſinite muſæ. hoim dicat eſt Ptolemæus, prim⁹, medius, & vltimus. Extat & encomium Iſocratis in Helenam, & Luciani Demoſthenis encomium. Encomium & Epænos differunt Epænos eſt ſermo laudatiuus vnam actionem laudans: Encomion ſermo ſimilis multas in vno actiones amplectens, & epiſtola quæ vnam actionem alicuius laudat, epenætica vocatur, quæ autem multas encomiaſtica. ἱστορικὰ) Vera, ex fide prolata. Veritas auctore Diodoro eſt oculus hiſtoriæ. Sine veritate igitur exoculata eſt hiſtoria, vt obiter nebulones neſcio qui rideantur & Catillones, qui per aulas principum fumos vendunt, ſimias purpura veſtientes, alapis digniſſimi Neratianis, qui mandragoram citreum malum vocant, & vlpicum gingiber. Purgat.) Excuſat. Secus) Aliter ac velles.. Enunciarant) Præſignificauerant.

Encomiaſtica
Encomium.
Ante victoriam canis.

Primus.
Medius vltimus.
Epænos.
Encomium.
In adulatores & catillones.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVM e Pompeiano me Romam recepiſſem ad IIII Idus Maii, Cincius noſter eã mihi abs te epiſtolã reddidit, quã tu Idib. Feb. dederas. Ei nũc epiſtolæ literis his reſpõdebo, ac primũ tibi

### Argumentum. XVI.

CVM e Pompeiano) Iniucundas. i. acerbas Q. Fratris literas Cic. mellito ad Atticum ſermone cõdiuerat, quem Cic. fratrem excuſantem non modo libẽter audiuit Atticus, ſed & auſcultauit. Cicero gratias cauſa tãtæ facilitatis, hũanitatis, ac ſuauitatis agit: aitq; id non mediocris amoris, & ingenij ſummi, & ſapientiæ iudicare, ſuos noſſe, veniamq; largiri. Succinit Attico de ſtatu dignitatis ſuæ in gubernanda Repub. non eſſe recedendum, ac tacite Pompeium taxat. Hæſiſſe tamen Pompeio ſcribit ex commodo Reipub. quam ſe nunq̃ deſerturum ait. Optimatum viam non tenet, quoniam felicitati ac gloriæ ſuæ inuident. De Sicyonijs ac pedarijs nonnulla. Commentariũ græcum Conſulatus ſui laudat. Rogat vt libros ſibi a Cincio legatos conſeruet.

PIVS.

perſpectum eſſe iudicium de te meum, lætor. Deinde te in his rebus, quæ mihi aſperius a nobis, atq; a noſtris, & iniucundius actæ videbantur, moderatiſſimum fuiſſe vehementiſſime gaudeo: idq;, neq; amoris mediocris, & ingenii ſummi, ac ſapientiæ iudico. Qua de re, cum ad me ita ſuauiter, diligenter, officioſe, humaniter ſcripſeris, vt non modo hortari te amplius nõ debeam, ſed ne expectare quidem abs te, aut ab vllo homine tantum facilitatis ac manſuetudinis potuerim, nihil duco eſſe commodius, q̃ de his rebus nihil amplius ſcribere. Cum erimus congreſſi, tum, ſi quid res feret, coram inter nos conferemus. Quod ad me de Rep. ſcribis: diſputas tu quidem & amanter, & prudenter, & a meis conſiliis ratio tua non abhorret: nam neq; de ſtatu nobis noſtrę dignitatis eſt recedendum, neq; ſine noſtris copiis intra alterius præſidia veniendum. Et is, de quo ſcribis, nihil habet amplum, nihil excelſum, nihil non ſummiſſum atq; populare: veruntamen fuit ratio mihi fortaſſe ad tranquillitatẽ meorũ temporum non inutilis, ſed mehercule Reip. multo etiam vtilior q̃ mihi, cum improborum impetus in me reprimerem: cum hominis ampliſſima fortuna, authoritate, gratia fluctuantem ſententiam confirmaſſem, & a ſpe malorum ad mearum rerum laudẽ conuertiſſem. Quod ſi cũ aliqua leuitate mihi faciẽdũ fuiſſet, nullã rem tanti æſtimaſſem: ſed tamen a me ita acta ſunt omnia: nõ vt ego illi aſſentiẽs leuior, ſed vt ille me probãs grauior videretur. Reliqua ſic a me agũtur, & agentur, vt nõ cõmittamus, vt ea quę geſſimus, fortuito geſſiſſe videamur. Eos bonos viros illos, quos ſignificas, & eam, quam mihi dici obtigiſſe σπαρτὰν non modo nunq̃ deſeram, ſed etiam ſi ego ab illa deſerar, tamen in mea priſtina ſententia permanebo. Illud tamen velim exiſtimes, me hanc viã Optimatum poſt Catuli mortem nec præſidio vllo, nec comitatu tenere. Nã, vt ait Rhinthon, vt opinor,

Pompeij oppidum.

CVM e Pompeiano) Oppidum Campanię Pompeii: de quo ſic Plinius in tertio Nat. hiſt. Pompeij haud procul expectante monte Veſeuo prope Herculanium. Pompeianum prętorium in agro Pompeiorum. Perſpectum) Approbatum. In his rebus) De re Q. Fratris & expoſtulatione, qua prius Atticus in quadam ſuccenſuerat epiſtola, mox ira depoſita ac detumeſcentibus animi fluctibus omnia in Quinti naturam in iram pręcipitis reiecerat: quare Cicero inquit ſibi placere hanc lenitatem animiq; manſuetudinem. Per has dictiones nobis & noſtris amplectitur Quintum & Pomponiam: per nobis, fratrem ſuum alterum ſe, per noſtris, Pomponiam Attici ſororem & thori fraterni conſortem. Hortari) Ad lenitatem & cõcordiam, ad iram remittendam ſuadere. Facilitatis) Naturę flexibilis in bonum comitatis. Res feret) Occaſio petet. Ratio) Opinio. De ſtatu) Pręſidio. Noſtris copijs) Virib⁹. Clypeo & robore. Alterius) Põpeij. Præſidia) Caſtra, doloſam amicitiam. Is) Pompeius. Ratio) Cõſilium adhærendi Pompeio. Cum reprimerem) Vt reprimere poſſem hoc pacto. Scribi debet reprimerem. Cum confirmaſſem) Quando ita confirmabam ſpes meas ac reipub. Fluctuantem) Incertum, ambiguum ſtatum Pompeij. Mearum rerum) Quia in epiſtola priori Cicero ſcribit ſe fuiſſe a Pompeio laudatũ. Quod) Conuertere in pæana meum togatorũ maximũ Pompeium. Rem) Vtilitatem. Tanti) Vt cum leuitatis crimine non modo tutus, ſed nec deus eſſe vlim. Ille) Pompeius. Quæ geſſimus) In Conſulatu diuinitus geſſimus. Fortuito) Non ratione, ſed caſu. In eos) Expungatur, in. Eam cauſam) Scribe. Et eam quã. Σπάρτων) integrum, ἣν ἔλαχες σπάρτων κόσμει, Spartam quã ſortitus es, orna. Admonet pro dignitate noſtra rei vel prouincię: quam nacti ſumus nos accommodemus, & pro eius dignitate nos geramus. Plutarch⁹ in libello Euthymia, monet quenq; ſua ſorte viuere contentum debere. Spartam inquit habes, ſpartam orna. In eandem ſententiam vertit in libello de exilio. Per ſpartã Cicero Rẽp. & optimates intelligit. Me) Solum, ab omnibus deſtitutum, quem Catulus Senatus princeps fulcire ſolitus erat. Nam vt ait) Senſus, Quamuis nemo me ſequatur, volo tamen curare Rempub. vt ait Rhinthon. Rhinthon, vt ait Suidas, in bonis exemplaribus, Tarentinus Comicus princeps vocatę ilarotragœdię, eadem phylacographia: filius autem fuit figuli. floruit in initio Ptolemęi. Dramata ipſius tragica & comica multa. Donatus Rhinthonicas comœdias dici ab hoc auctore retulit, a noſtris plani-

Spartã orna.

Rhinthon.

Ilarotragœdia.

Phylacographia.

Rhithonicæ.

pedia. Propterea Rhinthonem vilem & ſcurram dicit Columella in nono, qualem inducit Rhinthon in Planipedijs. Nullus, infit Moderatus, hoc ſeculo nebulo ac Rhinthon, qui non iam dicat nihil ſua intereſſe vtrum huiuſmodi piſcibus an ranis frequens viuarium habeat. Alij Rhinthonem Columellæ diſtingunt a Rhinthone comico poſteri viderint. οἱ μὲν παρ᾽, οὐδὲν εἰσιν, οἷς δ᾽ οὐδὲν μέλει.) Interpretantur ſic. hi qui adſunt, nihil ſunt: illis vero, nihil curę eſt. Qui ita ſcribit Aldus, id totum refert ad optimatum negligentiam præſentium, tanq̃ dicat, Catulus Senatus princeps obijt, qui vero nunc viuunt, piſcinas tantum ſuas curant, & nihil præterea. Picus Mirãdula eui ſui Phœnix, & eruditi ferme omnes ita ſcibunt, οἱ μὲν παρ᾽ οὐδὲν εἰσιν, οἷς οὐδὲν μέλει. Hi nihili ſunt, quibus nihil eſt curæ: ſignificat optimates ſubire hoc crimen, quod ſubeũt illi qui nihil curant, vt prouerbium Rhinthonis ſit generale, & optimatibus pro tempore applicetur. Et ita Picus adducit ſignificaturus deos agentes adiuuare, ac eos eſſe nihili, immo viuere non videri, qui nihil agunt: infraque apud eundem Ciceronem repetitum eſt hoc prouerbium, vt Picus ſol literarum adducit. Mihi autem qui nihil agunt, eſſe omnino non videntur, ait Cicero libro ſecundo de Natura deorum, huic credo verſiculo alludens. Vt inuideant) q̃ atrociter. Conſentaneum) Congruens. Nimirum me pœnitet) Nõ parum mihi videtur. Maro, Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ. De Sicyonijs) Volebat inducere S.C. factum per pedarios contra Sicyonios vel per curules Senatores confirmare. Alij dicunt hoc Senatuſconſul. fuiſſe factum in gratiam Sicyoniorum: quibus Atticus pecunias mutuat⁹ erat, eaſque vi huius Senatuſcõſulti exigere non poterat. Queratur) Qua querimonia poſſet inducere Senatum vt frequentius coiret vel illud abrogaret, vel quęratur cũ diphthongo, id eſt requiratur ad inducendũ. Cũ eſt actũ) Tanq̃ ſignificet, cũ male res proceſſerit, æquanimiter feramus: aliqui codices habent, Quin eſt actũ. Ad quos pertineret) Huiuſmodi cognitio: an ad pedarios, an ad curules Senatores. Superius eñ dixerat, Nulla Senatus auctoritate munitũ eſſe. Quidã interpretãtur an ad populos liberos, an nõ liberos, ſubintellige, peccatũ eſt largiter. Inducendi) delendi, tollendi. Querãtur) De Senatus Cõſulto. Alij ſcribũt: quęrũtur id eſt requiruntur. Mediocrius) Triumphare cuperet. Egregia) Legendũ egregie, ſubintellige cupit Metellus.

Planipedia.

Pici opinio.

Cõſentaneũ.

Pœnitet.

Inducere.

οἱ μὲν παρ᾽ οὐδὲν ἀσιν, οἷς οὐδὲν μέλει. Mihi vero, vt inuideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te aliàs, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo. A curia autem nulla me res diuellet, vel ꝙ ita rectum eſt, vel ꝙ rebus meis maxime conſentaneum, vel ꝙ a Senatu quanti fiam, minime me pœnitet. De Sicyoniis (vt ſcripſi ad te antea) non multum ſpei eſt in Senatu: nemo eſt enim iã, qui queratur. Quare, ſi id expectas, longum eſt: alia via, ſi qua potes, pugna: cum eſt actum, neq; animaduerſum eſt ad quos pertineret, & raptim in eam ſentẽtiam pedarii concurrerunt. Inducendi S.C. maturitas nondum eſt, ꝙ neq; ſunt, qui querantur: & multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Metellus tuus eſt egregius COS. vnum reprehendo, ꝙ ocium e Gallia non magnopere nunciari gaudet, cupit credo triumphare. Hoc vellem mediocrius: cetera egregie. Auli vero filius ita ſe gerit, vt eius Conſulatus non Conſulatus ſit, ſed Magni noſtri ὑπώπιον. De meis ſcriptis miſi ad te græce perfectum Cõſulatum meum. eum librum L. Coſſinio dedi, puto te Latinis meis delectari: huic autẽ Græco Græcũ inuidere. Alii ſi ſcripſerint, mittemus ad te, ſed mihi crede, ſimulatq; hoc noſtrũ legerunt, neſcio quo pacto retardantur. Nunc (vt ad rem meam redeam) L. Papyrius Pætus, vir bonus, amatorq; noſtri, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donauit: cum mihi per legem Cinciã licere capere Cincius amicus tuus diceret: libenter dixi me accepturum, ſi attuliſſet. Nunc, ſi amas me, ſi te amari a me ſcis: enitere per amicos, clientes, hoſpites, libertos denique ac ſeruos

Auli filius vero) Scribe. Auli vero filius. Per Auli filiũ intelligit Afraniũ. ὑπώπιον) Derogatio, ſuggillatio, infamia. ὑπωπιάζω ſuggillo, vitupero, derogo. Suggillata Gręcis hypopia dicuntur ob eã cauſam ꝙ ſub oculis maxime appareant. Hoc verbo metaphoricos vſus eſt Cicero, id eſt ita ſe gerit Aulus in Conſulatu, vt Conſulatus eius nihil aliud ſit q̃ ſuggillare Pompeij pudorem, qui eum Conſulem fecit. Hoc Tertullianus ſuggillationem dixit. Lucas decimooctauo, Vindicabo illam ne in nouiſſimis veniẽs ſuggillet me. ὑπωπιάζῃ, recte interpres ſuggillet. Sed vt ſolet Lyra delirat. Alij) Auctores & ſcriptores ſi de reb⁹ nr̃is ſcribẽt, ad te q̃primũ mittã. Amator noſter) Scribe noſtri. Cinciã)

Hypopion.

Suggillata.

Cincia lex.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Qua prohibebantur cauſarum patroni munus accipere. Sceda) Scribendum ſcheda. Eſt enim ſche-
Scheda. da tabella tiliacea, qua pro chartis priſcos vti ſolitos Euſtathius & Aelianus aſſerunt. Quintilianus, Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam poteſt. Martialis, Nec ſumma potes in ſcheda teneri. Schedulam Hieronymus vocat. Hodie barbare cedulam. Plinius libro decimotertio, Supina tabula ſcheda adlinitur longitudine papyri. vbi phi-
Scapus. lyraceam intelligit paginam. Scapus Rhiſma hodie vulgo dicitur. Plinius ibidem, Nunquàm plures ſcapo quàm vicenæ. Aliud longe diuerſum ſignificat Scapus apud Vitruuium: & Scapi cardinales apud eundem libro ſecũdo. Gloria flagrauit ſed vera Cicero. Quin & de Gloria ſcripſit. Franciſcus Petrarcha in libro Afri-
Libri Ciceronis de gloria. ca, inquit ſe reperiſſe duos Ciceronis libros de Gloria, quo ſe diuitem & beatum putauit.

tuos, vt ſcheda nequa depeat: nã & Grecis his libris, quos ſuſpicor, & Latinis, quos ſcio illũ reliquiſſe, mihi vehementer opus eſt. Ego autẽ quotidie magis, q̃d mihi de foreſi labore tẽporis datur, in his ſtudiis conquieſco. Per mihi, per inquã gratũ feceris, ſi in hoc tã diligẽs fueris q̃ ſoles in his rebus, quas me valde velle arbitraris: ipſiusq; Peti tibi negocia commendo: de quibus tibi ille aget maximas gratias: &, vt iã inuiſas nos, non ſolum rogo, ſed etiam ſuadeo. Vale.

Argumentum. XVII.

# M. T. CICERONIS

## Epiſtolarum ad Titum Pomponium Atticum. LIBER SECVNDVS.

PIVS. CALENDIS Iun. Dum Antium Cicero petit cum muſis in gratiam rediturus, ſtator Attici venit cum Commentario rerum geſtarum a M. Tullio in Conſulatu, græce quoque auctore Pomponio ſcripto. Lætatur Cicero ſe ante de iiſdẽ rebus grece quoq; ſcripſiſſe, ne imitator videretur, ſed auctor. Interponit iudicium ſuum de ſcriptis Attici horridulis, cum Ciceronis ſtylus vngenta ac exornationes Iſocratis redoleret. Mittit orationes quę ſupra ſenſum fori ſurgunt, ac Conſulare quid ſpirant exemplo Demoſthenis. Ad Clodij furorem compeſcendam dicit ſe Atticum accerſiturũ ſi erit opus. Metellum laudat. Agone altercationis ſe fregiſſe Clodium iactat. Seditioſam Clodiam inſectatur. Excuſat familiaritatem Pompeij, Catonis rigorem improbat, qui dicit tanquàm in Platonis Republica ſententiam, non tanquàm in fece Romuli. De Sicyoniis aliqua.

### M. T. CICERO T. P. ATTICO S. D.

CALENDIS Iun. eunti mihi Antiũ, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenti, venit obuiam tuus puer: is mihi literas abs te, & Commentarium Conſulatus mei græce ſcriptũ reddidit, in quo lætatus ſum me aliquanto ante de iiſdem rebus græce item ſcriptum librum L. Coſſinio ad te perferendum dediſſe. Nam ſi ego tuũ ante legiſſem, furatũ me abs te eſſe diceres: q̃q̃ illa tua (legi enim libenter) horridula mihi atq; incõpta viſa ſunt: ſed tamen erant ornata hoc ipſo, q

Antium. ANTIVM) Antia, id eſt ἄντζα, vt inquit Stephanus, ciuitas Italiæ colonia
Romus. Romanorum, vocata a Circes filio. Vlyxis autem & Circes filij tres, Romus, Antia, Ardea: ciues An-
Antia. tiates, vt Ardeates. Eſt & Antium neutro genere ciuitas poſt Laurentum Italiæ. Gentile Antieus, id
Ardea. eſt, ἀντιεὺς, vt σῳνιεὺς. Fortuna colebatur Antij. Horatius, O diua gratum quæ regis Antium. Tranquillus in Caligula, Monuerunt fortunæ Antiatinæ vt a Caſſio caueret. Antium nunc dicitur Neptumnus. Viuunt piſcatu populi Antiates, venatu, & aucupio: ſalubritas, amœnitaſq;, & ſeceſſus pon-
Puer. tificum. Puer) Stator, ſeruus himerodromos. Ante de iiſdem.) Subintellige rebus ſcripſiſſe. Sunt qui ſcribant, Anteiſſe de meis, hoc eſt te ſuperaſſe, vel præueniſſe, ſcribendo de meo Conſulatu. non probo nec improbo. Item.) Lætatus ſum. Ded'ſſe me) Cauſa ſtatim ſubditur cur lætetur. Horridula.) Auſtera non ceruſſata more Catonis, Fabij ac priſcorum annalium. Ouidius, Perlegat annales, nihil eſt hirſutius illis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ornamenta neglexerant, & vt mulieres ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. Meus autem liber totum Iſocratis μυροθήκιον, atq; omnis eius diſcipulorũ arculas, ac nonnihil etiam Ariſtotelica pigmenta conſumpſit: quem tu Corcyrę, vt mihi aliis literis ſignificas, ſtrictim attigiſti. Poſt autẽ, vt arbitror, a Coſſinio accepiſti: quem tibi ego non eſſem auſus mittere, niſi eum lente ac faſtidioſe probauiſſem. q̃q̃ ad me reſcripſerit iã Rhodo Poſidonius, ſe noſtrũ illud ὑπόμνημα, cũ legeret, quod ego ad eum, vt ornatius de iiſdem rebus ſcriberet, miſerã, nõ modo non excitatũ ad ſcribendũ, ſed etiã plane perterritum, Quid quæris?

Ornamenta neglexerant) Vt Commentarij Cæſaris: de quibus Cicero in Bruto, Commentarios ſcripſit valde quidem probãdos. nudi ſunt, recti, & venuſti: omni ornatu orationis tanq̃ veſte detracta. ſed dum voluit alios habere paratam, vnde ſumerent qui vellent ſcribere hiſtoriam, ineptis gratum fortaſſe fecit, qui illa volunt calamiſtris inurere: ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit. Mulieres bene olere) Ex Plauto in Moſtellaria, Ecaſtor mulier recte olet, vbi nihil olet. Nam iſtæ veteres quæ ſe vnguẽtis vnctitant, interpolles, vetulę, edentulę, quæ vitia corporis fuco occultant, vbi ſeſe ſudor cum vnguentis conſociauit, ilico itidem olent: quaſi cum vnã multa iura confundit cocus. Quid oleas neſcias: niſi id vnum male olere intelligas. Poſthume, inquit Martialis, non bene olet qui bene ſemper olet. Et, Sic puto poſſe meum, ſic bene olere canem. Cum ſit commiſtio rerum diuerſarum, vt pote aquę cum terra, proprie dicitur Cœnũ. Auctor Auguſtinus in libro qui de cognitione veræ vitæ inſcribitur. Scitum eſt illud eiuſdem de odoribus libro decimo Confeſſionum, De illecebra odorum non ſatago nimis: cum abſunt, non requiro: cum adſunt, non reſpuo: paratus etiam eis ſemper carere. qui etiam cochleari vtebatur argẽteo. Idem tamen melos omne cantilenarum ſuauium quibus Dauiticum Pſalterium frequentatur, ab auribus ſuis remoueri volebat atque ipſius eccleſiæ: tutiuſque ibidem ſibi videri prodit, quod de Alexandrino Epiſcopo Athanaſio ſibi ſ dictum commeminit, qui tam modico flexu vocis faciebat ſonare lectorem Pſalmi, vt pronuncianti vicinior eſſet quàm canenti. tantum diſſimilis cincinatis preſbytellis, perſonatiſque cucullatis, quibus etiam chalaræ ac Ionicæ cantilenæ lumbos quotidie ſcalpunt, ac onagrine, ſitim quærentes, clamitant. Iſocratis) In dicendo molliſſimi ac omneis veneres conſectati. μυροθήκιον.) Myrothecium, vas videlicet vnguentarium: hoc eſt dicendi flores odoratiſſimos, nitoreſque ac ſuadelam: quam bonus poeta Flexanimam vocat. Metaphora a ſenſu ad ſenſum, a naribus ad linguam. Odores dicendi ſunt amœnitates floſculorum, vt alibi cum Plinio Cæcilio Lecythos appellat. Arculas.) Alabaſtra vnguẽti plena. Martialis, Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique deorum. Ariſtotelica pigmenta.) Cicero Platonis dialogos ita ſcriptos aiebat, vt ſi Iuppiter loqui vellet, non aliter loqueretur. Ariſtotelem flumen aureum vocitabat. Theopſtraſti libros ſuas delitias eſſe dicebat. Sunt qui contendant libros Rhetoricos vel potius Rhetoricorum librorum colores hic intelligi, quibus liber Ciceronis ornatus in aciem prodierat. Pigmenta vocat exornationes. Corcyræ.) Κέρκυρα auctore Suida inſula, Pheacia prius dicta, & regio Pheacum: de qua & Arete Regina, ac Alcinoo Rege plurima Rhodius Apollonius in quarto Argonauticon: & nos librum illum interpretantes, ac latinitate verſibus donantes heroicis. Strictim.) Celeriter, breuiter, curſim vt aiunt. Cicero primo de Oratore, Quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus. Idem in Oratione pro Cælio, Titubanter & ſtrictim ait. Coſſinio.) Nomen ſortita familia a Coſſis vermibus rugoſis, a quibus Coſſi, Coſſutij, Coſſinij. Hos vermes Coſſos apud Aſiaticos eſſe in ganeato cibatu, Hieronymus prodit, & appellari Xylophagia. De quibus ſic Auguſtinus libro ſexto contra Manicheum, Vermes nonnullos vulgo edunt quædam Venetiæ regiones ex arboribus. In Ibernia prodeunt ex arboribus ac in aues transfigurantur, in cibatu frequentes: Seſquiuoli latine dicuntur: de quibus hæc Auguſtinus in libro de Mirabilibus ſacræ ſcripturæ, Quis enim verbi gratia lupos, ceruos, & ſyluaticos porcos, & vulpes, taxones & lepuſculos, & ſequiuolos in Iberniam deueheret. Poſſidonius.) Ποσειδώνιος Apamenſis ex Syria, vel, vt alij, Rhodius, Philoſophus Stoicus: qui appellatus eſt Athletes. Scholam habuit Rhodi: diſcipulus Panætij fuit. venit Romam tempore M. Marcelli, ſcripſit multa. Alter Poſidonius Alexandrinus Philoſophus Stoicus diſcipulus Zenonis Cityenſis. Scripſit hiſtoriam poſt Polybium, tempore Ptolemæi Cyrenaici. Scripſit & Hypotheſes in Demoſthenem. Poſidonius alius Olbiopolites Sophiſta & Hiſtoricus, Tyricæ ſic vocatę regionis. Scripſit hiſtorias Atticas & Libycas, & alia multa: de hoc puto nunc Ciceronem intelligere. ὑπόμνημα) Hypomnema. Commentarium videlicet, ita dicitur liber ſtrictim, breuiter, ac capitulatim res arctans & continens, quę hodie vocantur commentationes, a Cicerone dicuntur explanationes. Ornatius.) Inſtructius.

Perterritum.) A ſcribendo deterritum. Aduerte græculam aſſentationem, tanq̃ M. Tullius in Gręcis eſſet ore pleniore, rotundioreq; q̃ Gręci, & ſimul recogita Ciceronis in ſuo nomine illuſtrando laſciuiam, nedum lętitiam: in qua re, vt ſcribit Plutarchus, immoderatus fuit.

Cõmentarij Cęſaris.
Cœnum. Odores.
Pſalterium non probat Auguſtinus. Athanaſius.
Myrotheciũ.
Arculę. Ariſtotelis eloquentia.
Cercyra. Aretæ.
Strictim.
Coſſi.
Seſquiuoli. Ibernię. Poſidonius.
Hypõnema. Explanationes.
Ciceronis de ſe iactantia.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Conturbare.

Conturbaui) A ſcribēdo repuli ac refrigeraui,quę alias ſolet eſſe prõptior. vel conturbarē. i. decoquerē feci. Polliciti ſunt quę pręſtare nõ potuerũt, vt decoctores. Eſt eñ aliquando conturbare & turbare apud iuriſperitos idem quod decoquere, vt adſtipulatur Valerius Martialis,

Conturbabit Atlas,& non erit vncia tota, Decidat tecum qua pater ipſe deum.

Sic Maronis illud intelligēdũ, Et ſeptē gemini turbãt trepida oſtia Nili. Vulgo) Paſſim. Inſtabant) Hiſtoriã noſtrã poſteritati cõmēdare. Darē) Conſulatus mei geſta. Liber) Cõmētariolus meus. Noſtris rebus) Laudibus & præconiis. Lucis) Splēdoris, famę. Studiis) Vt ſtudio ac adoleſcētię ſeruiãt, vt ſunt rhetorici ac oratorii libri. Excitati) Laceſſiti. Cõmodũ) bonũ. zeugma ab inferiori. Aſſume verbũ inferius poſitũ curare. Ordo) Fuit cõmodũ mihi curare vt meæ quoq; oratiões eſſēt. Sēſus eſt, orõnes noſtræ quas humilitatis vt aiũt aucupio vocat oratiũculas, ſunt Conſulares in genere demõſtratiuo & deliberatiuo, nõ tñ iudiciali poſitę Demoſthenis exēplo. Philippicę) Demoſthenicę cõtra Philippũ Regem Macedonũ cũ Æſchines Philippizaret. Enituerit) Heroico nitore aſſurrexerit: ſupra crepidã forenſem, ad cothurnũ trãſierit. Tuus ciuis) Supra attigimus quare Tit⁹ Põponius dict⁹ ſit Atticus. Refractoriolo) Refactiore ac humiliore ſtylo, nõ elato, non cothurnato, ſubſecũdario, ſupiniore, demiſſiore. Refractoriolo) Refractoriolũ a refringendo vocat. Refractũ eſt, quod ſemper humi repit, non aſſurgit, quod vitiũ cõtrariũ cacozelię chamezelia vocat. Abiũxerat) Scribatur abiũxerit, id eſt ſemouerit, auerterit.

Philippicæ.

Refractoriolum.

Chamezelia.

cõturbaui Græcã nationem: ita vulgo qui inſtabãt, vt darē ſibi quod ornarēt, iã exhibere mihi moleſtiã deſtiterunt. Tu, ſi tibi placuerit liber, curabis, vt & Athenis ſit, & in cæteris oppidis Græciæ: videtur enĩ poſſe aliquid noſtris rebus lucis afferre. Oratiunculas autē & quas poſtulas, & plures etiã mittã: quoniam quidem ea, quę nos ſcribimus aduleſcētulorum ſtudiis excitati, te etiam delectant. Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quę Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demoſthenes, & quòd ſe ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, vt σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος videretur curare, vt meæ quoq; eſſent orationes, quæ Conſulares nominarentur: quarum vna eſt in Senatu Calend. Ian. Altera ad populum de lege Agraria. Tertia de Othone. Quarta pro Rabirio. Quinta de proſcriptorum filiis. Sexta, cum Prouinciam depoſui in cõcione. Septima, qua Catilinam emiſi. Octaua, quam habui ad populum poſtridie, q̄ Catilina profugerat. Nona in concione quo die Allobroges inuocarunt. Decima, in Senatu Nonis Decembris. Sunt præterea duæ breues, quaſi ἀποσπασμάτια, legis Agrariæ. Hoc totum σῶμα, curabo vt habeas. & quoniam te, cum ſcripta, tum res meæ delectant, iiſdem

Semnoteros. Politicoteros

Σεμνότερος) Semnoteros & politicoteros, hoc eſt grauior quis & ciuilior. Eſſent orationes) Demoſthenicis ſimiles. Conſulares) Graues, quę ſcriptę viderentur a Cicerone viro Conſulari vel Conſule.

Roſcius Otho.

Vna in Senatu) Quãdo pręhenſabat. Hęc eſt oratio Ciceronis in toga candida, quę non extat: cuius teſtimonium crebro Pedianus aduocat. Othone) Roſcius Otho Trib. pl. legē tulit ne quis intra. xiiii. Theatri gradũ ſederet: niſi cuius auo patriq; ingenuo quadringēta. M. ſeſtertia fuiſſent. de quo Horatius in Epodo, Othone cõtēpto ſedet. Et Roſcia dic ſodes melior lex an puerorũ Nęnia. Alter Satyric⁹, Sic placitum vano qui nos diſtinxit Othoni. Plinius in. vii. de hac oratiõe meminit his verbis, Te ſuadēte Roſcio Theatralis ſeditionis auctori leges ignouerũt, notataſq; ſedes ignominię diſcrimine æquo animo tulerunt. Meminit & Macrobius. Pedianus in oratione ꝓ Corn. Balbo. Tacitus lib. xv. Eodē ãno Cęſar Equitũ Romanorũ locos ſedibus plebis antepoſuit apud Circũ. nãq; ad eã diē indiſcreti aſpiciebãt, quia lex Roſcia nihil niſi de quatuordecim ordinibus ſanxit. Pro Rabirio) Extat. Proſcriptorum filiis) Non extat. De hac tamen Plinius eodem libro ſeptimo, Te orante proſcriptorũ liberos honores petere puduit. Hi fuerunt Marianę factionis homines. De quibus Quintilianus libro. 11 Prouinciam) An Ciliciēſem? Tēpora nõ cõgruunt, an aliã poſt Conſulatũ ſortito obtingentē iuxta Cõſularem ritũ, ambigitur. Conſularem prouinciã repudiaſſe, teſtatur ipſe in orationibus, quia tēpora ita ferebant corã populo & inuito. In concione) In populi cõſpectu. Septima) In hoc ordine ſcriptionis per amanuēſem meũ. In ordine recto orationũ, ſecunda eſt inter Catilinianas. Sic incipit, Tandē aliquãdo Quirites, Catilinã furentē audacia, ſcelus anhelantē, peſtē patrię nefarie molientē, vobis atq; huic vrbi vel eiecimus vel emiſimus. De qua Plinius ſic, Tuũ Catilina fugit ingeniũ. Aliqui ad octauã ſequentē hæc ſuperiora referũt. Inuocarũt) Patronũ, ſpreto Sãga. Decima) In hoc amanuēſis ordine. Quarta in ordine vulgari de puniēdis Catilinianis. Ἀποσπασμάτια) Portiũculę, appēdiculę. Σῶμα) Hoc eſt corp⁹

Apoſpaſmatia.

Soma.

ſumma. At ni)Reſpõdet tacitę obiectioni. Potuiſſet dicere Atticus, Cur mittis librorũ cõgeriẽ & ſarcinã: qm̃ vltro popoſciſti: niſi rogaſſes, ego me nõ offerebã: qm̃ vltroneas aiũt putere merces. Accerſam) Romã vocẽ. Ociũ eſt) nobis & tranquillitas, & opera tua nũc nõ egemus. Furor Pulchelli) Exprobrat Clodio libertinã originẽ. Familia Claudiorũ duplex, patritia videlicet ac plebeia. Pulchri fuere plebei. Cicero libro primo de Oratore, Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patritios Centumuiri iudicarunt, cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe, Claudij eiuſdem hominis hęreditatem gente ad ſe dicerẽt redijſſe, nõne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicẽdũ? Metellus) Celer, Cõſul egregius, fautor Ciceronis, q̃uis ſororẽ Clodij vxorẽ haberet. φιλόπατρις) Amicus patrię. Ille) Clodius. Quare) De Clodij Tribunatu. Fregi) Cõfutaui. Dictitaſſet) Priſci codices habẽt detrectaſſet. i. recuſaſſet. Sed qm̃ poteſt qs Ædilitatem Siciliẽſem detrectare, & Tribunatũ Romę petere, poteſt defendi dictitaſſet pro egiſſet Ædilem, tanq̃ hoc innuat: patritius patritiatum profeſſus eſt, & modo vult repente plebeius eſſe magiſtratus. Fuiſſe Clodium Ædilem in Sicilia oſtendit M. Tullius infra, Iã cũ ſe ille ſeptimo die veniſſe a freto &c. Primo ex plebe creati ſũt duo Ædiles, mox duo patritij adiũcti ſũt. Clodius quoq; Ædilis in Sicilia fuerat q̃uis patritius, nec obſtat quod pulchellum, id eſt plebeiũ ſupra dixit. Eodẽ eñ fonte deriuabantur ij riui, & eſt alluſio a forma ad agnationẽ alterã. Ludos publicos exhibebant Ædiles, ſacras ędes procurabant, machinas vrbis regebãt, vt cloacas publicas & id gen⁹ reliqua. Succurrebãt ementibus ſi dolo malo emiſſent. vnde ad Ædilitium edictum Titulus Iuriſperitorũ famigeratus. Erant & Ædiles Agoranomi ab Apuleio & iuriſperitis vocati, qui forum procurabant ne annona flagellaretur: vnde Cereales perpetuo epitheto vocitati, a Cæſare creati. Monſtra deportabãt, iuxta illud Epigrammatici poetæ, Audiat Ædilis ne te videatq; caueto, Portentũ eſt quoties cœpit imago loqui. Dignitas Aedilitas & Aedilatus. Apđ Ciceronem in hoc loco dictare eſt pro imperio Ædilitio imperare, ius dicere, vt dicere leges eſt victis imperare iure eo quo ſuperior vtitur in inferiorem. Liuius, Quoniam perinde ac victo leges dicerentur. Dicere legem, imponere, pręſcribere metã viuendi. Horatius, Prudẽs emiſti vitioſam: dicta tibi eſt lex.

Pulchellus.

Philopatris.

Aediles.

Agoranomi.

Ædiles cereales.

Aedilatus.

Dicere legẽ.

ex libris perſpicies, & quæ geſſerim, & quæ dixerim: at ni popoſciſſes, ego me tibi non offerebam. Quod quęris, quid ſit, quo te accerſam, ac ſimul impeditum te negociis eſſe ſignificas, neq; recuſas, quin nõ modo ſi opus ſit, ſed etiam ſi velim, accurras, nihil ſane eſt neceſſe: veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius poſſe diſtribuere. Nimis abes diu, præſertim cum ſis in propinquis locis: neq; nos te fruimur, & tu nobis cares. Ac nunc quidem ocium eſt. Sed ſi paulo plus furor Pulchelli progredi poſſet, valde te ego iſtinc excitarem. verũ præclare Metellus impedit, & impediet. Quid quæris, eſt COS. φιλόπατρις, & (vt ſemper iudicaui) natura bonus. Ille autem non ſimulat, ſed plane Trib. pl. fieri cupit. Qua de re, cum in Senatu ageretur, fregi hominem, & inconſtantiã reprehendi, qui Romę Trib. pl. peteret, cũ in Sicilia Aedilitatẽ ſępe dictitaſſet. Sed neq; magno pere dixi eſſe nobis laborandum, quod nihilo magis ei liciturum eſſet plebeio Remp. perdere, q̃ ſimilibus eius me Cos. patriciis eſſet licitũ. Iam cum ſe ille ſeptimo die veniſſe a freto, neq; ſibi obuiam quenq̃ prodire potuiſſe, & noctu ſe introiſſe dixiſſet: in eoq; ſe in cõcione iactaſſet, nihil ei noui accidiſſe. Ex Sicilia ſeptimo die Romam, tribus horis Roma Interamnam noctu introiſſe. Item ante non eſſe itũ obuiã, ne tum

Dixiſſe) Scribendum. Dixi eſſe. Plebeio) Tibuno plebis. Ille) Clodius. Freto) Mari ferueſcenti inter Rhegium Calabriæ, & Meſſanam Siciliæ in finibus Italię. Oſtendunt hęc verba Clodium Ædilem in Sicilia fuiſſe frumenti procuratorem. Prodire) Occurrere, quoniam aſfuit inſperatus ac nũcios aduentus ſui pręuenit. In eo) Celeritate illa. Noui accidiſſe) Deeſt verbum dixi. Sic, Nihil ei noui dixi accidiſſe. Nihil noui accidit Clodio volare ſolito, vt qui Roma Interamnã trib. horis nocte intrauerit. Hiſtoria hęc eſt, Accuſabatur Clodius pollutarum Bonę Deæ cerimoniarum: negabat ſe fuiſſe Romę nocte ea ſolẽni ſacri popularis: productus eſt Cicero teſtis qui iurauit ea die Clodiũ ad ſe itaſſe: nõ negauit Clodius. Qui enim poterat? ſed nocte qua deprehenſus erat in cerimonijs Bonę Deæ, dixit ſe Interamnam euolaſſe. Interamnam) Ciuitas Vmbrię ita & hodie dicta, prata habet adeo irrigua vt quater anno ſecentur. Interamnium quoq; dicitur vt in antiquiſſimo marmore ibidẽ viſitatur. Ciues dicti Interãnates. Sũt q a Priſciano mediamnã vocari vt pro aris fociſq; cõtẽdũt. Plinio Interãnę duę inter Pręcutinos. A Liuio quoq; vna dicit Interãnis, lib. 9. i Latinis. Hic de Vmbra intelligi cõſtat. Idẽ ante.) Scribatur, itẽ. Itũ obuiã) Ludit in verbo polyſemo, ire obuiam, quod ſignificat animaduertere ac inu-

Fretum.

Interamna.

Mediamna.

Interamnis.

Obuiam ire.

quidē,cum īri maxime debuit. Quid queris? hominē petulantem modeſtū reddo:non ſolū perpetua grauitate orationis,ſed etiā hoc genere dictorū. Itaq; iā familiariter cū ipſo cauillor etiā ac iocor. Quin etiā cū cādidatū deducerē,is querit ex me, nū cōſueuiſſē Siculis locū gladiatoribus dare:negaui. At ego,inquit, nouos patronos inſtituā:ſed ſoror, que tantū habeat cōſularis loci,vnū mihi ſolū pedē dat. Noli inquā de vno pede ſororis queri: licet etiam alterum tollas. Non conſulare inquies dictum. fateor, ſed ego odi illam male conſularem. ea eſt enim ſeditioſa : ea cum viro bellum gerit:neq; ſolum cum Metello,ſed etiam cum Fabio, quod eos mihi eſſe amicos moleſte fert. Quod de Agraria lege quæris : ſane iam videtur refrixiſſe. Q; me quodāmodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita exiſtimes,me mei præſidii cauſa cum illo coniunctum eſſe: ſed ita res erat inſtituta, vt ſi inter nos eſſet forte aliqua diſſenſio,maximas in Repub. diſcordias verſari eſſet neceſſe. quod a me ita præcautū , atq; ita prouiſum eſt, non vt ego de optima illa mea ratione decederem, ſed vt ille eſſet melior , & aliquid de populari leuitate deponeret. quem de meis rebus, in quas eum multi incitarant,multo ſcito glorioſius quàm de ſuis præ-

xiam arcere,& obuiā prodire.obuiā itū hic ſignificat animaduerſum in eū pœna capitali:preſertim cum myſteria Bone dee violaſſet. Iri)Occurri facinoribus eius pœna capitali. Dictorū)Mordaciū & acutorū dicteriorū. Cauillor)Mordeo. Cādidatū)Petitorē magiſtratus neſcio quē. Deducerē)Comitarer e foro domum, & domo in forum : quod exemplis ſequentibus recte conſtabit. Ouidius de Ponto, At cū Tarpeias eſſes deductus in arces. Horatius, Deducā:nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus.

Deducere. Albius Romanus olor, Deducat iuuenū ſedula turba ſenē. Liuius, Frequentes domū deduxerunt. Deduco eſt proſequor,inquit Seruius. Q. Frater in epiſtola de petitione Conſulatus, deductores vocat huiuſmodi comites q deducūt honoris gratia. Eius verba ſunt hec, Iam deductorū officiū,quod maius eſt q̄ ſalutatorū:hoc gratiꝰ tibi eſſe ſignificato atq; oſtēdito. magnā affert opinionē, magnā dignitatē, quotidiana in deducēdo frequētia. Enumerat eñ in epiſtola Cicero tria hominū genera, ſalutatorū, deductorū,& aſſectatorū.

Reducere domū. Dicimus ꝓprie reducere domū. Cicero ad Q. Fratrem lib.2. Craſſum domū reduxi. Locū) In aduocatione & patrocinio. Partē) Nā Siculorū patronꝰ erat. Nouos patronos) Nouos Siculorū defenſores.

Inſtituā) Inſtituā dixi:Si tñ per Metellū ſororis maritum licuerit,q plus tibi q̄ mihi fauet. Et ſoror non iuuat me apud virū ſuū vt par eſſet. Loci) Opportunitatis. Vnū pedē dat)Mediocrē fauorē ꝓſtat, nō omnino fauet a viri grauitate deterrita. Cōtrariū eſt illi, Omni pede niti : quod eſt vniuerſo fauore & viribus. Nauticū quiddā aiunt huic ſimile, Vna oēs fecere pedē, qđ nō placet.

Tollere pedē & dare. De vno pede) Ablato,negato:qm̄ dixerat,vnū mihi ſolū pedē dat. Licet etiā alterū tollas)Genꝰ coeūdi:de quo Martialis,

Protinus accedunt medici,mediceq; recedunt, Tolluntur q; pedes:O medicina grauis.

Ouidius in calce tertij de arte amandi,

Milanion humeris Atalantæ crura ferebat, Si bona ſunt,hoc ſunt aſpicienda modo.

Clodij inceſtꝰ. Hoc dictum eſt a M. Tullio ſignificante a Clodio ſororem ſtupratam, id quod alibi idem Cicero in quadam epiſtola ad Lentulum innuit. Qui non pluris fecerat Bonā Deā q̄ treis ſorores. Huic hiſtoriæ Ciceronis ſuccinunt hæc Plutarchi verba in eiuſdem vita. Tris ſorores habuit Clodius,quas omneis cō ſtuprauit:quarum iunior nomine Clodia nupſit Lucullo: altera Terentia nomine fuit vxor Martij

Clodia quadrans. Regis : tertia nupſit Metello Celeri, Quadrans cognominata,ex eo quod quidam adoleſcens qui eam amabat pro argenteis nummis quadrantes æreos immiſit in loculū puelle: que cum quadrantibus pro precio concubitus illuſa fuiſſet, Quadrantis meruit cognomen. Quare idē Cicero in Oratione pro Cælio ſic ſe in Clodiam intulit, Intercedunt mihi inimicitie cum iſtius mulieris viro, fratre dicere volui, ſemper hic erro. Infra ibidem, Frater tuus qui te amat plurimū,qui propter nocturnos quoſdā inanes metus, ſemper puſio cū maiore ſorore cubitauit. Illā)Quadrantē Clodiā. Male Cōſularē)Vxorē quidem boni Cōſulis,ſed ipſam malā & ſeditioſam:vt quæ abutebatur fauore ac dignitate mariti, fumūq;

Molli brachio. vendebat. Molli brachio)Cum tacite innuimus leui articulo attingere,vt Quintilianus ait,non diligentem operam præſtare,molli brachio id facere dicimus. Idem.4.ad Atticum, Conſules qui illud leui

Toto pectore & omni pede. brachio egiſſent,rem ad Senatum detulerunt. Contrarium eſt omni pede,& toto pectore. Cicero Epiſtolarum familiariū libro.13. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. Greci dicunt παντὶ σθένει, καὶ παντὶ θυμῷ. ſignificat hic molli brachio,leui articulo,perfunctorie. Ita res erat)Vitæ meæ curſus. De optima illa) Circa Rempub. tuendam. Ratione ) Inſtituto viuendi. Ille ) Pompeius.

dicare. Sibi enim bene geſtæ, mihi conſeruatę Reip. dat teſtimonium. Hoc facere illum mihi quàm proſit, neſcio, Reip. certe prodeſt. Quid ſi etiam Cæſarem, cuius nunc venti valde ſunt ſecundi, reddo meliorem? num tãtum obſum Reip. quin etiam, ſi mihi nemo inuideret: ſi omnes, vt erat æquum, fauerent, tamen non minus eſſet probanda medicina, quę ſanaret vitioſas partes Reipub. q̃ quę exſecaret. Nũc vero cum equitatus ille, quem ego in cliuo Capitolino te ſignifero ac principe collocaram, Senatum deſeruerit, noſtri autem Principes digito ſe cælum putent attingere, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedãt, alii autẽ negligant, nonne tibi ſatis prodeſſe videor, ſi perficio, vt nolint obeſſe, qui poſſunt? Nam Catonem noſtrum non tu amas plus, q̃ ego: ſed tamen ille animo optimo vtens, & ſumma fide, nocet interdum Reipub. Dicit enim tanquàm in Platonis πολιτέᾳ

Bene geſtę) Belli.ſ.contra Mithridatem. Dat teſtimonium.) Teſtatur, approbat. Hoc faciendo) d. i. hoc facit. Venti ſecundi) Fortuna honori Cæſariano velificat. Exſecaret) Quæ vteretur chirurgia, tangit Catonem, qui nimis pręfracte vectigalia defendebat. Equitatus) Ordo Equeſter. Te ſignifero) Te duce. Fuerat enim Atticus omnium honorum Ciceronis dux & particeps, & erat Eques. In Cliuo) In oratione p Seſtio, Quũ do in Capitolio gratias egi ſopita cõiuratione Catiliniana. In æde Cõcordię, auctore Plutarcho, Senatum habuit Cic. Collocaram) Senatui coniunxeram. Noſtri principes) Lucullus, Hortẽſius Philippus pręcipue. Plinius lib. nono Nat. hiſt Licini⁹ Murena reliquorum piſcium viuaria inuenit: cuius deinde exẽplum nobilitas ſecuta eſt, Philippus, Hortenſius, Lucullus exciſo etiam monte iuxta Neapolim maiore impendio q̃ villam ædificauerat. Qua de cauſa Magnus Pompeius Xerxem togatum eum appellat. Digito) Id eſt euehi ſupra mortalium conditionem ac dijs eſſe proximos. Dicitur & in cęlo eſſe. Cicero alibi, Noſtri enim tyrannoctoni in cælo ſunt. Huc trahatur id Horatianum, Dijs miſcent ſuperis: hoc eſt celebres ac nominis diuini reddunt. Cum audio has Ciceronis in Romanos ingratos querelas, ſubit id Bernardi libro quarto de conſideratione, Romani ante omnia ſapientes ſunt vt faciant mala, bonum autem facere neſciunt: hi inuiſi terrę & cęlo vtriq; iniecere manus. Impij in deum, temerarij in ſancta, ſeditioſi inuicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos: quos neminem amantes amat nemo, & cum timeri affectant ab omnibus omnes timeant neceſſe eſt. Ii ſunt qui ſubeſſe non ſuſtinẽt, peſſe nõ norũt: ſuperioribus infideles, inferioribus importabiles. Ii inuerecundi ad petendũ, ad negandũ frõtoſi. i. importuni vt accipiãt, quieti donec accipiãt, ingrati vbi acceperint. Docuerũt linguã ſuã grãdia loqui cũ operent exigua. Largiſſimi promiſſores, & parciſſimi exhibitores: blandiſſimi adulatores, & mordaciſſimi detractores: ſimpliciſſimi diſſimulatores, & maligniſſimi pditores. hęc ille. Nũc tñ mutatis moribus pij ſunt, & primũ eccleſię ac fidei gremiũ aperuerũt, mihi in primis q princeps & academiæ Romanę moderator fui, benigniſſimi. Mulli barbati) Plin. lib. 9. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima eſt copia mullis, ſicut magnitudo modica, binaſq; libras põderis raro admodũ exuperant, nec in viuarijs piſciniſq; creſcunt. Septẽtrionalis tñ hos & proxima occidẽtis parte gignit oceanus. Cętera eorũ genera plura. Nã & alga veſcũtur & oſtreis & limo, & aliorũ piſciũ carne, & barba gemina inſigniũtur inferiori labro. Alutariũ ex his viliſſimi generis appellat. Nomẽ his Feneſtella a colore mulleorũ calciamentorum datũ putat. Mullũ expirantẽ verſicolori quadã & numeroſa varietate ſpectari proceres gulę narrant: rubentiũ ſquãmarũ multiplici mutatione palleſcentẽ, vtiq; ſi vitro ſpectetur incluſus. Piſcinis) Viuarijs. Nã Auguſtino teſte in piſcinis quãdoq; nõ ſunt piſces: at pro lauacris, quę Gręci lutra vocãt, capiũtur. Verum dictionis proprietatẽ Cicero reſpexit. Auguſtinus libro. 3. de doctrina chriſt. Quis non dicit, piſcinam etiam quę non habet piſces? nec facta eſt propter piſces, & tamen a piſcibus nomen accepit. Qui tropus catachreſis dicitur. Ad manum accedant) Plinius lib. 9. Apud Baulos in parte Baiana piſcinam habuit Hortenſius orator: in qua murenam adeo dilexit vt exanimatam fleſſe credatur. In eadem villa Antonia Druſi murenæ quam diligebat, inaures addidit. Martialis libro primo,

Baiano procul a lacu monemus
Piſcator fuge: ne nocens recedas.
Sacris piſcibus hę natantur vndę,
Qui norunt dominum, manumq; lambunt.
Illam, qua nihil eſt in orbe maius.
Quid quod nomen habent? & ad magiſtri
Vocem quiſq; ſui venit citatus.

Macrobius, Piſcinas autem q̃ refertas habuerunt precioſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi principes Lucullus, Philippus & Hortẽſius: quos Cicero piſcinarios appellat. Alij) Optimates. Negligant) Deſeruerint prorſus Rempub. Nolint) Pompeius & Cæſar. πολιτεία) Republica. Hunc Ciceronis ex iſta epiſtola locũ Plutarchus in Phocione admiratus, cenſet operępreciũ eſſe in ciuitatibus & populis gubernãdis ſolẽ ipſum imitari ſapientiſſimũ rerũ parentẽ & ſeruatorẽ. Hunc mathematici phibent ſupremi orbis vi ac impetu raptum obſequi, nõ nihil tñ cõtra tẽdere vtiq;. Sed ea modeſtia & arte

In cęlo eſſe.
Bernard. de Roma.
Mulli barbati.
Piſcinę.
Piſcinarij.
Politia.
Sol imitãdus

non tanq̃ in Romuli fece ſententiam. Quid verius q̃ in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? Cenſuit hoc Cato, aſſenſit Senatus. Equiti. Curiæ bellum, non mihi, nam ego diſſenſi. Quid impudentius Publicanis renunciantibus? Fuit tamen retinendi ordinis cauſa facienda: iactura reſtitit, & peruicit Cato. Itaq; nunc Conſule in carcere incluſo, ſæpe item ſeditione commota, aſpirauit nemo eorum, quorum ego concurſu, itemque COSS. qui poſt me fuerunt, Rempub. defendere ſolebant. Quid ergo iſtos inquies mercede conductos habebimus? Quid faciemus ſi aliter non poſſumus? an libertinis, atq; etiam ſeruis ſeruiamus? ſed vt tu ais ἅλις σπουδῆς. Fauonius meam tribum tulit honeſtius, quàm ſuam. Luceii perdidit: accuſauit Naſicam inhoneſte:

vt illi nec omnino obſequi: nec obſiſtere contumaciter videatur. Nam cum intelligeret hinc ſuperioribus cæli viribus parendum eſſe: illinc rerum naturam ſine altero contrario motu haud poſſe conſiſtere, cepiſſe illum aiunt iter ex tranſuerſo oblique molliterq; deflexum. Eaq; eatione nouum quoddam motuum ac temperamēti genus excogitaſſe, quo vno rerum ortui ac ſaluti perq̃ tute conſuleret. Sic itaq; in ciuitatibus dura nimium & populari voluntati ſemper aduerſa ſeueritas: contraq; item blanda, & ad vulgi tm̃ libidinem accommodata facilitas, pari ciuitates labe ac periculo affecere. Qui vero in adminiſtrandis rebus ita verſantur, vt ad ſalutem publicunque commodum velut ad metā aliquam conſilia ſua dirigāt: nōnihilq; interdum ciuium gratiæ & voluptati conceſſerint: nec ſingula velut ad filium redacta velint: ſeueritate potius & vi q̃ manſuetudine & humanitate conficere: hi mihi plane videntur ſapientiſſime ſeruandarum rerum viam incedere. Quenq̃ exiſtimo haud parui eſſe negocij ſeueritatem poſſe cum comitate retinere. Quod qui nactus eſt, rem profecto eſt aſſecut⁹, qua nulla eſt neq; harmonia concinnior, neq; concinnitas ſuauior, neq; ſuauitas gratior aut vtilior. Ea eſt qua mundi molem hāc deus gubernare dicitur non tam vi fretus aut potentia q̃ arte & ratione neceſſitatem parendi demulcens. Hoc iuniori Catoni defuiſſe proditum eſt: homini ſeueriori ingenio prędito, & moribus ad popularem gratiam minime accōmodatis: cuius id fuerit ſemp in Rep. inſtitutū, vt nihil vnq̃ aut aſſentādo aut obſequendo in omni vita confecerit. Ea propter Ciceronē dicere ſolitum accepimus, Cōſulatu caruiſſe Catonem, cum in Romuli Repub. viueret, quemadmodum in Platonis politia viuendum. Mihi vero idem Catoni quod intempeſtiuis & extra naturæ legem naſcentibus pomis contigiſſe videtur, quę non tam libenter homines comedere, q̃ mirari & iocunde conſpicere ſolent. Sic priſca illa Catonis, iamq; obſoleta & alte nimium repetita viuendi forma inter perditos ſęculi ſui mores excellens, admirationem habuit illa quidem & gloriam ſingularem: fuctum vero & vtilitatem minime certe parem. Eius enim virtus celſa nimium eminensq;, haud vllo potuit pacto cum eiuſce tempeſtatis proſtratis moribus adæquari.

Seueritas cū comitate optima.

Cato ſeuerior

Cato intempeſtiuum pomum.

Fece. Repub. in peius prolapſa. Deſperatis non eſt adhibenda medicina. Quid verius?) Veriſſimum eſt quod referam fieri ac turpiſſimum: tamen vſuuenit. Ob rem iudicandam) Ob iudicium pollutarum cerimoniarū. Phraſis Tullio quotidiana.

Cenſuit) Vt iterum iudicarent iudices pollutiſſimi. Equiti curiæ) Bellum flagrat inter Equitem ac Senatum. Ego diſſenſi) Non ordinum diſcordiam probaui. Renunciantibus) Redemptioni, conductioni vt aiunt. Fuit facienda) Fieri debuit. Dicendum erat. Vicerit vtilitas. Catonem. M. Tullius accuſat quod neſcit ſe accōmodare temporibus. Iactura) Locationis vectigalium. Peruicit) Obtinuit Cato cōtra Publicanos. Cōſule) Bibulo qui ſe domi vt in carcere cōtinebat. Incluſo) Prohibito egredi pręſidium Reipub. Sed quoniam audio quendam literatorem negare Cōſules nunq̃ in carcerem fuiſſe coniectos, taciteq; Ciceronem mendacij arguere, accipe quæ idem M. Tullius libro tertio de Legibus ſcribit, Decium Brutum & P. Scipionem Conſules quos & quantos viros, homo omnium infimus & ſordidiſſimus Trib. pl. C. Curiatius in vincula coniecit, quod ante factum non erat, q̃uis Bibulum in carcerem coniectum Cicero non tradat, quod Therſithes iſte nō vidit, ſed domi ſe continere, nec prodire in curiam auſum. Aſpirauit) Senatui fauit, vel ad opem ferendam acceſſit. Eorum) Equitum. Fuerunt.) Conſules. Iſtos) Pompeium vel Equites Mercede) Iactura locationis. Quid faciemus?) Reſponſio Ciceronis. ἅλις σπουδῆς) Satis ſtudij. Prouerbium de his qui neglecto inſtituto viuendi vetere, ad ſeculi ſui mores ſe accommodant, quoties priſtinum ſtudium & exercitium non ſuccedit. Dicebatur & ἅλις δρυός, hoc eſt ſatis quercus, in eandē ſententiā, de his qui victu incōpoſito & inurbano, immo agreſti relicto ad lautiorem victū ſe transferūt. profectū hinc ꝙ agreſtes & ſyluicolę mortales illi priſci, glandibus victitabant: quibus relictis ad meliorem cibum ſe tranſtulerunt. Ouidius, Mutauit glandes vti liore cibo: tanq̃ ſatiati prouincia vetere & tędio affecti, ad alia & meliora tranſire velimus. Fauonius) Pſeudocato. Catonis imitator. Tribum tulit) Plura ſuffragia in mea tribu tulit candidatus q̃ in ſua. Significat hoc ordinum diſſociationem ac inuiſos eſſe optimates & Catonianos. Luceij perdidit) Tribū. i. tribus Lucceianę fauorē vniuerſum amiſit, vel ꝙ Fauonius reā peregerat tribū Luceianā.

Conſules in carcerem ducti.

ἅλις σπουδῆς Satis ſtudij.

ἅλις δρυός.

Fauonius.

Modeſte.) Scribe moleſte. Moloni.) Apollonio magiſtro dicendi Fauonii præceptori. Verum non profecit.) Erat enim infantiſſimus. Defendiſſem) Naſicam. Petit.) Ambit, prenſat Fauonius. Seruilio.) Duro & pertinaci. Seruiliorum familia trientem ſacrum habuit, cui ſumma cum cura magnificentiaque ſacra quotannis faciebat, quem ferunt alias creuiſſe, alias decreuiſſe videri, & ex eo aut diminutionem aut honorem familiæ ſignificari. Quid?) Dices. Ea plaga.) Nonne illa Catonis ſeueritas ac pertinacia, ſeſquiplaga nedum plaga fuit reipublicæ pluribusque nocuit? Multos bonos) Qui a Sicyoniis exigere nō poſſunt. Corinthio Plinius lib. xxxiiii. Ex illa autem antiqua gloria Corinthium maxime laudatur. hoc caſus miſcuit, Corintho cum caperetur incenſa, mireq; circa id multorum affectatio fuit: quippe cum tradatur non alia de cauſa Verrem quem Cicero damnauerat proſcriptum eſſe ab Antonio, q̄ ꝙ Corinthiis ſe ei ceſſurū negauiſſet. Eius tria genera, Candidum, argenteo nitore q̄ proxime accedens, in quo illa miſtura ꝓualuit. Alterum, in quo auri fulua natura. Tertiū, in quo æqualis omnium temperies fuit. Vindicem ſe æris alieni Cicero vocat, quod in Pretura ſeuere ius dicens, ac in Conſulatu puniens nouarum tabularum aſſertores obæratos creditoribus addicebat. Circūforaneo) Fœneratitio. quoniā fœneratores in foro verſabantur, in loco dicto Subueteribus, & ad Ianum medium. Plautus, Subueteribus ibi ſunt qui dant, quiq; accipiunt fœnore. Horatius, Poſtquàm res mea Ianum Ad mediū fracta eſt. Prognoſtica) Vel diuinationes in Verrem vel preſcita: quoniā auctore Nepote Cicero præuidit omnes futuros motus reipublicæ. puto tamen libellum intelligi M. Tullij vbi ſe in conſilio Iouis optimi dicebat fuiſſe, & quæ proferebat, ex ore Iouis proferre, quod Salluſtius Ciceroni dicaciter obiecit. γνῶσις cognitio, γνωστός notus. Receſſu) Diſceſſu ab hoc loco vbi nunc morā trahis. Quidā codices habent acceſſu, & ad vrbem intelligit. Prouincialia) Debere occupatum eſſe in rebus ad prouinciam pertinentibus. Decurionibus) Senatorū municipalium in numero, qui dicuntur Decuriones.

Moloni. Seruiliorum triens. Corinthiū æs. Circūforaneo Subueterib⁹. Prognoſtica. Decuriones.

at modeſte tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quàm Moloni operam dediſſe. Mihi, ꝙ defendiſſem, leuiter ſuccenſuit: nunc tamen petit iterum reipublicæ cauſa. Luceius quid agat, ſcribam ad te, cum Cæſarem videro, qui aderit biduo. Quòd Sycionii te lædunt, Catoni, & eius æmulatori attribuas Seruilio. Quid ea plaga, nonne ad multos bonos viros pertinet? ſed ſi ita placuit, laudemus, deinde in diſſenſionibus ſoli relinquamur. Amalthea mea te expectat, & indiget tui. Tuſculanum, & Pompeianum me valde delectant, niſi quòd me illum ipſum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, ſed hoc circunforaneo obruerunt. In Gallia ſperamus eſſe ocium. Prognoſtica mea cum oratiunculis propediem expecta: & tamen quid cogites de aduentu tuo, ſcribe ad nos: nam mihi Pomponia nunciari iuſſit te menſe Quintili Romæ fore: id a tuis literis, quas ad me de acceſſu tuo miſeras, diſcrepabat. Pætus (vt antea ad te ſcripſi) omneis libros, quos frater ſuus reliquiſſet, mihi donauit. Hoc illius munus in tua diligētia poſitum eſt. ſi me amas, cura vt conſeruentur, & ad me perferantur. Hoc mihi nil poteſt eſſe gratius. & tum Gręcos, tum vero Latinos diligenter, vt conſerues velim: tuū eſſe hoc munuſculum putabo. Ad Octauium dedi literas, cū ipſo nil erā locutus: neq; enim iſta tua negocia prouincialia eſſe putabā, neq; te in Decurionibus habebam: ſed ſcripſi, vt debui diligenter. Vale.

ASCEN. Ac modeſte tamen. Sic habet antiqua lectio, pro qua Pius reponit moleſte, cui lectioni refragatur particula, tamen, quæ aduerſatiua eſt. ſed non repugnet inhoneſte locutum & moleſte: verum modeſte, quod ſic intelligo: & tamen modeſte, id eſt ſummiſſe citra acrimoniam & vehementiam dicendi: vt videretur Fauonius Rhodi cum illic Molonem audiret, potius dediſſe operā molis, ſcilicet truſatilibus vertendis, q̄ Moloni rhetori &c.

ASCEN.

## M. T. CIC. T. P. ATTICO S.

CVra amabo te, Ciceronem noſtrum, ei nos θεοι videmur. πελλωαῖον in manibus tenebā, & hercule magnū aceruū

Argumentū. XVIII.

CVra) Mittit ad Atticū librum ſuū, vel vt alij volūt, nepotem ex ſorore Ciceronem, cui auſteritas patrui diſplicuerat. Ei)

PIVS.

Beroaldus cui legit. Ciceronem noſtrum) Quidam opus a ſe cõpoſitum intelligunt, alii nepotulum.

Thios.
Patrui rigor.
Pelene.
Peleneos.
Pelenea veſtis.

Θεῖοι) Auunculi. Iuxta illud Perſianũ, Cum ſapimus patruos. Patrui, inquit Apuleius in Floridis, a comicis introducũtur obiurgatores. Horat. Metuẽtes patruę verbera linguæ. M. Tullius in Oratione pro Cęlio, Pertriſtis quidã patruus, Cenſor magiſter obiurgauit Cęliũ. πελλωναίων) De republica Pelenęorũ, q ſunt populi Theſſaliæ, vt inqt Suidas. Pelene ciuitas. Pelenęos lorica & tunica, lorneã vulgo nominant. In veteres veſtes ferentes dicitur, πελλωναῖος χιτών, pelenæa veſtis. In Pelene nãq; veſtes verſicolores fiunt. Prouerbij meminit Ariſtophanes. Plutarchus in Arato, Duces vero & Centuriones circũeũtes Pelenęorum cõiuges & filias diripiebãt, & exuentes galeas illarũ capitibus imponebãt, ne quis alter cognitas abduceret. Pelenęi & a Pelena ciuitate Peloponẽſi dicti. Legũt alii tamẽ περὶ ἑλλήνων, quoniã de rebus Helladis, hoc eſt Gręciæ Dicęarchum ſcripſiſſe, auctor eſt Suidas. Aldus Pelenęon cũ o, breui ſcribit, vt ſit nomen proprium.

Dicęarchi mihi ante pedes obſtruxerã. O magnũ hominem, & a quo multo plura didiceris, q̃ de Procilio. κορινθίων καὶ ἀθηναίων puto me Romæ habere. mihi Herodes, lege, te hoc doceo, mirabilis vir eſt ἡρώδης. ſi homo eſſet, eũ potius legeret, q̃ vnã literã ſcriberet, qui me epiſtola petiuit. Ad te (vt video) cõminus acceſſit. coniuraſſe mallẽ, q̃ reſtitiſſe cõiurationi, ſi illum mihi audiendũ putaſſem. De Lollio ſanus nõ es, de Vinio laudo. Sed heus tu, ecquid vides Cal. venire? Antoniũ non venire? Iudices cogi? nã ita ad me mittũt. Nigidiũ minari in concione ſe iudicem, qui nõ affuerit, cõpellaturum. Velim tamen, ſiquid eſt de Antonii aduentu, quod audieris, ſcribas ad me. Et quoniam huc non venis, cœnes apud nos, vtq; pridie Cal. Caue aliter facias. Cura vt valeas.

Dicęarchus.

Dicęarchi) Phidii filius Dicęarchus, Siculus ex vrbe Meſſana, Ariſtotelis auditor, philoſophus & rhetor & geometra. Scripſit Helladis rit⁹, ac de republica Lacedæmoniorũ. Fuit alter Dicęarchus Lacedæmonius grãmaticus, auditor Ariſtarchi. Dicęarchus ille Siculus auctore in Quęſt. Tuſcul. i. Cicerone, triplicẽ finxit animã, cui⁹ principatũ. i. rationẽ in capite ſicut in arce poſuit, & duas ſeparare voluit, irã & cupiditatẽ, quas locis ſuis diſcluſit, irã in pectore, cupiditatẽ ſubter pręcordia locauit. Mox idẽ Cicero, Delicię, inquit, meæ Dicęarchus. Obſtruxeram) Circa pedes extruxerã. De) Ab. Procilio) Procilius grammaticus vir ætate ſua doctrinæ ſingularis auctore Seneca. hic teſte Lampridio cõmemorat apud Memphim in aurea columna Ægyptiis literis ſcriptum reperiri, tũc demum Ægyptũ liberã fore, cũ in eã veniſſent Romani faſces. κορινθίων καὶ ἀθηναίων) Corinthiorũ & Athenienſiũ. Habeo Dicęarchũ hiſtoricũ ſcriptorẽ luculentũ, vt q de rebus Atticis Corinthiacisq; ſcripſit. Hęredes) Scribẽdũ Herodes, ſenſu & ordine tali. mihi Herodes, Herodes inquã mirabilis eſt vir. lege & experieris. hoc te doceo virũ mirũ Herodem eſſe. Herodes filius fuit Attici ditiſſimi, gente Æacides, Athenienſis vico Marathonio, Sophiſta, vt inquit Philoſtratus, diues factus inuento theſauro, vnde ſtadium & theatrũ Athenienſibus fabricauit. Eruditus a Phauorino & Polemone, cuius pater Atticus mnam quotidie populo legauit, qđ filius Herodes nõ ſeruauit. Filium luxurioſum & literarũ indocilẽ reliquit, ex quo patri venit in mẽtẽ viginti quatuor puerulos coætaneos & æquęuos cũ eo educare, q nominibus literarũ vocarẽtur, vt earũ memoriã pręſenti cõuerſatione teneret. Sed nõ profecit. Rudis nihilominus filius perſeuerat, vnde pater rebus deſperatis maternã tñ hereditatẽ filio reliquit: cętera diuiſit inter amicos. Atticotatos erat. ſobrie tamen, quoniã ſuperfluus atticiſmus barbariem ſapit. Sicci oratores ac aridi quibus ſplendor ac verborum cothurnus non ſapit, eũ oratorẽ ſaginatũ appellarũt. Adoleſcẽs corã M. Antonino oratione excidit. quod Demoſtheni coram Philippo cõtigiſſe cõſtat. Ideq; Theophraſto progreſſu vt populũ alloqueretur. Auctor Gellius. Sed de altero ac priore Herode hiſtorico nũc Cicero meminit. De Herode ſaginato tẽpora diſcrepãt. Si homo eſſet) Si vir eſſet, ſi pleno pectore ſaperet. figura loquẽdi doctioribus perfamiliaris. Literã) Vnũ iota, nedum literas. Me) Meas orationes. legeret potius mirifica Herodis ſcripta q̃ meas nugas. Epiſtola) Per epiſtolã ſuperiorẽ, qua reſpõdet Attico petẽti Ciceronis oratiũculas. Petiuit) Atticus, vel Q. Frater, qui per epiſtolã fratrẽ Marcũ rogauerat, vt eius ſcripta mitteret. Cõminus) Prope. Acceſſit) Herodes. Illo fruere qui potes. Coniuraſſe) Vt mitteret Athenas in exiliũ patria longe felicius, in quo frui cõtingeret Herode. Illũ) Herodẽ. Lolio) Lollio cũ ll, duplici ſcribe. Ferẽtini in turri quadã adhuc viſuntur hæc verba, M. Lollius C. Filius, COS. A. Hirtius A. F. funda faciuuda errauerunt, eidẽq; probauerunt. Vino) Vinio lege. Eſt enim propriũ nomen. Calendas) Statũ ac decretorium defenſioni diem. Antoniũ) Quem tandem defenſurũ pollicitus erat Attico M. Tullius. Nigidium) Figulum qui forte tum magiſtratum gerebat, etiam Conſulatum. Non ſunt ordine ſuo digeſtæ epiſtolę. Compellaturum) Coacturum, vel raptis venire pignoribus. Huc) Romam. Cœnes) Cras. Apud nos) In Formiano, vel alibi diuerſoriorum noſtrorũ. Vtq;) Venias. Pridie Compitalia dixit inferius.

Procilius.
Herodes.
Pueris nomina literarum indita.
Atticotatos.
Atticiſmus.
Qui oratiõe exciderunt.
Lollius
Vinius.

Argumentum.XIX.

DE abſolutione Valerij agit Hortenſio defendēte. Epicratē non probat, vt laſciuiuſculum. Feneſtras anguſtas latioribus pręponit. De republica nōnulla. Reſiſtere legi agrarię non improbat. Cæſarem Ciceronis & Pōpeii conſilio vſurū iactabat Balbus. Patriam tamen cūctis cariorem ſibi futurā ſpondet. Expectat Cōpitalibus Atticū. εὐαγγέλια) Bonū nunciū. Sic vocatur etiā præmiū quod datur lęta ac fauſta nūciantibus. Iuriſconſultus Vlpianus libro.xlvii. Digeſt. Titulo. ij. de Furtis,

PIVS.

Euangelia.

## M.T.CICERO P.T.ATTICO S.

PRimum, vt opinor, εὐαγγέλια. Valerius abſolutus eſt Hortenſio defendente. id iudiciū Attilio condonatū putabatur, & Epicratē ſuſpicor (vt ſcribis) laſciuū fuiſſe. etenim mihi eius caligæ, vt faſciæ cretatæ non placebant. Quid ſit, ſciemus, cum veneris. Feneſtrarū anguſtias, quod reprehēdis, ſcito te κύρου παιδείαν reprehendere. nam cum ego idem iſtuc dicerem, Cyrus aiebat, viridiorum τὰς διαφάσεις latis luminibus, non tam eſſe ſuaueis. etenim ἔσω μὲν ἡ ὄψις α. τὸ δὲ ὁρώμενον, Β, Γ. ἀκτῖνες δὲ Δ, καὶ, Ε.

Pleriq; etiā putāt hoc facere vt libellū proponāt cōtinētē inueniſſe ſe & redditurum ei qui deſiderauerit. ij ergo oſtēdunt ſe non animo furandi feciſſe. Quid ergo ſi ea quæ dicunt Græci μήνυτρα, vel εὐαγγέλια petat? nec hic videtur furtum facere, & ſi nō probe petat aliquid. Valeri⁹) De quo extat oratio inſcripta Ciceroni, diuerſo tamen ſtylo, quā Ianus Cardo Bononienſis ſui tēporis Cicero in lucem extulit lōgis precibus fatigatus. Verū quoniā Valerium ab Hortēſio defenſum auctor eſt in hoc loco Cicero, ab Hortenſio forte cōpoſita fuit ſtylo etiā ſummiſſiore.

Menytra.

Cardo Bononienſis.

Iuriſconſultus fuit hic Valerius, vt ex Cicerone colligo alibi. Et Epicratem) Etiam ego ſuſpicor Epicratem laſciuū fuiſſe. Fuit Epicrates comicus eleganter barbatus, promiſſa barba Saceſphorus dicebatˀ, quaſi ſcutū nō barbam ferret. Fuit etiā rhetor Epicrates. Fuit tertius Epicrates Athenieſis ductor populi, Ephorus cognomento de quo Demoſthenes meminit. Alius de quo mentionem facit Lycurgus. Alius Æſchinis rhetoris neceſſarius. Suidas. Laſciuū) Mollem. Caligę) Oratio laſciuiuſcula. Metaphora. Faſcię cretatæ) Delicatū genus orationis, molle, minimeq; virile. Credo per faſcias cretatas a Cicerone intelligi Sicyonia calciamenta, de quibus in hāc ſententiā mira huius codicis illuminatione inquit idē in libris de Oratore, Vt ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non vterer q̄uis eſſent habiles & apti ad pedem, quia nō ſunt viriles. Lucretius libro.4. Vngenta & pulchra in pedibus Sicyonia rident. Sunt quoq; faſciæ curules & pedules a recentioribus hiſtoricis appellatæ. Cretatum album. Iuuenalis, Duc in Capitolia magnū, Cretatūq; bouem. Virtuti, inquit ille, cretam, vitio præfigere theta. Plautus in Aulularia, Qui ſe regūt creta. Horat. Qui mores creta, qui ſint carbone notandi. Cretatæ ergo faſciæ ſunt albicanti corio vel panno. Non placebāt) Mihi, vt Socrati Lyſiæ mollis oratio. Quid ſit) Inter hos auctores maxime præcipuus. Cū veneris) Inter nos quotidianis diſputationibus euētilabimus.

Epicrates Saceſphorus.

Faſciæ cretatæ.

Curules. Pedules. Cretatum.

Feneſtrarū) Tranſit ad aliam partē epiſtolæ qua reſpondet Attico, qui in ſuburbano Ciceronis feneſtrarum damnauerat anguſtias, probatq; feneſtras anguſtiores eſſe ſuauiores. κύρου) A Cyro architecto, non a Cyro Rege, de quo architecto Cyro ſolito anguſtas inſtituere feneſtras, meminit idē Cicero libro.2. Epiſtolarū ad Q. Fratrem, etiā libro.7. Familiariū ad Trebatium Teſtam. Cyrus Perſica lingua ſol dicitur, auctore Plutarcho in Artoxerxe. παιδείαν) Inſtitutionē, doctrinā. Nam ita inſtituebat ac ordinabat has anguſtias Cyrus. Iocatur in dictione pædia propter pædian Cyri Regis. librum videlicet Xenophontis & pędian feneſtrarum. Gyrus) Murus ac maceria qua viridia claudebātur. aliqui, Cyrus aiebat, ſcribunt. Διαφάσεις) Feneſtras. Latis) Videbātur ex nimia luce aperto gyro, lato lumine caligantes oculos facere, non illuminare ſuauiter. Non tamen) Scribe, Nō tam, ſubintellige experiebar eſſe ſuaues. ἔσω) Sit viſus quidē prima, quod autē videtur ſecūda, radij vero tertia. Probaturus Cicero feneſtrarum mediocres eſſe meliores, inquit, ponamus Stoicorū opinionē eſſe verā, quæ putat aſpectū fieri extramittendo, oportet vim opticen. i. viſiuam exire vnitiorem vt ſemibarbari dicūt per paruam feneſtram, quoniā pyramidaliter egreditur. Viſum vero erit. Β, καὶ Γ. id eſt obiectum ὁρώμενον gerit vicem duorū, quoniā illud oculus videbit vnū quidē corpus, ſed duo puncta extrema, pyramidaliter vt dixi, vbi fiet in fine latitudinis corporis viſi. Β, καὶ Γ. hoc eſt duo puncta extrema. Radij vero erunt Δ καὶ Ε, quod eſt, & ipſi radij corpus luſtrabunt duplici altrinſecus luſtratione pyramidaliter facta corporis viſibilis, & ita vndiq; ambiēdo gerent vicem duorū. Ad pleniorem huius rei doctrinā annexui hæc Gelliana verba libro.v. De videndi ratione, deq; cernendi natura diuerſas eſſe opiniones philoſophorum animaduertimus. Stoici cauſam eſſe videndi dicūt, radiorū ex oculis, in ea quæ videri queūt emiſſionē, aeriſq; ſimul intentionē. Epicurus affluere ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quędā corporū ipſorum, eaq; ſeſe in oculos inferre, atq; ita fieri ſenſum videndi putat. Plato exiſtimat genus quoddā ignis, luciſq; de oculis exire, idq; coniūctum cōtinuatumq; vel cum luce ſolis, vel cum alterius ignis lumine ſua vi & externa nixum efficere, vt quęcūq; offenderint illuſtrauerintve cernamus. Tamē

Cyrus.

Feneſtrarum anguſtiæ.

De videndi ratione.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

figura geometrica iſta melius conſiderari percipique poterunt, videbimus non titubanter & ſtrictim,
ſed aperte atque perſpicue, quod feneſtrarum anguſtiæ non ſunt impedimento quo minus mo-
les magna a ſenſu videndi diſtincte percipiatur, vt videlicet ex ſubiecta inſpectione patet.

Opſis triplex
Opſis) hoc eſt viſus triplex eſt omnino, directus refractus & reflexus, de quibus optica & catoptrica
Euclidis eſt, nec ſubſtantiam, ſed colorem cernit. Si enim ſubſtantiam cerneret, noctu quoq; ipſam con-
Optice.
ſpiceret. De hac optice, hoc eſt proſpectiua, Euclides, multiq; poſt eum libros dicauere, inter quos Ptole-
mæus, Heros, Mechanicus,
Damianus, Heliodorus La-
riſſeus, & proximo ſeculo Pe-
trus, Franciſci dogmate per-
inſignis. Trifariã eã diuidũt:
in opticen dictã, qua libere &
recte, & ſine fractione perſpi-
Catoptrice.
cimus: Catoptricen qua per
diaphana aquã videlicet aut
aerẽ craſſum aut ſpeculũ, ſeu
leue aliqđ refracte aſpicimus:
Sciographice
Sciographicen cum corpora
aut ædificamus aut fingim⁹,
quę nõ tã artis rationi q̃ aſpe
ctui ſeruiant. Viſus ab oculo
in rẽ viſam fertur, non item
cõtra. Eſt conus tetramorios,
eſt con⁹, orthodoxus, & mul-
ta huiuſcemodi, quæ libens
omitto ſpatiis excluſus ini-
quis.

vides enim cætera. nam ſi κατὰ ἀδώλων ἐμπτώσεις vide-
remus, valde laborarent ἄδωλα in anguſtiis, nunc fit
lepide illa ἔκχυσις. Cætera ſi reprehenderis, non feres
tacitum: niſi ſi quid erit eiuſmodi, quod ſine ſumptu
corrigi poſſit. Venio nunc ad menſem Ianuarium, &
ad ὑπόςασιν noſtram, ac πλιτάαν, in qua σωκρατικῶς, ſed
tamen ad extremũ, vt illi ſolebant, τὴν ἀρεσκοῦσαν. Eſt
res ſane magni conſilii. nam aut fortiter reſiſtendum
eſt legi agrarię, in qua eſt quędã dimicatio, ſed plena
laudis: aut quieſcendum, quod eſt non diſſimile, atq;
ire in Solonium, aut Antium, aut etiam ad Iutur-
nam, quin a me aiunt Cæſarem ſic ſperare, vt non

Vides cætera) Iam cõcluſionẽ tenes, iam colligis ꝙ feneſtræ mediocres ſunt meliores atq; ſua-
uiores, quoniam tanta non fit lucis ἔκχυσις. i. effuſio. Certe Romana ædificia priſca, paruas, non modo
mediocres feneſtras habẽt. Nã ſi κατὰ) Significãt hęc verba, ſi per ſimulacrorũ ingreſſus vel occur-
ſus. hoc ſenſu, Si Epicuri opinio eſſet vera ꝙ a corporibus manarent iugiter ſimulacra, quę deforis ve-
niẽtia oculis inciderẽt, vera foret opinio tua ſuper latitudine feneſtrarũ. Sed quoniã more Stoicorũ ex-
tra mittẽdo fit viſus, q ab anguſto principio maxima videt, habeo feneſtrarũ anguſtias nõ improbãdas.

Laborarẽt) diminuerẽtur, trũcarẽtur. εἴδωλα) ſimulacra, ſpectra, imagines. Lepide fit) etiam per
per anguſtũ locũ. ἔκχυσις) Effuſio. Cętera) mẽbra ædificii, vt verũ ſit illud, Laudes non culpes, quod
corrigi nõ poteſt. Nõ feres tacitũ) Nõ abibis ſine reprehẽſione: nõ tacebo. tibi reſpõdebo, ac opinionẽ
Hypoſtaſis.
tuã reprehendã. Sine ſumptu) Sine impẽdio. Corrigi) Emẽdari. ὑπόστασιν) Statũ. πολιτείαν)
Ciuitatis ac reipublicę moderationẽ. In qua) In qua materia reipublicę & politica diſputaſti Socratice,
id eſt media diſputatione veluti veritatis vẽtilabro. Alludit illi ſentẽtię. vetus ac Socratica ratio cõtra
alterius ſentẽtiã diſputandi: nõ altercãdi gratia, ſed vt veritas eluceat. In quã Beroaldus emendauit, pro
qua & cõtra quã. σοκρατικῶς aduerbiũ eſt & Socratice ſignificat. Ad extremũ) Cũ concluſioni adhę-
res. Vt illi ſolebãt) Vt priſci Socratice politiã gubernabant. Beroaldus meus emendat, vt olim ſolebat,
ſubintellige placere politia. ἀρεσκοῦσαν) Placentẽ, gratã. Diſputas vſq; in finẽ, & tandẽ multis in cõ-
trariũ & pro politia argumẽtis adductis, reſpublica noſtra placet. Res) Prouincia tuẽdi politiã. Legi
Agrarij.
agrariæ) Hoc fecit Cicero in Rullũ, vbi agrarios vocat legẽ agrariã appetẽtes. In Soloniũ) Vti ſeceſſi-
Soloniũ.
bus amœniſſimis, qđ faciũt belli optimates, qui malunt rẽpublicã turbari q̃ comã, qui ſperãt villas ac nũ-
mulos ſuos fore incolumes pereunte republica. Soloniũ nomẽ eſt loci in agro Lanuuino, de quo Cicero
libro. 1. Diuinationũ cũ de Roſcio loqueretur, Cũ educaretur, inquit, in Solonio, qui eſt cãpus agri Lanu-
uini. De Solonio Marij ſuburbano Plutarchus in Mario. Liuius in. 8. ab Vrbe condita, Antiates in agrũ
Oſtienſem, Ardeatẽ, Soloniũ incurſiones fecerũt. Franciſcus Petrarcha, tractatu quinto de Portentis,
ſcribit Roſciũ, quẽ Cicero amorẽ ac delicias ſuas appellare nõ erubuit, cũ in campo Solonio nutriretur,
nutricẽ vidiſſe conſopitũ circũplexũ angue voluminoſo. Aliqui rixantur Seloniũ, nõ Soloniũ ſcribẽdũ.

Lanuuiũ.
Lanuuiũ) Ciuitas Larina, quę hodie ciuitas Diuina vocatur, vbi auctore Liuio libro. 8. ab Vrbe cond.
Iuno Soſpita colebatur. Laniuiũ habẽt priſca marmora ea in vrbe. Antiũ) Seceſſum amœniſſimum
proſpectu maris, ad piſces vocãdos. Ad iuuandũ) Scribendũ, ad Iuturnam. Iuturna, auctore Seruio lib.
Æn. 12. fons eſt Italiæ ſalubertimus iuxta Numicum fluuiũ, cui nomen a iuuãdo inditũ eſt. Cum enim
naturaliter omnis aqua noxia ſit extraneorũ corporibus, hic omnibus ſaluberrimus fons eſt. De hoc
autẽ fonte Romam ad omnia ſacrificia aqua afferri cõſueuerat. Virgilius, Nympha decus fluuiorũ ani-
mo gratiſſima noſtro, Diſce tuũ, ne me incuſes Iuturna dolorẽ. Septimius florens in libro de Pallio, vbi
Iuturna.
de Viturna meminit, tu Iuturna ſubſtitue. De Iuturna oppido cũ Minturnis, Carſeolis & Sueſſa me-
Cicer. locus.
minit Liuius libro. 7. de. 2. Punico bello. Mendũ eſt apud M. Tulliũ in Oratione pro Cluentio, In ſta-
tuis inauratis quas poſuit ad diuturnæ. Tu ſcribe, ad Iuturnę, & more ſuo ſubintelligit ædem. Quod)
Scribe, Quin. A me) Nõnulli emẽdant. Quin ad me aiunt Cæſarẽ ſic ſpectare, hoc eſt mihi ſe coniũ-
gere, in amorẽ meũ inclinare. Alii defendũt, a me, ſed ſperare non ſpectare ſcribunt, vt Beroaldus, tanq̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cæſaris ſpes de Cicerone ſit optima, fore vt res eius clariſſimas in Senatu ſit ornaturus. Dubitet) Mali quid a me. Amamus eū a quo honorē fauorēq; ſperamus. Craſſum) Vt eo adiutore vterer. Senectutis) Meæ, ſpero ſenio meo tranquillitatē affuturam, Zephyrosq; afflare ſecundos. κατάκρισις) Sanctio, iudiciū. quo ſanxit mihi Iupiter vna cū Pallade vt me gerere deberē. Libro tertio) Poematis mei: nam & a ſe in Conſulatu geſta Cicero carmine luſerat vt ſuperius. Interea) Calliope prima dearū vocaliū Ciceronē his in concilio deorū ad optimatū fauorē hortabatur. ἀριστοκρατικῶς) Senatorie.

Catacriſis.

dubitet. Nam fuit apud me Cornelius, hūc dico Balbum Cæſaris familiarem. Is affirmabat illū omnibus in rebus meo & Pompeii conſilio vſurum, daturūq; operam, vt cum Pompeio Craſſum coniūgeret. Hic ſunt hęc. coniūctio mihi ſumma cū Pōpeio, ſi placet etiam cū Cæſare, reditus in gratiam cū inimicis, pax cum multitudine, ſenectutis ocium. Sed me κατάκρισις mea illa commouet, quæ eſt in libro tertio,

Interea curſus, quos prima a parte iuuentæ,
Quosq; adeo Conſul virtute animoq; petiſti,
Hos retine, atq; auge famam, laudesq; bonorum.

Hæc mihi cum in eo libro, in quo multa ſunt ſcripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipſa præſcripſerit, non opinor eſſe dubitandū, quin ſemper nobis videatur εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Sed hoc ambulationibus Compitalitiis reſeruemus. Tu pridie Compitalia memento. Balneum calefieri iubebo, & Pomponiā (nam Terentia rogat) matrem adiungemus. Θεοφράστου περὶ φιλομαθίας affer mihi de libris Q. Fratris. Vale.

Perſcripſerit) Dictauerit, vel lege præſcripſerit, hoc eſt viuēdi metas impoſuerit. εἷς οἰωνὸς) Vnū augurium optimū pugnare pro patria, ſumptū ex Iliados duodecimo, vbi Hector auguria reliqua negligens ſic infit, Nunc prępetibus me parere iubes auibus, quas negligo, an ab ortu, an ab occaſu veniāt par uifacio: licet tamē Ioui fulminatori nos parere, qui in cūctos imperiū habet & deos & mortales. vna optima auis pugnare pro patria. Ariſtoteles in Rhetoricis inter ſentētias citat hūc Homeri verſū. Plinius Cęcilius in Epiſtolis. Cicero de Senectute. Fabius cū eſſet Augur, auſus eſt dicere, Optimis auſpiciis ea geri, quę pro reipublicę ſalute fierēt: quę cōtra rēpublicā ferrentur, contra auſpicia ferri. Compitalitiis) Se enim Cōpitalibus vēturū promiſerat Atticus. Ambulatiūculis eñ Cōpitaliū, & aliis tēporibꝰ inambulando, colloquebantur Cicero atq; Pomponius, vt in his epiſtolis ſępe eſt animaduertere. Memento) Venturum vt recepiſti. Matrem) Quæ iam fratri nuper peperit. περὶ φιλομαθίας) De amore ſapientiæ vel diſcendi. De libris) Ex bibliotheca fraterna. Nam inter accedendum ad vrbem Atticus forte præteruectus erat Prætoria fratris Ciceronis, in quibus erat bibliotheca. Vel hic liber fratris id temporis erat apud Atticum.

Cōpitalitia.

Philomathia.

Argumentum. XX.

SErapionē ab Attico miſſum propter obſcuritatē non intelligit. Rogat vt cū Cycinio tranſigat ac emptum male, reddat. Gaudet Clodiū Legatū ad Tigranem mitti. Cū muſis interim ſperat delectationē, nec in mētē venit inuidere Craſſo. Geographica ſcripturum ſe non omnino pollicetur.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

FEciſti mihi pergratum, ꝙ Serapionis librum ad me miſiſti: ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, millesimā partē vix intelligo. pro eo tibi præſentē pecuniā ſolui imperaui, ne

Ne pueri in timore ruinæ verſentur, placet murū diſiiciant, adhibito tamen Vectio architecto. Feciſti gratum ꝙ Serapionis) Pluresfuere Serapiones, vnus Hieropolitanus Stoicus, cuius meminit Strabo necnon Stephanus. Serapion Ælius cognomēto. Secūdus fuit orator Alexandria oriūdus, ſcripſit orationes in genere deliberatiuo, auctore Suda, & an merito Plato a ſua politia Homerū eiecerit. Scripſit & rhetoricā artē. Fuit & Serapion pictor, qui ꝙ homines optime pingeret, Anthropographus appellatus eſt. Fuit & Serapion ſub Commodo Imperatore Pręſul Antiochiæ, qui, auctore Hieronymo, de ſecta Montani libros edidit. Floruit & ſub Conſtantio Serapion cognomēto Scholaſticus. Vltimus Serapion de plantis ſcripſit. Cicero de vno e primis intellexit. Fuit alter Serapio etiā tū adultæ lanuginis iuuenis efficacia pręcurrēs ætatē, de quo Marcellinus lib. 16. meminit. Serapionis rhetoris Alexandri Romani Imperatoris prępeptoris, non tacuit Lampridius. De Serapione philoſopho, qui ſolebat magno curſu verba cōuellere, meminit Seneca libro Epiſt. ad Lucil. 5. Præſentē) Numeratā, nō creditā. Plautus in Captiuis,

Serapiones.

Anthropographus.

tu expenſum muneribus ferres. At quoniam nūmorū mētio facta eſt, amabo te, cura, vt cum Cycinio, quoquo modo poteris, tranſigas. ſi in eo, quod oſtēderat, nō ſtat, mihi maxime placet ea, quę male empta ſunt, reddi, ſi voluntate Pomponiæ fieri poterit: ſi ne id quidem, nummi potius reddantur, q̄ vllus ſit ſcrupulus. Valde hoc velim, ante q̄ proficiſcare, amanter (vt ſoles) diligenterq; conficias. Clodius ergo (vt ais) ad Tigranem? velim ſcire conditiones: ſed facile patior. Accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationem tempus illud, cum & Quintus noſter iam (vt ſperamus) in ocio conſederit, & iſte ſacerdos Bonæ Deæ cuiuſmodi futurus ſit, ſciri poſſit. Interea quidem cum Muſis nos delectabimus animo æquo, immo vero etiam gaudenti ac libenti. Neque mihi vnq̄ veniet in mentem, Craſſo inuidere, neque pœnitere, q a me ipſe non deſciuerim. De Geographia dabo operam, vt tibi ſatiſfaciam: ſed nihil certi polliceor. Magnum opus eſt, ſed tamen, vt iubes, curabo, vt huius peregrinationis tibi opus extet. Tu quicquid indagaris de republica, & maxime, quos COSS. futuros putes, facias, vt ſciam: tametſi nimis ſum curioſus. ſtatui enim nihil iam de rep. cogitare. Terentiæ ſaltum perſpeximus. Quid quęris? pręter quercum dodonęam nihil deſideramus, quo minus

Expenſum ferre.

Acceptum ferre.

Emi de Queſtoribus pręſenti pecunia. Expenſum) Quod in hoc impēdiſti. Muneribus ferres) Dono adſcriberes. Hadrianus tamen olim Flamen Dialis credit expenſum ferre idem eſſe, qđ peruerſo loquendi modo dicūt, ponere ad exitum. Sed dicat velim Hadrianus, cur Cicero muneribus addidit? Quę dono dantur non ponūtur ad exitum acceptę datęq; pecuniæ. Addit acceptum referre idem eſſe quod corrupto ſermone dicitur, ponere ad introitum, qui exēplo cōuincitur Ouidiano, Acceptum refero verſibus eſſe nocens. Intelligit ſe verſibus adſcribere delictū, non ad introitū ponere. Non tamen inficias eo tabulas apud priſcos his nominibus fuiſſe duas, alteram accepti, alterā expenſi, dati & accepti hodie barbare dicūtur, de quibus Plinius libro.2. Nat. Hiſt. cum de fortuna meminit, vtrāq; facere tabulā tradit. Pedian⁹ quoq; ſuper his tabulis meminit, Queſtores videlicet pecunias quęſitas in publicas tabulas referre conſueuiſſe. Minime negamus acceptum ferre vel referre eſſe creditorem (vt aiunt) facere vel ſcribere ad introitum, nec negamus expenſum ferre, eſſe contrarium. præſertim cum Cicero in Verrem dicat, Dolabella Verri acceptum retulit, quod Verres illi expenſum tulit. Sed q non ſemper. Papinianus Iuriſconſultus, Vt primam tātū pecuniam expenſam ferat. Expenſum ferre, vt inquit Aſconius, eſt ſcribere te pecuniā dediſſe. vnde apud Ciceronē in hoc loco, ferre expenſum muneribus, eſt Ciceronem ſcribere non debitorem, ſed dicere vel ſcribere ſe numeraſſe illam pecuniā, vt Ciceroni dono daret. Exempli gratia cum dico, acceptam tibi refero virtutē, ſignifico qđ paſſim dicimus, recognoſcere te auctorē fuiſſe eius quę in me eſt, virtutis. Expenſum tibi refero ſtudium meū, hoc eſt profiteor te iuuando, quicquid in me ſtudij aut artis fuerat, impendiſſe. licet & quæ dono darentur in tabulas expenſi reijcerentur. vt Imperator, Genius ac amor orbis iuſſit ratiocinatorē numeratam pecuniam pro adamato Tito referret expenſam. Tranſigas) Infectā reddas emptionem. In eo) Precio ſibi dato vel promiſſo. Oſtēderat) Innuerat ſe facturum. Non ſtat) Diſcedit a conditione & pactis. Male) Magno precio. Plinius Cęcilius, Mala emptio ſemper ingrata eſt. Martialis, Conditione mala. Plaut. Prodite male conciliati .i. magno precio empti. Syrpie) Scribendū Scire. Sacerdos) Ironice. Clodium intelligit. Cuiuſmodi) in me animi. Deſciuerim) Diſceſſerim. ab inſtituto priori viuendi non me alienauerim. Geographia) Itinerarium profectionis ſuæ ac liberæ Legationis pollicebatur Attico Cicero, quod mox dicit ſe non perfeciſſe, q ea floride deſcribi nō poſſunt. Opus extet) Non fruſtra me peregrinatū fuiſſe dicas.

Male.

Saltus. Saltuarius. Dodona.

Nimis) q̄ decreueram. Beroaldus legit minus. Saltum) Prata ac paſcua, cui qui præeſt, ab Honorato grammatico vocatur ſaltuarius. Quercum Dodonęam) Stephanus, Dodona ciuitas Moloſſidis in Epiro, propter quam Iupiter Dodonæus. Scribit Zenodotus in Dodona primo phagum vaticinatam. Sic vocatur a Dodone Nympha Oceani filia, vel a Dodone Iouis & Europæ filio, vel a Done fluuio. Dicitur & Doden, cuius gentile non inuenitur. Formatur tamē Dodonius & fœmininū Dodonis. Extat & prouerbium, Dodonæum ahenum, in loquaces. q peluis a flagello percuſſa reſonat, vel q vi ventorum agitatur. Huc trahatur illud Iuuenalis, Tot pariter pelues, & tintinabula dicas Pulſari. Ita dicere iure poſſumus hodie cum doctor nouellus ornatur inſignibus, Venit, vt inquit Franciſcus Petrarcha, iuuenis ſtultus ad templum, doctoris inſignia recepturus. præceptores illum ſui celebrant ſeu amore ſeu errore. Tumet ille, vulgus ſtupet, applaudunt affines & amici. Ipſe iuſſus cathedram ſcandit, cuncta

Aes Dodonęum. Doctor nouellus.

iam ex alto deſpiciens,& neſcio quid confuſum murmurans. Tunc maiores certatim ceu diuina locutū laudibus ad cęlum tollunt. Tinniūt interim campanę,ſtrepunt tubæ,volant annuli, figuntur oſcula, ceruici rotundus ac magiſtralis bonnetus apponitur. His peractis deſcendit ſapiens qui ſtultus aſcenderat. Mira prorſus tranſformatio,nec Ouidio cognita. Poſſidere) Nam Terentiæ ſaltus totam pene cōplectitur Epirum. Deuiū) Aberrans a via militari. Vectiū) Qui demoliri iubeat,ſi viderit,vt peritus in arte,ſtare diu non poſſe. His temporibus tā dubia vita optimi cuiuſq;) Cum his iniquis tēporibus

Bonnetus.

Epeirum ipſam poſſidere videamur. Nos circiter Cal. aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. tu,ſi in Formiano non erimus (ſi nos amas) in Pompeianū venito. id & nobis erit periucundum,& tibi non ſane deuium. De muro imperaui Philotimo,ne impediret quo minus id fieret, quod tibi videretur, vt cenſeo tamen adhibeas Vectium. His tēporibus tam dubia vita optimi cuiuſq;,magni æſtimo vnius æſtatis fructum palęſtrę Palatinę:ſed ita tamē, vt nil minus velim, q̃ Pomponiā & puerum verſari in timore ruinæ.

Vale.

quibus periculis omnib⁹ implicitꝰ ſumus parietē demoliamur,nō eſt tutus periculo proximus. Satis eſt vno periculo ne pluribus nos reddamus obnoxios. Nam paries iſta ruinā minabatur. Magni æſtimo) Reſpōdet tacitę obiectioni. Ego quidē hanc partē ſcio podiſi habere,vnde ſpectacula Palatinę Palęſtræ cōmode proſpici noſcimus, tamē cū periculo ſimus obnoxij, placet nos ab omni diſcrimine ſartos ac tectos reddere. Fructū Palęſtræ) Parietem cuius e faſtigio palęſtra Palatini montis viſebatur. Ita tamen) Fructū palęſtrę æſtimo vt nihil penſius vita ac ſalute ducam. Habuit enim Cicero domum in Palatio,vbi nunc eſt vinea Phædri Volaterrani viri clariſſimi, in cuius obitu ſales ac ioca Plautina periere. Magni ęſtimo q̃ vnius) Erade dictionem, q̃, plurimi facit illum proſpectum,ſed pluris vitam ac ſalutem ſuorum.

Phędri laus.

## M.T.CICERO P. T. ATTICO S.

Cvpio equidem, & iam pridem cupio Alexandream, reliquāq; Ægyptū viſere, & ſimul ab hac hominū ſatietate noſtri diſcedere, & cū aliquo deſiderio reuerti. ſed hoc tēpore, & iis mittētib⁹

Argumentum. XXI.

PIVS.

Cvpio Alexandreā) Clodium moliri velle noua Cicero præſagiens, ad peregrinationem ſe parabat, vel vt ab hac hominū ſatietate diſcederet. Rara iuuant, primis ſic maior gratia pomis,vt cū aliquo ciuiū deſiderio reuertat̃. Dubitat tamen ne Cato ac optimates eius diſceſſum fugā vocent. Veretur hiſtorias ac iudiciū ſerę poſteritatis. Tādē relictis ſeculi curis inanibus cū muſis in gratiā redire velle promittit,ac tota mēte philoſophari. De Clodio,de Tutij demortui Auguratu,ac ceteris rebus vrbanis, Attici auide literas expectat. Cupio Alexādreā) Clodiū moliri velle noua Cicero p̄ſagiēs,ad pegrinationē ſe parabat. Alexādrea.i.ἀλεξάνδρεια ciuitas Ægypti,q̃ Dinocratē architectū recognoſcit,cōditorē Alex. Magnū,vocata olim Rhacotis & Pharus & Leontopolis. Dicit̃ p excellentiā ciuitas,& eius incolę,ciues,vt Aſty Athenę & ἀστοὶ & Aſtici Atheniēſes, vt Roma dicit̃ vrbs. Appellata eſt a Romanis Auguſta,& Iulia & Claudia & Domitianę & Alexynteria. Sūt & multæ alię Alexādrię. Scribit Marcellinus Alexādriā olim habuiſſe ſcholas oīm diſciplinarū liberaliū, fuiſſeq; ob cōmoditatē maximū totius orbis emporiū. Medicis ad cōmēdādā artis auctoritatē ſufficiebat,ſi dixiſſent ſe Alexādrię eruditos eſſe:tāta erat loci dignitas & æſtimatio. Idē Marcellinus, Alexādrini,inq̄t,ad ſingulos motus ſunt excādeſcētes,cōtrouerſi,& repoſcones acerrimi. Vopiſcus,hoīes vētoſos,furibūdos, iactātes,iniurioſos,auidoſq; nouarū rerū. Curti⁹ li.6.de altera Alexādria ad Tanaim meminit,quā vocat op⁹ magna celeritate cōfectū. De Alexādria ab Alexādro Magno cōdita multa Diodor⁹ in Alexādro,& ex multis hęc ipſa. Accepit vero ea vrbs citeriorib⁹ annis tātū rerū oīm incremētū, vt a multis prima oīm in toto terrarū orbe numeret̃. Magnitudine eni,ſpecie,reditib⁹ amplis,copiaq; oīm humano victui neceſſarioꝝ lōge aliis oīb⁹ p̄ſtat. Habitātiū in ea multitudo ſupat. Quo nāq; tēpore in Ægyptū trāſmiſimus, nobis auditū eſt ab eis,q̄ deſcriptionē habitātiū faciūt eſſe Alexādrię capitū liberoꝝ plus trecētis milib⁹. Nō omittēda p incuriā q̃ Cicero in Orōne p Rabirio, Ex Alexādria,inq̄t,oēs p̄ſtigię,illinc inquā oēs fallacię,oīa deniq; ab his mimoꝝ argumēta nata ſunt. Viſere) Laurētius Vallēſis Elegātiarū lib 1. adducit hūc locū ita ſcribēs, Ægyptū viſere.i. vt ego ſentio ire ad vidēdū:aliter dicēdū erat, Viſo eq̄dē,& iā pridē uiſo,quo certe modo ne Priſcian⁹ q̄dē loqui auderet. Vſurpam⁹ tñ hęc verba p eoꝝ primitiuis, vt miſſi ſūt Legati viſendi cauſa.i.vidēdi:q̄d certe ita exponi nō pōt cauſa videre cupiēdi,tolerabiliorq; mea ſentētia foret,cā vt eant ad vidēdū. Satietate) Rara ac negata cōciliāt reb⁹ admirationē. Nitimur in vetitū ſemp,cupimuſq; negata. Sic interdictis iminet ęger aquis. Deſiderio) Populi,q̄d in ei⁹ reditu factū eſt plenis viis cōgreſſu hominū celeberrimo. Hoc tēpore) Diſcedere,quo reſp. patronis eſt orbata.

Alexandria.

Aſtu.

Alexādrinorū natura.

Repoſcones.

Viſere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

αἰδέομαι Τρῶας, καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους. Quid enim noſtri Optimates, ſiqui reliqui ſunt, loquentur, an me aliquo præmio de ſententia eſſe deductum? Quid Cato ille noſter, qui mihi vnus eſt pro centum millibus? Quid vero hiſtoriæ de nobis ad annos. D C. pręďicarint? quas quidem ego multo magis vereor, q̃ eorum hominũ, qui hodie viuunt rumuſculos. Sed opinor excipiamus, & expectemus. ſi enim deferetur, erit quædam noſtra poteſtas, & tum deliberabimus, & iam hercule eſt in nõ accipiendo nonnulla gloria. Quare ſi quid Θεοφάνης, tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris. De iſtis rebus expecto literas tuas, quid Arrius narret, quo animo ſe deſtitutum ferat, & qui COSS. parentur, vtrum (vt populi ſermo) Pompeius & Craſſus: an, vt mihi ſcribitur, cũ Gabinio Ser. Sulpitius, & nũ quę leges nouę, & nũc quid noui omnino, & quonã nepos proficiſcitur, cuinam Auguratus deferatur: quo quidem vno ego ab iſtis capi poſſum videre ciuitatẽ meam.

Troianos vereor. αἰδέομαι) Vereor Troianos & Troianas veſtes trahentes. Verba Hectoris, qui deſide ac ocioſo Paride ad arma incitato, ipſe ad tuendos Troianos ęgredi vrbe in aciem volebat, cui Andromache fit obuiam blandiſſimis miſerabilibusq; verbis reuocare volens a pugna, Scamandrũ vel Aſtyanacten filiũ oſtentans, viduitatis ſuę infelicitatẽ, ac fratrũ mortuorũ cladẽ ſuperaddens. Ille reſpondet. Iſta quidẽ omnia vxor quę cõnumeraſti & mihi curę ſunt, & eadẽ ipſe cogito, eiſdem moueor: ſed Troianos Troianasq; erubeſco. ſi velut imbellis quidã eminus a cęteris ſubterfugiã pugnã, & nihilominus nõ patitur animus ignauię ſibi eſſe conſcius, & ne mihi diſſimilis ſim qui cõſueui ſemper gnauiter agere, in primisque ſtrenue pugnare, vt mihi & patri magnę glorię eſſem. Hæc ex Homero Iliados lib. 6. Non placet vt alludat Cæſari laxiori toga vtẽti, Laciniãq; trahẽti: vnde manauit id Syllæ optimates admonẽtis, male præcinctũ puerũ cauerẽt, quem Troianũ ab effœminatis moribus appellaret, & q; oriundus erat ab Iulo. Succinit illud, O vere Phrygię, neque enĩ Phryges. Senſus eſt Ciceronis appoſitiſſimus. hoc tẽpore abire, pugnã pro republica detrectare, quo maxime propugnatoribus eget, turpiſſimũ iudico & miſerabile. qđ idem improbat primo Officiorũ cũ de magnanimitate agit. ſi ſit fuga laborũ, cum tendat in ardua virtus. Ariſtoteles libro Ethicorũ 3. ad Nicomachũ, enumerans quinq; modos fortitudinis

Fortitudo. inquit, λέγονται δὲ καὶ ἕτεραι κατὰ πέντε τρόπους, & quæ ſequũtur. Latine ſic, Dicũtur & alię fortitudines quinq; modis, quorũ primus ciuilis. maxime enim ſuperiori fortitudini ſimilis eſt. Videntur enim qui in republica verſantur adire pericula gratia pręmiorũ quæ legibus conſtituũtur, & vt ignominiam fugiant, atq; ob hanc cauſam fortiſſimi eſſe videtur apud eas ciuitates quæ fortes viros honeſtant & timidos expellunt. Tales fingit Homerus Diomedẽ & Hectora. Pulydamas primus hanc mihi notam inuret. Hector aliquando dicet dum apud Troianos concionem habebit, Tytides a me perterritus fugit ad naues. Græcum Homeri carmen eſt, Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.

Loquẽtur) In me tunc abeuntem quando redire deberem. Si qui reliqui ſunt) Rari quippe boni, ac amatores patrię, quare Vticenſis Cato conſiliũ filio dedit, auctore Plutarcho, ne rẽpublicã attingeret.

Pręmio) Subintellige illectum. De ſententia) Tuendæ reipublicę inſtituto. Deductum) Deiectũ, remotum. Depręďicarint) Scribe D C. pręďicarint ſeiunctim. hinc ad ſexcentos annos memorabũt.

Sexcenta Sexcenta, vt alibi monuimus, numerus finitus pro infinito. Rumuſculos) Voculas, ſermũculos ſine

Rumuſculus ſale & ſententia. Excipiamus) Traditam Legationem capiamus, ſiue aucupemur, vel venemur & aures arrigamus quid fiet & dicetur, quo pacto temporũ curſus procedet, qđ cũ primũ ſciuerimus, e re nata in hanc vel in illam partem flectemus: quaſi dicat, quid ab extra veniet capiamus. i. colligamus. Exci-

Excipere. pere aliquãdo apud Ciceronẽ eſt cauere. Expectemus) Quid ſuper libera Legatione in Senatu decernetur, vel quo ſe cardine flectet ſors haud æqua piis. Deferent) Vltro Legationẽ. Poteſtas) Accipiẽdi ac reiiciendi. Aliqui de Legatione in Galliam cũ Cæſare intelligũt. Tum) Cum primum deferetur.

Theophanes Theophanes) Libertus Pompeij gratiſſimus ac potẽtiſſimus. Valerius Max. lib. 8. Ne Põpeius quidẽ Magnus ab hoc affectu glorię auerſus, qui Theophanẽ Mityleneũ ſcriptorẽ rerũ ſuarũ in cõcione militũ ciuitate donauit, beneficiũ per ſe amplũ accurata etiã & teſtata oratione proſecutus. Quo effectum eſt vt ne quis dubitaret, quin referret potius gratiã q̃ incoharet.

Arrius. Arrius) De quo Cicero in Vatiniũ teſtẽ ſic, Qua mente feceris vt in epulo Q. Arrii familiaris noſtri cum toga pulla accũberes? Deſtitutũ) A Põpeio deſeſertũ dum Conſulatum peteret.

Sulpitius. Sulpitius cum c, ſcribitur Sulpicius vt vetuſta marmora

Verticordia Venus. indicant. Sulpicia Paterculi filia e centum matronis electa eſt, quæ pudicitia pręclara templũ Veneris Verticordiæ dedicaret. Auctores Liuius ac libro. vij. Plinius. Quoniam) Scribe, quonã. Nepos) Clodius luxurioſus. Auguratus) Auguralis dignitas ab obitu Tutij. Capi) Allici. Impetrauit aliquãdo Cicero Auguratũ, vnde dictũ ab Auguſtino in lib. de Ciuitate Dei, Cicero Augur irridet auguria.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quid hæc.) Subintellige retracto? φιλοσοφεῖν.) Philoſophiæ me totum dedere. Sic in animo) Sedet animo meo cuncta præ vna philoſophia contemnere. Sic vellem) Feciſſe. Cum omnibus) Aliqui eruditiorum ſcribunt communibus. Rationem habere.) Negocium habere & rationē ſalutis, ſignificat reſpicere ſalutem, ſaluti conſulere, quod hodie aiunt, habere reſpectum ad ſalutem. Inuſitatius dicitur rationem ducere, vtitur tamen Cicero ad Marium, & in .ij. Officiorum, & hoc fit cum genitiuo: cum ablatiuo præpoſita præpoſitione cum, habet aliam ſignificationem, vt Cicero in Catone

Habere rationem.

Rationem ducere.

Sed quid ego hæc, quæ cupio deponere, & toto animo, atque omni cura φιλοσοφεῖν; Sic inquam in animo, ſic vellem ab initio. Nunc vero, quoniam quæ putaui eſſe præclara, expertus ſum quàm eſſent inania, cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Tu tamen de Curtio ad me reſcribe certius, & nunc quis in eius locum paretur: & quid de P. Clodio fiat, & omnia quemadmodum tu polliceris, ἐπὶ σχολῆς ſcribe: & quo die Roma te exiturum putes velim ad me ſcribas, vt certiorem te faciam quibus in locis futurus ſim, epiſtolamq; ſtatim des de his rebus, de quibus ad te ſcripſi: valde enim expecto literas tuas. Vale.

Maiore, Rationem habet cū terra, q̄ nunq̄ recuſat imperiū .i. negociū. & habet cum terra cōmerciū. qđ probatur ex illo in Tuſculanis, Quis eſt omniū q modo cū Muſis .i. cū humanitate & doctrina habeat aliqđ cōmerciū, q ſe non hūc mathematicū malit q̄ illum Tyrannum. Hæc Vallenſis libro quinto Elegantiarum, vbi hunc quoq; locū Ciceronis adducit. De Clodio.) De Legatione Clodii ad Tigranē. ἐπὶ σχολῆς) Ocioſe, non tumultuarie, vt ſingula deguſtem.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Q Vod tibi ſuperioribus literis promiſerā fore, vt opus extaret huius peregrinationis, nihil iam magnopere cōfirmo. ſic enim ſum complexus ociū, vt ab eo diuelli non queam. Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antii feſtiuam copiam, aut fluctus numero. nam ad lacertas captādas tempeſtates non ſunt idoneæ: a ſcribendo prorſus abhorret animus. etenim γεωγραφικά, quæ conſtitueram, magnum opus eſt: ita valde Eratoſthenes, quem mihi propoſuerā, a Serapione, & ab Hipparcho reprehenditur. Quid cenſes, ſi Tyrannio acceſ-

Argumentum. XXII. miſſū interpretatione.

PIVS.

Q Vod tibi.) Promiſerat Attico Cicero ſe ſcripturū itinerariū ſpeciem cuiuſdā geographiæ nunc ſententiā mutat, quoniā res illę floride deſcribi nō poſſunt. Extaret) Emergeret ac prodiret liber geographicus. Confirmo) Futurū opus geographicū. Fluctus) Quorū decimus quiſq; ſolet eſſe maximus, vocaturq; Decumanus.

Fluctus Decumanus.

Lacertas) Nō eſt ſudum, vel æſtas qua lacertæ prodeūt. Sunt q lacertos ſcribūt, & de piſcibus notiſſimis intelligūt. Ex his lacertis ſalſamēta conficiebantur iuxta Cor. Celſum optimi ſexitani ex Hiſpania, auctore Plinio optimi Amyclani. Martialis, Mox vetus & tenui maior Cordyla lacerto. Hic piſcis a Græcis κολιάς, dictus, haud ſatis commode vertitur a Gaza monedula.

Lacerti piſces.

Colias.

Gazæ error.

Tempeſtates) Si lacertas ſcribis, Tempus anni vel frigus aut hymbrem intellige. ſi piſces, vētis agitari, tumeſcereq; pelagus. nam dixerat ſe fluctus numerare.

Geographica) Terrarum dimenſionem ac deſcriptionem. Conſtitueram) Scribere. Eratoſthenes) Suidas, Aglai, alii Ambroſii, Cyrenęus, diſcipulus Ariſtonis Chij philoſophi. Quidam ſecundum, alij nouum Platonem vocant, alij pentathlum, hoc eſt victoria inſignem multiplici, quē Latini quinquertionem. Diſcipuli eius Mnaſeas & Menander & Ariſtis. Scripſit philoſophica & poemata & hiſtorias, aſtronomiā, de hęreſibus philoſophiæ, Dialogos & geographica, auctore Strabone. fuit Cyrenęus diſcipulus Callimachi poetę.

Eratoſthenes

Pentathlos.

Hipparcho) Hipparchus, auctore Suda, auctor veteris comœdię. Alius Niceus philoſophus. Scripſit in Arati Phænomena, de latitudine & motu Lunæ cōtra Platonē, ſcripſit etiā de ſideribus. Hactenus ille. Dicebat Hipparchus mūdū ſeneſcere, quē Plinius in hęreditatē nobis cęlū reliquiſſe teſtat̄. Primus inſtrumēta mathematica inuenit, q̄bus iſta deprehēdi ſenſibus poſſint.

Hipparchus.

Tyrānio) Epicratidi & Lindiæ Alexandrinę filius Aminſenus. Floruit ætate Pompeij Magni. Scripſit bellum contra Mithridatē, vnde Pontū deſcripſit. Romæ diues factus conſumptus eſt ſenio & podagra. Scripſit ſupra tris librorū myriadas. Si hūc intelligit Cicero referatur ad eius librū, quē expectabat ab Attico.

Tyrannio.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſerit? & hercule ſunt res difficiles ad explicandum, & ὁμοειδεῖς, nec tam poſſunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quàm videbantur: &, quod caput eſt, mihi quæuis ſatis iuſta cauſa ceſſandi eſt. Cum etiam dubitem, an hic Antii conſidam, & hoc tempus omne conſumam, vbi quidem ego mallem diu nimirum, quàm Romæ fuiſſe. tu vero ſapientior Buthroti domum paraſti. ſed (mihi crede) proxima eſt illi municipio hæc Antiatum ciuitas. Eſſe locum tam prope Romam, vbi multi ſint, qui Vatinium nunquam viderint, vbi nemo ſit præter me, qui quēquàm ex Vigintiuiris vnū eſſe ſaluum velit, vbi me interpellet nemo, diligant omnes: hic hic nimirum πολιτευτέον. nam iſtic non ſolum non licet, ſed etiam tędet. Itaque ἀνέκδοτα a nobis, quæ tibi vni legamus Theopompino genere, aut etiam aſperiore multo pangētur. neque aliud iam quicq̄ πολιτεύομαι, niſi odiſſe improbos: & id ipſum nullo cum ſtomacho, ſed potius cum aliqua ſcribēdi voluptate. Sed vt ad rem, ſcripſi ad Quęſtores vrbanos de Q. Fratris negocio. vide quid narrent, & quę ſpes ſit denarii, an ciſtophoro Pompeiano iaceamus. Præterea de muro ſtatue, quid faciēdū ſit aliud. quinetiā quando te proficiſci iſtinc putes, fac vt ſciā.

Vale.

Habuit quoq; diſcipulum Tyrannionem iuniorem Phœnicem Artemidori filium, qui hæres fuit nominis pręceptoris ſui cum prius Diocles vocaretur. Fuit in bello Antonij & Cæſaris, qui dono Terentiæ datus, ab ea libertate donatus eſt. Docuit Romæ. Scripſit libros octo de grammatica. Suidas auctor. De hoc intelligit Cicero ſi de præſentia hominis loquitur, nam prior obierat, quem vt vxoris ſeruum receptitium Cicero expectabat, vt adiuuaretur ab eo in euoluendis Græcis geographis, p̄ſertim patris geographicis. Fuit tertius Tyrannio Meſſenius, qui ſcripſit æonoſcopica libris trib9. Sed nihil ad ꝓpoſitū. De Tyrānione grāmatico capto ac Murenę petenti dono dato meminit Plutarch9 in Lucullo.

Homoides.

ὁμοειδῆς) Vniformes. In eis nō pōt variari ſtylus. Caput) Summa, negocij principalis excuſatio.

Buthrotum.

Quinetiam) Cum etiam ſcribe. Buthroti) Tempus teris. Stephanus Buthrotū inſulam eſſe apud Cercyram teſtatur: eſſe quoque ciuitatem eiuſdē nominis ab Heleno bouem ſacrificante dictam. Strabo libro Geographiæ. vij. in Epiro ponit in portus ore conditum, quem cœnoſum appellant. ἀνθηρογραφεῖσθαι.) Floride deſcribi. Eſſe locum) Cum admiratione ac ſuſpenſim legi debet. Ecce Dij boni locum tam amœnum ac ſecurum etiam innocentem? ſubintellige lętor vel miror. Proxima) Ocio & ſeceſſu. Illi) Buthroto. Multi) Viri optimi non malitioſi, qualis eſt Vatinius. Vigintiuiris) Sūt qui legunt, Quinqueuiris, qui agris diſtribuendis erant præpoſiti.

Interpellare.

Interpellet) Interloquatur, loquentē interrumpat. Alibi Cicer. In ſtudiis ſine interpellatore verſor. Hic hic) Repetitio oſtēdens affectum. πολιτευτέον) Verſandum in republica, ſcribendo qualis debet eſſe reſpublica. in hoc loco forte libros de Republica ſcripſit. Non deſunt qui ſcribant, φιλοσοφητέον.) Hoc eſt philoſophādum. Iſtic) Romæ. ἀνέκδοτα) Non edita. Theopompino) Oratorio.

Theopōpus.

Theopompus Chius rhetor filius Damaſiſtrati, ſcripſit Epitomen Herodoti hiſtoriarum libris duobus, Phyſica libris duobus, Græcas hiſtorias: imitatus eſt Thucydidem & Xenophontem a bello Peloponeſiaco. Scripſit & alia nō pauca, Thucydide & Herodoto, vt in hiſtoria minor, ita oratori magis ſimilis, vt qui antequàm eſſet ad hoc opus ſolicitatus, diu fuerit orator. Auctor Fabius Quintilianus. Iſocratis diſcipulus fuit, freno egebat, Ephorus calcaribus.

Ephorus.

Scripſit breuiarium Herodoti hiſtoriæ. Fuit alter Theopompus comicus poeta. Tertius Gnydius hiſtoricus auctore Strabone. Fuit & Spartanorū rex Theopompus, qui Ephoros regiæ licentiæ oppoſitos creauit, minorem filiis relinquens, ſed diuturniorem potentiam. πολιτεύομαι) In hac ciuitate facio. Odiſſe improbos) Hoc eſt opus philoſophiæ peculiare. Hoc ipſum) Exercere odium in improbos. Cum ſtomacho) Cum bile & indignatione. Vt ad rem) Subintellige veniam.

Ciſtophori.

Ciſtophoro) Eſt nummi ſpecies a Canephoris Palladis Atticæ virginibus miniſtris dicti. M. Tullius libro. xj. Epiſtolarum ad Atticum, Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertia bis & vicies. huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facile tuebere. De hoc genere nummi meminit

Digeſt. lo.

Liuius & Cicero pro domo ſua. Digeſtis, depoſiti Coſtrophinati pro Ciſtophori legitur. Pompeiano) Credo Quintum dū Pompeius Romā a Mithridate redit accepiſſe ciſtophoros nummos Atticos. vel

Iacere.

Pompeium ex manubiis ſpoliisq; Aſiaticis illic reliquiſſe. Iaceamus) contemnamur, obteramur, auro digni non videamur. ſed vili nūmorū colybo. Iuxta illud, Pauper vbiq; iacet. De muro) Spectaculo palęſtrę. Aliud) An immutandus, an relinquendus vt firmus. Proficiſci) Diſcedere.

ASCENSIVS Ex Vigintiuiris) *Sic enim epiſtola. xxviij, ideo hic nihil mutem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. XXIII.

GEographicos libros non certe pollicetur. Orationes quoq; mittere detrectat. Clodij veſtigia odoretur rogat, ac ſingula mittat explorata, maxime quid is de Legatione ſit acturus. Mira ſe cum Clodio alacritate litigaturum ſcribit. Inſerit futuræ cum Clodio altercationis imaginem. Scõmata in eum interſerit. Optat vt collidat cum Cæſare & Pompeio Clodius, quod ſerius fuit q̃ ſperabat. Cupit amiſſo gubernaculo immo erepto, illorum naufragia ex terra intueri. PIVS.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

DE geographia etiam atq; etiam deliberabimus. Orationes a me autem duas poſtulas, quarum alteram non libebat mihi ſcribere, quia abſcideram: alteram, ne laudarem eum, quẽ non amabam. ſed id quoq; videbimus. Deniq; aliud aliquid extabit, ne tibi plane ceſſaſſe videamur. De Publio, quæ ad me ſcribis, ſane mihi iucũda ſunt, eaq; etiam velim omnibus veſtigiis indagata ad me afferas, cum venies, & interea ſcribas, ſiquid intelliges aut ſuſpicabere, & maxime de Legatione quid ſit acturus. Equidem anteq̃ tuas legi literas, in hominem ire cupiebam, non me hercule vt differrem cum eo vadimonium. Nam mira ſum alacritate ad litigãdum. Sed videbatur mihi, ſi quid eſſet in eo populare, q; plebeius factus eſſet, id amiſſurus. Quid enim ad plebem tranſiſti? vt Tigranem ires ſalutatum? narra mihi, Reges Armenii Patricios ſalutare non ſolent? Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc eius legationem: quã ſi ille contemnit, & ſi (vt ſcribis) bilem id commouet, & latoribus, & auſpicibus legis Curiatæ, ſpectaculum egregium. Hercule verum vt loquamur, ſubcontumelioſe tractatur noſter Publius, qui, cum in domo Cæſaris quondã vnus vir fuerit: nũc, ne in viginti qdẽ eſſe potuerit. Deinde alia legatio dicta erat, alia data eſt, illa opima ad exigẽdas pecunias Druſo, vt opinor, Piſaurẽſis nebuloni Vatinio reſeruat̃: hęc ieiuna ac tabellaris legatio dat̃

DE geographia) Repetebat geographicos a Cicerone libros Atticus profectionis comites, reſpondet Cicero ſe non adhuc decreuiſſe quid ſit facturus. Abſcideram) Auelleram a corpore orationũ. Eum) Pompeium, pro lege Manilia, vel pro Imperatore deligendo.

Publio) Clodio. Veſtigiis) Omnes cuniculos & rimas percũcteris. Indagata) Odorata, perſcrutata. Ire) Concinere claſſicum, bellum indicere, altercari. Vadimonium) Litem. pars pro toto, Differt vadimonia Prætor. Vadimonia.

Quid enim.) Hoc principium agonis & altercationis erit in Clodium. Armenij) Quoniam ſe Legatũ ad Tigranem Regem Armeniæ iturum minabatur Publius. Armenia regio vicina Perſis ab Armeno Rhodio, vt Antipater in tertio de Rhodo. Incolæ Armenii vt Eudoxus primæ terræ periodi, Armenii genus ex Phrygia: vox eorum Phrygia. Scribit Plinius in. vj. Duas eſſe Armenias, maiorẽ & minorẽ. Lucanus, Populos vtraq; vagantes Armenia. Ei Strabo concinit. Acueram.) Inſtruxeram ingeniũ meum. Exagitandã) Vexãdam. Ille) Clodius. Bilem) Nauſeam, faſtidium. faſtidit legationem vt rem minorẽ. Armenia.

Auſpicibus.) Præſidibus, qui auſpicia captabant in comitiis. Auſpex in quaq; re dux. Auſpex. Legis Curiatæ) Quæ fuit vt Clodius iret ad Tigranem. Curiatæ hoc eſt a tribubus latæ. Cum lex ferebatur a Romanis tribubus, quæ erant numero. xxxv. tũc Curiata vocabatur: cum a diuitibus, Centuriata. Auctor Dionyſius in. 4. & 7. Hiſtoriarũ. Curiata lex. Centuriata. Locus vbi curantur ea quę reipublicę interſunt, dicitur curia, & vbi ſacra tractãtur: vnde Curiones, quos vulgo capellanos dicimus. Curia. De lege Curiata meminit idẽ Cicero primo Epiſt. Famil. Curia eſt aula Pontificis & Regum, vnde vulgo Curiales. Curiones. De curia huiuſmodi Franciſcus Petrarcha in Epiſtolis, inqt, In curia omne bonũ perditur, ſed prius libertas. In curiam. Subdit, In curia aquilæ reptant, aſini volant. Aſini in curia volant. Spectaculũ) Subintellige video, vel quid tale. Vnus) Solus vir inter tot mulieres, quæ in domo Cęſaris Bonę Deę cerimonias procurabãt, quas omneis p̃ſentia ſua & ſolo ingreſſu polluit Clodius. Viginti) Subintellige diuiſoribus agrorũ. Dicta) Propoſita erat. Optima) Quid ſi opima? lauta ac diues. Ieiuna) Inanis, mũda fames. Neptiloni) Scribit Aldus nebuloni. Tabella relegatio. Aldo placet, bella relegatio. Quid enĩ hoc aliud eſt q̃ honeſte Clodiũ relegare? vt Piſoni pugiunculo Hiſpanienſi contigit. Nonnulli ſcribere malunt, Tabellaris legatio. Tabellarem vel Tabellariam vocitat, quoniam nõ erat pecuniaria, vt ipſe petebat, ſed quodammodo relegatus erat Clodius ad plebiſcita excutienda & tabulas populi verſandas, quod eſt Tribunorum officiũ.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ei) Clodio. Iſtorum) Qui cupiunt euertere rempublicam. Incende) Cõtra Pompeium ac ſimiles Clodium age, vrge, ſtimula. Quoad poteſt) Quantum fieri poteſt. Iſtorum) Tyrannorum. Iſtos) Seditioſos, vt alter affligatur ab altero. Curione) Lege duas ſequentes epiſtolas, omnia patebunt

Megabrotus.

Megabrotus) Magnus mortalium Pompeius. ænigmatice & oblique loquebantur, ne literis interceptis ſecreta animorum paterēt. Inimiciſſima) Inuicem diſſidet. Auguratus) Poſt morrem Tutii vacantis vt paſſim dicitur.

Iactare.

Iacis) Loqueris, vnde iactare inaniter loqui. Maro primo Æneid. Talia iactanti ſtridēs aquilone procella. Alibi, Neq; irrita iurgia iactat. Et, Voces dum iactat inanes. Loqui quoſdam.) Ex illo numero Quinqueuirorum quædam in Pompeiū

Iacere.

& ſeditioſos iacere. Quodnam) Scribendum, Quidnā. Scire velim quid ſit illud. Plus eſt boni) Si diſſidetur inter improbos. Ita ſperabat Cicero ſe euaſurum. κατὰ τὸ πρακτικόν) Quod mutato ex leui occaſione iudicio negociari ferat animus, ociū philoſophiamq; deſerere. Si eſt enim aliquid) Reperio in codicibus emēdatis, ſi æſtuat aliquid, hoc eſt, ſi quis motus feruet ac ebulit. Quod geſtiat) Iunge inferioribus. Nō quęro a te nouos motus, q; animus geſtiat aliquid agere in republica, quando pridem gubernare me tędebat. Ereptis) Extortis de manibus a Tyrānis. Ex terra) Ex ocio portuq; philoſophico. Iuxta illud Lucretianum,

Suaue mari magno turbantibus æquora ventis
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

ἀκούειν ὄχλον εὐδόσῃ φρενί.) Cupio maris turbulentos audire fluctus quietus tranquilla mente. Sunt quibus hoc Aldinū commentū minime placet, ſupplentq; hoc pacto tam deforme caluitium, φρονεῖν βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης. hoc eſt ſapere nunc ex nouacula fortunæ. Sunt Tyreſiæ vatis verba Creontem admonentis, vt in tāto conſtitutus periculo ſapiat. Sunt apud Sophoclem in Antigona. Significant decere ſapientem eſſe in nouaculæ fortuna. Deductum a Græco prouerbio ſic, ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς. id eſt in nouaculæ acie, hoc eſt in maximo diſcrimine. Cui ſic vates Epigrammaticus alludit, Cum ſæua nouacula ſupra eſt. Homerus decimo Iliados loquente Neſtore, νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς. id eſt nunc ſane cunctis in nouaculæ res eſt acumine. Significat Cicero euigilandum in ſummo reipublicæ diſcrimine, ne triumphetur ab hoſtibus. DCCXXXIIII.) Scribendū, Decelini mendum. Errorem cuiuſdam miniſtri, cui nomen fuit Decelinus. Ante nos hoc vidit Aldus.

Sapere ex nouacula.

Res eſt in nouacula.

ei, cuius Tribunatus ad iſtorum tempora reſeruatur. Incende hominem, amabo te, quoad potes. vna ſpes eſt ſalutis iſtorū inter iſtos diſſenſio, cuius ego quædam initia ſenſi ex Curione. iam vero Arrius Conſulatum ſibi ereptum fremit. Megabrotus, & hæc ſanguinaria iuuentus inimiciſſima eſt: accedat vero, accedat etiam iſta rixa Auguratus. Spero me præclaras de iſtis rebus epiſtolas ad te ſæpe miſſurum. Sed illud quid ſit ſcire cupio, quod iacis obſcure iam etiā ex ipſis Quinqueuiris loqui quoſdam. quidnam id eſt? ſi eſt enim aliquid, plus eſt boni, q̄ putaram. Atq; hæc ſic velim exiſtimes, non me abs te κατὰ τὸ πρακτικὸν quęrere, quod geſtiat animus aliquid agere in republica: iam pridem gubernare me tędebat, etiam cum licebat: nunc vero, cum cogar exire de naui non abiectis ſed ereptis gubernaculis, cupio iſtorum naufragia ex terra intueri. Cupio, vt ait tuus amicus Sophocles, ἀκούειν ὄχλον εὐδόσῃ φρενί. De muro quid opus ſit videbis. Caſtritianum mendum nos corrigemus: & tamen ad me Quintus Decelini mendum ſcripſerat non ad ſororem tuam. Terentia tibi ſalutē dicit. Cicero tibi mandat, vt Ariſtodemo idem de ſe reſpondeas, quod de fratre ſuo ſororis tuę filio reſpōdiſti. De Amalthea quod me admones, non negligemus. Cura vt valeas.

PIVS.

Argumentum. XXIIII.

Familiaris epiſtola qua rogat vti per pueros literas per incuriā amiſſas reſarciat Atticus. De Curione adoleſcēte nōnihil, q; Reges ſuperbos oderat. Dat ſe hiſtorię, negociorum fugitās. Demonſtrat itinera ſua,

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Epiſtolam cū a te auide expectarem ad veſperū, vt ſoleo, ecce tibi nūcius, pueros veniſſe Roma. voco, quęro, ecquid literarū? negant. Quid ais, inquā, nihil ne a Pōponio? perterriti voce & vultu,

vt Pomponius ſtatuat vbi eũ viſurus ſit. AD veſperum) Aderant pueri crepuſculo noctis. Nũcius) Vnus e domeſticis noſtris nũciãs. Pueros) Statores tuos: &, vt Gręci dicũt Himerodromos. Ecquid literarũ) per interrogationẽ, nũquid aliquas lr̃is attulerit? A Põponio) Solito literas mittere, non ceſſare. Dediſti) Miſiſti. Redde) Reſtitue pditã locationẽ. Publio) Clodio. Ipſe) Ait Clodiũ, vel referẽ ad Curionẽ. Superbos) De Bruto dictũ fuerat ab Ennio, a quo verſura facta Cicero Pompeiũ, Cęſarẽ, Craſſumq; diſtringit. Peræque) Perinde, ſimiliter. Incẽſam) In Tyrãnos inſtigatã. Bene habemus nos) Res noſtræ bonũ exitũ habebũt. In his) Iuuẽtute. Vindicabimus, vt ait ille, inimicos noſtros de inimicis noſtris. Opinor) Vt ſentio, ni fallor. Aliud agamus) Feriemur, ociemur, philoſophemur. Saufeium) Malũ hiſtoricũ. Suffenũ nõnulli volũt Catulliana vrbanitate præſtrictũ. Parilibus) .XI. Kal. Maias. dies natalis vrbis Romę, de quo Propertius lib. 4. Vrbi feſtus erat, dixere Palilia patres:

Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies.

Palilia dicta a Pale paſtorũ dea. Cratera) Lucreti⁹ in. vj. In ſũmo ſũt itẽ vertice crateres, vt ipſi Nominitãt, quos nos fauceis phibem⁹ & ora. Ouidius, Et pronos currus medio cratere recepit. De cratere non Æetnæ puto eũ intelligere, ſed Veſeui in Cãpania, qui mons olim cõflagrauit, nũc minime. Sũma hodie dicit̃. Crater eſt in fontibus receptaculũ qd̃ & labrũ dicit̃, ex quo fiſtulis aqua decurrit. Sup Ætna Seneca lib. xj. Epi. & Magnus Albertus lib. iij. Meteororũ. Delegatum) Iniũctũ in libera Legatione vt viderẽ. Ad prid.) Circa. Romam) Ire cogito. Superiorem) Quam ſuperius amiſſam dolui. Appinge) Aſſue, adde.

Saufeius. Suffenus.

Pales.

Crater.

confeſſi ſunt ſe accepiſſe, ſed excidiſſe in via. Quid quæris? permoleſte tuli. Nulla enim abs te per hos dies epiſtola inanis aliqua re vtili & ſuaui venerat. nũc, ſi quid in ea epiſtola, quã ante diẽ. XVI. Calen. Maii dediſti, fuit hiſtoria dignum, ſcribe q̃ primũ, ne ignoremus: ſin nihil preter iocationẽ, redde id ipſum. & ſcito Curionem aduleſcẽtẽ veniſſe ad me ſalutatũ. Valde eius ſermo de Publio cum tuis literis cõgruebat: ipſe vero mirandũ in modũ, Reges odiſſe ſuperbos, peræque narrabat incenſam eſſe iuuentutẽ, neq; hęc ferre poſſe. Bene habemus nos, ſi in iis ſpes eſt, ſin opinor, aliud agamus. Ego me do hiſtorię: quãq̃ licet me Suffenum putes eſſe, nihil me eſt inertius, ſed cognoſce itinera noſtra, vt ſtatuas, vbi nos viſurus ſis. In Formianũ volumus venire Parilibus, inde (quoniã putas prętermittendũ a nobis eſſe hoc tempore cratera illũ delegatũ) Cal. Maiis de Formiano proficiſcemur, vt Antii ſimus ad. V. Non. Maii. Ludi enim Antii futuri ſunt pridie Non. Maii, eos Tullia ſpectare vult. inde cogito in Tuſculanũ. deinde Arpinũ. Romam ad Calen. Iun. te, aut in Formiano, aut Antii, aut in Tuſculano cura vt videamus. Epiſtolã ſuperiorẽ reſtitue nobis, & appinge aliq̃d noui. Vale.

ASCEN. Opinor) lege ſin opinor. i. nõ certo ſcio, ſed perperã diuino, aliud agamus. Lego etiã Suffenũ & Palilibus niſi euphonię cauſa parilia legamus. Pales enim non Pares Dea dicitur. ASCEN.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

SVbito cum mihi dixiſſet Cæcilius Quęſtor puerũ ſe Romã mittere, hęc ſcripſi raptim, vt tuos elicerem mirificos cũ Publio dialogos: cum eos, de quibus ſcribis, tum illum, quem addis, & ais longum eſſe. quę ad ea reſponderis, perſcribe. Illum vero, qui nondum habitus eſt, quem illa βοῶπις, cum ex Soloneo redierit, ad te eſt relatura. ſic velim putes, nihil hoc poſſe mihi eſſe iucundius.

Argumentum. XXV. Interpretatioq;.

SVbito) Epiſtola plena ſtomachi cõtra optimates & tricipitiũ. Publio) Clodio. Dialogos) Sermones. Ad ea) Obiecta in me Clodiana. Illũ) Scribe cũ habitus erit. βοῶπις.) Piſo ſic ænigmatica nũcupatione vocatur, q̃ bouis oculos habeat. Colliges hoc ex inferioribus. Aliqui Hortenſiũ volunt, aliqui Clodium.

PIVS.

Boopis.

ASCENSIVS. βοῶπις, vt vir doctiſſimus multa lectione acriq; iudicio pręditus, & pubi Gręcis erudiẽdę regia mercede Lutecię cõductus adnotauit, meq; admonuit, eſt Iunonis epitheton: quę quia vt apud Maronẽ ipſa dicit, Et ſoror & coniunx Iouis eſt, bene hic ſororem Clodij ſignificat, quia ille ſororibus tanq̃ cõiugibus abuſus erat. De eadem loquitur ſub eodem nomine epiſt. xxviij. &. xxx.

ASCEN. βοῶπις.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Si vero quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruantur, in cęlo ſum, vt ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis puriſſimis orationibus gratiam retulerit, quarum expecta diuinam ϖαλινῳδίαν. Etenim, quantum coniectura auguramur, erit nebulo iſte cum iis Dynaſtis in gratia: non modo de Cynico Conſulari, ſed ne de iſtis quidem piſcinarum Tritonibus poterit ſe iactare. non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Sin autē ab iis diſſentiet, erit abſurdū in nos inuehi. verūtamen inuehatur. feſtiue (mihi crede) & minore ſonitu q̃ putaram, orbis hic in rep. eſt cōuerſus. citius om̄ino q̃ potuit. Id culpa Catonis. ſed rurſus improbitate iſtorum, qui auſpicia, qui

Pacta) Inter amicos cōmunes Pompeiū & alios. pacta ſunt inita inter Ciceronem & Clodium Pompeium vrgente & Clodio mandante, quæ mox occaſionē nactus Publius non ſeruauit.

In cęlo eſſe.

In cęlo ſum) Fortunuatum me puto, perplacet. Audacem ſeſe facit Cicero, pugnare aueo. Cicero inferius, Nihil ſolœcoteron tyrannoctonos in cęlo eſſe, Tyranni facta defendi. cui Horatianū id nō abludit, Diis miſcēt ſuperis, fortunant videlicet ac beant. Cui ſimile eſt apud eundem M. Tullium, Deum eſſe, deum facere. Lacedæmonij cum quempiam ſuſpicerent, dicebant, Hic vir diuus eſt.

Hieroſolymarius.

Hieroſolymarius.) Pompeius Hieroſolymarum victor. hiſtoriam lege apud Egeſippū.

Hieroſolyma

Hieroſolyma, vt inquit Stephanus, Iudeæ Metropolis, quę Solyma a montibus Solymis eſt dicta.

Solyma.

Ciuis, Hieroſolymites. Hieronymus in vita Paulæ, Ingreſſa eſt Hieroſolymam vrbē Trinomiā,

Trinomia.

Iebus, Salem, Hieruſalem, quæ ab Helio poſtea Hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis in Heliā ſuſcitata eſt.

Traductor.

Traductor) Plutarchus, Cū fruſtra Clodius ad plebem tranſire renitente Pompeio niteretur, forte in quadam concione querēte M. Tullio de moribus & temporibus, Pompeius eadē die traduxit.

Potiſſimis) Quæ eum potiſſimū in cęlum extulerūt vt eſt illa pro lege Manilia, & pro Cornelio Balbo.

Palinodia.

παλινῳδίαν) Recantationem, maledicam obloquarq; Pompeio: quod fecit Steſichorus, cuius poema celebre fertur contra Helenam, mox vt amiſſos oculos recuperaret, pro Helena cecinit Encomion. Erit) Reperio in nōnullis exemplaribus redierit, cum Pompeio rediit in gratiam Clodius, quod patet ex Oratione Ciceronis pro Milone.

Dynaſtæ.
Dynaſtia.

Dynaſtis) Strabo auctor eſt Dynaſtas dici dominos, & qui plurimum pollent. Dynaſtia ius & principatus, vnde Reges & Reguli Dynaſtæ, quod vi ſua quēuis quo velint perducunt. Cæſar in Commentariis tradit Pompeium Dynaſtis magnam vim auri imperaſſe. Tranquillus in Tiberio, Ac ne Auguſti quidem nomen q̃q̃ hæreditarium vllis niſi ad Reges ac Dynaſtas epiſtolis addidit. Cicero. 11. Philippica, Reges, Tetrarchę, Dynaſtæ.

Cynicus
Piſo.

Cynico) Piſone impudentiſſimo & ſordidiſſimo, qui cynicam vitam ducebat. Idem in Oratione contra Piſonem, Iſto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalaſſes. Et in illo ganearum tuarum nidore atque fumo. Paulo poſt, Ex tenebricoſa popina Conſul extractus cum illa ſaltatrice tonſa: Mox, Concinnus helluo. Addit, Epicure noſter ex hara producte non ſchola. Amplius, Idem coquus, idem Arrienſis, piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum a propola atque de cuppa. Quinetiā) Iſtius impuriſſimæ ac intemperatiſſimæ pecudis cœno & ſordibus inquinauit. Poſtremo) Nec minus lętabor cum te ſemper ſordidum, quàm ſi pauliſper ſordidatum viderem.

Sordeſcere.

Sordeſcere vero proprium eſt cynicorum.

In gratia) Si legis, redierit, ſcribe gratiam, quaſi innuat. nulla erit gloria vincere victos, & ſtratū ſternere. Conſulari) Colligebat Cicero Clodium ſibi nocere non poſſe, glorioſe ſaltem ſic argumentatur. aut Clodius Pompeio vtetur fautore & Piſone & optimatibus, aut non vtetur: Si vtetur, nulla res erit me copiis meis ſpoliatum vincere, carebo inuidia & odio, quod vnum mihi moliri poterit infortunium: Si non vtetur, vires hoſtis exiguas, viribus meis obteram. Nec de iſtis iactare poterit, nec quidem poterit gloriari: quoniam naufragum ſpoliabit.

Tritones.

Tritonibus) præconibus ſuorum viuariorum, qui tantum piſcinas curant, laudant, in ore habent. Caua buccina ſumitur illi Tortilis in latū, quę vertice creſcit ab imo. Sic Ouidius de Tritone. Apuleius, Triton concha ſonaci Buccinat. Potentia) Qua ſola freti bellum improbis indicebamus. Ab his) Dynaſtis, Craſſo, Cæſare, Pompeio. Erit abſurdum) Non eſſet e re ſua lites nobiſcum contrahere, ſi Dynaſtarum præſidio ſpoliatus eſſet. Feſtiue) Sine ſtrepitu. Senſus eſt, Hæc rota, circulus, ſtatusq; reipublicæ ſiue optimatum conuerſus eſt & mutatus ſine aliquo ſono nobis videlicet non aduertentibus. Amiſimus libertatē ſenſim ſine ſenſu. Quā putaram) Non putaueram potuiſſe hunc ſtatum conuerti ſine maximo tumultu. Sed iſti Dynaſtę nobis clanculum obrepſerunt. Orbis) Catena, ſeries, ordoq; reipublicæ, vel rota ſtatus. Potuit) q̃ poſſibile fuit. Culpa Catonis) Qui cum præfractius vectigalia defenderet, vt ſuperius dictum eſt, Equites offendit, & a Senatu diſſociauit, vnde pernicies reipublicę ſecuta eſt. vel quoniam (auctore Plutarcho) cum Pompeius Catonis filiam ducere vellet vxorem, eius amicitiam neglexit, vnde ſecutum eſt optimatum exitium, conuertente ſe ad Cæſarem Pompeio, vt qui a Catone optimatū principe neglectus videretur. Clamabat enim Cato nō decere lenociniis nuptiarū rēpublicā negociari. Iſtorū) Dynaſtarū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aeliam legem, qui Iuniam, & Liciniam, & Didiam neglexerũt: qui omnia remedia reipublicę effuderũt, qui regna, qui prædia Tetrarchis, qui immaneis pecunias paucis dederunt: video iam quo inuidia tranſeat, & vbi ſit habitura. Nihil me exiſtimaris, neq; vſu, neq; a Theophraſto didiciſſe, niſi breui tempore deſiderari noſtra illa tẽpora videris. Etenim ſi fuit inuidioſa Senatus potentia, cum ea non ad populum, ſed ad treis homines immoderatos redacta ſit, quid iam cenſes fore, proinde iſti licet faciãt, quos volẽt. Coss. Tr.pl. deniq; etiã Vatinii ſtrumam ſacerdotii διβάφῳ veſtiant, videbis breui tẽpore magnos, nõ modo eos, qui nihil titubarũt, ſed etiã illum ipſum, qui peccauit Catonem: nam nos quidem, ſi per iſtum tuũ ſodalem Publium licebit, σοφιστεύειν cogitamus. Si ille cogitat tantũ dũtaxat nos offendere, & quod propriũ eſt artis huius ἐπαγγέλλομαι ἄνδρα ἀμύνεσθαι ὅς κε πρότερος χαλεπήνῃ.

Leges Ælia, Fuſia. Cęlia, Cæcilia. Annoniana.

Aeliam) Fuſia & Ælia lex erat vt ſeruarẽt de cęlo qui agerẽt cum populo. Cælia erat de ſtipendiis. Cęcilia de iudiciis, quod vti compertius rem omnẽ teneas Pediani verba in Piſonẽ ſubtexere libuit. L. Piſone & Gabinio COSS. P. Clodius Tr.pl. quatuor leges pernicioſas po. Ro. tulit, Annonianã. (Fuit enim ſumme popularis) vt frumentũ populo qđ antea ſenis æris ciuibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur. Alterã, ne quis per eos dies quibus cũ populo agi liceret, de cęlo ſeruaret, propter quam rogationẽ ait legem Fuſiã & Æliam, propugnacula & muros tranquillitatis atq; ocij euerſa eſſe. Obnũciatio enim qua pernicioſis legib⁹ reſiſtebatur, quã Ælia lex confirmauerat, erat ſublata. Tertiã de collegiis reſtituendis nouisq; inſtituẽdis, quam ait ex ſeruitiorũ fece conſtitutam. Quartã, ne quẽ Cenſores in Senatu legẽdo pręterirent, ne ve qua ignominia afficerẽt, niſi qui apud eos accuſatus eſſet. hac ergo eius lege Cenſuram, quę magiſtra pudoris & modeſtiæ eſt, ſublatam addit. Cicero in Oratione contra Vatinium, Num quẽ poſt vrbem conditã ſcias Tribunũ plebis egiſſe cum plebe, cum conſtaret ſeruatũ eſſe de cęlo? ſimul etiã illud volo vti reſpondeas, cũ Tr.pl. eſſes, etiã tum in R.P. lex Ælia & Fuſia, quæ leges ſæpenũero Tribunitios furores debilitarũt & repreſſerunt, quas contra pręter te nemo vnq̃ eſt facere conat⁹, quæ quidem leges anno præſidentibus in templo nõ duobus Conſulibus, ſed proditoribus huius ciuitatis ac peſtibus, vna cum auſpiciis, cum interceſſionibus, cum omni iure publico conflagrarunt. Lege eundem in Oratione ad Senatum poſt reditum ſuum. Remedia) Leges intercedentes ac obuiam euntes immodicis poteſtatibus. Effuderunt) Proiecerunt, perdiderunt. Tetrarchis.) Baronibus vt hodie dicunt. Hor. Modo Reges atq; Tetrarchas. Ioſippus meminit de feliciſſimo Tetrarcha Comageno. Suidas, Tetrarcha quatuor cohortes habet, homines ſexaginta quatuor, quorum ductor Tetrarches. Quo) In Pompeium & huiuſmodi reliquos. Pompeius erat inuidioſus quoniam ſe ſupra ciuem efferebat. A Theophraſto) Qui de vita contemplatiua ſcripſit. Vide infra in Epiſtola quæ incipit, Cœnato mihi. Quid etiam.) Scribe, Quid iam. Cenſes fore.) Cum additus ſit quartus Clodius?

Tetrarche. Tetrarches.

Strumam) Scrophulæ ſunt apud iuniores medicos, quæ ab antiquis dicuntur Chærades Græcis, Latinis ſtrumæ. Catullus, Quid eſt Catulle quid moraris emori? Sella in Curuli ſtruma Nonius ſedet, per Conſulatum peierat Vatinius. Sunt qui prodant Strumam dibapho veſtire, ſignificare ſordes ac ſcelera honoribus ornare. Sed iſti non vident reuera ſtrumoſum fuiſſe Vatinium, contra quem auctore Plutarcho, iocatus eſt Cicero. Ego tam latam ceruicem nõ habeo. Alibi, Vt aliquando quæ ſunt inflata rumpantur, mox, repente te tanquam proſerpens beſtia cum tumidis ceruicibus intuliſti. Scribit Seneca ad Nouatum, Vatinium hominem natum ad riſum & ad odium fuiſſe. Scribit Macrobius a populo olim lapidatum fuiſſe. Plutarchus in Cicerone ait, Vatinium quod ſtruma tumidum guttur haberet, oratorem appellauit inflatum. De ſtrumis glandulis lege Celſum libro quinto medicinæ. Dibapho) Magiſtratu ac honore. Plinius libro. 9. Naturalis hiſtoriæ, Me, inquit, iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat, nec multo poſt rubra Tarentina, huic ſucceſſit dibapha Tyria, quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Ædilis Curulis primus in prætexta vſus improbabatur. Dibapha tunc dicebatur quæ bis tincta eſſet, veluti magnifico impendio, qualiter nunc omnes pene commodiores purpurę tinguntur. Διβάφῳ.) De verbo ad verbum bicolore interpretari potes, ſeu bis tincto. Magnos) Optimates. Titubarunt.) Qui nec leuiter deliquerunt. Pacauit.) Scribendum, peccauit, ordinum diſcordiam excitando, quo errore tyrannis emerſit alienatis ordinibus, qui Senatum fouere ſolebant. Sodalem.) Nam vt mentem eius alliceret Atticus, frequenti conuiuio adhibuit. Publium.) Clodium. Σοφιστεύειν.) Profiteri ſapientiam, vnde Sophiſtæ dicti. Si ille) Clodius. Quod proprium artis huius.) Si Publius cogitat nos offendere. ἐπαγγέλλομαι ἄνδρα) quod eſt proprium artis huius, ego mihi patrocinio non deero. ἐπαγγέλλομαι.) Polliceor, nuncio me læſurum, qui prior moleſtiam inferet ac laceſſet. Iuxta illud Propertianum, Sæpe etiam inſtanti læſa repugnat ouis.

Struma. Chęrades. Vatinius. Dibaphum.

Vectores.

Patria) Vtinam floreat. Poſtulatum) Interdum docta plus valet arte malum, reſpuitq; medicas manus. Male) Scribe malo pro mauolo.potius volo. Vehi) Sub malis etiam gubernatoribus nauigare. Malo) Lege male aduerbium. Vectoribus) Qui vehuntur,ſub curaq; gubernatornm verſantur:iuxta Lucanum,Cauſa timoris Vectorem non noſſe tuum. κικέρων) Cicero paruus ſalutat Titũ Athenienſem. Cicero paruus eſt Ciceronis filius aut nepos.

PIVS.

Argumentũ.XXVI. cum interpretatione.

VOlo) Nihil erat in Cicerone populare. Cõtempſit ludos Antiatum. Ludos) Alibi, Ludi Antij futuri ſunt pridie Nonas Maias. ὑποσόλοικον.) Subabſurdũ. Quã velim.) Scribẽdũ, Qui velim, vt ego qui velim. ἀναφαίνεσθαι.) Apparere. deceret ne me apparere in deliciis peregrinari? ob delicias abeſſe? Ab Appii foro) Oppidũ in prima Italię regiõe, de quo Plinius in tertio meminit, & Horatius primo Sermonũ, Egreſſum magna me cœpit Aricia Roma Hoſpitio modico, rhetor comes Heliodorus, Græcorum linguę doctiſſimus, inde forũ Appi Differtum nautis cauponibus atq; malignis. Locus prope Pomptinam paludem.

Appij forũ.

PIVS.

Argumentũ. XXVII.

NArro tibi) Adhuc Ciceroni in philoſophica profeſſione tirũculo, ſenſus illudit, ac animũ popularis aurę mancipiũ faſcinat, vrbẽ cogitat, neſciat abſq; vrbe iucũde degere In cauſa eſt animus qui ſe nõ effugit vſq̃. Exceptũ) Clãculũ extortũ & aucupatũ. Recurrere.) A te retrocedere. Ponderoſam) Craſſam, magnã, holographã. Quid?) Cui bono? in loco deſerto & inacceſſo. Inuitem?) Exple hoc pacto caluitiũ, qđ nos primi muniuimus teſte Romana Academia, ac poſt nos Aldus ſuppreſſo inuẽtoris nomine. τρηχεῖ᾽ ἀλλ᾽ ἀγαθὴ κουροτρόφος. οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.) Aſpera, verũ nõ mala iuuenũ altrix, qua nihil vſpiã dulcius inuenio. Verba ſunt Homeri ſup Itacha nido ſaxoſo. Hęc igitur) Subintellige noſti. Scis quid nos velimus & cupiamus.) Cognoſcis vbi ero, & quo tempore anni. ergo vale. Alii iunctim legunt ac ita interpretantur, hæc igitur cura vt videlicet conſideres, ita tamen vt valeas.

Patria propitia ſit, habet a nobis etiam ſi non plus q̃ debitum eſt, plus certe q̃ poſtulatum eſt. Malo vehi male alio gubernante, q̃ tã ingratis vectoribus bene gubernare. Sed hęc coram cõmodius, nũc audi quod quęris. Antiũ me ex Formiano recipere cogito ad. V. Non. Maias. Antio volo Non. Maiis proficiſci in Tuſculanũ, ſed cum e Formiano rediero, ibi eſſe volo vſq; ad pridie Calend. Maias. faciã ſtatim te certiorẽ. Terentia tibi ſalutem. καὶ κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται τίτον τὸν ἀθηναῖον.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

VOlo ames conſtãtiã meã, ludos Antii ſpectare non placet. Eſt enim ὑποσόλοικον, qui velim vitare omniũ deliciarũ ſuſpitionẽ, repente ἀναφαίνεσθαι non ſolum delicate, ſed etiã inepte peregrinantem. Quare vſq; ad Non. Maias te in Formiano expectabo. Nũc fac, vt ſciam, quo die te viſuri ſimus. Ab Appii foro hora quarta dederã, aliã pauloante a Tribus Tabernis. Vale.

## M.T. CICERO T.P.ATTICO S.

NArro tibi plane, relegatus mihi videor poſtea q̃ in Formiano ſum. dies enim nullus erat, Antii cũ eſſem, quo die nõ melius ſcirẽ Romæ quid ageretur, q̃ ii qui erant Romæ. Etenim literę tuæ non ſolũ quid Romę, ſed etiã quid in republica, neq; ſolũ quid fieret, verũ etiã qđ futurũ eſſet, indicabãt. Nunc niſi ſiquid ex pretereunte viatore exceptũ eſt, ſcire nihil poſſumus. Quare q̃q̃ iã te ipſum expecto, tamen iſti puero, quẽ ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquã epiſtolam plenã omniũ nõ modo actorũ, ſed etiã opinionũ tuarũ: ac diem, quo Roma ſis exiturus, cura vt ſciam. Nos in Formiano eſſe volumus vſq; ad pridie Non. Maias. eò ſi ante eã diem non veneris, Romæ te fortaſſe videbo. nam Arpinũ quid ego te inuitẽ? τρηχεῖ᾽ ἀλλ᾽ ἀγαθὴ κουροτρόφος. οὔτι ἔγωγε ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. hęc igitur cura vt valeas.

Argumentum. XXVIII.

LEGENT) Conqueritur Clodium fauore tyrannico ad plebem traductum iri breui, inſectatur illud regnum, Pompeium Cęſaremq; vellicat, ac prope furenter iraſcitur. Poſteri legent ambitione Publium vt patronos ac patrię propugnatores oppugnaret ad plebem traductum fuiſſe? nec erubeſcet hiſtoria? Epiſtola ſtomachi plena. HOC eſſe) Senſus & ordo, hęc noſtra Senatoria moderatio conuerſa eſt in dominatum ac perpaucorum potentiam, ferri hoc nullo modo poteſt. Sunt qui ſcribunt, negent illi Pub. Trib. Pl. eſſe factum, nec hoc regnũ eſſe, non placet lectio. Ferri) Ab animis vel ſemiliberis.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

LEGENT illi Publium Trib. pl. factũ eſſe, hoc vero regnum eſſe ferri nullo pacto poteſt. Emittat ad me Publius, qui obſignẽt, iurabo Cn. noſtrum collegam Balbi Antii mihi narraſſe in auſpicio fuiſſe. O ſuaues epiſtolas tuas vno tempore mihi datas duas, quibus εὐαγγέλια quæ reddam neſcio, deberi quidem plane fateor: ſed vide συγκύρημα. Emerſeram cõmode ex Antio in Appiam ad Treis Tabernas, ipſis Cerealibus, cum in me incurrit Roma veniens Curio meus: ibidem ilico puer abs te cum epiſtolis. Ille ex me, nihil ne audiſſem noui? ego negare. Publius inquit Trib. pl. petit. Quid ais? & inimiciſſimus quidem Cæſaris, & vt omnia inquit iſta reſcindat. Quid Cæſar inquam? negat ſe quicq̃ de illius adoptione tuliſſe. Deinde ſuũ, Memmii, Metelli, Nepotis exprompſit odium: complexus iuuenem, dimiſi properans ad epiſtolas. vbi ſunt, qui aiunt ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι; quanto magis vidi ex tuis literis, q̃ ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana: de cogitatione Publii, de lituis βοώπιδος, de ſignifero Athenione, de literis miſſis ad Cn. de Theophanis, Memmiiq; ſermone. quantã porro mihi expectationem dediſti conuiuiis tui ἀσυνάγω, ſum in cu-

Emittat) Ex vrbe mittat. Obſignent) Iuſiurandum conceptum me dictante excipiant. Collegam) Balbi. Mouet inuidiam Pompeio, qui Cornelium Balbum Gaditanum ciuitate donauit: etiam Conſulem fecit, pro quo extat luculenta Ciceronis oratio. In auſpicio) Quãdo inaugurabatur Tribunat⁹ Clodij, & obſeruabant nunquid aues addicerent. Euangelia) pręmia quę nuncio lęta ferẽti dantur. Deberi) Tibi euãgelia. Συγκύρημα) Confirmationẽ. Fateor aliquid debere quod iam reſigno & pręſto. Cerealibus) Tutela Iulij Cereris eſt, Eodem menſe Apollinaria, Neptunalia, ſacrũ Spei, Saluti, Dianæ, Volcano. Incurrit) Obuiam venit. aliquãdo violenter impingere ſignificat: repete verbum petit. Inquit.) Curio iuuenis. Iſta) Quę de Cęſaris ꝓuincia per Pompeium poſt bellũ Mithridatis geſta ſunt. Quid Cęſar?) Fauet ne Clodio? Adoptione.) Clodius tranſiuit ad plebem per adoptionem Herennij hominis plebei. Tuliſſe.) Decreuiſſe Cęſarem verbo vel opere. Perperam nunciauit ſi Tranquillo credimus. Ad epiſtolas) Tuas legendas. ζώσης φωνῆς μείζω ἐνέργειαν εἶναι) Integrum eſt hoc, verum Cicero contentus fuit prouerbij principio. Significat viuę vocis maiorem efficaciam eſſe. Ruminatione) Cogitatione, machinatione repetita: tractum a bobus remandentibus: illud eſt ruminare. Publij) Pompeij vel Clodij. Lituis) Tubis, tanq̃ Clodius claſſicũ iam incineret, ac bellum indiceret, quo claſſico vt Alecto Virgiliana incitaret Cęſarem alterum Athenionem in optimum quenq;. Aliqui Piſonem, alij Vatinium intelligunt: multi Gabiniũ. Difficilis inuentu veritas. Athenione) Quatuor &. LXX. gladiatores Capuæ ex ludo Lentuli profugerunt, & cõgregata ſeruorum & ergaſtulorum multitudine Chryſo Spartaco & Oenomao, excitato bello, Claudiũ pulchrum Legatum & P. Vorenum Prętorem pręlio vicerunt. Inter iſtos gladiatores principes fuerũt Athenio & Oenomaus. Auctor Liuius. Ad illorum impetus comprimendos miſſus Craſſus profligauit extremo bello. Ex quo inceſſit per vrbem ouans laurea corona inſignitus, non vt conſueuere myrtea. Paulus Iuriſconſultus Titulo de acquirenda rerum poſſeſſione, Si ſeruus quem poſſidebam pro libero ſe gerat vt fecit Spartanus. Lege Spartacus. Lucanus, Vt ſimili cauſa caderes qua Spartacus hoſtis. Cicero quarta Philippica, Excurſor, latro, Spartacus. Idem de Athenione. 7. in Verrem Actione agit. De eodem Athenione & Spartaco non tacuit Capitolinus in Maximino. Aſtyagis) Latine ſcribendum. Sic appellat Cęſarem propter Iuliam filiam deſponſatam Pompeio: a cuius fauore ſperabat Cæſar Imperio poſſe potiti. ideo tui dixit, quoniam tunc forte Atticus magis Cęſari q̃ Pompeio afficiebatur. De Aſtyage Iuſtinus hęc libro primo, Poſt multos deinde reges per ordinem ſucceſſionis regnũ ad Aſtyagẽ

Euangelia.

Cerealia.

Incurro.

Viuę vocis energia.

Ruminatio.

Vide i Epiſt. xxv.

Athenio.

Spartacus.

Aſtyages.

Locus Ouidi in Ibi de Harpago.

deſcendit. Is per ſomnum vidit ex naturalibus filiæ, quam vnicam habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbraretur. Conſulti Arioli ex ea nepotem ei futurum, cuius magnitudo pronūcietur, regniq; ei amiſſionem portendi reſponderunt. Vnde Sidonius, Aſtyages Cyro pellendus forte nepoti, Inguinis expauit diffuſum vite racemum. Fortaſſis alludit conuiuio Aſtyagis, vbi poſitus eſt Harpago filius comedendus ab Aſtyage quod Cyrum non prodiderat vt rex iuſſerat. De quo his verſiculis poeta ingenioſus intellexit, Vt puer Harpagidę referas exempla Thyeſtę, Inq; tui cęſus viſcera patris eas. Harpagides ſcribēdū fuit nō Harpagidę: cuius harpagi filij tragice conditi atq; vorati, nomē ab auctorib⁹, nō ſecus q̄ ab Ouid. non prodit: ideo Naſo tm̄ dixit Harpagides, in quo loco enucleando Domitius fuit Oedypus. Forte ἀσυάγου in Cic. legendū: ſic Pōpeiū appellat, qui pro nutu agebat vrbem. Vel cōuiuia Aſtyagis Clodiana vocat, in quibus hunc & illum trucidabat, & Cic. vrbis cōſeruatorē, vt ille Cyrū, iugulabat, ac ꝓpe vorabat, agitabat & quotidie vrbē mouebat.

Oxypinos,

ὀξύπινος) Sititor nouitatis, auidus auricularū. Συμποσίου) Conuiuium. Κατὰ ὀπώραν τραχεῖα) Dura inſtar pomi pręcoquaq;, & incocta. Significat iniquitatē temporū afferre illi aſperitatem: qua mollita melius ſcribet & hilarius. Quę) Aſperitas. Iudicata) Elimatiora: Scilicet ingeniū lōga rubigine lęſū Torpet, & eſt multo q̄ fuit ante minus. Ferre) Nūc impetrare. Sol⁹) Habebis. Dicęarchū) Qui de vita practica ſcripſit.

Adicęarchi.

Ἀδικαίαρχοι) Iniuſti magiſtratus. Ludit in Dicęarcho auctore.

Gnomonice. Sciotericon.

Hora decima) Vigeſima & ſecūda ſupputatione ritus Bononiēſis, & quod obiter dictū ſit, vmbrarū rationē quā vocat gnomonicen inuenit Anaximenes Mileſius: primuſq; horologium quod appellant ſciotericon Lacedęmone oſtendit. Obuiā veniſſet) Priſci codices habēt obueniſſet, qđ idē eſt. Affecta eſt) Afficitur.

riositate ὀξύπινος, ſed tamen facile patior te id ad me συμποσίου nō ſcribere: pręſentē audire malo. Quod me vt ſcribā aliquid hortaris, creſcit mihi quidem materies, vt dicis, ſed tota res etiā nunc fluctuat κατ᾽ ὀπώραν τραχεῖα. quę ſi deceſſerit, magis erunt iudicata, quę ſcribā: quę ſi ſtatim a me ferre nō poteris, primus habebis tamen, & aliquandiu ſolus. Dicæarchum recte amas: luculentus homo eſt, & ciuis haud paulo melior, q̄ iſti noſtri ἀδικαίαρχοι. Literas ſcripſi hora decima Cerealibus: ſtatim, vt tuas legerā, ſed eas erā daturus, vt putarā, poſtridie ei, qui mihi primus obueniſſet. Terētia affecta eſt tuis literis, & impertit tibi multū ſalutis. καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν τίπον ἀσπάζεται.

Argumentū. XXIX.

PIVS.

NEglígentiā nūciorum in reddendis epiſtolis accuſat. Agricolę ipſi tricipitiū ac regnū ferre non poſſunt. Formijs fremūt homines, ac iratis tyrannis excandeſcunt. Pompeiū in magno eſſe odio prædicat. Quare philoſophiæ ſe totū dicat. Rogat tādē Atticū vt in Formianum aduolet.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

FAcinus indignū, epiſtolā tibi a Tribus Tabernis reſcriptā ad tuas ſuauiſſimas epiſtolas, neminē reddidiſſe. At ſcito eum faſciculū, quo illā cōiecerā, domū eo ipſo die latū eſſe, quo ego dederam, & ad me in Formianū relatū eſſe. Itaq; tibi tuam epiſtolā iuſſi referri, ex qua intelligeres, q̄ mihi tū illę gratę fuiſſent. Romę quod ſcribis ſileri, ita putabā: at hercule in agris nō ſiletur, nec iam ipſi agri regnū noſtrū ferre poſſūt. Si vero i hāc τηλέπυλον veneris λαιστρυγονίην, Formias dico, qui fremitus hominum? q̄ irati animi? quāto in odio noſter amicus Magnus? cuius cognomē vna cū Craſſi diuitis cognomine cōſeneſcit. Credas mihi velim, neminē adhuc offendi, qui hæc tā lente, q̄ ego fero, ferat: quare, mihi crede, φιλοσοφῶμεν. Iuratus tibi poſſū dicere, nihil eſſe tāti. tu ſi literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianū, vn̄ nos pridie No. Maii recedere cogitam⁹. Vale.

FACINVS) O indignū factum. Tibi) Vacat. Scriptā) Et hoc nihilominus ſupereſt. Domū) Meam vrbanā. Latū) Comportatū per errorem. Noſtrū) Togatorū quorūdā, veſtrū quidā codices habent, id eſt vrbanorum.

Telepylon Lęſtrigoniæ.

τηλέπυλον) Procul a portis vrbis. λαιστρυγονίην) Lęſtrigoniam, quoniam Formias Lęſtrigones habitarūt: latrones ac gigantes immanes. Qui) Sunt. Diuitis) Ita parui penditur Pompeius, vt eum ironice Magnum vocent, quemadmodum Craſſum diuitem. Lente) Sine perturbatione: vnde lentitudo vitium. Φιλοσοφῶμεν) Philoſophemur. Tanti) Precij, vt ego a philoſophia diuellar.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.XXX.

TIMERE Se dicit nè Pompeius ſentiens ſibi in ſermonibus detrahi,furerè incipiat,in quo Cicero vates fuit.Iritatus enim voculis loquacium Pompeius deſertis optimatibus, Craſſo Cęſariq; adhęſit,vnde orta pernicies eius ac bonorū omniū.Pangere & cōponere prę frequētia hominum non poteſt:prę ſertim Arrij vicini frequēter interpellantis ac Seboſi. Aggreditur tamen opus magnū, multęq; cogitationis & ocii. PIVS.

QVANTAM.) Multi hinc argumentum ſumunt βοώπιδα eſſe Clodium:alij Piſonē malūt : res. eſt ἐν αἰνίγμασι. Vide epiſt.25. Conuiuio) Aſtyagis. Ita) Paratus ad narrandū, plenus nouorū.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVantā tu mihi moues expectationem de ſermōe Bibuli:quātā de colloquio βοώπιδος; quantā etiā de illo delicato cōuiuio: Proinde ita fac venias ad ſitienteis aures:q̄q̄ nihil eſt iam,quod magis timēdū nobis putem, q̄ ne ille noſter Sampſiceramus,qui cum ſe omniū ſermonibus ſentiet vapulare,& cum has actiones δυσανατρέπτους videbit,ruere incipiat.Ego autem vſq; eo ſum eneruatus,vt hoc ocio, quo nunc tabeſcimus,malim ἐντυραννεῖσθαι,q̄ optima ſpe dimicare. De pāgēdo,quod me crebro adhortaris,fieri nihil poteſt. Baſilicā habeo nō villā, frequentia Formianorū: at quā cōparem Baſilicę, niſi tribū Aemiliam:ſed omitto vulgus. Poſt horam quartam cæteri moleſti non ſunt.C.Arrius proximus eſt vicinus, immo ille quidem iam contubernalis:qui etiā ſe idcirco Romam ire negat,vt hic mecum totos dies philoſophetur.Ecce ex altera parte Seboſus ille Catuli familiaris.Quo me vertā:ſtatim mehercule Arpinū irem: ni te in Formiano commodiſſime expectari viderem, duntaxat ad pridie No.Maias. Vide quibus hominibus aures ſint deditę meæ.Occaſionem mirificam:ſi quis nunc, dum ii apud me ſunt, emere de me fundū Formianum velit: & tamen illud propere. Magnum quid aggrediemur,& multæ cogitationis, atq; ocii: ſed tamē ſatiſfiet a nobis, neq; parcetur labori. Vale.

Sampſiceramus) Sampſiceramū Pompeiū vocat vt infra Arabarchen eundē,id eſt principē molliſſimorū,vt ſuperius Hieroſolymariū.Sāpſicerami ſunt Arabiæ populi vicini Syrię auctore Strabone libro . xvi . Geographię his verbis,Nam quo Syris magis magisq; appropinquant,eo mitiores ſunt,& minus Arabes,& ſcenetę, & ordinatiores magiſtratꝰ habēt, quēadmodū Sampſicerami. Sāpſiceramꝰ. Adiuuat quod ſcribit Sudas Sāpſeras eſſe ſpathas barbaras,quas volunt aliqui hodie ſemitaras vulgo dici . Mollitiei male audiebat Pōpeius, vnde digito caput ſcalpere ferebat. Sampſeres. Εὐανατρέπτους)Quę facile frangi & euerti poſſūt, vel confutabiles. Hæc ocio) Hoc ſcribendū. Ἐντυραννεῖσθαι)Subeſſe Tyranno. Pangendo) Scribendo,cōponendo Baſilicā non villam)Domus ſeruit priuatis vſibꝰ:Baſilica publicis, illuc vnda populi vndiq; cōfluente. In Baſilicis ius dicebatur: hinc atq; hinc porticibus additis , in quibus iudices & cauſidici ius dicebant.Plautus,Sub baſilicanos ſub baſilica ambulantes,inquit. Baſilica. Ad quā partem Baſilicę niſi tribū Æmiliani)Lege.At quā cōparē baſilicę niſi tribū Æmiliā: Domꝰ mea circūſtrepit vt Baſilica.i.tribus Æmilia.Baſilica Pauli Æmilij in regione quarta Romęfuit.Horatius in Arte,Aemiliū circa ludū faber imus, & vngues Exprimet , & molles imitabitur ęre capillos : Porphyrio Æmilij Lepidi ludus gladiatorius fuit,quod nūc Polycleti balneū eſt.Hic demōſtrat ærariū fabrū fuiſſe, ſed cum priori baſilica nō video vt quadret ludus Æmilius,niſi erat ſub baſilica. Æmilia tribꝰ Vulgus)Formianū irruēs.Vlpianus de ſuis & legitimis hęredibus.Is eſt proximus quē nemo antecedit: & is vltimus, quē nemo ſequit.Plautus in Mercatore,Tuus amicus & ſodalis vicinus ꝓximus.Iabolenus dig.Locati,Areā vicino ꝓximo locauerat.Paulus de noui opis nūciatiōe,Nō ſolū ꝓximo vicino,ſed ſuperioribꝰ. Proximus. Cōtubernalis) familiaris.Fuit orator hic Arrius,de quo Cicero in Bruto meminit. Dūtaxat)Tm̄ ſubintellige, expectabo. Arrius. Vidi em̄ qbꝰ)Scribe.Vide quibꝰ,q̄ garrulis. Occaſionē mirificā)Haberēt illi,qn̄ ego pronꝰ eſſem ad vēdēdū tot ſtimulis excitatus,vt hanc turbā declinarē. Velit)Emere. Illud probē)Scribēdū,nō probem,ſed propere:cito ſe expediant,dum odio calet ſtomachus. Aggrediamur)Legendū aggrediemur.

ASCEN.Occaſionē mirificā)Repete vide aut potius ſubaudi particulā o,quā non exprimit,ne exultare immodice videatur. Occaſionē autē mirificā vendendi fundi Formiani dicit , propter tantam hominū frequentiam,vt is qui in libris Officiorum,quo prędium pluris vendat,in ipſum mercatum piſcium ad diem venditionis condixit.Et tamen illud quod de pangendo recepi tibi,propere ſup. exequemur & aggrediemur opus magnum &c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.XXXI.

PIVS.

EPISTOLAM ſcripſerat Atticus varietatis plenam, alternantibus rumoribus vrbanis ſimilem, quo ſe valde delectari ſcribit Cicero, quoniam Romæ eſſe videtur. Optat vt Clodius Tribun.Pleb.fiat,ſpeſque eſt fore vt Atticus ſit aduolaturus.Moleſtias vicinorum interpellantium addit : quare in montes patrios cogitat, quod Terentiæ proſpicit,laudat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VT ſcribis, ita video non minus incerta in Repub. quàm in epiſtola tua: ſed tamen iſta ipſa me varietas ſermonum, opinionumque delectat. Romæ enim videor eſſe, cum tuas literas lego, & (vt fit) in tantis rebus, modo hoc, modo illud audire. Illud tamen explicare non poſſum, quidnam inueniri poſſit, nullo recuſante ad facultatem Agrariam. Bibuli autem iſta magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet niſi ipſius iudicium ſine vlla correctione Reipub? Nimirum in Publio ſpes eſt. fiat, fiat Trib. pleb. ſi nihil aliud, vt eo citius tu ex Epeiro reuertare:nam, vt illo tu careas, non video poſſe fieri: præſertim, ſi mecum aliquid volet diſputare. Sed id quidem omnino non dubium eſt, quin, ſi quid erit eiuſmodi, ſis aduolaturus. Verum vt hoc non ſit,tamen ſeruiet Reipub. Præclarum ſpectaculum mihi propono:modo te cōſeſſore ſpectare liceat.Cum hæc meridie ſcriberem, ecce tibi Seboſus (nondum plane in gemma eram)Salue inquit Arrius. Hoc eſt Roma decedere, quos homines effugi, cum in hos incidi. Ego vero in montes patrios, & ad incunabula noſtra pergam. Denique, ſi ſolus non potuero, cum ruſticis potius,quàm cum iis perurbanis: ita tamen, vt quoniam tu nihil certi ſcribis,in Formiano te pręſtoler vſque ad. III. Non.Maias. Terentiæ pergrata eſt aſſiduitas tua & diligentia in controuerſia Muluiana: neſcit omnino te communem cauſam defendere eorum,qui agros publicos poſſideant:ſed tamen tu aliquid publicanis pendis, hæc etiam idem recuſat.Ea tibi igitur,& κικέρωρ ἀριστοκρατικώτατος παῖς ſalutem dicunt. Vale.

VT SCRIBIS) Si recte conſidero ea quæ ſcribis. Illud tamen) Scripſerat Atticus Pompeium in agrorum diuiſione facturū ſatis omnibus. Nullo recuſante)Quod omnibus placeret. Facultatem) Ferendę legis occaſionem facilem. Agrariā) De diuidendis agris. Dilatione) Bibulus iubente Catone comitia differebat. Ipſius)Catonis. Correctione) Profutura emendatione. Publio) Clodio. Fiat)Clodius. Nihil) ob nihil aliud. Ex Epiro) Spero q̃uis ſis in Epirum profectus, te Romæ affuturum. Diſputare)Diſceptare, contendere. Aduolaturus) Romam ex Epiro properaturus. Vt hoc) Poſito quod. Seruet Remp.)Scribendum ſeruiet Reſpub. Si non Clodio,ſaltem ſeruiet Cęſari vel Pompeio.Creetur Tribunus pleb.& Rēp.ſeruet.Ironia eſt.

Conſeſſore)pręſente. Maxime)Quidam meridie ſcribunt. Ingemueram)Ex aduētu Seboſi:qui obſtrepit ſtudijs noſtris. Alij ſcribunt in gemma erā.Signaui vix primas ad te literas,interpellor. Satyrus, Qui ſe lautum atq; beatū Exiguis tabulis,& genma fecerat vda. Hoc eſt)Cicero loquitur. Roma) Ad frequentiam fugiēdam cum ruri maiorem ſis inuēturus.

In gēma erā.

Quos ego) Ordo eſt. Cum incidi in hos homines, quos effugi. Patrios) Arpinum. Nunc Arpinatum vexillum quod ferunt in hoſtes & annulus ſignatorius inſcripta ſunt trib9 elementis,M.T.C.

Arpin. vexillum.

Incunabula)Originem auitam,hoc eſt terram Arpinatem.Idem in Salluſtium,An vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis.Idem in libro de perfecto genere dicēdii,ncunabula oratoris appellat Varro de re Ruſtica, Iā inde a cunabulis.Valer.Maximus lib.3.Attingam nūc quaſi cunabula quędā & elemēta virtutis.Liuius,Iā inde ab incunabulis imbutus odio Tribunorū.Maro lib.3.Mons Idęus vbi,& gētis cunabula noſtræ. Perurbanis)Subintellige ero. Certi ſcribis)Quando ſis venturus. Defendere)Ne pēdant aliquid publicanis. Hæc)Terentia. Idem recuſat) Aliquid publicanis pendere:alij negationem addūt. Ea)Terētia. Ἀριστοκρατικώτατος)Studioſiſſimus Senatoriæ dignitatis a optimatū puer.

Incunabula.

Ariſtocratico tatos.

### Argumentum. XXXII.

DE Epiſtola Attici deteſtante emergentem Tyrannidem: quæ grauitate ſui, Ciceroni ſomnum ademit: de lege Agraria loquitur, & agro Campano, quæ paucis grata eſſe poterunt, & auctori inuidiam parient. Cn. palam bellum Reipub. indicere, vt ſe amplius excuſare non valeat. Optimates taxat, propter quorum ingratitudinem ſilet. Dare ſe vult totum vitæ contemplatiuæ, & ad præclara ſtudia reuerti. De Quinto nonnulla.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

COenato mihi & iam dormitanti pridie Calend. Maias epiſtola eſt illa reddita, in qua de agro Campano ſcribis. Quid quæris? primũ ita me pupugit, vt ſomnum mihi ademerit, ſed id cogitatione magis quàm moleſtia. Cogitanti autem hæc fere ſuccurrebant. Primum ex eo, quod ſuperioribus literis ſcripſeras ex familiaritate illius audiſſe prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret. Maius aliquid timueram: hoc eiuſmodi mihi non videbatur. Deinde, vt me ego conſoler, omnis expectatio largitionis Agrariæ in agrum Campanum videtur eſſe deriuata: qui ager, vt dena. M. iugera ſint non amplius hominum quinque millia poteſt ſuſtinere: reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur, neceſſe eſt. Præterea ſi vlla res eſt, quæ bonorum animos, quos iam video eſſe commotos, vehementius poſſit incendere, hæc certe eſt, & eo magis quòd portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum? præter viceſimam, quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura. Cn. quidem noſter iam plane quid cogitet neſcio. φυσᾷ γὰρ οὐ μικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβέας ἄτερ, qui quidem etiam iſtuc adduci potuerit: Nam adhuc hoc ἐσοφίζετο, ſi leges Cæſaris probaret, actiones ipſum præſtare debere, Agrariam legem ſibi placuiſſe

ETIAM) Melius diuidetur dictio in & atq; iam. Cãpano) quem Cæſar plebi diuiſit in Conſulatu. Tranquillus in Cæſare Dictatore, Campum Stellatem maioribus conſecratum, agrumq; Campanum ad ſubſidia Reipub. vectigalem relictum diuiſit extra ſortem, ac viginti millibus ciuium, quibus terni, pluresque liberi eſſent. Pupugit) Epiſtola excuſſit. Succurrebant) In mentem veniebant. Illius) Pompeij vel Cæſaris. Prolatum iri) Emerſurum. Nemo improbaret. Satiſfacerent omnibus quod tamen non fuit. Timueram) Emerſurum ex Agraria lege: qua amorem populi noxium libertati lenocinantur. Hoc) Agri Cãpani diuiſio. Conſoler) Hoc facit. Deriuata) Exhauſta.

Dena iugera) Scribe, Dena M. iugera. Ab illis) Cæſare & Pompeio. Hęc certe eſt) Agri Campani diuiſio. Portorijs) Vectigalibus nauticis.

Vigeſimam) Ex mille, Vel ex centum, vt decimæ. Liuius libro ſeptimo de ſecundo Punico bello, Conſulibus aurum vigeſimarium, quod in ſanctiore ærario ad vltimos caſus ſeruabatur, promi placuit. Peritura) Tranſitura in alimentum plebis per legem Agrariã. φυσᾷ γὰρ) Senariolus iambicus, ſignificat Pompeium per legem Agrariam magna promittere & aperte magna moliri quę ope leg's Agrariæ vult perficere. Eſt idem cum prouerbio, apertis tibijs, id eſt clara voce metaphora a tibicinibus, qui vt modulatius ſpirent quędam foramina claudunt. Cum vero rudiſſime ſpirare volunt vniuerſa foramina aperiunt ſonitu toruiore. Quintilianus libro vndecimo, Illa vero iam pene apertis (vt aiunt) tibijs. Cum dicimus tibijs apertis in aliquem inuehi, nõ clam intelligimus, ſed aperte inſectari. De verbo ad verbum græca ſic ſonant. Inflat enim non paruis amplius tibiolis ſed aſperis follibus ſine ligula. Eſt enim ligula cuneolus lingulatus ſeparans os fiſtulæ, ſine qua ligula toruiſſimus ſonus redditur. Qui) Pompeius. Adduci) Impelli ad hanc temeritatem.

Hoc) Sub hoc prętextu. ἐσοφίζετο) Cauillari poterat. Sophiſta enim, vt inquit Ariſtotel. libro quarto Metaphyſicæ, eſt facultas apparens, quæ circa accidens verſatur, vt ait Idem libro decimo Met. & eodem auctore libro nono Ethicorum, Nemo ſophiſtę argentum daret. Si leges Cęſaris probaret) Quod Cęſarem Tyrannidẽ appetentẽ, ſi Põpeius, quod foueat, accuſatur, reſpõdebit quoniã per leges Cæſaris acta mea in imperio approbata fuerũt, quę optimates oppugnabãt: quare dicet opus eſt velim nolim Cęſarem probare honoris mei propugnatorẽ. Actiones) Quæ Põpeius egerat in imperio, quod Senatus probare nolebat. Alij exponunt, ſi approbaui Cæſarem, ego feci quod debui & potui.

Vigeſima. Vigeſimariũ æs.

Aptis tibijs. Ligula.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Poterit ) Reſpondere Pompeius. Intercedit ) Scribendum intercedat, improbantes optimates ſe defendens, ita Pompeius improbabit. Si vobis leges Cęſaris non placuerunt, cur non obnunciabatis? De Rege) Per Gabinium in regnum reducto. Confici ) Contemptis obnunciationibus quoniam res trahebatur contra vtilitatem Reipub. Bibulus) Collega Cæſaris: necnon Pompeius dixit ſibi non fuiſſe quęrendum an Bibulus de cælo ſeruaret. De cælo) In legibus condendis, num vitio creatus eſſet Conſul Cæſar, vel in ferendis legibus quas Cæſar contra Rempub. tulit. Seruaſſet) Iouem tonantem obſeruaſſet, quod cum contingebat leges perferri non poterant.

poterit: intercedat necne, nihil ad ſe pertinere. De Rege Alexandrino placuiſſe ſibi aliquando confici: Bibulus de cœlo tum ſeruaſſet nec ne ſibi quærendum non fuiſſe. De publicanis voluiſſe illi ordini commodare: quicquid futurum fuerit, ſi Bibulus tum in forum deſcendiſſet, ſe diuinare non potuiſſe. nunc vero Sampſicerame quid dices? vectigal te nobis in monte Antilibano conſtituiſſe, agri Campani abſtuliſſe? Quid hoc quemadmodum obtinebit? Oppreſſos vos, inquit, tenebo exercitu Cæſaris. non mehercule me tu quidē tam iſto exercitu, q̄ ingratis animis eorū hominū, qui appellantur boni, qui mihi non modo pręmiorum, ſed ne ſermonum quidem vnquam fructum vllum aut gratiam retulerunt. Quòd ſi in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem reſiſtendi viam. Nunc prorſus hoc ſtatui, vt quoniam tanta controuerſia eſt Dicæarcho familiari tuo, cum Theophraſto amico meo, vt ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν, vtrique a me mos geſtus eſſe videatur. Puto enim me Dicæarcho affatim ſatis feciſſe. Reſpicio nunc ad hanc familiam, quæ mihi non modo vt requieſcam, permittit: ſed reprehendit, quia non ſemper quieuerim. Quare incumbamus o noſter Tite ad illa præclara ſtudia, & eo, vnde diſcedere nō oportuit, aliquando reuertamur. Quod de Quinti Fratris epiſtola ſcribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Quid dicam neſcio: nam ita deplorat primis verſibus māſionē ſuam,

Querendum) Non debuiſſe Pompeium eſſe ſollicitū.

De Publicanis) Quibus eſt facta remiſſio contra commodum Reip. Futurum) Profuturum. Si accuſor quod publicanos adiuui, reſpondebo me beneficū eſſe. Nunc) Sed quid o Pomp. nunc reſpondebis, manifeſto teneris. Sāpſicerame) Pompei. Se) Te ſcribendū. Antilibano) Reſpondebis ne te ſeruaſſe populo vectigalia remotiſſima, propinqua vero ambitioſe diſtribuiſſe? Plinius in. 5. Natur. hiſt. A tergo Tyri mons Libanus orſus centū quinquaginta ſtadijs Zymiram vſq; porrigitur, quę Cœleſyria cognominatur: huic par interiacente valle mons aduerſus Antilibanus obtēditur: quōdam muro cōiunctus: de quo lege Strabonem libro decimoſexto, quem ait alluí ab Euphrate. Quid hoc? ) Q. ſupra hominis faſtigium tibi vindicaſti? vel, vt poſſes illa ſuperiora defendere vel excuſare, quomodo hāc rapinam, hanc prædam agri Campani & maioribus cōſecrati defendes? quomodo tueberis hoc, te conſeruaſſe populo vectigalia remotiſſima propinqua diſtribuiſſe? Eorum optimatum) qui fuerunt in cauſa, vt canis oues deſeruerit, vnde lupus irrupit in ouile. Boni) Optimates. Introrſum turpes ſub primo pelle decori. Sermonum) Gratorum. Partem) Optimatū, reſiſtendi Pompeio audaciam. Incitarem ) Si optimates fouere vellem, ac eorum amplecti partes.

Antilibanus

Libanus.

πρακτικὸν βίον) Vitam practicā. θεωρητικόν) contemplatiuam. Herodotus Alicarnaſeus, θεωρητικὸν λόγον vocat in vita Homeri. Vtriq;) Sequar vtrorūq; auctorum ſectā: Theophraſti nunc, dum operam nauo ſpeculationi, vt olim Dicæarchi, dū verſabar in Republica. Videatur) Videri debeat. Affatim) Abundanter. dicitur & fatim. Familiam) Aſſerentium theoriam philoſophorum peripateticorū, aſſeclarum Theophraſti. Illa ſtudia) Theoretica. πρόσθε λέων) Ante leo: poſt autem, integrū carmen eſt, πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Ante Leo, retro Draco, media vero Capra. Prouerbium dicitur de ſpondentibus in principio maxima, poſt modo non ſtant promiſſis, ſed decoquunt atq; degenerant. Ouidius ſexto Metamor.

Practica vita

Theoretica.

Affatim.

Fatim.

Prima leo.

Quęq; chimęra iugo medijs in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Suidas, Chimaros hircus, & Chimęra capra. Chimaros torrens.

Quid dicam neſcio) Quo capiam vultus mutantem protea nodo? Manſionem) In Gallia cum Cę-

ſare, vel quid aliud, quoniam Cęſar adhuc in Galliam non penetrauerat, melius in Aſia quam inuitus adminiſtrabat. Remittit) Remiſſius agit. Edam) Promulgem. Circunuectionis) De naulo, quod exigunt Portitores & Telonarij dum circunuehuntur vtenſilia, mercimonia. & id genus reliqua: prouincialis ſupellex aut Proconſularis. Circunuectionem hodie paſſagium vocant. Non deberi) Portorium circunuectionis. Gręci) Portitores. Diſcedere) A Senatu illæſus euadere, vel tranſire, ne me iſti cauſę miſceam, faciam rem gratam publicanis, quos non offendam. Cauſa optima) Magna & momenti magni pertinens ad publicanos. Satiſfaciam) Cõtra quos non veniam: nã hæc pars fauoris eſt. Εἰ δὲ μή) Sin autem non, ſupple poſſum diſcedere ne lædã. Malo) Repete verbum ſatiſfacere. Negociatoribus) q̃ fratri.

Circũuectio.

vt quemuis mouere poſſit: ita rurſus remittit, vt me roget, vt annales ſuos emendem, & edam. Illud tamẽ quod ſcribit animaduertas velim de portorio circunuectionis. ait ſe de COSS. ſententia rem ad Senatum reiecisse. Nondum videlicet meas literas legerat, quibus ad eum me conſulta & explorata perſcripſeram, non deberi. Velim ſi qui Græci iam Romam ex Aſia de ea cauſa venerunt, videas, & (ſi tibi videbitur) iis demonſtres, quid ego de ea re ſentiam. Si poſſum diſcedere, ne cauſa optima in Senatu pereat, ego ſatiſfaciam publicanis. εἰ δὲ μή (vere tecum loquar) in hac re malo vniuerſæ Aſiæ & negociatoribus: nam eorum quoque vehementer intereſt. Hoc ego ſentio valde nobis opus eſſe. Sed tu id videbis. Quæſtores autem quæſo: num etiam de ciſtophoro dubitant? Nam ſi aliud nihil erit, cum erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam quod extremum eſt, te in Arpinati videbimus, & hoſpitio agreſti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempſiſti. Vale.

Eorum) Negociatorum. Opus eſſet) amicos & publicanos conſeruare. Ciſtophoro) De pecunijs mittendis fratri Aſiam regenti. Peloponeſi nummus Teſtudo erat: vnde Gręcis inoleuit, Virtutem ſuperat teſtudo, ſophoſq; diſertum. Theſeus nummum ſculpſit bouis imagine. Cum orator pecunia corruptus tacebat, Bouẽ inſediſſe linguæ prouerbio ferebatur. Dyobolis Athenięſium facies erat cum Iouis capite. Tetrabolũ duas habuit noctuas. Eſt & mna, cuius dimidium hemimnęum. Stater aureus erat precio mnę par. Erat & Daricus ſimilis Chryſo Atheniẽſi. Erat & apud eundem populum, Core. Apud Corinthios Polos, imaginem habens pegaſi. Comma minimus nummus, Danacen obolum vocabant, quod Charonti portitori dabatur in tranſitu paludis. Eſt & Litra, Decalitron ſtater. Tetracina Attica: de quibus Liuius meminit. Quidam prodũt Phædona Argiuum primum ſignaſſe nummos. Cibdelia nummus eſt adulterinus. Quod extremum eſt) Et ſi minimum detur accipiam. Furor eſt poſt omnia perdere naulum.

Ciſtophorũ.
Teſtudo nũmus.
Bos inſedit linguæ.
Dyoboli.
Tetrabolum
Hemimnæũ.
Stater.
Daricus.
Core. Polos.
Comma.
Danace.
Litra.
Tetracina.
Cibdelia.

Argumentũ. XXXIII.

SIGNIS Euidentibus colligit Marcus Cicero Pompeium optimatum criminibus ac vulgi ſibilis exagitatum, tyrannidem appetere. Signa ſubdit vt initam affinitatem cum Cęſare, & reliqua plura. Sed hæc extrema eſſe non poſſunt: verum per hęc aditus ad peſtifera paratur. Philoſophia tamen Ciceronem adeo muniuit, vt ad iſta ſit indifferens.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PRORSVS, vt ſcribis, ita ſentio: turbat Sampſiceramus, nihil eſt, quod non timendum ſit ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεσθαι. Quid enim iſta repentina affinitatis coniunctio? quid ager Campanus? quid effuſio pecuniæ ſignificant? quæ, ſi eſſent extrema, tamen eſſet nimium mali: ſed ea natura rei eſt, vt hæc extrema eſſe non poſſint. Quid enim eos hęc ipſa per ſe delectare poſſũt? nũq̃ huc veniſſet,

PRORSVS) Pompeium patenter Tyrannidem inuadere ſcribit. Turbatur) Vetus lectio, turbat, habet. Sampſiceramus) Pompeius Arabarches, qui populos illos domuit. ὁμολογουμένως.) Patenter Tyrannidem comparat. Extrema) Hic ſtaret tyrannicus furor, ſed aliud peius ſecuturum iſta ſignificant. Natura) Conditio. Rei) Mali ei Pompeio imminentis. Non poſſint) Quæritur his ad tyrannidem via. Huc veniſſent) Ad iſtas largitiones.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararent. Verum, vt ſcribis, hæc in Arpinati ad. VI. circiter Idus Maias. Non defleamus, ne & opera & oleum philologiæ noſtræ perierit, ſed conferamus tranquillo animo: Dii immortales, neque tam me εὐελπιστία conſolatur, vt antea, quàm ἀδιαφορία, qua nulla in re tam vtor quàm in hac ciuili & publica. quin etiam, quod eſt ſubitaneũ in nobis, & non ἀφιλόδοξον, (bellum eſt enim ſua vitia noſſe) id afficitur quadam delectatione. Solebat enim me pungere, ne Sampſicerami merita in patriam ad annos ſexcentos maiora viderentur, quàm noſtra. Hac quidem cura animus certe iam vacuus eſt, ſumme etenim ille, ſicut Phocis curiam ἀρᾶν videtur. Sed hæc coram. Tu tamen videris mihi Romæ fore ad noſtrum aduentum: quod ſane facile patiar, ſi tuo commodo fieri poſſit: ſin vt ſcribis, ita venies, velim ex Theophane reſpicere, quonam in me animo ſit,

Philologia.
Euelpiſtia.
Adiaphoria.
Senſus.
Mens.

Opera) Labor. Oleum) Impenſa, metaphoricum prouerbium. Philologiæ) Studij. Εὐελπιστία) Bona ſpes, fore vt res in melius conuertantur. Ἀδιαφορία) Indifferentia, indifferenter, indiſcriminatim, & ſuſq; deq; habendo iſta. Quod eſt ſubinane) Senſus, ſtudium ambitionis: illa in nobis opinio æſtuans circa vmbram virtutis, non virtutem. In homine duo ſunt ſenſus, vnde manant opiniones, & mens, vnde verum iudicium. de vtroque ſic Cicero libro decimoquinto Epiſtolarum Familiarium ad Catonem, Nam ad meum ſenſum, & ad illud ſincerum ac ſubtile iudicium, nihil poteſt eſſe laudabilius.

Aphilodoxõ

Ἀφιλόδοξον) Ambitione carens. Is) Senſus a mente in meliorem ſententiam tractus, ſenſus philoſophica medicina depuratus, nihil cenſorium habet. Quidam codices habent id. Delectatione) Quod ſe cognouerit & ambitioni valere dixerit. Pungere) Ambitio. Sãpſicerami) Pompeij. Ambitio me olim torquebat, ac Põpeiana trophęa me ſomnos capere non ſinebant. Sexcẽtos) Innumeros futuros. Sũme) In apice Romæ, in extremo mũdi dorſo ſtare videt animus meus, nõ eſt immerſus cœno & curis.

Phocis.

Phocis Curiana) Phocidem Curianã Pompeium vocat, a quo curię pendebant, & pro oraculo Delphico habebãt, vel a quo curia hoc eſt Senatus vt ab oraculo pendebat. In Phocide templum erat Themidis fatiloquæ. Ouidius, Separat Aonios Actęis Phocis ab aruis. Senſus eſt igitur, In me ſenſus a ratione defæcatus depoſuit quicquid habebat terrenum ac ſordidum: ſummaque tenet, ac in excellenti, ſupremoque loco ſitus, Pompeio non cedit: nam quemadmodũ ille Pomp. extat ac eminet in curijs agendis, vel curia, id eſt Senatu, ego perinde liber ac immunis illarũ curarum vel curiæ ſuperenato quidquid eſt vulgare populareve. Sed cum Romanis codicibus, videtur, non videbatur, cum Aldo etiam ſcribendum eſt. In codice vetuſto legi. Sicut Phocylides curiarum ſtare videtur. Senſus meus virtute defęcatus, non ſecus extat ab ambitu curiarum, vt illius factus ſit Phocylides, id eſt cenſor, tantum abeſt vt appetat ambitionem, vt curiarum ambitores obiurget ac concaſtiget. Qua figura loquendi villam ſuam philoſophiam vocauit, quod aliarum inſanas ſubſtructiones irrideret. Huic adſtipulatur ſententia ab eodem M. Tullio poſita libro iſtarum epiſtolarũ quarto, De hoc cum dicemus ſit quaſi ὁ φωκυλίδης.

Phocylides.

Phocylides, auctore Suida, Mileſius philoſophus tempore Theognidis, vterque vero poſt bellum Troianum annis DXLVII. Olymp. LVIII. Euſebius. LX. Scripſit elegum carmen: ſimiliter & Paręneſes hoc eſt admonitiones ſententijs philoſophicis refertas heroico carmine quę extant, quas Cephalea dictitant.

Cephalea.

Eruditiores armati audacia ſępe felici, legunt, φῶκις curiam ἀρᾶν videtur. Hoc eſt Phocis curiam execrari videtur. De Phocide crebris fortunæ iniquitatibus populariter ſolum vertente notius eſt q̃ vt doctrina noua indigeat, vnde cum odio quid perſequimur Vatiniano ac abimus decedimuſq; ab eius conſortio, nunq̃ viſuri, & iureiurãdo nos adſtringimus mille vinculis obfirmato dicimus parœmiodicos, ſicut Phocis execror.

Vt phocis execratur.

Horatius. III. carminum, Phoceorum velut profugit execrata ciuitas. Eamus omnes execrata ciuitas. Prouerbium ſic ſe habet φωκαίων ἀρά. hoc eſt, Phocenſium execratio. De iureiurando multis vinculis adſtricto, & execrationibus quibus in fœderibus vtebantur. Venies) Ad me vt prędixiſti.

Theophanes

Theophane) Rhodius fuit. Lege Plutarchum in vita Ciceronis. Alij Mithylenęum, gratia cuius Pompeius, auctore Plutarcho, Mithylenen libertate donauit. Citat Plutarchus in Pompeio hiſtoriam Theophanis contra Rutilium, niſi diuerſi fuere. quoniam video alibi ſcriptum eſſe apud Plutarchum Theophantis, ad Gręcos codices prouoco. Scribit Cæſar libro tertio ciuilium, quod cum Theophane maxima Pompeius communicare ſolebat. Aliqui per Theophanem Cornelium Balbum Gaditanum Pompeij a ſecretis, & curarum naſcentium participem intelligunt, propter hęc verba Iulij Capitolini, A Balbo inquit Cornelio Theophane originem Balbinus ducens, qui per Cn. Pompeium ciuitatem meruerat cum eſſet patriæ ſuę nobiliſſimus. Sed fuit is pręfectus fabrum Cęſaris in Gallia: an tempora concinant, ſubducas ratiunculam: Theophanias etymologice Bernardus in libro de amore dei, ſanctorum ſplendores & occurſus appellat,

Arabarches)Pompeius princeps Arabum & victor qui Arabibus vectigalia impoſuit in Antilibano. Scimus enim Arabas genus eſſe molliſſimum. Iuuenalis Ciceronem imitatus taxaturus comeſatorem & mollium effœminatorumq; principem vocat Arabarchem ſic, — Arabarches.

Atq; triumphales inter quas auſus habere.
Neſcio quis titulos Ægyptius atq; Arabarches.

Arabes propter molliciem cęli molles fuiſſe, vnguẽtiſq; delibutos incedere quis neſcit? vnde Arabice olere ſignificat vnguenta redolere precioſa, vel quod ea in Arabia naſcuntur: vel Arabarches pro diuite & potenti ponitur, ſed molli. quoniã in Arabia plures erãt nomi, prefecturę: quibus præpoſiti dicebantur Arabarches. Imperator Auguſtus Mutiano, Vſurpatione totius licentiæ ſummouemus circa vectigal Arabarchiæ per Ægyptum atq; Auguſtaneam conſtitutum. Solet) Apparere & cognoſci. κατὰ τὸ κηδεμονικόν) Si curaueris explorare, ſi curioſus ſcitari fueris. κηδεμονικὸς curioſus. ὑποθήκας) Documenta. Si me) quid exploraſti, admonueris. περὶ τῶν ὅλων) De omnibus ſingula colligendo. Ex eius ſermone) Si Theophanis ſermonem euentilabimus. — Arabiceolere. Nomi. Arabarchia. Hypothecę.

Arabarches, quæ res ſcilicet ſolet κατὰ τὸ κηδεμονικόν, & ad me ab eo quaſi ὑποθήκας afferre, quemadmodum me geram: aliquid ex eius ſermone poterimus περὶ τῶν ὅλων ſuſpicari. Vale.

Argumentum XXXIIII.

ATTICVS Euolauerat, Ciceroq; Romam reuerſus vrbana Tito ſignificat, in ſeruitutem a tyrannis redactam vrbem deplorat: timeri mortem & eiectionem. Curio tamen aduerſatur, ſed ſolus. non modo priuati, ſed magiſtratus liberi non ſunt, deſperationis omnia eſſe pleniſſima. Legatus inuitatur a Cęſare. Auet pugnare cum Clodio. Statium manumiſſum dolet, optatq; Titi pręſentiam.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ACcepi aliquot epiſtolas tuas, ex quibus intellexi, ꝙ ſuſpenſo animo & ſolicito ſcire aueres, quid eſſet noui. tenemur vndiq;, neq; iam, quo minus ſeruiamus, recuſamus: ſed mortem, & eiectionem, quaſi maiora timemus, quæ multo ſunt minora. Atq; hic ſtatus, qui vna voce omnium gemitur, neq; verbo cuiuſꝙ ſubleuatur, σκότος eſt, vt ſuſpicor, illis qui tenent nullam cuiuſquam largitionem relinquere. Vnus loquitur, & palam aduerſatur adoleſcẽs Curio. Huic plauſus maximi, conſalutatio forenſis perhonorifica, ſigna pręterea beneuolentiæ permulta a bonis impertiuntur. Fuſium clamoribus & conuiciis, & ſibilis conſectantur. His ex rebus non ſpes, ſed dolor eſt maior, cum videas voluntatem ciuitatis ſolutã, virtutẽ alligatam. Ac ne forte quæras

TENEMVR) Inſidiis tyrãnorum illaqueamur. Eiectionem) Exilium, quod mox paſſus eſt Cicero vrgẽte Clodio ac Põpeio deſerẽte. Minora) Quoniam ſingulos attingunt, Fatum Reip. oẽs trahit in pręceps. Amiſſis publicis priuata ſtare non poſſunt. Status) Optimatum infirmus & deſperatus. σκότος) Tenebræ. Status optimatum eſt tenebræ, id eſt obſcurat ſtatum tyrannorum, vt cum excellentior ſit Antonio Cicero, dicitur Cicero Antonij ſcotos, quoniam Antonij famam obſcurat ac premit, nec ſinit apicem tenere primum. Aliqui ſcribunt ex codice priſco Scopos. Feriunt tyranni ſtatum optimatum & in eum iaculantur tanꝗ in ſcopon. Eſt Scopos ſignum eminens ad quod ſagittas dirigimus. σκοπεῖν eſt oculum dirigere. a ſcopo Scopulus diminutiue a Tranquillo dicitur. Funditores, auctore Vegetio, VE pro ſcopo ponebant, vnde petere ſcopon eſt ſententiam propoſiti tangere. Macrob. Mentem ſomniiq; propoſitum, quod Gręci ſcopon vocãt. Hac dictione vtitur Dionyſius Alicarnaſeus libro hiſtoriarum nono, animum ſapientis ſcopo eſſe aſſimilem docet Lucianus in Nigrino. Timent ullam) Codices Romani, quos ad pręſens ſequi iubet, habent, tenent nullam, & perplacet: qui tenent, id eſt deliberant, decernuntque nullum genus largitionis omittere, dare, profundere, vt poſſint vincere. Cuiuſquàm) Ordinis, loci, hominis, generis vt popello iniecta eſca illecto, extruſis optimatibus iugum mox imponant. Plauſus) Excitantur, quoniam nihil eſt magis populare quàm bonitas. Fuſium) Pompeianum Tribunum plebis, auctorem legulę Pompeianę, quo ſtimulante diuiſus eſt ager Campanus. Sibilis) Ignominioſis reclamationibus. Conſectantur) Populatim inſectantur. Non ſpes) Affulget maioris boni. Dolor) Maioris mali, vel non ſibilant vnde ſperent, ſed vt quomodo poſſint dolorem exprimant. Solutam) In tyrãnnos promptam. — Scotos. Scopos. Scopulus. Ve. Sibila.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

κατὰ λεπτὸν) Circa ſingula minutius. λεπτὸς tenuis, minutus. λεπτότης tenuitas, paruitas. Ali-
quando) Superioribus iungitur, aliquo tempore. Priuatos) Fore liberos. Magiſtratus) Elinguis erit
curia, vates fuit Cic. Attamen) Alij codices habent, vt tamen. In oppreſſione) Vt inter oppreſſos.
Qui re mederi non poſſunt, verbis obſtrepunt. Campana lex) Agraria, de diuidendis vel diuiſis Cam
panis agris. Habet execrationem) Execrationi eſt, execrantur vniuerſi. Concione candidatorum.)
In congregatione populi in creandis nouis magiſtratibus, quos iurare cogebant in verba legis Agrariȩ.

κατὰ λεπτὸν de ſingulis rebus, vniuerſa res eò eſt dedu-
cta, ſpes vt nulla ſit, aliquando non modo priuatos,
verum etiam magiſtratus liberos fore. Attamen in
oppreſſione, ſermo in circulis duntaxat, & in conui-
uiis eſt liberior, q̃ fuit. Vincere incipit timorem do-
lor: ſed ita, vt omnia ſint pleniſſima deſperationis. Ha
bet etiam Campana lex execrationem in concione cã
didatorum ſi mentionem fecerint, quo aliter ager poſ
ſideatur: ad quæ, vt ex legibus Iuliis non dubitant iu
rare cæteri, Laterenſis exiſtimatur recte feciſſe, quòd
Trib. pleb. petere deſtitit, ne iuraret. Sed de Repub.
non libet plura ſcribere. Diſpliceo mihi, nec ſine ſum-
mo ſcribo dolore: me tueor, vt oppreſſis omnibus, nõ
demiſſe, vt tantis rebus geſtis, parum fortiter. A C.
Cæſare valde liberaliter inuitor in legationem illam,
ſibi vt ſim Legatus, atq; libera legatio voti cauſa da
tur. Sed hæc & prȩſidii apud furorem Pulchelli non
habet ſatis, & a fratris aduentu me ablegat, illa &
munitior eſt, & non impedit: quo minus adſim, cum
velim, & hanc ego teneo, ſed vſurum me non puto.
Neq; tamen ſcit quiſq̃. non libet fugere, aueo pugna-
re. Magna ſunt hominum ſtudia, ſed nihil affirmo, tu
hæc ſilebis. De Statio manumiſſo, & nonnullis aliis
rebus angor equidem, ſed iam prorſus occallui. Vt
vellem ego & cuperem, adeſſes, nec mihi conſilium,
nec conſolatio deeſſet, ſed ita te para, vt ſi inclama-
ro, aduoles. Vale.

Fecerint) Candidati. Ali-
ter) q̃ decreuerit Cæſar. Ad
quȩ) Facta. Iulijs) Iurant ſe
non aduerſaturos illi legi tãq̃
a Cæſare lata eſſet. Laute)
Scribendum recte. Ne iura-
ret) Candidatos iurare coge-
bant, ſe non obſtituros Cam-
panȩ legi, Laterenſis vir gra-
uiſſimus Tribunatum, ne iu-
raret, petere deſtitit. Sibi)
Cȩſari in Galliam profectu-
ro Libera legatio) Signifi-
cat ſibi duas legationes offer-
ri, vnam cum Cȩſare, alterã li
beram, ſibi placere liberam.

Legatio voti cauſa.

Voti cauſa) Ad ſoluendum
votum, vel durante ad votũ
meum, & quantum mihi li-
buerit, vel ad electionẽ meã
capeſſenda. Hȩc) Legatio Cȩ
ſaris. Apud) Contra. Pu-
dorem) Scribe furorem. Pul
chelli) Clodij. Illa) Legatio
votiua vel potius Cȩſariana.
Munitior) Firmior ad Pul-
chrum frenandum. Hãc te-
neo) Huic adhȩreo votiuȩ,
vel habeo hanc caſtrenſem ſi
volo. Scit quiſq̃) Quid ſim
facturus, animi mei propoſi-
tum tego. Quidam codices
habent: ſcio quidnam, ſubin-
tellige ſim facturus, prior le-
ctio placet quoniam addidit.
Sed nihil affirmo. Tu hoc ſi-
lebis. Statio) Gelli⁹ in calce
quarti libri, Statius autem
ſeruile nomen fuit. Plerique
apud veteres ſerui eo nomi-
ne fuerunt. Cȩcilius quoq; ille comœdiarum poeta inclytus ſeruus fuit, & propterea nomẽ habuit Sta-
tius, vnde manauit id ſallum, Nam cum cenſor interrogaret quendam cur equũ haberet macrum cum
ipſe curatior eſſet, reſpondit homo facetus, Quoniã, inqt, ego me curo, equũ Statius, meus ſeruus. Tu
vellem) Nonnulli codices habẽt, Vt vellẽ ego, vt cuperẽ. vt ponit, pro quãtũ cũ admiratiõe ſuſpẽſa, iuxta
illud Propertianũ, Vt cadit amoto ſubito cuſtode puella. Occallui) Obdurui. Inclamaro) Inuocauero.

Statius.

Vt.
Occalleo.

PIVS.

Argumentum. XXXV.

TVMVLTVARIA
Epiſtola eſt. De fratre,
fratris liberto Statio,
poſtremo de Pompeio con-
querĩt. INTENDVNTVR.
Parantur, oſtenduntur pro-
pter minas Clodij. Ouidius,
Iã mihi tẽdũtur caſſes. verbũ
auctore Donato ab aucupib⁹
tractũ. Sexcẽta) Infiniti ſũt

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

MVlta me ſolicitant, & ex Reipub. tan-
to motu, & ex his periculis, quæ mihi
ipſi intenduntur, & ſexcenta ſunt, ſed
mihi nil eſt moleſtius, q̃ Statium ma-
numiſſum: nec meum imperiũ, omitto

aggerẽs curarum huiuſmodi.propter minas Clodianas. Ac mitto)Scribendum.At mitto. Neque
tantum)Statius peccauit in Pomponiam,non tantum fortaſſe frater errauit quantum accuſatur a Põ
ponia. His)Pomponiæ vel fratri Quinto. Doleo)Illos immutatos. Cætera)Me angunt. In ma
gnis rebus)Numerantur a me.Reliqua collocantur a me in numerum eorum,quę me valde torquẽt.
Quæ ſint iſta non tradit,fraterna peccata puto,aut inſidias Clodianas minasve ſigniferis Pompeio &
Cęſare. In me Clodij)Scribe minę. Ἄλις δρυός) Satis quercus, affatim eſt honorum. ſatis auctus

Ἄλις δρυός.

imperium,non ſimultatem meam reuereri ſaltem? nec
quid faciam,ſcio,neq; tantum eſt in re,quantus eſt ſer
mo.Ego autem ne iraſci quidem poſſum iis, quos val
de amo:tantum doleo,ac mirifice quidem. Cætera in
magnis rebus, minæ Clodii contentionesq;, quę mi
hi proponuntur,modice me tangũt: etenim vel ſubi
re eas videor mihi ſumma cum dignitate,vel declina
re nulla cum moleſtia poſſe.Dices fortaſſe dignitatis
ἅλις tanq̃ δρυός.Saluti(ſi me amas) conſule.Me miſe
rum cur non ades? nihil te profecto præteriret. Ego
fortaſſe τυφλώττω, & nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα.
Scito nil vnquam fuiſſe tam infame,tam turpe, tam
deniq; omnibus generibus,ordinibus,ętatibus offen
ſum,q̃ hunc ſtatum,qui nunc eſt:magis mehercule,q̃
vellem,non modo q̃ putarã.Populares iſti iam etiam
modeſtos homines ſibilare docuerunt. Bibulus in
cœlo eſt, nec quare, ſcio, ſed ita laudatur, quaſi qui
Vnus homo nobis cunctãdo reſtituit rem.Pompeius
noſtri amore(quod mihi ſummo dolori eſt)ipſe ſe af
flixit. Neminem tenet, voluntate an metu neceſſe ſit
iis vti,vereor.Ego autem neq; pugno cum illa cauſa
propter illam amicitiam,neq; approbo,ne omnia im
probem,quę antea geſſi,vtor via populi.Senſus ma
xime in theatro,& ſpectaculis perſpectus eſt: nã gla
diatoriis qua dominus,qua aduocati ſibilis conſciſſi.
Ludis Apollinaribus Diphilus Tragœdus in noſtrũ
Pompeium petulanter inuectus eſt.Noſtra miſeria tu
es magnus,millies coactus eſt dicere.Eandẽ veritatẽ
iſtam:veniet tempus,cũ grauiter gemes, totius thea

es honoribus:ſatis vixiſti, ſa
tis floruiſti,ſatis quercus, id eſt
ſatis vitę huius vel illius.Pro
uerbium apud Gręcos quod
homines glandibus veſcebã
tur.Hortatur ſe Cicero vt re
lictis dignitatibus,quarũ ſplẽ
dore nimium coruſcabat, &
ambitione appetituq; hono
rum,tranſeat ad tutiora cõſi
lia.Didymi verba.Satis quer
cus,De diſcedentibus extrita
via ad meliora: prolatum eſt
prouerbium quod antiquitus
homines glandibus nutriti
quernis,deinde inuẽtis a Ce
rere melioribus frugibus victi
tarũt. Huius ſimile prouerbiũ,
Ἄλλην δρῦν βαλάνιζε,id eſt
aliam quercum decute.Bala
niſtas glandarios vocabãt ta
lem fructum colligentes. Sa
lutis)Iunge inferioribus,ac ſa
luti ſcribe. Pręteriret) Tu
cũcta pręuideres. τυφλώτ
τω) Cęcutio. alij codices Ty
phlotatos habent,hoc eſt cę
ciſſimus & ſubintelligũt ſum.
τῷ καλῷ προσπέπονθα)
Honeſto afficior. Offenſum)
Odioſum. Populares)Pom
peius,Cæſar, Fuſius: præſer
tim Pompeius.Lucanus,Ni
mium popularibus auris,Im
pelli plauſuq; ſui gaudere the
atri. In cælo eſt) Laudatur,
extollitur, de quo prouerbio
ſuperius affatim. Vnus ho
mo)Hoc Ennius ingenio ma
ximus,arte rudis.de Fabio di
xerat,Vnus homo nobis cun
ctando reſtituit rem.Non po
nebat enim rumores ante ſa
lutem.Ergo poſtq; magiſq; viri nunc gloria claret. Noſtri amore)Simulabat Pompeius ſe affligi de pe
riculo Ciceroni imminẽte,vel amore noſtri pro amore noſtrum, vt ordinem noſtrum teneat.Simulat
ſe inire amicitiam cum Cęſare,vt eius acta confirmarentur a Senatu, & Senatum credens affligere, ſe
perdidit. Neminem tenet)A nullo ordine amatur. His vti)Cæſare & Craſſo. Cum illa cauſa)Alij
codices.In illa,Pompeij cum optimatibus. Syneſius, Beneuolentia eſt potentiſſima ad corrumpendos
calculos. Approbo)Voluntatem Pompeij conſociationem. Omnia)Ad libertatem ſpectantia. Geſ
ſi) In Conſulatu. Senſus)Cuius populi ſenſus ac animus. Theatro) Sibilant enim in Pompeium.
Gladiatoribus)In ludis gladiatorijs. Qua)Partim. Liuius ſecundo ab Vrbe condita,Qua ſuis quiſq;
qua totius ordinis viribus. Plautus,Qua me,qua ſeruum atrienſem. Dominus) Munerarius hoc eſt
editor ludorum,vt dominus conuiuij vocatur conuiuator. Diphilus)Comicus poeta fuit:cuius Do
natus meminit in Adelphis,aitq; ſynapothniſcontes comœdiam edidiſſe. De eodem Priſcianus & Ari
ſtophanis Commentarius prodiderunt,de quo Iuuenalem reor intellexiſſe, Aut Diphilus aut Alaban
des.Sup hoc Diphilo lege Ciceronem libro primo de Oratore,Duo fuerũt Diphili:alter medicus, alter
poeta. Virtutem)Beroaldus veritatẽ ſcribit hoc eſt ſentẽtiã,ſi tẽpus futurũ cõſideras, oraculo veriorẽ.

Satis q̃rcus.

Balaniſtæ.

Vnus homo.

Qua.
Dominus.
Diphilus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Inimico)Clodio. Plutarchus in vita Pompeij, Clodius ſceleratorum & impudicorum hominum multitudine ſeptus, in edito loco ſeſe collocat: deinde ſic rogat, Quis Imperator impudicitia laborat? quis vir virum quęrit? Quis vno digito caput ſcalpit? illi, Pompeius, reſpondẽt. Lacydes rex & Pompeius dicti ſunt digito caput ſcalpere. Si neq;) Diphilus proſequebatur contra Pompeium. Mores) Amor bonorum morum qualis in patritio eſſe debuit. Cogunt) Te abſiſtere a malo. Veniet tempus cum grauiter gemes. Mortuo) Sedatis ac finitis acclamationibus in Diphilum, vel nullo plauſu, fauore ſepulto.

Succeptum

Suſceptum) Incohatum, vel ſucceptum hoc eſt iritatum, incenſum. Maro primo Æneid. Succepitque ignem folijs. Voluit ſignificare vltionem parari, nec hanc cauſam hic poſſe reſidere. Illis) Inuidis Pompeij, Curione ac cæteris. Tranſire) Scribendum trãſiri. Homines) Senatores & optimates, qui vitia pompeiana, non Pompeium oderant. Iuxta ſententiã Theognis in hęc verba, οὔτε γὰρ ἐχθαίρειν, οὔτε φιλεῖν δύναμαι. Non odiſſe queo, & amare non poſſum. Non ferũt) Ferre tyrannidem non poſſunt. Vna vox) Optimatũ.

Publius) Clodius. Impendet negocium) Imminet mihi moleſtia. Satis bonorum) Mediocriter bonorum. Vllũ non eſſe facturum Clodium. Alij contendunt ſcribẽdum illum ac ad Clodium referendum. Coſconio) Quinqueviro: immo Vigintiuiro, vt ex Suetonio ſupra. Quintilianus libro duodecimo, Actꝰ nobiliſſime Conſulatus, integerrime prouincia adminiſtrata, & repudiatus Vigintiuiratus. Id erat) In locum huius, quem oderant omnes.

Homines) Alij ſcribunt oẽs.

Aſphalia.

Ἀσφάλειαν) Munimen, ſecuritatẽ. Illi) Quinqueuiri.

Improbos) Clodianos. Alienam) Illud omne odium quo Coſconius laborabat in me verſum fuiſſet. Honeſtior) Legatio. Pugnare) Cũ Clodio dimicare, non modo contendere. Hoc opinor) Niſi fallor hoc ſupeſt. Ἀκκιζόμεθα) Tergiuerſamur & diſſimulamus.

Acco.

Acco fuit anicula his moribꝰ, vt ea quæ valde cupiebat, recuſaret. vnde diſſimulatio recuſãdi quæ valde cupimus, dicitur

Acciſmus.

Acciſmus. Lucianus in dialogo de mercede ſeruientibus, ὁ δὲ ἀκκισάμενος ἄπαγε. πόθεν οὐδὲ ἐγώ; At ille acciſſans, aufer inquit: Ego ne abs

Acciſſare.

trí clamore dixit, itemq; cætera. Nã & eiuſmodi ſunt ii verſus, vti ab inimico Pompeii in tempus ſcripti eſſe videantur. Si neq; leges, neq; mores cogunt, & cætera magno cum fremitu & clamore ſunt dicta. Cæſar cũ veniſſet mortuo plauſu, Curio filius eſt inſecutus. Huic ita plauſum eſt, vt ſalua Repub. Pompeio plaudi ſolebat. Tulit Cæſar grauiter: literæ Capuam ad Pompeium volare dicebantur. Inimici erant Equitibus, qui Curioni ſtantes plauſerant, Hoſtes omnibus, Roſciæ legi etiam frumentariæ minitabantur, ſane res erat perturbata. Equidem maluerã, quod erat ſuſceptum ab illis, ſilentio tranſiri, ſed vereor, ne non liceat. Non ferunt homines, quod videtur eſſe tamen ferendnm. Sed eſt iam vna vox omnium magis odio formata, ꝗ̃ præſidio. Noſter autem Publius mihi minitatur, inimicus eſt. Impendet negocium, ad quod, ſcilicet tu aduolabis, videor mihi noſtrum illũ Conſularem exercitum bonorum omnium, etiam ſatis bonorum habere firmiſſimum. Pompeius ſignificat ſtudium erga me nõ mediocre, idem affirmat verbum de me vllum non eſſe facturum, in quo non me ille fallit, ſed ipſe fallitur. Coſconio mortuo, ſum in eius locum inuitatus: id erat vocari in locum mortui. Nil me turpius apud omneis fuiſſet, neq; vero ad iſtã ipſam ἀσφάλειαν quicquid alienius. Sũt enim illi apud bonos inuidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem inuidiam, alienam aſſumpſiſſem. Cæſar me ſibi vellet eſſe Legatum: honeſtior hęc declinatio periculi, ſed ego hoc non repudio. Quid ergo eſt? Pugnare malo, nil tamẽ certi. Iterum dico, vtinã adeſſes, ſed tamen, ſi erit neceſſe, arceſſemus. Quid aliud? quid? hoc opinor: certi ſumus periſſe omnia. Quid eĩ ἀκκιζόμεθα tandiu? Sed hęc ſcripſi properans, & mehercule timide. Poſthac autẽ ad te, ſi perfidelem habebo, cui dem, ſcribam omnia plane: aut ſi obſcure ſcribam, tu tamẽ intelliges. In his epiſtolis me Lælium, te Furiũ faciã. cætera erunt ἐν αἰνίγμασι. Hic Cæcilium colimus, & obſeruamus diligẽter. Edicta Bibuli audio ad te miſſa. Ardet dolore & ira noſter Pompeius. Vale.

te. Idem in dialogo q inſcribitur Erotes, Omni, inquit, ſublato accismo, id eſt diſſimulantia. Ferūt hāc Acco adeo fuiſſe delirā vt in ſpeculo cum imagine ſua, tanq̄ cum ſe ipſa loqueretur: vnde cū per delirāmētum aliqd facere ſignificare volebāt, acciſſare dicebāt. Poſt hac ad te aut) Scribe, poſthac autē ad te ſi perfidelem. Habeo) Legendū habebo. ἐν αἰνίγμασι) Aenigmatica, in ęnigmate. Hoc Cęciliū) Hic ſcribe. i. Romę. De auunculo Titi Cæcilio fœneratore intelligit. Edicta) Id eſt Cæſarem quæ alibi vocat Archilochia, maledica videlicet & æſchrologa, etiam in Pompeium.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ANICATO, vt te velle intellexeram, nullo loco defui. Numeſtium ex literis tuis ſtudioſe ſcriptis, libenter in amicitiam recepi. Cæcilium quibus rebus poſſum tueor diligenter. Varro ſatiſfacit nobis. Pompeius amat nos, charosq; habet. Credis? Inquies, credo, prorſus mihi perſuadet: ſed quia (vt video) pragmatici homines omnibus hiſtoricis præceptis, verſibus deniq; cauere iubent, & vetant credere, alterum facio, vt caueam: alterum, vt non credam, facere non poſſum. Clodius mihi adhuc denunciat periculum. Pompeius affirmat, non eſſe periculum, adiurat: addit etiā ſe prius occiſum iri ab eo, q̄ me violatum iri. Tractatur res ſimul, & ſiquid erit certi, ſcribam ad te, ſi erit pugnandum, arceſſam ad ſocietatem laboris: ſi quies dabitur, ab Amalthea te non cōmouebo. De Rep. breuiter ad te ſcribā: iā eñ

Agumentum. XXXVI.

PIVS.

POMPEIO Plane non confidit, Cæcilium obſeruat, Bibuli edictis applaudit. Clodius adhuc periculum denunciat, Pompeius ſatiſdat pro Clodio, obſcurabit in poſterum ſtylum ne charta eum prodat. Singuli gemunt, ac tyrannos deteſtātur, medicina tamen morbo nulla adhibetur. hæc quo eruptura ſint timet, nomen ſuū mutabit Cicero, neq; ſuo vtetur chirographo, neq; ſigno.

Anicatus.

ANICATO) Anicati nominis inſolentiam nonnulli auerſati, contendunt Annio Cato legendum. Annius nomen eſt Romanum, ſaltem Etruſcum. Catos & corculos cognomina prudentiæ fuiſſe Plinius lib. Nat. hiſt. 7. teſtatur.

Cati Corculi.

Nullo loco) Nullo tempore, nulla occaſione. Satiſfacit) Redamat, vices in amore reddit.

Pragmatici.

Pragmatici) Oratores & cauſidici, negociorū & actionū miniſtri. πρᾶγμα negocium ac moleſtia. Cicero primo de Oratore, Itaq; illi diſertiſſimi homines miniſtros habēt in cauſis iuriſperitos, cum ipſi ſint peritiſſimi, & qui pragmatici vocantur.

Pragmatiæ.

Polypragmoſyne quid cōtra Gellium.

Pragmatię actiones & negocia. Seruius ſexto Æneid. Pleriq; de his ſingulis libris integras ſcripſerunt pragmatias. Idem tradit Suidas citans Dinarchum, & ſubdit, πραγματεία πολυπραγμοσύνη. Quintilianus libro duodecimo, Neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblituſve eorum, qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſumminiſtrant. Neq; idem Græcos quoq; neſcio factitaſſe, vnde nomen his pragmaticorum datum eſt. Sed quoniam Dinarchus pragmatiam ait eſſe Polypragmoſynen, videndum obiter quid ſit Polypragmoſyne, in qua voce enucleanda Gellius eſt hallucinatus: ſuper qua re Merulæ viri doctiſſimi in Philippum Beroaldum verba ponam: quoniam rara res eſt & inter Georgij fragmenta a me vix & difficulter eruta. Subſcribam igitur verba Merulæ. Locutus eſt hic noſter intra ſpem venię: neſcio an volens an magis neſcius. Leuat culpam erroris Gellius, quare ſubignoſcamus. Dicet aliquis, Nunquid tu Merula noſtra tempeſtate plus in peregrina lingua q̄ Gellius? De hoc viderint alij. Illud mihi adſumo hac in dictione plus q̄ Gellium nouiſſe. Nam, quod cum bona illius gratia dixerim, in eo libro Plutarchus non deterret nos ab auaritia, promiſcuaq; eiuſmodi & non neceſſaria rerum cognitione & petitione, neq; item πολυπραγμοσύνη, vt qui a Plutarcho diſſentiebant, eſt curioſitas ad negocia capeſſenda, & ad res plurimas obeundas cum induſtria & celeritate. Non viderunt vtriq; libellum, ſed inſcriptione contenti quę in fronte erat legerunt, introſpicere & diligentius intueri, quid philoſophus tractaret, neglexerunt, & quos accuſet non inſpexere. In eos inuehitur, qui aliorum vitia ſecundum Horatij ſententiam, acute inſpiciunt, ſua vero contemnunt. Quod genus hominum pernicioſiſſimum & peſſimū. Hęc enim latine eſt ipſius auctoris definitio: amor quidā perdiſcendi aliorū vitia eſt polypragmoſyne, ſua vero deſpiciendi. Rationibus & exemplis q̄ graue illud ſit vitium, vitæque obſit, tam carioſe in vitijs alienis operam inſumere, diſſimulare vero quid in ſe vitioſum ſit & caſtigatione indigeat, conſtat. Sed domum reuertamur. Imperator Auguſtus Mutiano reſcribit, ne quis monopolium exerceat, & ſi reſcripto principis aut pragmatica ſanctione elicitum ſit. Vbi pragmaticam ſanctionem legem vocat, quæ eſt tantum in vſu, vt nunc apud Gallos qua rex cui libebat beneficia diſpēſabat ſine auctoritate Pontificis.

Pragmatica ſanctio.

Verſibus) Sententijs Epicharmi aliorumq; vatum. Denunciat) Indicit bellum periculoſum. Occiſum iri) Fore vt occidatur. Ciceroni non ſecus ac bonis omnibus data ſunt verba vt inermem & incautum aggrederentur. Violatum iri) Fore vt violer. Certe) Lege certi. De Re) Scribe de Republica.

charta ipſa ne nos prodat, pertimeſco. Itaqꝫ poſthac, ſi erunt mihi plura ad te ſcribēda, ἀλληγορίαις obſcurabo. Nunc quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur, vt cum omnes ea, quæ ſunt acta, improbent, querantur, doleant: varietas in re nulla ſit, aperteqꝫ loquantur: & iam clare gemant: tamen medicina nulla affertur. Neqꝫ enim reſiſti ſine internecione poſſe arbitramur. Nec videmus, qui finis cedendi pręter exitiū futurus ſit. Bibulus hominū admiratione & beneuolentia in cœlo eſt. Edicta eius & cōciones deſcribūt, & legūt, nouo quodā genere in ſummā gloriā venit. Populare nūc tam nil eſt, q̄ odiū populariū. Hæc quo eruptura ſint, timeo: ſed, ſi diſpicere quid cœpero, ſcribā ad te apertius. tu, ſi me amas tantū, quantū profecto amas, expeditus facito vt ſis: ſi inclamauero, vt accurras, ſed do operā, & dabo, ne ſit neceſſe. Quod ſcripſerā te Furiū ſcripturū, nil neceſſe eſt tuū nomē mutare. me faciā Lęliū, & te Atticū, neqꝫ vtar meo chirographo, neque ſigno, ſi modo erunt eiuſmodi literæ, quas in alienū incidere nolim. Diodorus mortuus eſt: reliquit nobis HS. fortaſſe centies. Comitia Bibulus cū Archilochio edicto in ante diē. XV. Cal. Nouēb. diſtulit. A Vibio libros accepi: poeta ineptus, nec tñ ſcit nihil, ſed eſt nō inutilis. deſcribo, & remitto. Vale.

Allegoriæ.

Charta) Epiſtola. Nos) Secreta noſtra. Prodat) Detegat. Ἀλληγορίαις) Inuerſionibus quādo aliud dicimus, aliud intelligitur. Allegoria inquit Suidas vel metaphora. Et cū omnes) Alij codices habēt, vt cum. Varietas in re) In appellatione tyrannidis, ſentiunt omnes eſſe tyrannidem.

Internecio. Inter.

Internecione) Vniuerſa ruina. Inter auctore Donato, eſt auctiua particula, adeo vt non pro mediocri ſignificatione ſit, ſed qua maiorem habere non poteſt, vt internectus, intercept⁹. Hyginus, Demiphon quidem cum regnaret, incidit eorum finibus repentina vaſtitas, & ciuium internecio miranda. Creber eſt Liuius vt dicat, Samnites deleti fuerunt ad internecionem: hoc eſt ad extremam cladem. Plautus in Amphitrione. Duello extincto maximo, atque internectis hoſtibus. Exitium) Iacturā libertatis, vates fuit.

Edicta) Collega Cęſaris Bibulus expulſus foro ſeditione Cęſaris per edicta obnunciabat & obloquebaẗ.

Deſcribere.

Deſcribūt) Exſcribūt, trāſcribūt. Sed illd̄ eſt latinius. Liuius exſcripta pro deſcripta ait. Nouo genere) Nouo artificio populares inſectando, nihil agendo, fugiēdo vt Parthus, acerrime pugnat Bibulus. Populare) Gratum populo. Diſpicere) Præſagire. Quid) Aliquem exitum harū rerū.

Scripturū) Alij codices habent futurū, ſi placet ſcripturum expone, me ſcripturū te.

Chirographum. Diodorus. Stoicus.

Chirographo) Manu. Eiuſmodi) De ſecretis ſcriptę. De Diodoro Stoico intelligit, qui obijt apud M. Tullium, eiuſqꝫ præceptor fuit: cuius idē meminit in Bruto.

Archilochiū.

Archilochio) Rabioſo, maledico, turpitudine verborum præſcatente. Archilochus poeta iambicus, de quo Horatius in arte poetica,

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Hic Lycamben ſocerum, a quo fuerat repudiatus, eiuſqꝫ filiam maledicis verſibus inſectatus ad laqueū compulit.

Archilochū calcas.

In prouocantes maledicos & natura dicaces iactari ſolet, Archilochum calcas. Fuit Lacedæmonius. Floruit regnāte Romę Hoſtilio Rege. vnde Horatius, Spretuſqꝫ Lycambę gener. Cicero infra, Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt iucunda, vt eum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus.

Archias. Locus Plinij. Calondas Corax.

Scribit Euſebius quod Archias a quo occiſus eſt Archilochus: de quo Plinius lib. 7. Nat. hiſt. ab Apolline tēplo faceſſere iuſſus eſt. Quidā a Calonda cui cognomentū Corax fuit, quē Pythia tēplo excluſit, mox veniā impetrauit, cū Theleſiclæ pueri placaſſet manes. & numinis hoc pacto irā declinatā. αἰσχροπρεπὲς καὶ τὸ κακὸ ῥῆμα, hoc eſt oſcena maledicaqꝫ lingua: poetā alias inſignē dedecorāt: ſumma in hoc vis elocutionis, cū validæ, tū breues, vibranteſqꝫ ſentētię, plurimū ſanguinis atqꝫ neruorū, Quintilianus lib. x.

In ante diē. Vibius.

In ante diē) Propertius. Hic dominā exēplo ponat in ante meā. Iubio) In alijs exemplaribus eſt Vibio. de quo Quintilianus hęc lib. x. Vibius Criſpus compoſitus & iucundus, & delectationi natus: priuatis tamen cauſis q̄ publicis melior.

Libros) Alexādrū. Poeta) Alexāder. Ineptus) Inferius in epiſtola q̄ incipit, Qꝫ vellē Romę māſiſſes, ſic de eodē poeta. Negligēs homo & nō bonus poeta. Scit nihil) Quidā codices habēt, nec tñ ſcit nihil. Iuxta eā ſentētiā Plinianā, Nullus liber adeo mal⁹, qn aliqua parte ꝓdeſſe poſſit. Deſcribo) Trāſcribo.

ASCEN. Scit nihil) eā lectionē quę antiqua eſt, cōfirmat particula aduerſatiua ſed, ſi em̄ legaẗ nec tñ ſcit nihil, non diceret, ſed nō eſt inutilis: verū, nec eſt inutilis. Sed quęres quō ſit nō inutilis, ſi nihil ſciat. Sane nihil ſcire in arte poetica, indicat epiſtola. xxxviij. in cuius fine dicit: libros Alexandri negligētis hominis & non boni poetæ, ſed tamen non inutilis, tibi remiſi. Quęres iterum quomodo non inutilis, quia in hiſtoria aut philoſophia recte ſapiat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. XXXVII.

REMPVB. Periſſe funditus ꝓpter ordinū diſcordiā, in magnoq; odio & incredibili inuidia Pompeiū verſari ait. M. Cicero Tyrāni odio Catonis, conſciſſi ſibi lis exarſerūt vt oīa perdere geſtiant. Magni incōſtātiā declarat, qui quo ſe cōferat neſcit. etiā ſibi diſplicēs. Edictis Bibuli mordacib⁹ cōtabeſcit. Timet Cicero ne iritatus Pōp. iracūdię pareat. Bibulus admirabili eſt gloria, Cęſari in Bibulum dicturus verbū ꝓpter reclamātes exprimere nō potuit. Ad reſiſtendū Clodio ſe parat. Sperat ſine moleſtia ſaltem eſſe diſceſſurum. PIVS.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

DE Repub. quid ego tibi ſubtiliter ſcribam? tota periit, atq; hoc eſt miſerior, q̄ reliquiſti, ꝙ tum videbatur eiuſmodi dominatio ciuitatem oppreſſiſſe, quæ iucunda eſſet multitudini: bonis autē ita moleſta, vt tamen ſine pernicie. Nunc repente tanto in odio eſt omnibus, vt quorſum eruptura ſit, horreamus: nam iracundiam atq; intemperantiam illorū ſumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderūt: ſed ita lenibus vti videbātur venenis, vt poſſe videremur ſine dolore interire: nunc vero ſibilis vulgi, ſermonibus honeſtorum, fremitu Italiæ vereor, ne exarſerit. Equidem ſperabam, vt ſæpe etiam tecum loqui ſolebam, ſic orbem Reip. eſſe conuerſum, vt vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus, & fuiſſet ita, ſi homines trāſitum tempeſtatis expectare potuiſſent, ſed cum diu occulte ſuſpiraſſent: poſtea iā gemere, ad extremum vero loqui omnes, & clamare cœperunt. Itaq; ille noſter amicus inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus, circunfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo ſe conferat neſcit, progreſſum præcipitem, incōſtantem reditum videt: bonos inimicos habet, improbos ipſos non amicos. At vide mollitiem animi, nō tenui lachrymas, cū illū ante. VIII. Calend. Sextil. vidi de edictis Bibuli concionantem, qui ante ſolitus eſſet iactare ſe magnificētiſſime illo in loco, ſummo cum amore populi cūctis fauentibus. vt ille tum humilis, vt demiſſus erat, vt ipſe etiam ſibi, non iis ſolum, qui aderant, diſplicebat. O ſpectaculum vni Craſſo iucundum: cæteris non item. nam quia deciderat ex aſtris, lapſus potius, quàm progreſſus videbatur. Et vt Apelles,

HOC) Eo magis. Quæ) Dominatio. Sine pernicie) Foret euaſura. Erupta) Hæc odia. Temperantiā) Scribēdū intemperantiā. Irati) Vt equites quia vectigalium remiſſionem non admiſerat.

Videbantur) Equites & Tyranni. Lenibus) Hauſtu ſuauibus. Fremitu) Excandeſcētia, ſtomacho in eos. Exarſerint) Excāduerint. Orbē) Status Reip. curſum, eſt metaphora a rota deducta. Impreſſam) Humi infixā. Virgilius, Iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliā molli diuertitur orbita cliuo. Papinius libro. x. Thebaidos, Et reſupinarū patet orbita lōga comarum. Orbita. Tranſitū) Finē vel eſſectū turbatę Reipub. Si homines, Romani potuiſſēt ęquo animo pati. Inſolēs infamię) Inſolit⁹ infamiā audire. Apuleius in pri. Apologetico, Laudis aſſuetudine contumeliæ inſolens. Inſolens. Circūfluēs) Abundās. Progreſſum) Ad amicitiā Cęſaris acceſſum temerariū. Progredimur volūtarie. Labimur incaute & temere. minus eſt ꝓgredi q̄ labi. Bonos) Optimates. Ac vide) Melius, At vide. Mollitiē) Teneritudinē. Animi) Mei.

De edictis) Querentē. Vt) Quantū. Craſſo) Qui Pompeiū oderat ex Cōſulatu diſcordia magna adminiſtrato.

Non itē) Sic emendandum. nō pariter gratū. Deciderat) Pompeius. Lapſus) potius q̄ progreſſus. Nō retraxerat ſe, qđ honeſte & cū gloria multi factitare ſolēt: immo miſerantur Pōp. prolapſum nō progreſſum, quoniā qui progreditur, prudēs delinquit. Qui labitur, incaute cadit. Plus ergo in malo qui progreditur peccat, quoniā cautus & prudēs peccat, vel lapſus eſt hęrēdo Cęſari, nō ꝓgreſſus ad honorē. Significat hęrere Cęſari Pōp. fuiſſe cadere, non progredi ad honorē. Progredi, Labi. Apelles, auctore Plinio lib. xxxv. pictores omnes prius genitos, futuroſq; poſtea ſuperauit, eouſq; olympiade centeſima duodecima in pictura prouectus, vt plura ſolus prope q̄ cęteri oēs contulerit, Venerē huius exeuntem e mari Diuus Auguſtinus dicauit in delubro patris Cęſaris, quę Anadyomene vocat̄ verſibus gręcis, tali opere dū laudatur victo, ſed illuſtrato. Hui⁹ eñ inferiorē partē corruptā q reficeret nō poterat inueniri. Verū ipſa iniuria ceſſit in gloriā artifici. Cōſenuit hęc tabula carie. Idē Apelles. Anadyomene.

ſi Venerem, aut ſi Protogenes Ialyſum illum ſuum cœno oblitum videret, magnum credo acciperet dolorem: ſic ego hũc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, ſubito deformatum non ſine magno dolore vidi. q̃q̃ nemo putabat propter Clodianum negocium, me illi amicum eſſe debere: tamen tantus fuit amor, vt exhauriri nulla poſſet iniuria. Itaq; Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt iucũda, vt eum locum, vbi proponuntur præ multitudine eorum qui legũt, tranſire nequeamus: ipſi ita acerba, vt tabeſcat dolore: mihi mehercule moleſta, & ꝙ eum quem ſemper dileximus, excruciant. & timeo, tam vehemens vir, tamq; acer in foro, & tam inſuetus contumeliæ, ne omni animi impetu dolori & iracundiæ pareat. Bibuli qui ſit exitus futurus, neſcio: vt nunc ſeſe habet, admirabili gloria eſt. Qui cũ comitia in menſẽ Octob. diſtuliſſet, quòd ſolet ea res populi voluntatem offendere, putarat Cæſar oratione ſua poſſe impelli concionem, vt iret in Bibulum: multa cum ſeditioſiſſime diceret, vocem exprimere non potuit. Quid quæris? ſentiunt ſe nullam vllius partis volũtatẽ tenere: eo magis vis nobis eſt timẽda. Clodius inimicus eſt nobis. Pompeius confirmat eũ nil eſſe factũrũ cõtra me. Mihi periculoſum eſt credere, ad reſiſtẽdũ me paro. Studia ſpero me ſumma habiturũ oĩm ordinum: te cũ ego deſidero, tum vero res ad tempus

inchoauerat aliam venerem Cois, ſuperaturus ſuam etiam illam priorem. Inuidit mors peracta parte, nec qui ſuccederet operi ad pręſcripta lineamenta inuentus eſt. Cicero intelligit de Venere Anadyomene, ideſt refugiente & recuſante vlterius in mare verſari. Ouidius,

Vt Venus artificis labor eſt & gloria Coi,
Æquoreo madidas quæ legit hymbre comas.

Sup hac Anadyomene gręcũ extat epigrãma feſtiuũ & amœnũ: loquiť mars, qđ nos Latinũ ita fecimꝰ.

Inuideo vobis ſuperi, ſpectacula fœda,
Vincula riualis me toleraſſe dei.
Et tibi nos, quid enim felicius? alma nitorum.
Si capit amplexus mater amata tuos.
Mars nunq̃ cuperet vulcania vincula ſolui,
Coa Venus ſi ſit hæc Anadyomene.

Protogenes. Protogenes) Patria cui Caunus gentis Rhodijs ſubiectę. Summa paupertas initio, artiſq; ſumma intentio, & ideo minor fertilitas. Ei dignationem auxit Apelles fingendo emere eiꝰ tabulas vt pro ſuis venderet. Sordebat ille ſuis vt plerunq; domeſtica. Dicebat Apelles Protogeni oĩa eſſe ſecum paria aut fortaſſe meliora, ſe vno ſuperiorem eſſe quod ſciret tollere manũ de tabula: memorabili exemplo nocere ſæpe nimiam diligentiam. Auctor Plinius libro Nat. hiſt. 35.

Ialyſus. Ialyſum) Plinius eodem libro. Palmã habet tabularum eius Ialyſus, qui eſt vſq; hodie Romæ dicatus in templo Pacis: quẽ cum pingeret traditur madidis lupinis vixiſſe: quoniam ſimul famem ſuſtinerent & ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtruerentur. Huic pictur ę quater colorẽ induxit contra ſubſidia iniurię & vetuſtatis, vt decedẽte ſuperiore, inferior ſuccederet. Ialyſus, vt colligo ex Pindaro, fuit genius Rhodiorũ ex Sole & nympha Rhodo genitus. Verba Pindari in Olympionica, quę inſcribiť ꝑ Diagora Rhodio pugile ſunt hęc, latinitate tñ obiter donata, Pullulauit ex mari humido inſula, habetq; eã acutorũ genitor radiorũ, pater ignẽ ſpirãtiũ princeps equorũ. Vbi Rhodio olim miſtus peperit ſeptẽ ſapiẽtiſſimas cogitationes in prioribus viris, qui oſtẽderũt filios, quorũ vnus quidẽ Camirũ, perhonorificũq; Ialyſum peperit, Lindũq;.

Camiſus. Cicero de perfecto genere dicendi, Sed ne opifices quidẽ ſe artibus ſuis remouerũt, qui aut Ialyſi, quẽ Rhodij vidimus, nõ potuerũt pulchritudinẽ imitari. M. Tullius. 6. in Verrẽ Actiõe, Quid arbitramini Rheginos, qui iã ciues Romani ſunt: mereri velle, vt ab his marmorea Venus illa ne auferať. Quid Tarẽtinos vt ne Europã in Tauro ſedẽtẽ amittãt? aut Satyrũ qui apđ illos in ęde Veſtę eſt? Quid Theſpiẽſes vt Cupidinis ſignũ: propter qđ vnũ viſunť Theſpię? Quid Gnydios vt Venerẽ marmoreã? Quid vt pictã Coos? Quid Epheſios vt Alexãdrũ? Quid Cizycenos vt Aiacẽ & Medeã? Quid Rhodios vt Ialyſũ? Quid Atheniẽſes vt ex marmore Iacchũ aut Parrhaſiũ pictũ aut ex ęre Myronis bucculã? Plin. lib. 5. Nat. hiſt. Sed pulcherrima & libera Rhodos circuitu. cxxx. M. paſſuũ habitata vrbibꝰ, Lindo, Camyro, Ialyſo, nũc Rhodo. Rhodos igiť antiquitus dicebať Ialyſos. Accipere) Scribẽdũ acciperet. Hũc) Põpeiũ. Clodianũ negociũ) Adoptionẽ, traductionẽ ad plebem, quoniã ope Pompeij Clodius Tribunus factus erat. Exhauriri) Euacuari, tolli. Ipſa) Scribendũ ipſi hoc eſt Põpeio. Tã vehemẽs) Subintellige, ne. Vt nũc) Pro tẽpore. Ad Bibulũ) Scribe in Bibulũ. Vocẽ) Cõtra Bibulũ. Exprimere) Elicere. Sentiũt) Tyranni. Vllius partis) Vllius ciuilis ordinis. Tenere) Gratos eſſe nulli ordini ſe Tyrãni ſentiũt. Vis) Ne Põpeiꝰ violẽter agat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illud) Statutum nobis, vel legas iſtuc, hoc eſt Romam. Ad tempus) Idoneum pugnæ Clodianæ. Satiſfacit) Reddit in amore vices. Sicyoniis) An ab eis pecuniam exegeris. Olfeci naturam Attici fuiſſe frugi, tanta eſt in re nūmaria ſolicitudo ne dicam anxietas, & licet Antonio profugoq; Ciceroni multā obtulerit pecuniariā ſummā, nūq̄ amicos deſeruerit naufragos, eſt tamē animaduertere aliquid inhiantis ad parſimoniā animi, qualis fuit in Deiotaro Rege, quē ſpoliatum Armenia prouincia Cæſar & amicū reliquit & Regem. Neſcio enim qua nouercantis naturæ malignitate auaritia, corpora circęis effœminat acrius hęrbis. Aurū em̄ auctore Chryſoſtomo humanos animos effœminat. Aurum potentiſſimū eſt corrūpere calculos. Aurū per medios ire ſatellites, & perrūpere amat ſaxa potētius ictu fulmineo, vt vmber olor dulci Nęnia ita cecinerit. Auro pulſa fides, auro vęnalia iura, Aurū lex ſequit. & Ouidius, Aurea ſunt vere nūc ſecula, plurimos auro Venit honos, auro conciliatur amor.

In amicitiā.

Auri ſacra fames.

illuc vocat. Plurimum conſilii, animi, præſidii deniq; mihi, ſi te ad tempus videro, acceſſerit. Varro ſatis mihi facit: Pōpeius loquitur diuinitus, ſpero nos aut certe cum ſumma gloria, aut etiam ſine moleſtia eſſe diſceſſuros. Tu quid agas, quēadmodū te oblectes, quid cum Sicyoniis egeris, vt ſciam cura. Vale.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

Argumentū. XXXVIII.

INuitat Atticū in vrbem denūciante Clodio bellū, vt eius conſilio ſaluberrimo vti poſſit, Pompeiiq; diſſimulatio apertiſſime patet, qui de verbis Clodij Ciceronem optime ſperare iubebat ac alieno corio ludebat, verba dabat.

PIVS.

QVam vellem Romæ manſiſſes, quod egiſſes profecto, ſi hæc fore putaſſemus. Nam Pulchellum noſtrū facillime teneremus, aut certe quid eſſet facturus, ſcire poſſemus. nunc ſe res ſic habet. volitat, furit, nil habet certi, multis denūciat: quod ſors obtulerit, id acturus videtur. Cū videt quo ſit in odio ſtatus hic rerū, in eos, qui hæc egerūt, impetum facturus videtur. cū autē rurſus opes & vim exercitus recordatur, conuertit ſe in nos. Nobis autē ipſis, tum vim, tum iudiciū minitatur. cū hoc Pōpeius egit, vt & ad me ipſe referebat (aliū enim habeo neminem teſtem) vehementer egit, cū diceret in ſumma ſe perfidię & ſceleris infamia fore, ſi mihi periculum procrearetur ab eo, quē ipſe armaſſet, quē Plebeium fieri paſſus eſſet: ſed fidē recepiſſe, & ipſum, & Appiū de me: hanc ſi ille nō ſeruaret, ita laturum, vt omnes intelligerēt, nihil ſibi ātiquius amicitia noſtra fuiſſe. Hæc in eā ſententiā cū multa dixiſſet, aiebat illum primū ſane diu multa cōtra, ad extremū autē manus dediſſe, & affirmaſſe nil ſe contra eius voluntatē eſſe facturum: ſed poſtea tamen ille non deſtitit de nobis aſperrime loqui: quod ſi nō faceret, tamē ei nihil crederemus, atq; omnia, ſicut facimus, pararemus. Nūc ita nos gerimus, vt in dies ſingulos, & ſtudia in nos hominū, & opes noſtrę augeātur. Rempublicā nulla

PROFECTO) Codices Aldini retinēt ſic. Qđ egiſſes profecto: noſtri, Quod profecto factū eſſet. Teneremus.) Ligatū haberemus ne in nos poſſet incurrere: vel teneremus, hoc eſt non ignoraremus volūtatē eius. Volitat) Curſitat, diſcurrit incaſſum. Denūciat) Bellū indicit. Status hic) Reſpublica a Tyrannis oppreſſa. Opes) Subintellige eorum. Cum hoc egit) Tractauit, conuenit, collocutus eſt. Cū diceret) Dicēs. Procrearet) Suſcitaretur. Se) Scribēdū ſed. Recepiſſe fidem) Habere pignus datæ fidei a Pompeio. Ipſum) Se ipſum Pōpeium. Appium) Recepiſſe fidem a Clodio de cauſa mea. Laturum) Ægre paſſurum Pompeiū. Manus dediſſe) Hęrbam dediſſe, cōfeſſum ſe cedere, victum ſe eſſe. Ouid. Scribe, dabit victas ferreus ille manus. Ille.) Clodius.

Manus dare.

Quod ſi non faceret) Et ſi blande loqueretur. Ei) Clodio. Attingemus) Alii codices habēt, attingimus. In vulgus.) Populare nunc eſt Reges odiſſe ſuperbos, qui cū eſſent lupi, paſtores ſe fingebāt. Expedita) Explicata. Varronē) Conſobrinū noſtrū. Vrgente) Varronem acriter hortante. Publio) Clodio. Elici) Electari, reſciri. Multa etiā) Apoſiopeſis, eclepſis. ſurgent vel quid tale, quibus tu remediū adhibere poteris. vel dicas eſſe anantopodeton figurā, de qua ſupra. Ad omnia) Nō modo ad ſingula. Tamē eſt) Modus loquēdi Ciceronianus, hoc eſt, ſumma, caput & articulus rei in eo vertitur.

Tantū eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

In eo) Cardinē & articulo. Si anteq̄) Si veneris ſaltem. Ille) Clodius. Magiſtratū) Tribunatū. Puto Pompeiū) Fore in noſtra cauſa ardentiorem. Craſſo) Qui auctore Plutarcho Ciceronē fouebat propter filiū. Per βοωπίδα) Piſonem, ab oculis bouinis. Ex illo ipſo) Lege) Aut ex illo ipſo Clodio vel Pompeio. Certe) Saltem. Sine errore) Hoſtium ſecreta cognoſcemus ex hoſtibus, nec errare poterimus. Hocpræcipuum ducebat Cæſar, multæ nāque ex hoſtibus noſtris commoditates capiuntur immo innumerę, ſi modo quis oculo perſpicaci mentis vtatur. Lege aurei philoſophi Cheronei opuſculum, in quo emolumenta recenſet, quę conſequūtur ex hoſtibus. Etiam ſat a non carent hac induſtria, vt ſabulo & cōgeſtis ſaxis melior emergit roſa. Philippus Rex Macedonum dicebat ſe hoſtibus debere Athenieſibus, quorū maledictis experrectus melior euadebat. In eos.) Tyrānūculos. Tenent omnia) Potiuntur rerū. Facile ſentias) Qđ faciliter ſciri poteſt. Aliquo eruptura) Aliquē malū ac præpoſterū exitū habitura. Alexādri) Vibij. Fuerūt multi Alexādri. Fuit Alexāder Mileſius Polyhiſtor cognominatus. Libertus Lētuli, qui tēpore Sullæ grammaticam Romę docuit. domus incēdio apud Laurētes exanimat⁹. Suida teſte. Fuit & Alexander Epheſius Lychnius cognomento, in oratoria celeber, Rēpublicā tractauit, & hiſtoriā cōpoſuit, & poemata. continētes terras & cęli plagas deſcripſit, auctore Strabone. Floruit & in tragœdia Alexander Ætolus, Pleurone vrbe oriūdus, inter Pleiadas cōnumeratus. Auctor quoq; Sudas. Alexander quoq; Seleucenus magiſter epiſtolarum Antonini, Romæ docuit & Athenis, cognomento Peleplato. Inter hos non puto habere locum Alexandrū Ciceronis, negligentem hominē ac ſupinū, cuiuſmodi nomina reddit obſcuriora cū hominū, tum ſeculorum ignauia.

Boopis, ſupra patuit.

Alexandri.

Lychnius.

ex parte attingim⁹. in cauſis, atq; in illa opera noſtra forenſi, ſumma induſtria verſamur. quod egregie nō modo iis, qui vtuntur opera, ſed etiā in vulgus gratū eſſe ſentimus: domus celebrabatur, occurritur, renouatur memoria Conſulatus, ſtudia ſignificātur: in eā ſpem adducimur, vt nobis ea cōtentio, quę impēdet, interdū nō fugienda videatur. Nunc mihi & cōſiliis opus eſt tuis, & amore, & fide: quare aduola, expedita mihi erūt omnia, ſi te habebo. Multa per Varronem noſtrū agi poſſunt, quæ te etiā vrgēte erūt firmiora. multa ab ipſo Publio elici, multa cognoſci, quæ tibi occulta eſſe non poterūt: multa etiā, ſed abſurdū eſt ſingula explicare, cū ego te requirā ad omnia. Vnū illud tibi perſuadeas velim, omnia mihi fore explicata, ſi te videro: ſed tātum eſt in eo, ſi anteq̄ ille ineat magiſtratū. Puto Pōpeiū Craſſo vrgēte, ſi tu aderis, qui per βοώπιδα ex illo ipſo intelligere poſſis, qua fide ab illis agatur, nos aut ſine moleſtia, aut certe ſine errore futuros. Precibus noſtris, & cohortatione non indiges: quid mea voluntas, quid tēpus, quid rei magnitudo poſtulet, intelligis. De Republica nihil habeo ad te ſcribere, niſi ſummū odiū omniū hominū in eos, qui tenēt omnia, mutationis tamē ſpes nulla. ſed quod facile ſentias, tędet ipſum Pōpeiū, vehemēterq; pœnitet. Non prouideo ſatis, quē exitū futurum putem, ſed certo videtur hęc aliquo eruptura. Libros Alexandri negligētis hominis, & nō boni poetæ: ſed tamē nō inutilis tibi remiſi. Numerium Numeſtium libenter accepi in amicitiā, & hominē grauē, & prudentē, & dignū tua cōmendatione cognoui. Vale.

Argumentū. XXXIX.

PIVS.

Pompeium reſipiſcere, ſed fruſtra dicit, progreſſum nimis incaute dolet, medicinam non inuenit. Clodius furit, minatur. Pomponiū orat vt aduolet, ipſi contra Pulchelli furorē opem laturus. EX eo) Q: hęc non eſt manu mea ſcripta. Voculę) Vocis exiguæ, quæ ambulatione reficit, quę grauedine ſolet obſoleſcere.

Vocula.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Vnq̄ ante arbitror te epiſtolā meā legiſſe, niſi mea manu ſcriptā: ex eo colligere poteris quāta occupatione diſtinear. Nam cum vacui tēporis nil haberem, & cum recreandę voculę cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, hæc dictaui ambulans. Primū igitur illud te ſcire volo, Sampſiceramum noſtrum amicū vehemēter ſui ſtatus pœnitere, reſtituiq;

Impertire) Cõmunicare. Nullam) Tẽporibus medicina valet. nũc æger eſt depoſitus. Auctores) Fautores & capita. Conſeneſcere) Vileſcere, euaneſcere, in deſuetudinem ire. Vniuerſorum) Omniũ ordinũ contra Tyrannos. Cõmemorationẽ) Non egredimur memoriam Magiſtratus Conſulatusq; noſtri. βοώπιδος) Piſonis, vel Hortenſij, aut alterius Clodiani. Res eſt ænigmatica. Cõſanguineus) Cæſar vel Clodius. Sampſiceramo) Se de me aliquid facturũ. Præ ſe fert.) Fronte indicat & verbis tenus, factis procul. Si dormis) Non memini me legiſſe energiam maiorẽ. Expergiſcere) Excitate a ſomno: vnde expergitus & experrectus. Quod maximũ eſt) Quod caput eſt, & quod pręcipuum duco. At) ſaltem. Declarato) Clodio Tribuno.

Pompeio negat.

in eum locum cupere, ex quo decidit, doloremq; ſuũ impertire nobis, & medicinã interdũ aperte quęrere, quã ego poſſem inuenire nullã. Deinde omnes illius partis authores ac ſocios: etiã nullo aduerſario conſeneſcere. Conſenſionẽ vniuerſorũ, nec voluntate, nec ſermone maiorẽ vnq̃ fuiſſe. Nos autẽ, nã id te cupere certo ſcio, publicis cõſiliis nullis interſumus, totosq; nos ad forenſem operã laborẽq; contulimus. ex quo quod facile intelligi poſſit, in cõmemoratione earum rerũ quas geſſimus, deſiderioq; verſamur. Sed βοώπιδος noſtri cõſanguineus nõ mediocreis terrores iacit, atq; denũciat, & Sampſiceramo negat, cæteris prę ſe fert & oſtentat. quãobrẽ ſi me amas tantũ, quantum profecto amas: ſi dormis, expergiſcere: ſi ſtas, ingredere: ſi ingrederis, curre: ſi curris, aduola. credibile non eſt, quãtũ ego in cõſiliis, & prudẽtia tua, quodq; maximũ eſt, quantũ in amore & fide ponã. Magnitudo rei longam orationẽ fortaſſe deſiderat: coniũctio vero noſtrorũ animorũ breuitate contẽta eſt. permagni noſtra intereſt, te, ſi Comitiis nõ potueris, at declarato illo, eſſe Romæ. Cura vt valeas mi ſuauiſſime Attice.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TVas Numeſtio literas dedi. Sic te his euocabam, vt nihil acrius, neq; incitatius fieri poſſet. Ad illam celeritatem adde etiam ſiquid potes, ac ne ſis perturbatus. Noui enim te, & non ignoro q̃ ſit amor omnis ſolicitus atq; anxius. Sed res eſt, vt ſpero, non tam exitu moleſta, q̃ auditu. Vectius ille noſter Index, Cæſari (vt perſpicimus) pollicitus eſt ſeſe curaturum, vt in aliquam ſuſpitionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaq; in ſinu atq; in familiaritate adoleſcentis, & cum eo, vt res indicat, ſæpe cõgreſſus eſt, rem in eum locum adduxit, vt diceret ſibi certum eſſe cum ſuis ſeruis in Pompeium impetum facere, eumq; occidere. Hoc Curio ad patrẽ detulit, ille ad Pompeium: res delata ad Senatum eſt. introductus Vectius, primo negabat ſe vnq̃ cum Curione

### Argumentum. XL.

INuitat eundem Pomponium vt omnem pernicitatem ſuperans Romã accurrat, Clodium furere ac ſicas venenaq; ſparſurum. De Vectio indice multa.

PIVS.

EXITVS) Finis ſperatur comicus, & fuiſſet ſi fides apud eos ſtetiſſet, in quibus eſſe debuit. Vectius) Tranquillus in Cæſare Dictatore, Poſtremo in vniuerſos diuerſæ factionis Vectiũ inductũ præmiis vt ſe de cęde inferenda Pompeio nec ſolicitatum a quibuſdam profiteretur, productusque pro roſtris auctores ex compacto nominauit. Sed vno atq; altero fruſtra, nec ſine ſuſpicione fraudis nominatis, deſperans tam præcipitis conſilii euentum, intercepiſſe veneno indicem creditur. Idem tradit Appianus in ſecundo Ciuilium, & Cicero in Oratione contra Vatinium teſtem. Appiani verba, Vectius vir popularis in mediũ enſe nudato progreditur, ſe a Bibulo Ciceroneq; ac Catone miſſum profitetur, quo Cæſarem Pompeiũq; interficeret. Enſem ſibi a Poſthumio Bibuli lictore eſſe datũ. Scribendũ tamen eſt in Appiano. A Bibulo, Curioneq;, nec lictore ſed ſcriba. Curio) Qui in Tyrãnos inuehebatur. In ſinu) In amore interiori. Sic Cicero ad Quintũ Fratrem, Itaq; Cæſar in ſinu eſt neq; diſcingor. Nam cariora in ſinu ponimus, vnde natũ prouerbiũ, neq; fœminę neq; ſinui credendũ. quoniã inde per incuriã deuoluũtur impoſita. Aut) Vt vulgatius loquar. Sibi) Vectio.

Vectius.

Appiani loc'

In ſinu.

Sinui non credendũ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Retuliſſe) Aperuiſſe. Diu) Negauit. inconſtantia facit reum ſuſpectiorem. Fidem publicam) Vt parceretur ac promitteretur impunitas. Expoſuit) Detexit. Manũ) Copiã. Hic Brutus) Scribatur & Brutus. Conſcio patre) Repete verbũ fuiſſe. Septimũ) Scribe Septimiũ. Vectio defuiſſe) Credibile erat. per Ironiã. Dediſſet?) Interrogatiue. Eiectũ) Scribe reiectũ. repudiatũ eſt tãq̃ cõmentitiũ & falſum. Diei) Illius temporis. In quibuſdã codicibus non eſt hæc dictio. In eo) Circa hũc articulũ, hanc partẽ. Conſilii) Subintellige fuiſſe. In eo) Circa hac partẽ coniurationis. Indicaturũ) Feciſſet hoc Vectius vt dedita opera permiſiſſet ſe in foro cõprehendi cũ ſeruis, mox volebat indicare niſi Curiones rem detuliſſent ad Senatũ. Roſtra) Altiorẽ locũ. Suetonius in Cæſare Dictatore, Primo Preturæ die Q. Catulum de refectione Capitolij ad diſquiſitionẽ populi vocauit, promulgata rogatatiõe, qua curationẽ eã in aliũ trãſferebat.

Dixit.) Vectius. Et qui.) Lege, vt qui. Illuc) In forũ, in roſtra. Factus) Subornatus, ac fabricatus ad Tyrãnorũ libidinẽ. Adſpirare) Accedere, peruenire. Cicero Trebatio, Ad quẽ cæteri propter occupationem adſpirare non poſſunt. De Oratore, Bellica laude adſpirare ad Africanũ nemo poteſt. Auguſtinus de vtilitate credendi ad Honoratũ, Quo illi homines exangues corporib⁹, ſed craſſi mẽtibus adſpirare non poſſunt. In Tuſculanis, Quo vita nõ adſpirat beata. Quoniã obnũciantẽ Agrarię legi Bibulum Cæſar armis foro expulerat, a quo tẽpore Bibulus ſe domi continens per edicta tm̃ obnũ iabat. Inſtitutus) Inſtructus. De oratione) Accuſatione recenti. Interceſſiſſe) Interpoſitã fuiſſe. Attigerat.) Primo ſermone.

Eos) Prius pręteritos. Nominauit) Sermone ſecundo.

In P. Clodium) Pollutarũ cerimoniarũ reũ. Subſcripſerat) Dicebant ſubſcribere cauſam & ſubſcribere cauſæ. hoc erat p cõmẽdatiuũ caſũ, qñ accuſatores ſe in iudicio ſubſcribebãt, vt ſi fuiſſent inuenti accuſaſſe inique, talionis pœnam ſubirent, & niſi intra ſpatium triginta dierũ cauſam peſecuti fuiſſent. Paulus de accuſatoribus, Item ſubſcribere debet is qui dat libellum, vel alius pro eo ſi literas neſciat, intra tempus. xxx. dierum vtilium & reliqua. Vlpianus Dig. de Accuſationibus, præcedere debet in crimine ſubſcriptio, quæ res adinuenta eſt, ne facile quis proſiliat ad accuſandum, cũ ſciat inultam ſibi accuſationem non futuram. Pedianus, Subſcripſerunt Triario in Scaurum Q. Marius, L. Filius, & Q. Pacuuij fratres cognomine Claudij, qui inquiſitione in Sardiniam, itemq; Corſicã inſulas dies tricenos acceperunt. Deinde poſt paucos dies apud Conſidium Quæſtorem lege Plautia de vi ſubſcriptione ea quod loca occupaſſet, & cum telo fuiſſet. Subſcribere vero cauſam iudices ſolebant,

Adſpirare.

Subſcribere.

retuliſſe, neq; id ſane diu: nam ſtatim fidem publicam poſtulauit. reclamatũ eſt. tum expoſuit manũ fuiſſe iuuentutis duce Curione, in qua Paulus initio fuiſſet. & C. Cepio, & Brutus, & Lentulus Flaminis filius cõſcio patre: poſtea C. Septimiũ Scribam Bibuli pugionem ſibi a Bibulo attuliſſe. quod totũ irriſum eſt. Vectio pugionem defuiſſe, niſi ei Cos. dediſſet? eoq; magis id reiectum eſt, q̇ ad. III. Id. Maii Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret inſidias, in quo ei Pompeius gratias egerat. Introductus Curio filius, dixit ad ea, quę Vectius dixerat, maximeq; in eo tum quidẽ Vectius eſt reprehẽſus, q̇ dixerat aduleſcentum conſilium, vt in foro cum gladiatoribus Gabinii Pompeium adoriretur, in eo principẽ Paulũ fuiſſe, quẽ conſtat eo tẽpore in Macedonia fuiſſe. Fit S.C. vt Vectius, q̇ confeſſus eſſet ſe cũ telo fuiſſe, in vincula coniiceretur: qui eũ emiſiſſet, contra Rempublicam eſſe facturũ. Res erat in ea opinione, vt putarent id eſſe actũ, vt Vectius in foro cum pugione, & item ſerui eius comprehenderentur cum telis: deinde ille ſe diceret indicaturum. Idq; ita actum eſſet, niſi Curiones rem ante ad Pompeium detuliſſent. tum S.C. in concione recitatũ eſt. poſtero autem die Cæſar, is, qui olim, cũ Prætor eſſet Q. Catulum ex inferiore loco iuſſerat dicere, Vectium in roſtra produxit, eũq; in loco conſtituit: quo Bibulo Cos. aſpirare non liceret. Hic ille omnia quæ voluit de Republica dixit, vt q̃ illuc factus inſtitutuſq; veniſſet. Primũ Cepionẽ de oratione ſua ſuſtulit, quẽ in Senatu acerrime nominarat, vt appareret noctem & nocturnã deprecationem interceſſiſſe. Deinde quos in Senatu ne tenuiſſima quidẽ ſuſpitione attigerat, eos nominauit. Lucullũ, a quo ſolitũ eſſe ad ſe mitti C. Fanniũ illum qui in P. Clodiũ ſubſcripſerat: L. Domitiũ, cuius do-

mum conſtitutam fuiſſe, vnde eruptio fieret: me non nominauit, ſed dixit Conſularem diſertũ vicinũ Coſ. ſibi dixiſſe, Ahalam Seruilium aliquẽ, aut etiã Brutũ opus eſſe reperiri. addidit ad extremum, cum iam diſmiſſa cõcione reuocatus a Vatinio fuiſſet, ſe audiſſe ex Curione his de rebus conſcium eſſe Piſonem generum meum, & M. Laterenſem. Nũc reus erat apud Craſſum diuitẽ Vectius de vi, & cum eſſet damnatus, erat iudiciũ poſtulaturus. Quod ſi impetraſſet, iudicia fore videbantur. ea nos, vt pote qui nihil contemnere ſolemus, non pertimeſcebamus. Hominum quidem ſumma erga nos ſtudia ſignificabantur. Sed prorſus vitę tędet, ita ſunt omnia omniũ miſeriarum pleniſſima. Modo cædem timueramus, quam oratio fortiſſimi ſenis Quinti Conſidii diſcuſſerat, ea, quam quotidie timere potueramus, ſubito exorta eſt. Quid quæris? nil me infortunatius, & Catulo, cum ſplendore vitæ, tum hoc tempore. Nos tamen in iis etiam miſeriis erecto animo, & minime perturbato ſumus, honeſtiſſimeque & dignitatem noſtram magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos eſſe ſine cura, & ſummam in nos beneuolentiam omni oratione ſignificat te habere conſiliorum authorem, ſolicitudinum ſocium, omni in cogitatione coniunctũ cupio. Quare, vt Numeſtio mandaui, tecum vt ageret, item atq; eo ſi poteſt acrius te rogo, vt plane ad nos aduoles: reſpiraro, ſi te videro. Vale.

quod anteq̃ fieret cognoſci non poterat. M. Tullius in Oratione pro Cluentio, Vide igitur iudices animaduertiſſe Cenſores, in iudices quoſdam illius conſilii Iuniani cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberet. Vlpianus de priuatis delictis. Tunc ſubſcribere eum crimen oportebat. Aſconius, Cenſores cauſam ſubſcripſerunt quod ſocios diripuerit, vnde ſubſcriptores appellati a Cicerone in Verrem & ſubſcriptio. Cicero accuſabat Aquilium ſubſcriptore Rutilio. Idem ad Q. Fratrem, Gabinium Nero cum bonis ſubſcriptoribus poſtulat. Pediani verba, Subſcriptores dicuntur qui adiuuare accuſatorem cauſidici ſolent, quos oportet ſubmiſſius agere q̃ dicit ille, quem ſequuntur. Per Epiſtigma ſubſcriptionum Iuriſconſulti intelligũt lib. vij. Codicis, his verbis, Siue res eis per noſmet ipſos, ſiue per procuratores ex Epiſtalmate tamẽ noſtro fuerũt aſſignatæ. Scribe Epiſtigmate. Cõſtitutam) Deſtinatã. Satyrus, Hic vbi nocturnæ Numa conſtituebat amicę. Nominauit) Sed deſcripſit. Conſuli) Cæſari in palatio. Alibi Cicero, Dom[9] mea pluris eſt vicino Cęſarę. Seruilium) Scribit Liuius lib. iij. ab Vrbe condita, quod cum fame populus Romanus laboraret, Sp. Melius eques Rom. frumentum populo ſua impẽſa largitus eſt, & ob id factum conciliata ſibi plebe regnum affectans a C. Seruilio Ahala magiſtro equitum iuſſu Q. Cincinnati Dictatoris occiſus eſt. Titus Minutius index boue aurata donatus eſt. Cicero in Oratione ad Pontifices, Sp. Melii regnum appetẽtis domus eſt complanata, Æquimeliũq; dicta, a quo omnes huiuſmodi ruinæ Æquimelia. Locus erat hoc nomine Romæ. Liuius de ſecundo Punico bello. Romę fœdum incendium. ſolo adæquata om̃ia inter ſalinas cũ Æquimelio, Iugarioq; vico. Idem libro octauo belli Macedonici, Subſtructionem ſuper Æquimelium in Capitolio, & viam ſternendam a porta Capena ad Martis ædem locarunt. Brutum.) Qui Tarquinios expulit violata Lucretia. Vatinio.) Subſeruiente Conſuli Cæſari, vt res per ordinem doloſum ſuccederet, Vectio nouo Sinone facto ad Tyranni libidinem. Audiſſe.) Retulit Vectius. Piſonem.) Craſſipedem. Reus.) Vectius. Erat.) Seruabatur. Diuitem,) Cognomento Craſſo, mox cuidam ad paupertatem redacto cognomen Superbum obiiciebatur. De vi) Quoniam cum telo eſt repertus. Titulus eſt apud Iurisconſultos de vi & vi armata. Non pertimeſcebamus.) Non nimium tamen deſiderabamus. Dubitabamus enim ne iudiciis indictis accuſaremur a Clodio, quod videlicet indicta cauſa ciuibus ceruices fregiſſemus. Cædem.) Appianus in ſecundo Bellorum Ciuilium, Quando Cæſar cum armatis affuit in foro, vt legem Agrariam ferret, Bibulus ſimiliter cum enſibus affuit, & ad vulnera ventum eſt, vbi faſces Bibuli & inſignia lacerata, Tribunusque vulneratus eſt. Conſidii) De Conſidio Quæſtore meminit Pedianus tempore Ciceronis, de quo Plutarchus in Cæſare Dictatore ſic, Conſidius quidam natu prægrandis iccirco non aduentare Senatores dixerat, quoniam illius arma militesq; pertimeſcerent, qui ſenectutem dicebat eum facere intrepidum. Diſcuſſerat) Euerterat, diſiecerat. Eam) Scribendum ea, hoc eſt iudiciorum alea & periculum. Eo) Ideo tecum ago vt redeas.

Subſcriptores. Epiſtigma. Lo. Cod. Conſtituere. Seruilius Ahala. Æquimeliũ. Conſidius.

Argumētū. XLI.

ACcerſit Atticū inſtāte a Clodio periculo, monetq́ꝫ vt amicis Titi Ciceroni fauētibus, Pōponius ꝑ lr̃as gratias agat. Interponit iudiciū ſuū de Varrone. Sed demuſſandę potētū cōtumelię ac iniurię. Hortēſiū laudat. Subdit. Rep. nihil eſſe deſperatius. Rogat tñ vt acceleret Atticus redire Romā.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm aliquē apud te laudaro tuorū familiariū, volam illū ſcire ex te me id feciſſe, vt nuper me ſcis ſcripſiſſe ad te de Varronis erga me officio, te ad me reſcripſiſſe eā rem ſummę tibi voluptati eſſe. ſed ego mallem ad illū ſcripſiſſes mihi illū ſatiſfacere: mirabiliter enim moratus eſt, ſicut noſti ἑλικτὰ καὶ οὐδέν. ſed nos tenemus prçeptū illud τὰ τῶν κρατούντων. At hercule alter tuus familiaris Hortenſius, q̃ plena manu, q̃ ingenue, q̃ ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit, cū de Flacci Prętura, & de illo tempore Allobrogū diceret? Sic habeto, nec amātius, nec honorificētius, nec copioſius potuiſſe dici. ei te hoc ſcribere a me tibi eſſe miſſum, ſane volo. ſed quid tu ſcribas? quē iam ego venire atq́ꝫ adeſſe arbitror. Ita eñ egi tecū ſuperioribus literis. valde te expecto. valde deſidero, neq́ꝫ ego magis, q̃ ipſa res, & tēpus poſcit. His de negociis, quid ſcribā ad te, niſi idē quod ſępe? Republica nil deſperatius his, quorū opera, nihil maiore odio: nos, vt opinio, & ſpes, & coniectura noſtra fert, firmiſſima beneuolentia hominū muniti ſumus. Quare aduola. aut expedies nos omni moleſtia, aut eris particeps. Ideo ſum breuior, quod, vt ſpero, corā breui conferre, quę volumus, licebit. Vale.

PIVS. Volam.

ILLVM) Amicū tuū a me laudatū. Volā) voluero, cupiā. Scire ex te) Per lr̃as tuas admoneri. Eā rē) Varronē officioſum mihi fuiſſe mallē Varroni gr̃as egiſſes ꝙ amice me tractauit. Mihi) Q̄d Varro mihi. Illū) Varronē. Satiſfacere) Officio ac amicitię nō deeſſe. Mirabiliter moratus) Ingeniū Varronis eſt tēporariū, mutaṫ, incōſtās eſt. Sicut noſti.) Prouerbiū Euripidis eſſe in Tragœdia Andromache. ἑλικτὰ καὶ οὐδέν) Scribamꝰ, ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιές. Verſutū Varronis ingeniū deſcribit, & moribꝰ tortuoſis, in eo nihil eſſe ſani. Alludit huic Euripideæ ſententię de Lacedęmoniis, δόλια βουλευτήρια, ψευδῶν ἄνακτες μηχανοῤῥάφοι κακῶν, ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν ὑγιές. Fraudulēti in cōſiliis, mēdaciorū principes, & tecti mali artifices, tortuoſi, nihil ſani vel ſynceri.

Tortuoſi nihil ſynceri.

Sed aduertēdū in codice puulgato eſſe δόλια βουλεύματα nō βουλευτήρια: ſed eſt eadē ſentētia. De pede tu videris. Multū ſemꝑ Cicero tribuit Euripidi, de quo ſic in Familiaribꝰ, Euripidi tu quantū credas neſcio: ego certe ſingulos eius verſus ſingula eiꝰ teſtimonia puto. Illum) Euripidis vel Sophoclis p̄ceptū. τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών. Sic eſt integer ſenariꝰ apđ Tragicum, Potētū videlicet ſtultitias oportere ferre.

Potētes ſtulti ferendi.

Quidā ex Sophocle ſcribūt, τὰ τῶν κρατούντων ἀκουστέα πάντα. Oīa potētū audiēda, & cōtumeliā demuſſandā eſſe. Alij volūt Homeri illā ſignificari ſentētiā de p̄conibus, qui potētibus ſemꝑ & victoribus adhęreſcūt. Hortatus) Scribēdū Hortēſius: a quo tñ in ſequēti libro ſibi factā impoſturā M. Tullius eiulat.

Plena manu. Flaccus Prætor.

Plena manu) Affatim & abūdāter. Metaphora benigni largitoris. Flacci) Intelligit de L. Flacco Prętore, qui cepit Legatos Allobrogū ad pōtē Æmyliū, de quo extat Ciceronis oratio. Vocatus eſt Valerius Flaccus, quē in vrbis atq́ꝫ imperii grauiſſimo atq́ꝫ acerbiſſimo Ro. po. caſu ſociū atq́ꝫ adiutorē Cicero in Orōne ꝓ Flacco vocauit, in quē ſuſcepit accuſationē D. Lęlius optimi viri filius. Catilinę tempore hūc fuiſſe Prætorē docēt hęc Ciceroniana verba. Pręturę iuris dictio res varia & multiplex, & q̃ ſequūtur. Addidi multa euidētis ac exploratę rei teſtimonia, quoniā nōnulli Surrę legēdū cōtēdebāt, referētes ad Corneliū Lentulū Surrā, virū claro genere ortū, ſed qui luxui deditus nuper ob molitiē e Senatu fuerat eiectus.

Lentulus Surra. Surra vnde.

Tūc erat Prętor cū decreta erat cōiuratio Catilinę. Duo eñ Prætores erāt Vrbanus & Peregrinus. Huic Surrę cognomē natū fuerat, ꝙ dominatione Sullę cū Quæſtor eſſet multa rerū publicarū perdite adminiſtrauit, cōſūpſitq́ꝫ. Quare cū Sulla id indigne ferret, & adminiſtrationis rationē expoſceret, ille rē floccipēdēs in Senatū ꝓfectus, ridiculoſe dixit, rationē mihi reddere nō eſt, ſed prębere Surrā vti ſolēt pueri, qui in ſphęrę ludo pe ccauerit, ob hoc deinceps Surrę inditū illi cognomē eſt.

Allobroges.

Allobrogū) Cū capti ſunt Allobrogū Legati ad Æmiliū pontē, qui literas habebāt a ciuibus ſeditioſis, vnde a Satyrographo dictū, Et in omni gēte laborat. Fabius horū populorū victor dictus eſt Allobrogicus. Ei) Ad eū Hortenſiū volo te dare literas in hāc rationē, tāq̄ ego tibi ſignificauerim Hortenſiū me laudaſſe, indicaſſeq́ꝫ tibi eū in me fuiſſe perofficioſum, vnde prolyxas te ei pro hoc in me officio, gratias agere dicas. A me tibi miſſum) Me Hortenſianū officiū tibi ſignificaſſe. Ipſa res) Neceſſitas. Idem q̄d ſępe) Quidā codices habēt ſemper. Deſperatius) Deſperatis Hippocrates vetat facere medicinā, ſed Dijs votiſq́ꝫ linquendos. Quorū opera) Reſpublica deſperata eſt. Nihil) Eſſe. Fert) Præſefert, oſtendit. Expedies) Explicabis, eximes. Corā) Iam pręſentiā tuā animis ac oculis inhio.

Argumentum.XLII. PIVS.

CVM ANTEA) Lugubris ac mœſtus totus hic liber eſt, Cicerone ſimulatione Pompeij, amicorū perfidia, temeritate P. Clodij, in exilium miſſo, quod ægertime omniū tulit, totumq; ſe dolori dedit, vt illud Ariſtotelicum lib.ij. de Anima verum ſit, Hominū mens nonnūquam perturbatione, nonnunquam morbo ſummergitur: hinc patet a fortuna ſuperatum fuiſſe Ciceronem, vt ipſe fatetur apud Lactantium libro.iij. Diuinarum Inſtitutionum his luculentiſſimis verbis, M. Tullius in ſua conſolatione pugnaſſe ſe ſemper contra fortunam loquitur, eamq; a ſe eſſe ſuperatam, cum fortiter inimicorum impetus retudiſſet, nec tūc quidem ſe ab ea fractum cum domo pulſus patria caruit. Tum autem cum amiſerit vnicam filiam, victum ſe a fortuna turpiter confitetur. Quid hoc homine miſerius? qui ſic iaceat? Hæc Firmianus. Pace Togati Platonis dictum velim, & hic miſerrime maximus oratorum iacet, pulſum ſe aris, focis, dijs penatibus eiulat, miſerum ſe fatetur, niſi diſſimulat vt amici ſtudio acriori ad opem ferendam conuolent. Accuſatus eſt Cicero de vi a Clodio, Piſone, Gabinioq; Conſulibus. Poſt Conſulatum Piſoni Macedonia, Gabinio Syria decretę ſunt. Decimo exilij ſui menſe rediit Nonis Sextilibus natali ſuo & filiæ, vt ipſemet teſtatur in Oratione pro Seſtio. Pulchra apud eūdem reperio in Oratione ad Quirites, Me quatuor, inquit, omnino genera hominum violarūt. Vnum, eorum, qui odio Reipublicæ, quod eam ipſis conuictis conſeruaram, inimiciſſimi fuerunt. Alterum, qui per ſimulationem amicitiæ nefarie me prodiderunt. Tertium, qui cum propter inertiam ſuam eadem aſſequi non poſſent, inuiderunt laudi & dignitati meæ. Quartum, qui cum cuſtodes Reipublicæ eſſe debuerunt, ſalutem meam, ſtatum ciuitatis, dignitatem eius imperij, quod erat apud ipſos, vendiderunt. De reditu ſuo ſic idem M. Cicero in Seſtiana, Hunc ego reditum repudiarem? qui ita florens fuit vt verear ne quis me ſtudio gloriæ putet iccirco exiſſe vt ita redirem. Quem enim vnquam Senatus ciuem niſi me nationibus exteris commendauit? quem curia magis requiſiuit? quem forum luxit? quem æque ipſa Tribunalia deſiderauerunt? omnia diſceſſu meo deſerta, horrida, muta, plena luctus & mœroris fuerunt. Subdit hiſtorice tamen, neque enim erat coram populo mentiendi locus. Ipſis Nonis Sextilibus, idem dies reditus mei fuit, qui & natalis meus, idem & filiæ meæ chariſſimæ. Cūque itinere toto vrbes Italiæ feſtos dies agerent aduentus mei, viæ multitudine Legatorum vndique miſſorum celebrabantur. Ad vrbem acceſſus incredibili hominū gratulatione florebat. Idem in Oratione pro Plancio, Aderat mecum Senatus & quidem veſte mutata, quod pro me vno poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptum eſt. NOSTRA intereſſe) Fore nobis vtiliſſimum. Rogationem) Quam Clodius contra me, & bona mea parauerat. Intelligitur de rogatione Clodij qua illi interdicebat aqua & igni, de qua paulo poſt ſic Cicero, Allata eſt nobis rogatio de pernicie mea. Optatius) Gratius vt nobiſcū eſſes.

Plato togat⁹ Cicero.

Reditus Ciceronis.

# M·T·CICERONIS

## Epiſtolarum Ad T. Pomponium Atticum LIBER TERTIVS.

### M.T. CICERO T. P. ATTICO S.

CVM Antea maxime noſtra intereſſe arbitrabar te eſſe nobiſcū, tum vero, vt legi rogationem, intellexi ad iter, quod conſtitui, nil mihi optatius cadere poſſe, q̄ vt me q̄ primū cō ſequare: vt cū ex Italia profecti eſſemus, ſiue per Epeirum iter eſſet faciundum, tuo tuorumq; præſidio vteremur: ſiue aliud quid agendum eſſet, certum conſilium de tua ſententia capere poſſemus. Quam ob rem te oro, des operam, vt me ſtatim conſequare. facilius potes, quoniā de prouincia Macedonia perlata lex eſt. pluribus verbis tecum agerē, niſi pro me apud te res ipſa loqueretur. Vale.

Cadere) Accidere, vt bene cecidit, male cecidit. Conſequare) Continues. Tuorum præſidio) Interpone coniunctionem ſic, Tuorumq; præſidio. Macedonia) Quæ Piſoni decreta eſt. Res ipſa) Neceſſitas celeritatem expoſcens. Cadere.

Argumentū.XLIII. PIVS.

ITineris) Cauſam quod locum mutauerit adducit vt præſcriptos lege Clodia terminos obſeruaret. Antonium oræ maris Brundusini cuſtodem vitat, hortatur Atticum ad ſe veniat. Animo ita ſtrato eſt vt ſcribere non valeat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sica. Antonius Clodij affinis.

SICÆ) Nomen amici. Rogatione) Quã Tribuni laturi erant pro Cicerone. Correcta) Emẽdata petebant inutilia, vt patebit inferius. Iter haberẽ) Diſcederẽ. Poſſe) Intelligebã. Antoniũ) Clodij propinquũ, qui orę Brunduſinæ pręerat. In Philippicis obiicit Antonius Ciceroni, ꝙ cũ Brunduſij eũ poſſet occidere, non tamen occidit: vbi ſe tuetur M. Tullius & crimen diluit. Lib. quoqꝫ duodecimo in Antoniũ infit, Cecidi ſciens vt honeſtiſſime ſurgere poſſem. Tota calamitas) Mea vita omnino calamitoſa. Iuxta illud Ouidianũ, Vix habet in nobis iam noua plaga locũ. Percuſſo) Vexato. Abiecto) Humili, deſpatiſſimo. Mar. Luc.) Quidã legũt mari Lucano. Plinius libro. iij. Nat. Hiſt. A Silaro regio tertia & ager Lucanus, Brutiusqꝫ incipit. Nec ibi rara incolarum mutatio. Tenuerũt eã Pelaſgi, Oenotrij, Itali, Morgetes, Siculi, Gręcię maxime populi. nouiſſime Lucani a Sãnitibus orti duce Lucio. Nam per hoc mare tranſiuit Vibonem, vt dicet infra. Adiuuat qđ Plutarchus inqt, Vibonẽ fuiſſe in Lucania, cuius hæc verba ſunt. Deinde per Lucaniam iter agens, Siciliã attingere ſtuduit. Aldus & eruditi nõnulli legũt. Narici Locridis, quos Naricios nemo ignorat ex illo Virgiliano, Illic Naricij poſuerunt mœnia Locri. Et, Naritięqꝫ picis. Locrenſes trifariã diuiſi, in Ozolas, Epicnemidios, & Epizephyrios.

Lucani.

Locri triplices.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

ITineris noſtri cauſa fuit, ꝙ nõ habebã locum, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem, q̃ in fundo Sicæ, præſertim nondum rogatione correcta: & ſimul intelligebã, ex eo loco ſi iter haberem, poſſe me Brunduſiũ referre, ſine te autẽ nõ eſſe nobis illas parteis tenendas propter Antoniũ. Nunc, vt ad te antea ſcripſi, ſi ad nos veneris, conſilium totius rei capiemus. Iter eſſe moleſtum ſcio, ſed tota calamitas omneis moleſtias habet. Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo percuſſo, & abiecto. Cura vt valeas. Dat. VI. Id. Apr. Mari Lucano.

Argumentum. XLIIII.

PIVS. Vibo.

VTinam) Atticum rogat vti Vibonem excurrat, quo iter ſuum cõuertit, vt de fuga conſiliũ capiant. VALDE me pœnitet) Vixiſſe. Vibonẽ) In tertia Italiæ regione, auctore Plinio libro. iij. Nat. Hiſtor. Phocẽſium ſinus Vibonẽſis. Paulo poſt, Hippo oppidum, quod nunc Vibonẽ Valentiam nũcupamus. Ibidẽ Plinius cũ loqueretur de Sardinia, Cõtra Vibonẽ paruę, quę vocatur Ithaceſię, Vlyſſis ſpecula. Plutarchus in vita Ciceronis, Sed apud Hipponẽ Lucaniæ ciuitatẽ, quã nũc Vibonẽ, Vibius vir Siculus hoſpitio eũ repulit. Eſt enĩ veriſimile Ciceronẽ ex mari Lucano veniſſe in portũ Vibonenſem. Iubone ad fretũ, legitur libro. 3. Cõmẽtariorũ Cæſaris, cũ legi oporteat Vibone: Idẽ Cicero in Oratione pro Plancio, Conſilio repente mutato iter a Vibone Brunduſiũ terra petere contendi. Nã maritimos curſus pręcludebat hyemis magnitudo. Liuius, Depopulato Vibonenſi agro vrbẽ terrebãt. Idẽ libro. v. de bello Macedonico, Eodem hoc anno Vibonẽ coloniã deductã ex S.C. Plebisqꝫ ſcito mille ſeptingenti pedites ierunt, trecẽti equites, Triũuiri deduxerunt eos. M. Tullius quarta in Verrẽ Actione, Non ego a Vibone Veliam paruulo nauigio inter tua tela veniſſem. Quo) Mutauit conſilium C. Virgilio Præfecto eum ab acceſſu prohibente, vt ipſe docet in Oratione pro Plancio. Mirabor) Te tam ſusqꝫ deqꝫ habere neceſſitatem noſtram.

Cæſ. locus.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VTinam illum diem videam, cum tibi agã gratias, quod me viuere coegiſti. Adhuc equidẽ valde me pœnitet. ſed te oro, vt ad me Vibonem ſtatim venias, quo ego multis de cauſis cõuerti iter meum. ſed eo ſi veneris, de toto itinere, ac fuga mea cõſiliũ capere potero. ſi id non feceris, mirabor. ſed confido te eſſe omnino facturum. Vale.

Argumentum XLV.

PIVS.

AVdita rogatione Clodiana Cicero ne bonis fortunisqꝫ iure ſpoliaretur, Vibonẽ deſeruit ac lõgius aufugit prout rogatio illa iubebat. Monet amicum vt per veſtigia eũ perſequaꝫ. MISERIÆ) Quod C. Virgilius miſeriã Ciceronis hor=

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MIſeriæ noſtrę potius velim, q̃ inconſtãtiæ tribuas, ꝙ a Vibone, quo te arceſſebamus, ſubito diſceſſimus. allata eſt enim nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum eſſe audiera=

tens, ac perniciem propriam, eum prohibuit ab acceſſu, perinde Vibius homo Siculus. Rogatio) Clodiana. Quadringenta) Quingenta Plutarchus ait, cuius hęc verba ſunt, Aqua & igni interdictus, ne ve intra quingenta miliaria tecto ſuſciperetur edictū eſt. A Brunduſinis tamē fuit receptus & honoratus, auctore Plutarcho. M. Tullius tamen in Oratione pro Plancio, abſtinuiſſe prodit hoſpitio Brunduſino, ne amantiſſimę ſui ciuitati perniciem moliretur. Melitę) Plinius in calce tertij, Inter Cercyram Melęnā cognominatā, & Illyricū Melita, vnde catulos Melitęos appellari Callimachus auctor eſt. Stephanus, μελίτη, νῆσος μεταξὺ ἠπείρου καὶ ἰταλίας, ὅθεν τὰ κυνίδια μελιταῖα φασιν. Latine, Melite inſula in medio Epiri & Italię, vnde catuli Melitęi dicuntur. Incola Melitęus. hui⁹ inſulæ meminit Liuius lib. x. de ſecūdo Punico bello. Eſt & Melite ciuitas Carthaginēſium. Inuitamur) Vndiq; in vrbibus. Quod ſupeſt) Neſcis qd veſper ſerus vehat. Abſtinuit a Dyrrachinis, intellexitq; quod audierat Græciā plenā eſſe nefariorū hominū. Non abludunt hęc quę in Oratiōe ꝓ Flacco, Tribuo, infit, Gręcis literas, do multarū artiū diſciplinā, non adimo ſermonis leporem, ingeniorū acumē, dicēdi copiā: teſtimoniorū religionē nūq̄ iſta natio coluit, totiusq; huiuſce rei quę ſit vis, quæ auctoritas, qd pondus ignorāt. vnde illud eſt, Da mihi teſtimoniū mutuū. Paulo poſt, Illa vetus Græcia, quę quōdā opibus imperio, gloria floruit, hoc vno malo cōcidit, libertate immoderata ac licētia concionū. Qua in re) vt viuerem.

Melita.

Melite Catuli.

In Grecos.

mus, erat huiuſmodi, vt mihi vltra quingenta milia liceret eſſe: illo cum peruenire nō liceret, ſtatim iter Brunduſium verſus contuli ante diem rogationis, ne & Sica, apud quē eram, periret: & quod Melitę eſſe non licebat. Nunc tu propera, vt nos conſequare. Si modo recipiemur, adhuc inuitamur benigne: ſed qd ſupereſt, timemus. Me mi Pomponi valde pœnitet viuere. qua in re apud me tu plurimū valuiſti, ſed hęc coram, fac modo vt venias Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TErentia tibi & ſæpe, & maximas gratias agit, id eſt mihi gratiſſimum. ego enim viuo miſerrimus, & maximo dolore conficior. ad te quid ſcribā, neſcio. Si enim es Romæ, iam me aſſequi nō potes: ſin es in via, cū eris me aſſecutus, coram, quæ erūt agenda. tantū te oro, vt quoniā me ipſum ſemper amaſti, eodem amore ſis. Ego enim idem ſum. Inimici mei mea mihi, non me ipſum ademerunt. Cura vt valeas. VIII. Id. Apr. Thurii.

Argumentum. XLVI.

MIſerrimū ſe inquit dolore cōfici. Rogat Atticū, vt eū aſſequatur, vt coram cōſulant. Precatur quoq; ne cum fortuna fidem mutet. TERENTIA) Cornelius Nepos, Atticus Ciceroni in omnibus periculis fidem prębuit, cui ex patria fugiēti ſeſtertia. CC. & quinquaginta donauit. Id) Pecunia quā dediſti Terentiæ dono. Eodē) in calamitate. Idem) Animo. Mea) Bona. Me ipſum) Non meam mihi prudentiam. Thurij) Non longe a Tarento in vltima parte Italiæ, Sybaritę poſtea dicti, ſunt Thurij. vt ait Stephanus his, Thurij ciuitas Italię, quę pri⁹ Sybaris a pago Thuria. poſtea autē Copiæ. Dicitur & Thuria & Thurion vt in Herodoti epigrāmate, Θούριον ἔχε πάτρην. Gentile homonymon, Thurij & Thuriaci, & vinū Thurinū, vt Strabo, Pauſanias autē Anthiā ipſam dicit gentile Thuriatę, & Thurias fœmininū, & θουριεύς. Aliqui autē Thuniā & Thuniatē. Eſt Thuriū auctore Plinio libro. 3. Nat. hiſt. in tertia Italiæ regione inter Cratim & Sybarim amnes, vbi Herodotus hiſtoriā cōpſuit. Auguſto infanti nomen inditū Thurino, q recēs eo nato pater Octauius aduerſus fugitiuos, qui agrū Thurinū occupauerāt, proſpere rē geſſerat. Liuius lib. x. ab Vrbe condita, Thurię reddite veteri cultori, Salentinoq; agro pax parta.

PIVS.

Thurij.

Thurinus. Auguſtus.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NOn fuerat dubium, quin te Tarenti, aut Brunduſii viſurus eſſem, idque ad multa pertinuit, & vt in Epeiro conſiſteremus, & de reliquis rebus tuo cōſilio vteremur. quoniā id non contigit:

Argumētū. XLVII.

NON Fuerat Ciceroni dubium quin Atticus eum conſequi ſtatim properaret, qd cū nō fecerit, & hoc cū reliqs malis ſuis apponit, Cyzicū pergit, ſuosq; cōmēdat. MEIS) Reb⁹ afflictis. In aliis codicibus non legitur hæc dictio. Quoniam.) Vt te videremus.

PIVS.

Erit hoc) Quod me nõ aſſecutus es. Cyzicum) In Thracia in faucibus Propontidis Straboni in 3. **Cyzicus.** Cyzicus inſula in Propontide cum eiuſdẽ nominis ciuitate duobus pontibus iuncta continẽti, vocata a Rege eorũ Cyzico, quibus in Romanos ciues violentius quędam auſis, Tyberius imperator libertatẽ ademit, quã Mithridatico bello meruerant. **Proſerpinalia.** Proſerpinalia pompatice celebrabant auctore Plutarcho in Lucullo, in honorem Proſerpinæ, cui nigram vaccam immolabant, vnde manauit illud apud poetam in obſcœno carmine, Raptam Cyzicos oſtreoſa diuam, non Cocytos, vt habent mendoſi codices. Tria habuit armamenta, vnũ telorum, alterũ inſtrumẽtorũ, tertium frumenti erat receptaculum, dicta ab Iaſonis amico & hoſpite Cyzico, de quo Flaccus in Argonauticis. Miſere.) Macer erat & exanguis in hac fuga auctore Plutarcho.

erit hoc quoq; in magno numero noſtrorum malorũ. Nobis iter eſt in Aſiã, maxime Cyzicum. Tibi meos commendo: me vix, miſereq; ſuſtento. Vale. Dat. XIIII. Cal. Maii, Tarenti.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

BRundusium veni ad Cal. Maias. eo die pueri tui a te mihi literas reddiderũt, & alii pueri poſt diem tertiũ eius diei literas alias attulerũt. Quod me rogas & hortaris, vt apđ te in Epeiro ſim, voluntas tua mihi valde grata eſt, & minime noua: ſed conſiliũ mihi quidẽ optatũ, ſi liceret ibi omne tẽpus cõſumere. Odi eñ celebritatẽ, fugio homines, lucem aſpicere vix poſſum. Eſſet mihi iſta ſolitudo, pręſertim in tã familiari loco, non amara. ſed itineris cauſa, vt diuertar, primũ eſt deuiũ: deinde ab Antonio, & cæteris quatridui: deinde ſine te. Natura Caſtellum munitum habitãti mihi prodeſſet, tranſeunti non eſt neceſſariũ: quod ſi auderem, Athenas peterẽ. ſane ita cadebat, vt vellem. nunc & noſtri hoſtes ibi ſunt, & te nõ habemus, & veremur, ne interpretẽtur, illud quoq; oppidum ab Italia non ſatis abeſſe, nec ſcribis, quam ad diem te expectemus. Quod me ad vitam vocas, vnũ efficis, vt a me manus abſtineam. alterum non potes, vt me non noſtri cõſilii vtiq; pœniteat. Quid enim eſt, quod me retineat? præſertim ſi ea ſpes non eſt, quę nos proficiſcẽtes proſequebatur? Non faciam, vt enumerem miſerias omnes, in quas incidi per ſummam iniuriam & ſcelus, nõ tam inimicorum meorum, q̃ inuidorum. Ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem, hoc confirmo, neminem vnq̃ tanta calamitate eſſe affectum, nemini mortem magis optandam fuiſſe, cuius

Argumentũ. XLVIII.

**PIVS.** IN Epirum redire recuſat, quoniã celebritatẽ odit. & propter alia. Vocibus Attici, inquit, ſe in vita retineri, alioquin in mortẽ propenſior eſt. Miſerias ſuas nõ enumerat. De Fratre incert⁹ eſt, Attici præſentiam optat.

BRVNDVſium) Ad mœnia Brunduſij nomen adepti a capite ceruino **Brenda.** Brendã vocat Ennius. Optatũ) Subintellige eſſet ſubſiſtendi in Epiro. Conſumere.) In ſtudiis philoſophicis. Solitudo.) Epirotica. Familiari.) Poſſeſſo a familiari & amico Tito. Cauſa) Supple facit. Diuertar) A mouear, declinem. Deuium) A via Pretoria remotũ. Mihi vero quotidiani ab vrbe nuncii ſunt pro rebus grauiſſimis excipiendi. Quatridui.) Spatio diſtat. Sine te) Tu abes Genius loci futurus. Nã caſtellum.) Scribẽdum, natura caſtellum, hoc ſenſu. Si habitaturus eſſem in Epiro Caſtellum tuũ natura munitum, mihi prodeſſet, trãſeunti nõ eſt neceſſarium. Athenas) Propter florẽ ingeniorum. ſunt qui Athinas producta perinde ſecunda. **Athina.** Sunt enim Athinę vel Athina Samnii ciuitas in ora, q̃ arma Æneæ fabricauit, ſecus quã Melpha fluuius labitur ex Appenino ortũ ducens, apud Fregellas in Lyrim defluens. Maro, Quinq; adeo magnę poſitis incudibus vrbes Tela nouant, Athina potens. Alii tamen Athenas Atticas intelligunt. Ouidius, Nec peto quas petii quondam ſtudioſus Athenas.

Cadebat) Animus fœtebat, propoſitũ erat, contingebat. Noſtri hoſtes) Antonius. Et veremur) Et altera cauſa eſt ꝙ in tuũ Epiroticum non venimus. Oppidũ) Epiroticũ. Noſtri cõſilii) Quod mortẽ mihi non conſciui, vnicũ in tot malis remediũ atq; ſingulare, vel ꝙ non pugnaui, ꝙ Piſoni, ꝙ Hortẽſio auſcultaui, ꝙ veſtem mutaui. Quid) In vita gratum & iucundum. Retineat.) In vita. Inimicorum) Clodii & Catilinæ gregaliũ. Inuidorũ) Pompeium, Hortẽſium, Piſonem, Gabiniũ intelligit.

Oppetendæ) Subeundæ. Prætermiſſum) Debui mori pugnando cum Clodio. Doloris) Ad ſepeliendum finiendumq; dolorem morte. Candauiam) Plinius libro. iij. Natur. Hiſtor. Aliſſo Macedonia prouincia, gentes Parthini, & a tergo eorum Diſſarethæ. montes Candauiæ a Dyrrachio. LXXIX. M. paſſuum. De Candauia meminit Cæſar Commentario. iij. Bellorum Ciuilium. Seneca libro Epiſtolarũ ad Lucil. iiij. deſerta Candauiæ vocat. Epiro) Quod tamen non conſtanter affirmo me videlicet per Epirum iter facturum. Quomodo) Alij codices habent, quando. Necui) Lege, vbi. Huius generis) Scribendi epiſtolas. Proficiſcens) Dum eſſem in procinctu itineris.

Candauia.

oppetẽdæ tempus honeſtiſſimum prætermiſſum eſt. Reliqua tempora ſunt non tam ad medicinam, q̃ ad finẽ doloris. De Republica video te colligere omnia quæ putes aliquam ſpem mihi poſſe afferre mutãdarum rerũ: quæ q̃q̃ exigua ſunt, tamen, quoniã placet, expectemus. Tu nihilominus, ſi properaris nos cõſequere. nam aut accedemus in Epeirum, aut per Candauiam tarde ibimus. Dubitationem autẽ de Epeiro non inconſtãtia noſtra afferebat, ſed quod de fratre, vbi eũ viſuri eſſemus, neſciebamus: quẽ quidem ego, nec quãdo viſurus, nec vbi dimiſſurus ſim, ſcio. id eſt maximũ, & miſerrimũ mearũ omniũ miſeriarũ. Ego & ſępius ad te, & plura ſcriberẽ, niſi mihi dolor meꝰ tum omnes partes mentis, tũ maxime huius generis facultatẽ ademiſſet, videre te cupio. Cura, vt valeas. Prid. Cal. Maii. Brunduſii, proficiſcens feſtinanter.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SCripſerã ad te, quas ob cauſas in Epeirũ nõ eſſemus profecti, qđ & Achaia prope eſſet plena audaciſſimorũ inimicorum, & exitus difficiles haberet, cum inde proficiſceremur: acceſſit, cũ Dyrrhachii eſſemus, vt duo nuncii afferrentur, vnus claſſe fratrẽ Epheſo Athenas, alter pedibus per Macedoniam venire. Itaq; illi obuiam miſimus Athenas, vt inde Theſſalonicam veniret. Ipſi proceſſimus, & Theſſalonicã ad. X. Cal. Iun. venimus. neq; de illius itinere quicq̃ certi habebamus, niſi eum ab Epheſo ante aliquanto profectum. Nunc iſtic quid agatur magnopere timeo, quãq̃ tu altera epiſtola ſcribis Id. Maiis audire, fore vt acrius poſtularer. altera iam eſſe mitiora. ſed hæc eſt pridie data, q̃ illa, quo conturbor magis. Itaq; cum meus me mœror quotidianus lacerat & cõficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Sed & nauigatio perdifficilis fuit: & ille incertus, vbi ego eſſem, fortaſſe alium curſum petiuit. nam Phędrus libertus eũ non vidit, vento reiectus ab illo in Macedoniam, Pellæ mihi pręſto fuit. Reliqua quàm mihi timenda ſint,

### Argumentum. XLIX.

SCripſeram) Repetitio luctuoſa hominis ſe dolori omnino dedentis. ACHAIA) Achaię, vt ait Plinius in quarto nomen, prouinciæ ab Iſthmo incipit, antea Egialos vocabatur propter vrbes in littore per ordinẽ diſpoſitas, in qua Elis, vbi delubrum Iouis Olympij ludorum claritate faſtos Græciæ complexũ. Epheſo) Altera lux Aſiæ Epheſos, inquit Plinius. Theſſalonicam) Macedoniæ vrbem. Eſt enim Theſſalonica in Macedonia ciuitas liberæ cõditionis, auctor Plinius in quarto. Illius.) Fratris. Iſtic.) Romæ. Acrius poſtularer.) Accuſarer vehementius a Clodio. Sunt qui ſcribunt, Annius poſtularet. Annius Milo accuſaret Clodium, qui Annius de vi (vt inquit Plutarchus) primus auſus eſt poſtulare, id eſt accuſare Clodium. Altera.) Epiſtola ſcribis, hæc verba ſubindicant, acrius poſtularer, poſſe recte defendi. Quo) Quoniam videtur ſe corrigere quod bona ſpondebat. Reliquam facit) Relinquit. Phetolibeum) Beroaldus, Phetolibus eum, ſcribit, Ego, Phædrum libertum. pæmiſerat enim Phædrum libertum obuiam fratri, ſed non viderat. In codicibus antiquis legitur. Phędo libertus eum non vidit. Pellæ.) Ciuitas Macedoniæ, patria regum. Iuuenal. Vnus Pellęo iuueni non ſufficit orbis. Pręſto fuit.) Phædrus occurrit. Cadere.) Cuius noſtra fortuna non ſit capax. Non vidi.) Quidam codices habent non viſendum vidi.

PIVS. Achaia. Elis. Epheſus. Theſſalonica. Milo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

video,nec quid ſcribã, habeo, & omnia timeo, nec tã miſerũ eſt quicq̃, quod non in noſtrã fortunã cadere videatur. Eq̃dẽ adhuc miſer in maximis meis ærũnis & luctibus hoc metu adiecto maneo Theſſalonicæ ſuſpenſus,nec audeo quicq̃. Nũc ad ea,quę ſcripſiſti. Tryphonẽ Cęciliũ non viſendũ vidi, ſermonẽ tuũ & Põpeii cognoui ex tuis literis. Motũ in Republica nõ tantũ ego video,quãtum tu aut vides, aut ad me cõſolandũ affers. Tigrane enim neglecto, ſublata ſunt omnia. Varroni me iubes agere gratias,faciam, item Hypſeo. Quod ſuades,ne longius diſcedamus, dum acta menſis Maii ad nos perferantur,puto me ita eſſe facturum: ſed vbi,nõdum ſtatui. atq; ita perturbato ſum animo de Qninto,vt nil queã ſtatuere. Sed tamẽ ſtatim te faciam certiorẽ. Ex epiſtolarum mearum inconſtãtia puto te mentis meæ motum videre. Qui etſi incredibili & ſingulari calamitate afflictus ſum, tamen nõ tã ex miſeria,q̃ ex culpæ noſtræ recordatione commotus. Cuius enim ſcelere impulſi ac proditi ſimus, iam profecto vides,atq; vtinã iam ante vidiſſes, neq; totũ animũ tuũ mœrori mecum ſimul dediſſes. Quare,cum me afflictum & confectum luctu audies, exiſtimato me ſtultitię meæ pœnam ferre grauius, q̃ euenti,quod ei crediderim,quẽ eſſe nefarium non putaram. Me & meorũ malorum memoria, & metus de fratre in ſcribẽdo impedit. Tu iſta omnia vide, & guberna. Terentia tibi maximas gratias agit. Literarũ exẽplum,quas ad Pompeium ſcripſi, miſi tibi. Vale. Dat. III. Cal. Iun. Theſſalonicæ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVintus Frater cũ ex Aſia diſceſſiſſet ante Cal. Maias, & Athenas veniſſet Id. Maiis, valde fuit ei properãdũ, ne quid abſens acciperet calamitatis,ſiqs forte fuiſſet, qui cõtẽtus noſtris malis non eſſet. Itaq; malui eum properare Romam, q̃ ad me venire, & ſimul (dicam enim quod verum eſt, ex quo magnitudinem mearũ miſeriarũ perſpicere poſſis) animũ inducere non potui, vt aut illum amãtiſſimũ mei,molliſſimo animo,tãto in mœrore aſpicerẽ, aut meas miſerias luctu afflictas, & perditam fortunam illi offerrem,aut ab illo aſpici paterer. Atq; illud etiam timebam,quod profecto accidiſſet, ne a me digredi nõ poſſet. Verſabatur mihi tempus illud ante

Video) Subintellige inſtare,imminere. Tigrane) Ad quem Legatus ibat Clodius. Sublata) Oĩs ſpes noſtrę ſalutis. Nã adhuc Clodiũ Senatus vt Legatũ mittere debebat,& ita nõ fuiſſet in vrbe Bonę Deę ſacerdos,neq; Ciceroni nocuiſſet. Poſtq̃ autẽ Tigranẽ adeo Senatus negligere cœperat, vt ad eũ Clodiũ nõ mitteret,Ciceroni ex pręſentia Clodij multa enata ſunt mala. Lego apud Aſconiũ Pedianũ, Clodium adeo Tigranis filio affectũ fuiſſe, vt captiuũ cathenis exemerit inuito Põpeio. Sed vbi) Sim futurus. Motũ) Affectũ,fluctũ. Ex culpæ.) Propter quã in exiliũ ſũ miſſus, q̃ inſidiatoribus & perfidis credidi. Cuius) Põpeij. Vidiſſes) Quoniã cõſilio potui tutior eſſe tuo.

Euenti.

Euẽti) Exilij quod mihi euenit & accidit. Ei) Põpeio.

Nefarius.

Nefariũ) Sacrę amicitię temeratorẽ. Aſconius,Nefariũ qđ ſacra polluit farre pio ſolita celebrari. Ergo nefarij ſacrilegi dicũt,nomẽ a farre deductũ,quo ſcelerati vti nõ debeãt, & inde q indigni q viuãt nefarij dicũtur,vt docet Varro. Proptius in.4. Dixit & incerto pmiſit brachia ſomno Neſcia nefariis accubuiſſe nouis. Nã veſta iliacę felix tutella fauillæ Culpã alit, & plures cõdit in oſſa faces. Quis nõ nefarijs

Propertij locus.

in Propertio repugnãte ſyllaba,ſed, ſe flãmis, in noſtris annotamẽtis legẽdũ decreuerimus. Metus de fratre) Ne mea illũ pericula premant.

Argumentum.L.

PIVS.

QVintus) Excuſat fratrẽ Quintũ,& ſuis calamitatibus indolet. ABSENS) Timebat ne frater,fraternęq; fortunę oppugnarentur a Clodio. Noſtris) Si qs adeo carnificis animi reperiri poſſet,q meis malis vellet addere mala Quiti. Molliſſimo) Qui ego ſum pręditus animo tenerrimo. Offerrẽ) Repſentarẽ. Digredi) Abire interclusus dolore. Ille) Frater. Lictores) Qui decedẽtẽ magiſtratum Rcmã vſq; comitant. neceſſe

oculos, cũ ille aut lictores dimitteret, aut vi euelleretur ex complexu meo. Huius acerbitatis euentum, altera acerbitate non videndi fratris vitaui. In hunc me caſum vos viuendi authores impuliſtis. Itaq; mei peccati ſuo pœnas. quãq̃ tuę me literæ ſuſtentant, ex quibus quantum tu ipſe ſperes, facile perſpicio: quæ quidẽ tamen aliquid habebãt ſolatii anteq̃ eo veniſti, ad Pompeium mitte, Hortenſium allice, & eiuſmodi viros. Obſecro mi Pomponi nondũ perſpicis, quorũ opera, quorũ inſidiis, quorum ſcelere perierimus, ſed tecum hæc coram agemus. Tantũ dico, quod ſcire te puto: nos non inimici, ſed inuidi perdiderunt. Nunc ſi ita ſunt, quæ ſperas, ſuſtinebimus nos, & ſpe, qua iubes nitemur: ſin, vt mihi videntur, infirma ſunt, qđ optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet. Terentia tibi ſępe gratias agit. Mihi etiam vnum de malis in metu eſt, fratris miſeri negocium. quod ſi ſciam, cuiuſmodi ſit, ſciam quid mihi agendum ſit. Me etiã nunc iſtorum beneficiorum & literarũ expectatio, vt tibi placet, Theſſalonicę tenet. Siquid erit noui allatum, ſciam, de reliquo quid agendũ ſit. Tu, ſi, vt ſcribis, Cal. Iun. Roma profectus es, propediem nos videbis: & literas, quas ad Pompeiũ ſcripſi, tibi miſi. Vale. Id. Iun. Theſſalonicæ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ACta quę eſſent vſq; ad. VIII. Cal. Iun. cognoui ex tuis literis, reliqua expectabã (vt tibi placebat) Theſſalonicę, quibus allatis, ſtatuere facilius potero, vbi ſim. nã ſi erit cauſa, ſiq̃d agetur ſi ſpem videro, aut ibidẽ operiar, aut me ad te cõferã. ſin, vt ſcribis, iſta euanuerint, aliud aliquid videbimus. omnino adhuc nihil mihi ſignificatis, niſi diſcordiã iſtorũ, quę tamẽ inter eos de omnibus potius rebus eſt, q̃ de me. Itaq; q̃d ea mihi proſit, neſcio. ſed tñ quoad me vos ſperare vultis, vobis obtemperabo. nã quod me tã ſępe, & tã vehemẽter obiurgas, & animo infirmo eſſe dicis, quęſo, ecquod tãtũ malũ eſt, qđ in mea calamitate nõ ſit? Ecquis vnq̃ ex tã amplo ſtatu, in tã bona cauſa tãtis facultatibus ingenii, cõſilii, gratię tãtis p̄ſidiis bonorũ omniũ concidit? poſſum obliuiſci qui fuerim: nõ ſentire qui ſim? quo caream honore? qua gloria? quibus liberis? quibus fortunis? quo fratre? quem ego, vt nouum calamitatis genus

erat vt dimitteret, ſi me ſeq volebat. Acerbitas) Ne a me digredi poſſet. Peccati) Q; nõ pugnaui, mihi man⁹ nõ intuli. Succubuiſſe dolori Ciceronẽ hic patet, q̃uis ipſe neget, adeo vt parũ in philoſophia p̄feciſſe videat̃, vt verũ ſit illud Platonicũ, eſſe difficile repire hominẽ tetragonon. Non modo nõ ſapere in hac p̃te Cicero videt̃, ſed arreptitiũ agere, q vt inq̃t Gregorius, actionis ſuę nõ eſt cõſcius. Faſcinãt nos ſenſus, ac pręcipitẽ animũ agũt, furere cogũt, & vt ignis aurũ merũ, ita dura tẽpora experiunt̃ ſapiẽtẽ, ac viros ſecernũt ab hominib⁹. Eo veniſti) Ad illã p̃tẽ epiſtolę. A Põpeio nũc) Legẽdũ ex codice antiq̃ſſimo qui fuit Ioãnis Lamolę grãmatici Bononiẽſis, ad Pompeium mitte. Hęc eſt vera lectio, licet nõnulli legãt. A Põpeio nutat, hoc eſt, ex parte Põpeij res vacillat, parieti debili incubuimus. Tãtũ dico) Vnum addo. Inuidi) Inter quos Põpeiũ Hortẽſiũq; connumero, quos a me rogãdos cenſes, hoc eſſet, oues a lupis auxiliũ petere. Suſtinebim⁹ nos) Vitã noſtrã p̄ducemus. Qđ optimo) Cõſciſcã mihi mortẽ, qđ tẽpeſtiuius fieri potuit in ærumnarũ principio. Vnũ de malis) Epiphonema exclamatio videlicet vim parẽtheſis habẽs, qđ mihi egerrimũ eſt. Miſeri) Ne oppugnetur & poſtuletur, immo opprimat̃ a Clodio. Cuiuſmodi) Quomodo fortunæ fraternæ verterint. Agẽdum) De vita mea.

Argumentum. LI.

COnſolationem ab Attico petit, nõ obiurgationũ, cauſamq; adducit cur fratrem vitauerit. PIVS.

SI CAVSA erit.) Quæ moram ſuadeat. Euanuerint) Irrita erit mea defenſio. Aliud aliquid) Aliam quercũ excutiemus. Iſtorũ) Pompeij cum Clodio. De me) De ſalute mea. Ecquod tantũ) Aliquod ne tam excedens malum eſt? In tã bona cauſa) Sine culpa. Ingenij.) Doctrinæ eloquentiæ,

Vt attendas.

Vt attendas` Figura loquendi aurei ſeculi, hoc eſt attende. hodie barbare dicitur vt ſcias. Totus prope mutatus eſt ſermo, vt inquit ille, ac latinitas illa germana ita retro ſe egit, vt euanuerit omnis flos & cultus eloquentiæ, barbari nobis inuiderunt, ac nitorem abſtulerunt, nec diu cœptum eſt, quin & Cicero in Epiſt. Famil. qúeritur turba barbarorũ in vrbem conuolantium, ſermonẽ vrbanitatẽq; faceſſere cœpiſſe. Vt hæc) Dignitates meas partas. Inter parietes) Inter amicos domeſticos, qualis erat Pompeius, qui vel domeſticus dici poteſt, vel propter Terentiam quã ſuſpectã habuit, vt leges inferius:: ideo auctore Plutarcho, repudiauit. Releuares) Exonerares.

Indicere ſilẽtium.

Indicere ſilẽtium in luctu eſt exaſperare, vel auctore Ouidio, Quis matrẽ, niſi mentis inops, in funere nati Flere vetat, nõ hoc illa monẽda loco eſt. Et alibi, Sęuior es triſti Buſiride, ſęuior illo Qui falſum lẽto torruit igne bouẽ.

Iſtinc) A nobis, ab vrbe Roma.

Argumentum. LII.

PIVS.

ME & tuę) Literas expectat ab vrbe, vnaq; cõſolationẽ, nõ obiurgationẽ. NOSTRArũ) De rebus noſtris ἐυελπιςία, vel ſcribẽdũ cũ exẽplaribus antiquis veſtrarũ. Qđ cũ facis) Cũ obiurgas me Vt) Suſpẽſim. O quantũ. Nũc loco hui⁹ vocis, vt, barbare. O qualiter, ſordide, ac inquinate aiunt.

Affectus.

Quẽ) Te. Affectũ) Cruciatũ, mœſtũ, oblęſum. Propertius. Iupiter affectę tãdẽ miſerere puellę, hoc eſt ægrotæ.

Argumentum. LIII.

PIVS.

TV quidem.) Orationẽ olim in Conſulẽ ſcriptã vult tegi. Atticũ rogat vt ſe Romæ cõtineat, vbi maxime ciuitati ꝓdeſſe poteſt. ROGAtionis) Legis quæ ferri debet de mea reſtitutione ad populũ. In Senatu) Quo non tm̃ opus eſt ſed conſenſu populi. plebiſcito enim deturbatus fuerat. Siletur) A vobis, neq; Senatoria via tentatur. Secũdũ) Poſt. Iſta) Spes, quaſi dixerit nulla. Cos Deſign.) Vatinio, in quem extat Ciceronis oratio. Aliqui Curionẽ volũt propter hæc verba poſita inferius. Sed quid Curio? An & illam orationem nõ legit? quæ vnde ſit prolata neſcio. Alii Gabinium, alii Piſonem, quæ extat hoc principio, Iam ne ſentis belua, iam ne ſentis? Quæ ſit querela frontis tuæ. Piſo tamen nunc erat Conſul, de deſignato nunc meminit.

attẽdas, cũ pluris facerẽ, q̃ me ipſum, ſemperq; feciſſem, vitaui, ne viderem: ne aut illius luctũ ſqualorẽq; aſpicerẽ, aut ne me, quẽ ille florentiſſimũ reliquerat, perditũ illi afflictũq; offerrẽ. Mitto cętera intolerabilia: etenim fletu impedior. Hic vtrũ tandẽ ſum accuſandus? quod doleo, an quod cõmiſi, vt hęc aut nõ retinerẽ (qđ facile fuiſſet) niſi intra parietes meos de mea pernicie cõſilia inirẽtur, aut certe viuus amitterem. Hęc eo ſcripſi, vt potius releuares me, quod facis, q̃ aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares: eoq; ad te minus multa ſcribo, quod & mœrore impedior, & quid expectem iſtinc magis habeo, q̃ quid ipſe ſcribã. quę ſi erũt allata, faciam te cõſilii noſtri certiorẽ. Tu, vt adhuc feciſti, q̃plurimis de rebus ad me velim ſcribas, vt prorſus neq̇d ignorem. Vale. XIIII. Cal. Quintil. Theſſalonicæ.

## M.T. CICERO T. P. ATTICO S.

ME & tuę literę, & quidã boni nũcii, nõ optimis tñ authoribus, & expectatio veſtrarũ literarũ, &, qđ tibi ita placuerat, adhuc Theſſalonicę tenebãt. ſi accepero literas, quas expecto, ſi ſpes erit ea, quę rumoribus afferebatur, ad te me cõferã. ſi nõ erit, faciã te certiorẽ, q̇d egerim. Tu me (vt facis) opera, cõſilio, gratia iuua. cõſolari iã deſine, obiurgare vero noli: qđ cũ facis, vt ego tuũ amorẽ, & dolorẽ deſidero, quẽ ita affectũ mea ærumna eſſe arbitror, vt te ipſum cõſolari nemo poſſit. Q. Fratrem optimũ humaniſſimũq; ſuſtenta. Ad me, obſecro te, vt omnia certa perſcribas. Vale. Dat. IIII. Cal. Quintil.

## M.T. CICERO T. P. ATTICO S.

TV quidẽ ſedulo argumẽtaris, quid ſit ſperandum, & maxime per Senatum idẽq; caput rogationis proponis. ſcribis quare in Senatu dici nihil liceat. Itaq; ſiletur. hic tu me accuſas, ꝙ me afflictem, cum ita ſim afflictus, vt nemo vnquam quod tute intelligis. ſpem oſtendis ſecundum comitia: quæ iſta eſt eadem Trib. Pl. & inimico Cos. Deſ?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

percuſſiſti autē me, etiā de oratione prolata, cui vulneri (vt ſcribis) medere, ſi quid potes. Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita compreſſerā, vt nunq̄ emanaturā putarē, quomodo exciderit, neſcio: ſed quia nūq̄ accidit, vt cū eo, verbo vno cōcertarim, & quia ſcripta videtur mihi negligētius, q̄ cętera, puto poſſe probari, nō eſſe meam. id, ſi putas me poſſe ſanari, cures velim: ſin plane perii, minus laboro. Ego etiam nūc eodē in loco iaceo ſine ſermone vllo, ſine cogitatione vlla. Licet tibi, vt ſcribis, ſignificarē, vt ad me venires Sitoniā, tamen intelligo te iſtic prodeſſe: hic ne verbo quidē leuare me poſſe. Non queo plura ſcribere, nec eſt, qđ ſcribā. veſtra magis expecto. Vale. XVI. Cal. Sextil. Theſſalonicę.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVod ad te ſcripſerā, me in Epeiro futurū, poſteaq̄ extenuari ſpem noſtrā, & euaneſcere vidi, mutaui conſilium, nec me Theſſalonica cōmoui, vbi eſſe conſtituerā, quo ad aliquid ad me de eo ſcriberes. Quod proximis literis ſcripſeras fore, vti ſecūdū comitia aliquid de nobis in Senatu ageretur, id tibi Pōpeiū dixiſſe. Qua de re, quoniā Comitia habita ſunt, tuq; nil ad me ſcribis, perinde habebo ac ſi ſcripſiſſes nil eſſe, meq; tēporis nō longinqui ſpe ductum eſſe moleſte feram. Quē autē modū te videre ſcripſeras, qui nobis vtilis fore videretur, eū nūciant, qui veniūt, nullum fore. In Trib. pl. Deſſ. reliqua ſpes eſt. quā ſi expectaro, non erit, ꝙ putes me cauſę meæ, ac voluntati meorū defuiſſe. Quod me ſępe accuſas, cur hūc meū caſum tā grauiter ferā, debes ignoſcere, cū ita me afflictū videas, vt neminē vnq̄ nec videris, nec audieris. Nā ꝙ ſcribis te audire, me etiā mentis errore, ex dolore affici: mihi vero mens integra eſt. atq; vtinā tā in periculo fuiſſet, cū ego iis, q̄bus ſalutē meā chariſſimā eſſe arbitrabar, inimiciſſimis crudeliſſimisq; vſus ſum: qui, vt me paulum inclinari timore viderunt: ſic impulerūt, vt omni ſuo ſcelere, & perfidia abuterentur ad exitiū meū. Nūc, quoniā iam eſt Cizycum nobis eundum, quo rarius ad me literę perferētur, hoc velim, diligētius omnia, quę putaris me ſcire opus eſſe, perſcribas. Q. Fratrē meū fac diligas, quem ego miſer, ſi incolumem relinquo, non me totum periſſe arbitrabor. Vale. Non. Sextiles.

Percuſſiſti me) In me cōieciſti nō ſcrupulū ſed lanceā.
Oratione prolata) A me cōpoſita verbi gratia contra Vatinium teſtem, vel alium neſcio quē, quæ prolata fuerat, id eſt publicata. Si qd) Si aliquo modo. Iratus) Vatinio. Scripſerat) Me taxauerat. Cōpreſſerā) In ſinu meo occultauerā. Exciderit) Per incuriā emerſerit. Id ſi putas) Vt oratio deleatur id faciēdo. Minus laboro) Nō curo orationē peruagatā eſſe.
Sidona) Sitoniā emēdant, vel Sitona. Vrbs eſt Thraciæ contermina Macedonię. Plinius lib. 4. Sitonios in Thracia ponit Orphei vatis genitores. Iſtic.) Romæ. Hic.) Theſſalonicę vel Sitoniæ. Sidon. Sitonia.

Argumentū. LIIII.

QVerelarum & deſperationis perinde epiſtola plena & lachrymis. QVOD ad te) Alterū me, oculis cariorem. Perinde habebo. In hāc partem accipiam, non aliter credam. PIVS.
Longinqui.) Protractum, fuiſſe in longum tempus ad ærumnas, quas ſubita morte fugere potui. Ductum.) Illectum, prouectum. Mētis errore) Allucinatione animi ac dementia. Implerunt) In præceps, qui labenti manum porrigere debuerunt. Perfidia abuterētur) Immo fide abutimur ꝓprie bonis, malis ſimiliter abutimur, exercendo mala, quę premere ne poſſent mori debueram⁹. Quid ſit vti & frui lege Auguſtinū in libro octoginta triū quæſtionum. & nos alibi ſup his multa. Vti. Abuti. Quid eñ opus eſt toties iſta repetere, δὶς κράμβη θάνατος dicunt Græci, de his qui vſque ad nauſeam garryūt ad aurem & tinniūt. Significat prouerbium braſſicam repetitam interimere, cui ſic alluſit Satyrus, Occidit miſeros Crambe repetita magiſtros. Ligurino loquaciores nonnulli, & ſtantem circūueniūt, & cacantem, poeticuli præſertim, & Heliconiadum ſtercora, qui verſib⁹ male natis aures noſtras inebriant.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Argumentum.LV.

EX tuis.) Rogat Atticum vt vera perſcribat, quæ ideo ſcire neceſſe eſt, quoniam Cizycum eſt iturus. TE ME) Solitum remorari blanditiis epiſtolarum. Videas) Futurum opineris. Caſus) Bonus euentus. Correxerint) In melius mutauerint. Planco.) Planci legit Arretinus, pro quo extat Ciceronis oratio in Laterenſem, quem Plancium ſeruatorem ſuum Cicero vocat, niſi hic alter ſit, quoniam Plancius Ciceroni occurrit Virgilium declinãti Pręfectum Siculum, qui tempeſtatem Clodianam vitabundus, a Sicilia Ciceronem arcuit. Appoſito.) Opportuno. Appoſitę & appoſitiſſime latine dicitur. Varro de re Ruſtica, Maxime ad id pecus appoſitum. M.T. in Verrem, Menſes mihi tres cum eripuiſſetis ad agendum maxime appoſitos. Quam proxime Italiam) Proxime cum quarto caſu ponitur pro prope. Cicero in Antoniu m Operam det vt cum ſuis copiis quàm proxime Italiam ſit. Vitruuius proxime calcem dixit pro prope. Varro, Villici proxime ianuam cellam eſſe oportet. Hinc) A Theſſalonica. Si audierimus) Si a vobis literas acceperimus fortunam noſtram in pari acerbitate perſiſtere. Sunt qui malunt, ni aliquid, hoc eſt ſi videbo vos tacere, habebo pro infecto. A Comitiis.) Poſt Comitia. Stabat.) Decretum erat, vt, Stat conferre manum.

Appoſitus.

Proxime.

State.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EX tuis literis plenus ſum expectatione de Pompeio, quidnã de nobis velit, aut oſtẽdat. Comitia em̃ credo eſſe habita. quibus abſolutis ſcribis illi placuiſſe agi de nobis. Si tibi ſtultus eſſe videor, qui ſperẽ, facio tuo iuſſu, & ſcio te me iis epiſtolis potius, & meas ſpes ſolitũ eẽ remorari. Nũc velim mihi plane perſcribas, qd videas. Scio nos noſtris multis peccatis in hãc ęrũnã incidiſſe: ea ſiq caſus ex parte correxerint, minus moleſte feremus nos vixiſſe, & adhuc viuere. Ego propter vię celebritatẽ, & quotidianam expectationẽ rerũ nouarũ nõ cõmoui me adhuc Theſſalonica, ſed iã extrudimur: non a Planco (nã is quidẽ retinet) verũ ab ipſo loco minime appoſito ad tolerandã in tanto luctu calamitatẽ. In Epeirũ igitur (vt ſcripſerã) non iui, quod ſubiti mihi aduerſi nũcii venerãt, & literę, quare nihil eſſet neceſſe quã proxime Italiã eſſe. Hinc ſi qd a Comitiis audierimus, nos in Aſiã cõuertem⁹, neq; adhuc ſtabat, quo potiſſimũ, ſed ſcies. Vale. XII. Cal. Sextil. Theſſalonicę.

Argumentum. LVI.

PIVS.

ACcepi.) Eiuſdem fere propoſiti literæ. Deploratio opum ſuarũ amiſſarum. FIRMA mente.) Quin, vt prædiximus, in conſolatione filiæ in hac eiectione Cicero gloriatur ſe a fortuna minime fuiſſe ſuperatum. Vbi vtar) Doleo mihi deeſſe vbi mente vtar valente & potenti. Quibuſcum) Cum quibus æmulis videlicet ſtudiorum vt ſolebam. Omnibus.) Beneuolentibus careo. Quomodo.) Quo ardore. Ne ſcindam) Iuxta illud Ouidij.
Vulneraq; immitis requiem quęrentia vexat. Dies) Tẽpus. Tibullus, Ipſa dies homini docuit parere leones. Non poteſt nõ augeri) Duę abnegatiuæ faciũt vnã cõſentiuam, hoc eſt valde augent.

M.T.CICER. T.P.ATTICO S.

ACcepi Idi. Sextil. quatuor epiſtolas a te mihi miſſas. vnã, qua me obiurgas, & rogas, vt ſim firmior: alterã, qua Craſſi libertũ ais tibi de mea ſolicitudine, maciecq; narraſſe. Tertiã, qua demõſtras acta in Senatu. & quartã de eo, qđ a Varrone ſcribis tibi eſſe cõfirmatũ de volũtate Pompeii. Ad primã tibi hoc ſcribo me ita dolere, vt non modo a mẽte non deſerar, ſed id ipſum doleã, me tã firma mente vbi vtar & quibuſcũ nõ habere. Nã ſi tu me vno nõ ſine mœrore cares, qd me cẽſes, qui & te, & oĩbus? et ſi tu incolumis me requiris, quomodo a me ipſam incolumitatẽ deſiderari putas? Nolo cõmemorare qbus rebus ſim ſpoliatus, non ſolũ qa nõ ignoras, ſed etiã ne ſcindã ipſe dolorẽ meũ. Hoc cõfirmo, neq; tãtis bonis eſſe priuatũ quẽq̃ neq; in tãtas miſerias incidiſſe. Dies autẽ non modo nõ leuat luctũ hũc, ſed etiã auget. nam cęteri dolores mitigãtur vetuſtate, hic nõ poteſt nõ & ſenſu p̃ſentis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miſerię, & recordatione p̄teritę vitę quotidie augeri. Deſidero enim nō mea ſolū, neqꝫ meos, ſed meipſum. Quid eñ ſum? ſed nō faciā, vt aut tuū animū angā querelis, aut meis vulneribus ſępius manus afferam. Nā ꝙ purgas eos, quos ego mihi ſcripſi inuidiſſe, & in eis Catonē: ego vero tātū illū puto ab iſto ſcelere abfuiſſe, vt maxime doleā plus apud me ſimulationē malorū, q̄ iſtius fidē valuiſſe. Cæteri quos purgas, debēt mihi probati eſſe, tibi ſi ſunt: ſed hęc ſero agimus. Craſſi libertū nihil puto ſincere locutū: in Senatu rē probe ſcribis actā. Sed qd Curio? an & illā orationē nō legit? quæ vnde ſit prolata neſcio. Sed Maximus Auxius eiuſdem diei ſcribens ad me acta, nō ita laudat Curionem. At poteſt ille aliquid p̄termittere. Tu, niſi qđ erat, profecto non ſcripſiſti. Varronis ſermo facit expectationē celerē, atqꝫ vtinam ipſe Varro incūbat in cauſam, qđ profecto cum ſua ſponte, tū te inſtante faciet. Ego ſi me aliquando veſtri, & patriæ cōpotē fortuna fecerit, certe efficiā, vt maxime lętere vnus ex omnibus amicis: meaqꝫ officia & ſtudia, quæ parū antea luxerūt (fatendū eſt enim) ſic exequar, vt me æque tibi ac fratri, ac liberis noſtris reſtitutū putes. Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignoſce, in me enim ipſum peccaui vehemētius. Neqꝫ eo hęc ſcribo, quo te nō meo caſu maximo dolore affectū eſſe ſciam, ſed profecto ſi quantū me amas, & amaſti, tantū amorem re exhibuiſſes, nūq̄ eſſes paſſus me, quo tu abundas, egere conſilio, nec eſſes paſſus mihi perſuaderi vtile nobis eſſe legem de collegiis proferri. Sed tu tātum lachrymas præbuiſti dolori meo, quod erat amoris, tanquam ipſe ego, quod meritis meis perfectum eſſe potuit, vt dies & noctes quid mihi faciendum eſſet, cogitarem: id abs te meo, non tuo ſcelere prętermiſſum eſt. Qꝫ ſi non modo tu,

Quid enim ſum) In exilio. Manus afferam) Refricem. Purgas) Excuſas. Catonem) Subintellige reſpondebo. Sero agimus) Prouerbialiter, ſero ſapiunt Phryges. Craſſi libertum) Qui de macie mea rumorem tulit. Sincere) Vere. Non legit?) In Conſulem. Quidam codices negationem non habent. Hinc ſumunt occaſionem nonnulli Conſulem deſignatum fuiſſe Curionem, in quem Cicero ſcripſerit orationem. Prolata) E quibus latebris eruta. Ille) Auxius. Ergo inſidet aliquid rubiginis Auxio.

Varronis ſermo) Habitus a Varrone cum Pompeio. Cæſaris) Quod in fauorem meum Cęſaris literę ſuperuenere. Infra) Expectationem nobis nō paruā attuleras, cū ſcripſeras Varronem tibi pro amicitia confirmaſſe cauſam noſtram Pompeium certe ſuſcepturum, & ſimulac a Cęſare ei literæ quas expectaret remiſſę eſſent, auctorē etiam daturum. Verū id nihil fuit, An aduerſatę ſunt Cæſaris literę? Exēplaria Iani Lamolæ, non Cæſaris, ſed celerē habent. Luxerunt) Paruā lucem & ſignificationē amoris euidentiſſimi dederunt.

Peccaui) Accuſando te lentitudinis ac procraſtinationis potius, in periculo meo negligētis animi ſecuriue, quod patebit inferius. Amare debere) Scribe. amare deberes, cognouiſſes effectu, re experimēto amare debere. Amor ſine re inanis res & caſſa. Priſci tamen codices habēt, non amare debere ac debuiſſes, ſed amorem re exhibuiſſes. De collegis) Scribendum de collegijs. Tres leges a Clodio latę in perniciem Reipub. Annoniana vt populus frumento donaretur, quod paucis pecunijs ſolebat emi. Et vt non liceret ſeruare de cælo, quam eſſe ſublatā Cicero in multis orationibus cōqueritur, dicēs illā fuiſſe fundamentū Reip. & in quinta Philippica, Ioue tonante cū P.R. agi non eſſe fas quis ignorat? Tertia lex de collegijs veteribus reſtituēdis & nouis inſtituēdis, & ait hanc ſibi detrimento fuiſſe, quia ſcribit in oratione cōtra Piſonē, Quo Conſule collegia cōflata ſunt ex fæce ſceleſtiſſimorū, qui poſtea Clodiū adiuuerunt contra Ciceronē. De ſecunda inquit Lucanus, Tonat augure ſurdo. Lachrymas) Non rem & opem præſentem vt debebas exhibuiſti, ac auxilium, vt inquit Plautus, fuit emortuum. Tanq̄ ego) Non ſecus dolori meo dediſti lachrymas q̄ ego feci.

Quod meritis.) Si re me non iuuiſti, non tu es in culpa: ſed ego, qui nunq̄ te mihi deuinxi aliquo beneficio, in quo reddendo ſollicitus eſſe deberes. Id) Cogitare dies ac noctes de re mea, ac honore meo. Iunge ſuperioribus Scelere) Culpa in hoc loco, barbare hodie dicitur defectus fuit meus. Dicit Cicero nullis meritis ſe vnq̄ Atticum affeciſſe, vt is dies ac noctes pro declinandis periculis Ciceronis æſtuare deberet. quare ſcelere ſuo, id eſt Ciceronis periſſe nō Attici, quod non ita demeruerat Atticū, nec extabāt tāta in Atticum a Cicerone beneficia, aut merita, vt pro eo plura facere teneretur Atticus q̄ fecit.

Clodianę leges.

Annoniana.

Non ſeruādi de cælo.

Lex de Collegijs.

Scelus.

Sed quiſq̄ fuiſſet)Lege.Sed ſi quiſq; fuiſſet. Minus liberali)Illiberali,ſubruſtico. Reſponſo) Plutarchus autumat nullum dediſſe reſponſum Ciceroni Pompeium. Sed eo præ foribus adſtāte per poſticulum abijſſe. Hinc cōtrariū elicitur. Turpiſſimo) Fugę, qua auctore Plinio leo niſi in abdito nō vtitur. Fuga facit quē ſuſpectū inquit Iuriſperitus. Tu facere)Me a turpiſſima fuga reuocare. Quod te de priuilegio)Sentit Cicero Senatuſc.non priuilegio,id eſt plebiſcito velle reuerti, vt illo tollatur plebiſcitum,quo Ciceroni interdictum eſt aqua & igni,quod non faceret populus:quoniam id eſſet contra ipſum populū, videlicet tollere leges populi. Abrogari) Lactantius lib.6. diuinarū inſtitutionū.Huic legi nec abrogari fas eſt, neq; derogari ex hac licet, neq; tota obrogari poteſt. Sic corrige Lactantij codicem: nam vbi obrogari ſcripſimus, propagari legebatur.Hic obrogari eſt noua rogatione tolli. Firmus)Clodius. Quidam codices habēt firmum, id videlicet qđ actū erit a Clodio, vel priuilegiū quod de me paratur. Quidā legunt firmius. Sin erit)Si erit Clodianus aliquis. Sinat) Priuilegium. Eidem) Non ſinenti. Nec quicq̄)Cōcludit. Lex)Frumētaria vel vt non liceret ſeruare de cælo,vel de collegijs, vel potius lex quā ferebat Milo vt irrita eſſent quæ Clodius egiſſet.

Fugere turpe.

Abrogare. Obrogare. Lactantius emendatus.

Vt eſt promulgata) Cū primum eſt prolata. In veſtitu mutando) Quē ab hominū memoria pro ſolo Cicerone mutauit ordo Senatorius. Mecum agi) Contendi.niſi Clodius me accuſaſſet, non mutaſſem veſtimentū.Fieri) A me mutari veſtimentum. Pernicioſum)Priſci Codices habent,perniciſſimi fuit:perniciſſimum ſignificat celerrimū. Pręterita) Retractare. Legē illam) Clodiā,quoniā ſi vniuerſam legē tollere velletis populus, cuius in ea lege frumētationes continentur, offenderetur, per partes antiquabitur. Stultum)Inconſiderati hominis.Sus mineruam.Aquilam volare doceo. Verū eſt ſtultū)Hoc totū ſuperuacaneū eſt. In quod)Beroaldus legit,ni quod.Ego ex cōiectura ſcribo. vtinā modo agaī aliqd,qđ ipſa iubeat.Lex videlicet popularis,ne refragatorē votorū noſtrorū populū habeam⁹. Potes & legere.Vt modo agaī aliqd qđ ipſe iubeas:hoc eſt velis. Nā ex etymo gręco iubere Plauto & Maroni idē eſt qđ velle. Referri)Proponi in Senatu,vt hodie dicūt. Dici)Scribe,interdici legi Clodianæ.

ſed quiſq̄ fuiſſet, qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum a turpiſſimo conſilio reuocaret, quod vnus tu facere maxime potuiſti, victores hodie viueremus. Hic mihi ignoſcas:me enim ipſum multo magis accuſo: deinde te, quaſi me alterum, & ſimul meę culpæ ſocium quæro. Si reſtituor, etiam minus deliquiſſe videbimur, abs teq; certe, quoniā nullo noſtro, tuo ipſius beneficio diligemur. Quod te cum Curione ſcribis de priuilegio locutum, eſt aliquid, ſed multo eſt melius abrogari. Si enim nemo impediet, ſic eſt firmius: ſin erit, qui ferri non ſinat, eidem S.C. intercedet, nec quicquam aliud opus eſt, quam abrogari. Nam prior lex nos nil lædebat: quam ſi, vt eſt promulgata, laudare voluiſſemus, aut vt erat neglīgēda, negligere, nocere omnino nobis non potuiſſet. Hic mihi primum non modo conſiliū defuit, ſed etiā obfuit. Cæci, cæci inquam fuimus in veſtitu mutando, in populo rogando: quod niſi nominatim mecum agi cœptū eſſet, fieri pernicioſū fuit. Sed pergo pręterita. verūtamen ob hāc cauſam, vt ſiquid ageretur, legē illam, in qua popularia multa ſunt, ne tangatis. Verum eſt ſtultum me præcipere, quid agatis, aut quomodo. Vtinam non agatur, in quod ipſa iubeat. Multa occultant tuæ literæ: credo ne vehementius deſperatione perturber. Quid enim vides agi poſſe, aut quomodo? per Senatum ne? aſt tute ſcripſiſti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poſte fixiſſe: ne referri, neve interdici liceret. Quid igitur Domitius ſe dixit relaturum? Quomodo autem iis,

ASCEN.Sed ſi quiſq̄ fuiſſet)Lego cum vetere exemplari,ſed quiſq̄,id eſt quiſpiā quicunq; is fuerit: nec neceſſe eſt repetere particulam ſi,poteſt tamen repeti,ſed nolim quiſq; legere.

ASCEN.In veſtitu mutando)Non loquitur de mutato ab Senatu ſed a ſe,vt populū ad mīam flecteret,neq; legā perniciſſimi,ſed pernicioſum,quia veſtē mutās culpā agnoſcit.Id aūt,ſed pergo præterita? cum ſui reprehenſione per interrogationem lego,quaſi ſit,ſed pergo pręterita retractare & ita acta agere,quod fruſtra facio.Verūtamen ob eā cauſā,ſup.legis mentionē feci,vt ſiquid ageretur de ea,ne tangatis legem illā &c.Illud autē, vtinā modo agatur &c.ſic lego,vtinā nō agatur aliquid ni, id eſt niſi qđ &c. Poterit ne,videlicet domus mea mihi reſtitui.Expediri,id eſt tranſigi,non dixit expedire, ne abſolute legatur pro eo quod eſt expediens & vtile eſſe.Eſſe aliquem,non muto in aliquid,quia ſi ſcripſiſſet aliquid,ſubdidiſſet:quoniam quod fui,non qui,& aliquem non minus eleganter dixit.

Iubeo.
Referri,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quos tu ſcribis, & de re dicētibus & vt referretur poſtulātibus. Clodius tacuit? At ſi per populū: poterit ne niſi de omniū Trib. pl. ſentētia? quid de bonis? quid de domo? poterit ne reſtitui? aut ſi nō poterit, egomet quomodo potero? Hæc niſi vides expediri, quā in ſpē me vocas? ſin autē ſpes nihil eſt, q̄ eſt mihi vita? Itaq; expecto Theſſalonicę acta Cal. Sextil. ex quibus ſtatuā in tuos ne agros cōfugiā, vt neq; videā homines, quos nolim, & te (vt ſcribis) videā, & propius ſim, ſi quid agatur. Idq; intellexi, cū tibi, tum Quinto Fratri placere: an abeā Cyzicū? nūc Pomponi, quoniā nil impertiſti tuę prudētiæ ad ſalutē meā, quod aut in me ipſo ſatis eſſe cōſilii decreueras, aut te nil etiam mihi plus debere, q̄ vt præſto eſſes. Quādo quidē ego proditus, inductus, cōiectus in fraudē omnia mea præſidia neglexi: totā Italiā in me erectā ad me defendēdū deſtitui, & reliqui. Me meis tradidi inimicis, inſpectāte & tacēte te, qui ſi non plus ingenio valebas, q̄ ego, certe timebas tu minus. Si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua: ſin omnia ſunt obſtructa, id ipſum fac, vt ſciamus, & nos aliquādo aut obiurgare, aut cōmuniter conſolari deſine. Ego ſi tuam fidem accuſarem, nō me potiſſimum tuis tectis crederem meā amentiam accuſo, quod a te tantū amari, quantū ego vellem putaui. quod ſi fuiſſet, fidem eandem, curā maiorem adhibuiſſes, me certe ad exitiū precipitantē retinuiſſes. iſtos labores, quos nunc in naufragiis noſtris ſuſcipis, nō ſubiſſes. Itaq; fac vt omnia ad me perſpecta, & explorata perſcribas: meq;, vt facis, velis eſſe aliquē, quoniā qui fui, & qui eſſe potui, iam eſſe non poſſum. Et vt his literis, non te, ſed meipſum a me eſſe accuſatum putes. Siqui erunt, quibus putes opus eſſe meo nomine literas dari, velim conſcribas, curesq; dādas. Vale. Dat. XIIII. Cal. Septemb. Theſſalonicæ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TOTVM iter mihi incertum facit expectatio literarum tuarū Cal. Sextil. datarum, non aliud aliquid. Si ſpes erit, Epeirum: ſin minus, Cyzicū, aut aliud quid ſequemur. Tuę quidē literæ, quo ſæpius a me leguntur, hoc ſpem faciūt mihi minorē: quia cum lectę ſunt, tu id quod attulerūt ad ſpem, infirmant, vt facile appareat te & cōſolationi ſeruire & veritati: idq; te rogo plane, vt ad me, quę ſcis, vt erūt, quę putabis, ita ſcribas. Vale. Dat. XII. Cal. Septēb.

Id quod tu ſcribis) Lege. his quos tu ſcribis. Ac ſi per populū) Alij legunt. At ſi. Potuit) Melius cū antiquis exēplaribus, poterit. Poterò) Reſtitui ſine domo. An ego Troglodyta ſim? in terra latibulis viuam abditus? Propius) Pro prope & proxime. non eſt comparatiuum. Cæſar) Quod propius hoſtē acceſſiſſet. Liuius, Vt propius vrbē Romam exercitum admoueret. Ibidē, Caſtra propius hoſtem mouit. Pomponi) Recurre ad verbum inferius lōge poſitum, Erige afflictos.

Propius.

Mihi) Decreueras. Inductus) Illectus, impulſus. Timebas minus) Proptereaq; fuiſſet in te plus cōſilij, quod timore, amore, ira præpeditur: iuxta illud antiqui poetæ, Timor omnem mihi ſapientiam ex animo expectorat. Obſtructa) Clauſa eſt oīs via ſalutis. Communiter) Communi cōſolatione vſus.

Curam) Cum videres deficere meam. Aliquem) Scribēdum aliquid. Satyrus, Aude aliquid breuibus gyaris, & carcere dignum ſi vis eſſe aliquid, hoc eſt alicuius p̄cij. τὸ τὶ Grȩci dicunt. Perſius, Se ſe aliquid credens italo quod honore ſupinus. Si q erunt) Habe indicium me non eſſe iratum tibi, quod vt ante conſiliū in rebus meis a te peto.

Aliquid.

Argumentum. LVII.

TOTVM) Epiſtolium amicum rogat, vt veriora q̄ auditu ſpecioſa ſcribat, nec magis ſpei q̄ rei ſeruiat. ITER) An eā Cyzicum an alio. Non aliud aliquid. Aldus ſuperioribus hoc colon annectit, & legit, Non, hoc ſenſu. Nihil aliud incertū reddit iter noſtrum q̄ tuæ literæ. Epirum) Subintellige, mouebimus, proficiſcemur. Quam cum latę ſunt) Q̃ cum recenter eas legi & aperui. Tum id.) Præterea. Infirmant) Diminuūt.

PIVS.

Seruire) Miſcere dulcia veris. Vt erunt) Prout ſe habebunt. Quę putabis) Me ſcire oportere, Ita ſcribas) Vt erunt, nihil interpolando.

Agumentum.LVIII.

PIVS. QVINTO Fratri metuit ex triſtibus nuncijs. Timet Appium. Rogat ne in medio mari nauē deſerat. EX ANTE diem) A pridie Non. vſq; ad pridie Kalend. Ego autē diei ei veniēs) Scribo ex antiquis codicibus, Ego autem id diei veniebam. Hoc ſenſu, Ego illa die veniebam ad Regulum: venienti occurrit miſſus a Regulo Liuinus. Nunciauit factam mentionem) Sibi quod

Liuinus. aliqua triſtities euenerit Fratri, vel Romæ vñ Liuinus veniebat. Sermonē) Q; ea q̃ Liuinꝰ referebat pēdebant, ac originē ducebāt ex ſermone, quem Regulus vel Liuinus habuere cū Clodio filio, qui ſcire debuit vt filius paterna negocia, & ea pueriliter aperuiſſe Liuino. Hic eſt ille Clodius, cui rogatu Antonij Cicero pepercit, ducens non oportere perſequi paternas inimici-

Clodius filiꝰ. tias. Extat vtraque epiſtola. Is) Liuinus. Pueri) Statores. Exploratas) Vacuas timore. Appij) Refertur quęriturque ab Appio de cauſa mea, quem puto inimice renunciaturum. Hic inimicus videbatur Ciceroni, quē Lactantius libro ſexto inquit facundiam Ciceronis appellaſſe caninam. Hunc Cicero mirifice ſubſannat in epiſtolis ad Q. Fratrem. Languidiora) Infirmiora. Ad te) In Epirum. Facis) Non omittis. Expectas) Stimulum Tantum) Modo.

ASCEN. Liuinꝰ licet alius ab Horatio vocetꝰ Leuinꝰ, pōt a Liuino noīe deduci. vt Criſpinus a Criſpo, Antoninꝰ ab Antonio. Quod. ſ. vt tibi gratias agam nō expectas, quia non expetis: cum liberali in me animo omnia facias.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Quinto Fratre nuncii nobis triſtes nec varii venerant, ex ante diem Non. Iun. vſq; ad pridie Calend. Septemb. Ego autem id diei veniebā in M. Reguli. Leuinus ad me a Regulo miſſus venit. Is omnino mentionem nullam factā eſſe nūciauit, ſed fuiſſe tamen ſermonem de C. Clodii filio, isq; mihi tum a Fratre literas attulit. Sed postridie Sextii pueri venerunt, qui a te literas attulerūt, non tam exploratas a timore, q̃ ſermo Liuini fuerat. Sane ſum in meo infinito mœrore ſolicitus, & eo magis, q; Appii quæſtio eſt. Cætera, quæ ad me eiſdem literis ſcribis de noſtra ſpe, intelligo eſſe languidiora, q̃ alii oſtendunt. Ego autem, quoniam non longe ab eo tempore abſumus, in quo res diiudicabitur: aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum hæc loca commorabor. Scribit ad me Frater omnia ſua per te vnum ſuſtineri. Quid te aut horter, quod facis, aut agam gratias, quod non expectas? tantum velim fortuna det nobis poteſtatem, vt incolumes amore noſtro perfruamur. Tuas literas ſemper maxime expecto, in quibus caue, ne aut diligentia tua mihi moleſta, aut veritas acerba ſit. Vale. Dat. pride. Non. Septemb.

Argumentum.LIX.

EXPECTATIOnem) A Varrone læta nunciantur, Pompeij fauorem pollicente nec non Cæſaris. Ab Attico tamen non ita. PRO Amicitia) Pro iure amoris mutui. Suſcepturū) Nūc barbare dicitur ſupra ſe, vel in ſe capturum. Auctorem) Peculiarem defenſorem cauſę meę, aliquem Senatorem ac patronum, qui tutor eſſet cauſę Ciceronianę, cum Cęſar abeſſet. Verū id) Boni codices habent: vtrū id nihil fuit? per interrogationem. Poſſemus defendere verum, hoc ſenſu. Certe hoc nihil fuit. Aduerſatæ) Nobis, a quibus fauorē ſperabamus. Eundem) Varronem. Secundum comitia) Poſt Comitia conſularia. Fac) Auxeſis per repetitionem addens ſponte currenti calcaria. Fac fac me de tota cauſa certiorem. Si vides) Interpoſitio, ſi pro quia.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EXpectationem nobis nō paruam attuleras, cum ſcripſeras Varronem tibi pro amicitia confirmaſſe, cauſam noſtram Pompeium certe ſuſcepturum, & ſimul ac a Cæſare ei literę, quas expectaret, remiſſæ eſſent, authorem etiam daturum. Vtrū id nihil fuit? an aduerſatę ſunt Cęſaris literę? an eſt aliquid in ſpe? Etiam illud ſcripſeras, eundem ſecundum comitia dixiſſe. Fac, ſi vides quantis in malis iaceam,

& ſi putas eſſe humanitatis tuæ, me fac de tota cauſa noſtra certiorem. Nam Quintus frater homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit ſpei plena, metuens credo defectionem animi mei. Tuæ autem literæ ſunt variæ. Neq; enim me deſperare vis, nec temere ſperare. Fac obſecro te, vt omnia, quæ a te proſpici poſſunt, ſciamus. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVod eiuſmodi mihi literæ a vobis afferebantur, vt aliquid ex iis eſſet expectandum: ſpe & cupiditate Theſſalonicæ detetus ſum. Poſteaquam omnis actio huius anni confecta nobis videbatur in Aſiam ire nolui, quod celebritas mihi odio eſt, & ſi fieret aliquid a nouis magiſtratibus, abeſſe longe nolebam. Itaque in Epeirum ad te ſtatui me conferre: non quo mea intereſſet loci natura, qui lucem omnino fugerem, ſed vt ſaltem libentiſſime ex tuo portu proficiſcar, et ſi ea præciſa erit, nuſquam facilius hanc miſerrimam vitam vel ſuſtentabo, vel (quod multo eſt melius) abiecero cum paucis: multitudinem dimittam. Me tuæ literæ nunquàm in tantam ſpem adduxerunt, quantam aliorum: attamen mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit, q̃ tuæ literæ. Sed tamen, quoniam cœptum eſt, age quoquomodo cœptum eſt: & quacunq; de cauſa, non deſeram: neq; optimi atq; vnici fratris miſeras atque luctuoſas preces, nec Sexti, cæterorumq; promiſſa, nec ſpem erumnoſiſſimæ mulieris Terentiæ, nec miſerrimæ mulieris Tulliolæ obſecrationem, & fideles literas tuas. Mihi Epeirus aut iter ad ſalutem dabit: aut, quod ſcripſi ſupra. Te oro & obſecro T. Pomponi, ſi me ampliſſimis, chariſſimis, iucundiſſimiſq; rebus perfidia hominum ſpoliatum, ſi me a meis conſiliariis proditum & proiectum vides, ſi intelligis me coactum, vt ipſe me & meos perderem, vt me tua miſericordia iuues, & Quintum Fratrẽ, qui poteſt eſſe ſaluus, ſuſtentes. Terentiam, liberoſque meos tueare: me, ſi putas te iſtic viſurum, expectes: ſi minus, reuiſas, ſi potes, mihiq; ex agro tuo tãtum aſſignes, quãtum meo corpore occupari poteſt, & pueros ad me cum literis quamprimum & q̃ ſæpiſſime mittas. Vale. XVI. Cal. Octob.

Et ſi putas) Si ad humanitatem tuam ſpectare vides, ſpectabat enim, nec human⁹ ſi ſecus feciſſet, poterat eſſe Titus. Mirus) Mirificę pietatis ac ſpei. Defectionem) Exanimantem molliciem, ne tãtis perdurem mœroribus.

Argumentum. LX.

ROGAT Atticum ne in duris fortunę caſib⁹ ab amore deſciſcat. Se non fraudaturum vxoris ac filiolę vota, in vitaq; manſurum, etiam in Epirum venturum, vbi terram pro tumba ſibi aſſignari rogat. — PIVS.

CONFECTA) Cõſummata ſine mentione rei noſtræ. Celebritas) Hominum frequentia Loci natura) Amœna, qui omnem amœnitatem fugito. Lucem) Delicias & tempe qualia ſunt epirotica iſtęc tua. Proficiſcar) Romã redeam. Si ea pręciſa. Si profectio, redituſque denegabitur. Quoquomodo) Vel bono cõſilio vel malo, vel ſi fruſtra ſperemus, vel non ſperemus. Sexti) Seſtius reditum pollicebatur per Senatuſconſultum, vel bona per quãdam rogationem, quod non ſatis dignitatis habebat, lege epiſtolam ſequentem. Quod ſcripſi ſupra) Subintellige miſerrimam vitam abiecero. Te oro) Principium clauſulæ patheticum. Occupari) Corpore poſſideri. Sepulcrũ emendicat ac eblãditur. O genus calamitatis peracerbum. Innuit ſibi breui velle mortẽ conſciſcere. Quod qui facit merito a noſtris theologis nõ pleno ore laudatur, quod videns epigrammaticus poeta ſic cecinit, Rebus in aduerſis facile eſt contemnere vitam: Fortiter ille facit qui miſer eſſe poteſt. Si quidem in Phalaridis Tauro vir ſapiens miſer eſſe non poteſt, non in eculeo, non in rota, non in igne gręcienſi, ſemper eodem vultu eſt ſapiens, vt erat Socrates quem Xãthippe vxor ſemper dicebat, domo exeuntem & reuertentem, eodem vidiſſe vultu. Et enim infra illum, vt teſtatur Seneca, telum omne cadit. — Seſe occidentes.

Argumentum.LXI.

CÆCILIVS Homo perdiues etiam fœnerator Titum Pomponium reliquit hęredem, qui in nomen hæreditario iure ſucceſſit. Sunt qui epiſtolam communi nomine perſcribi volunt, ad Atticum & ad Q. Fratrem, qui tamen Atticus Quintus Cæcilius dicebatur, propter ius hæreditatis, in quod ab obitu Attici ſucceſſit, quod Cornelius Nepos docet, & Valerius libro ſeptimo ſic. Q. Cæcilius, L. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaq; liberalitate & honeſtum dignitatis gradum & ampliſſimum patrimonium conſecutus, cum præ ſe ſemper tuliſſet vnum illum ſibi eſſe hæredem: moriens etiam annulos ei ſuos tradidiſſet, Pomponium Atticum teſtamento adoptauit, omniumque bonorum reliquit hęredem. Sed fallacis & inſidioſi cadauer populus Romanus ceruicibus reſte circundatum per viam traxit. Itaq; nefarius homo filium quidem & hæredem habuit quē voluit, funus autem & exequias quales meruit. Nepotis verba ſunt hęc, Habebat auunculum Q. Cæcilium equitem Romanum, familiarem. L. Luculli, diuitem, difficillima natura: cuius ſic aſperitatem veritus eſt, vt quem nemo ferre poſſet, huius ſine offenſione ad ſummam ſenectutē retinuit beneuolentiam, quo facto tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens teſtamento adoptauit eum, hęredemque fecit ex dodrante. Ex qua hæreditate accepit circiter centies ſeſtertia. Sunt qui ita ſcribendum putent, Q. Cęcilio, & P. Attico. Quaſi Fratri, vt prænomine innuat hæreditatem creuiſſe Titum.

## M.T.CICERO Q.CAECILIO P.ATTICO S.

AVunculum tuum functum eſſe officio, vehementiſſime probo: gaudere me tum dicam, quum mihi hoc verbo licebit vti. Me miſerum, quàm omnia eſſent ex ſententia, ſi nobis animus, ſi conſilium, ſi fides eorum, quibus credidimus, non defuiſſet, quæ colligere nolo, ne augeam mœrorem. Sed tibi in mentem venire certe ſcio, quæ vita eſſet noſtra, quæ ſuauitas, quæ dignitas, ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, vt facis. Diemque natalem reditus mei cura, vt in tuis ædibus amœniſſimis agam tecum, & cum meis. Ego huic ſpei, & expectationi, quæ nobis proponitur: maxime tamen volui pręſtolari apud te in Epeiro, ſed ita ad me ſcribitur, vt putem eſſe commodius nos eiſdem in locis eſſe. De domo, & Curionis ratione (vt ſcribis) ita eſt. in vniuerſa ſalute, ſi ea modo nobis reſtituatur, inerunt omnia. Ex quibus nihil malo, q̄ domum, ſed tibi nihil mando nominatim, me totum tuo amori fideique commendo. Quod te in tanta hæreditate ab omni occupatione expediſti, valde mihi gratum eſt. Quod facultates tuas ad meam ſalutem polliceris, vt omnibus rebus a te pręter cæteros iuuer: id quantum ſit præſidium, video. Intelligoq; te multas partes meæ ſalutis & ſuſcipere, & poſſe ſuſtinere: neq;, vt ita facias, rogandum eſſe.

QVOD quidem ita eſſe) Te videlicet ex Attico factum eſſe Cęcilium, hoc eſt, te adiiſſe Cęcilianam hęreditatē, vehemētiſſime probo. Sunt qui pertinaciſſime contendant hoc totum Q. Cæcilio, Q. Fratri, & P. Attico, quod quidem ita eſſe, eradi oportere, exſecarique vt ſtrumam a corpore Tulliano, nec non copulatiuam, & vt hoc ſit epiſtolę dignum Cicerone principium. Auunculum tuum functum eſſe officio, in quorum numero nos olim fuimus: nec pœnitet. Beroaldus tantum delet duo verba interpoſita. Q. Fratri, ad cætera conniuet, nec diſplicet. Functum officio) Te ex dodrante hęredem reliquiſſe. Probo) Laudo, non dixi gaudeo quod lætitia a nobis abeſt. Licebit) Conceſſo reditu, in quo fortunæ vniuerſę noſtrę ſitę ſunt. Credimus) Scribendum credidimus. Per fortunas) Mos antiquorum perelegans adiurandi ac ſupplicandi, vt per oculos dicimus, per genium, per liberos, quibus vſi ſunt architecti verborum lepidiſſimi, & inferius idem Tullius. Natalem) Renaſcetur enim cum redibit, cum exilium ſit mortis inſtar. Certe, quod magnæ Ciceronis felicitati adſcribendum eſt, natali ſuo ac filię reditum impetrauit. In tuis) Ciceronis ędes conflagrarunt iniicientibus ignem Clodianis. Pręſtolari.) Præſto eſſe, nolui deeſſe. Oratione) Scribendum ratione, hoc eſt modo: quo vti volebat Curio in reducendo Cicerone. In vniuerſa ſalute. Impetrata ſalute vniuerſali, ſingula quæque conſequar. Detur ſalus, omnia faciliter conſequentur.

Per fortunas

Omnia) Bona. Nominatim) Pręciſæ, vt dicitur, cuncta adminiſtra. Occupatione) Litibus & trichis, quæ animum liberum occupare poſſent. Præſidium) Magnum videlicet & potentiſſimum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod me vetas quicq̄ ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum,quod ſecus a me erga te commiſſum,aut prætermiſſum videretur,geram tibi morem, & liberabor iſta cura. Tibi tamē eo plus debeo,quo tua in me humanitas fuerit excelſior, q̄ in te mea. Velim quid videas, quid intelligas, quid agatur, ad me ſcribas, omneſque ad noſtram ſalutem adhortere. Rogatio Seſtii,neq; dignitatis ſatis habet,nec cautionis.Nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius ſcribi, & id animaduertas velim. Vale.IIII.Non. Octob.Theſſalonicę.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TRiginta dies erāt lapſi,cum dabā has literas,per quas nullas a vobis acceperā. Mihi autē erat in animo iā, vt antea ad te ſcripſi, ire in Epeirum,& ibi omnē caſum potiſſime expectare. Te oro,vt ſiquid erit,quod perſpicias,quācūq; in partē,q̄ pleniſſime ad me ſcribas,& meo nomine (vt ſcribis) literas,quibus putabis opus eſſe, vt des. Vale. V. Calend.Nouemb.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ET ſi diligenter ad me Quintus Frater & Piſo,quæ eſſent acta,ſcripſerant,tamen vellē tua te occupatio non impediſſet,quo minus (vt conſueuiſti) ad me quid ageretur,& quid intelligeres, perſcriberes.Me adhuc Plancius liberalitate ſua retinet iā aliquoties conatū ire in Epeirū.Spes homini eſt iniecta nō eadē,quę mihi:poſſe nos vnà decedere.quā rē ſibi magno honori ſperat fore.Sed iā cū aduentare milites dicantur faciendū nobis erit,vt ab eo diſcedamus:quod cum faciemus,ad te ſtatim mittemus, vt ſcias vbi ſimus. Lentulus ſuo in nos officio, quod & re & promiſſis declarat,etiā literis ſpē nobis nonnullam affert Pompeii voluntatis. Sæpe enim tu ad me ſcripſiſti eū totum eſſe in illius poteſtate.De Metello ſcripſit ad me frater,quantum ſperaret : perfectū eſſe per te.Mi Pomponi pugna,vt tecum, & cū meis mihi liceat viuere,& ſcribe ad me omnia. Premor cum luctu,tum deſiderio omnium rerum,quæ mihi me chariores ſemper fuerunt.Cura vt valeas.

Quod mè vetas) Propter verba ſuperius poſita vbi dicebat Cicero ſcelere ſuo prætermiſſum eſſe ne Atticus dies ac noctes de Cicerone ſubleuando cogitaret. Nominatim) Nominando ſingula quæ Seſtius vt facilius obtineret,tacere volebat.

De bonis) Dilapidatis à Clodio. Diligentius ſcribi) Notari (vt dicitur) ſingillatim, vtpote, domus reficiatur Ciceroni: villæ dirutæ, hæc & illa bona dilapidata reſtituantur. Id animaduertas) Ne hoc contemnas in primis.

### Argumentum.LXII.

TRIGINTA) In Epirum feſtinanter conſcendere vult vt illic euentum cauſæ prǣſtoletur. PIVS.

ERANT ipſi) Beroaldus ſcribit, erant lapſi. Olim legebam, ierant,Cum ipſe,hoc eſt,ſpōte mea. Omnem cauſam) Vniuerſum finem cauſæ meæ. Priſci codices habent, omnem caſum, omnem videlicet aleam fati. Vt des) Literas oro.

### Argumentum.LXIII.

ET SI diligenter) Monet Atticum vt occupationi iſti admonendi ſe,quid fiat in vrbe,cuncta in ſecundis curis habeat. PIVS.

OCCVPATIO) Qualis & quanta eſſe potuit in eo,qui centies mil.hęres erat. Intelligeres) Præſagires. Erat enim Atticus, auctore Nepote,& aliubi, M. Tullio, mente præſaga. Plancius) Qui Ciceronem duxit in queſtorianum, miſcuit cum eo lachrymas,fortunas, opes. Plancius.

Non eadem) Qui portum fortunarum mearum deſpondeo. Decedere) Abire,diſcedere.Familiaris vox Ciceroni. Dicentur) Scribe dicantur. Pompeij) Fauoris Pompeiani. Eum) Pompeium. Illius) Lentuli. Pugna) Enittere,elabora,perfice.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum & narratio LXIIII.

PIVS.

DIREXIT Iter Dyrrachium verſus ingratam ciuitatem, a qua reiectus eſt vt ipſe ſic alibi, Dyrrachium quod erat in fide mea contendi: quo cum veniſſem, cognoui id quod audieram, refertam eſſe Græciam ſceleratiſſimorum hominum ac nefariorum, qui anteq̃ de meo aduentu audire potuiſſent, cum tum abeſſent aliquorum dierum viam in Macedoniam ad Planciumque perrexi.

Perdiu) Diutiſſime, longo tempore. Superiora) Superiorem epiſtolam. Quoquomodo) Alij codices habent, cuiuſmodi.

Ego) Expecto aut rem, id eſt reſtitutionem meam, aut ſi illa certa non erit, neq; ſpẽ expecto, id eſt deſpero prorſus: recuſoq; ſpe vana me viterius ali.

Argumentum. LXV.

PIVS.

AD Quintum) Docet Atticum Tribunorũ errorem in rogatione de reditu. Præterea monet quo pacto abrogari lex Clodiana poſſit, & ſi ſepiat ſe, difficultateq; abrogandi muniat, quoniam id obſeruari non ſolet. Tota ep ſtola hinc pendet. Octo Tribuni ſuperioris anni de reditu Ciceronis legem tulere, vt veriti viderentur pœnam, quam abrogatoribus legis pręſcripſerat Clodius. Id malo conſilio factum improbat Cicero, quoniam ſubeſſe malitiam putat, dum verentur id, quod vereri non debent, quod videlicet eſt deterrere ſucceſſores ne ſacro ſancto manus inferant, a quo ipſi caute abſtinuerunt.

METELLI) In nonnullis exemplaribus legitur Marcelli. Ratione) Voluntate.

Promulgata) Edita de reditu Ciceronis. A noſtris) Tribunis ſequentis anni amicis.

Veterum) Octo. Ordinẽ) Equeſtrem, vel Senatorium.

Tralatitium

Pro meo caſu) Barbare nũc dicitur conſiderando iacturã meam. Tralititium) Scribe Tralatitium, hoc eſt in hoc loco, in formulam legũ trãſlatum & trãſcriptum, vnde decreta tralatitia apud Tranquillum, vt apud eundem Tralatitiæ poſtulationes & breues: quæ longis opponuntur, vt multi ſentiunt. Aſconius Pædianus in Verrinis inquit, edictum trãſlatitium eſſe, non nouum nec nuper inuentum, ſed aliũde tranſlatum. Tranquillus in Auguſto, Marco Antonio Conſule, quem vel præcipuum adiutorem ſperauerat, ac ne publicum quidem & tralatitium impartiente, vbi tralatitium indifferentem, promiſcuum, non intimum intelligit aut ſincerum. Plin. in. 7. Tralatitiũ eſt in Ægypto & octauo gigni, illic ſignificat indifferens atq; promiſcuum. Pro cõmentitio ponitur libro tertio Epiſt. Famil. hoc vero ex quo ſuſpicio nata eſt me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem, tranſlatitium eſt.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

EGo quòd per Theſſaliam ſi irem in Epeirum, perdiu nihil erã auditurus, & q; mei ſtudioſos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi, cum illa ſuperiora Theſſalonicæ ſcripſiſſem. Inde cum ad te me conuertam, faciam, vt ſcias. Tuq; ad me velim omnia q̃ diligẽtiſſime, quoq; modo ſunt, ſcribas. Ego iam aut rem, aut ne ſpem quidẽ expecto. Vale. VI. Calend. Decemb. Dyrrachii.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

AD quintum Calend. Decemb. tres epiſtolas a te accepi, vnam datam ad. VIII. Calend. Nouemb. in qua me hortaris, vt forti animo menſem Ian. expectem: eaq;, quæ ad ſpẽ putas pertinere de Lentuli ſtudio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione perſcribis. In altera epiſtola præter conſuetudinem tuam diem non adſcribis, ſed ſatis ſignificas tempus. Lege enim ab octo Trib. pleb. promulgata, ſcribis te eas literas eo die dediſſe, id eſt ad. IIII. Calend. Nouemb. & quid putes vtilitatis eam promulgationem attuliſſe, ſcribis. In quo ſi hæc iam noſtra ſalus cum hac lege deſperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam miſerabilem potius, quàm ineptam putes: ſin eſt aliquid ſpei, des operam, vt maiore diligentia poſthac a noſtris magiſtratibus defendamur: nam ea veterum Trib. pl. rogatio tria capita habuit. vnũ de reditu meo ſcriptũ incaute. Nihil eñ reſtituit pręter ciuitatẽ, & ordinẽ, qđ mihi pro meo caſu ſatis eſt, ſed q̃ cauẽda fuerint, & quomodo, te non fugit. Alterũ caput eſt tralatitiũ

de impunitate, ſiquid contra alias leges eius legis ergo factum ſit. Tertiũ caput, mi Pomponi, quo conſilio, & a quo ſit inculcatum, vide. Scis enim Clodium ſanxiſſe, vt vix aut omnino nõ poſſet, nec per Senatũ, nec per populũ infirmari ſua lex: ſed vides nunq̃ eſſe obſeruatas ſanctiones earũ legum, quæ abrogarentur: nã ſi id eſſet, nulla fere abrogari poſſet. Neq; eñ vlla eſt, quæ non ipſa ſe ſepiat difficultate abrogationis: ſed cũ lex abrogatur, illud ipſum rogatur, quomodo abrogari oporteat. Hoc cũ re vera ita ſit, & cũ ſemper ita habitũ obſeruatumq; ſit, octo noſtri Trib. Pleb. caput poſuerunt hoc, Siquid in hac rogatione ſcriptum eſt, quod per leges pleb. ve ſcita S. C. hoc eſt quod per legẽ Clodiã promulgare, abrogare, derogare, obrogare ſine fraude ſua nõ liceat, non licuerit: quod qui promulgauerit, derogauerit, ob eã rem pœnæ multa vt ſit. C. M. hoc illos Trib. Pleb. non lędebat. Lege enim Collegæ ſui non tenebantur, quo maior eſt ſuſpitio malitiæ alicuius: cum id, quod ad ipſos nihil pertinebat (erat autem contra me) ſcripſerunt: vt noui Trib. pl. ſi eſſent timidiores, multo magis ſibi eo capite cauendũ putarent: neq; id a Clodio pretermiſſum eſt. Dixit eñ in cõcione ad. III. No. Noueb. hoc capite deſignatis Trib. pl. reſcriptũ eſſe, quid liceret: tñ in lege nulla eſſe eiuſmodi caput te nõ fallit. Qꝫ ſi opus eſſet, oẽs in abrogãdo vterentur. Mũmiũ, ac cæteros fugerit, inueſtiges velim, & quis attulerit, & quare octo Trib. pl. ad Senatũ de me referre

De impunitate) In hac octo Tribunorũ lege continebatur hoc caput, Si abrogando legẽ Clodianã aliquo modo peccatũ fuerit ab octo Tribunis, quod impune ſit abrogãtibus. Improbat hanc veniæ petitionem Cicero, quoniã ſanctã ac rectã Clodij legẽ eſſe, tacite ſignificãt. Si quid) Aliquomodo. Erogatũ) Scribendum. ergo factũ. Ergo correptũ ſignificat idem quod apud Græcos ὅων, producte idẽ quod χάριν hoc eſt gratia, cum ſcilicet gratia intelligitur pro cauſa. Sed illud ſuperius etiam ſine exẽplis notum eſt, hoc inferius ſic ſumitur, cum dicimus de aliquo. Statua donatus eſt honoris virtutiſq; ergo. i. cauſa. Põpeius auctor. Liuius lib. 3. de ſecũdo Punico bello, Coronam auream in Capitolio victorię ergo ferre. Inculcatum) Interpoſitum. Sãctiones) Inſtitutiones, decreta. Si id eſſet) Si ſanctiones obſeruarẽtur. Poſſet) Quoniã eſt armata legibus prohibentibus abrogationẽ. Sepiat) Muniat. Difficultate) Vallo abrogationis, ne videlicet abrogari poſſit. Abrogaretur) Scribẽdũ abrogatur. Ea) Lex prima munita ſanctionibus abrogationẽ inhibẽtibꝰ. Abrogari oporteat) Scribẽdum abrogatur. Ea) Lex prima munita ſanctionibus abrogationem inhibẽtibus. Abrogari oporteat) Scribendum non oporteat interpoſita negatione. Aldus legit ſic, Illud ipſum rogat quomodo abrogari, oporteat, hoc ſenſu. Cum lex tollitur: imprimis ita rogatur. Vultis iubetis ne quirites vt lex iſta abroget. Hoc qđ re vera ita ſit) Scribendum. Hoc cũ re vera ita ſit. Si octo) Legẽdum, ſit, cur octo. Caput hoc) Vt liceret abrogare. qđ eſt ſuperuacaneum, cũ in rogatione ponatur. Sed dubito ne poſuerint ob hoc vnũ, vt canes dormientes excirent. Si quid in hac) Hoc erat caput octo Tribunorum, quo impunitatem abrogandi lenocinabantur. Per legem Clodiam) Per verba quæ inerant legi Clodię, quibus eam Clodius ſepiebat. Promulgare) Publicare. Abrogare) Prorſus tollere. Derogare) Detrahere. Obrogare) Infirmare. Sine fraude) Sine dãno, mulcta, pernicie. Quod vel qui) Vel eſt ſuperuacaneũ, quod ſanxerat Clodius. Promulgauit derogauit) Priſci codices habent, Promulgauerit vel derogauerit. Sed diſiunctiua in ſanciendis legibus cũ decoro prętéritur. Pœnæ mulcta vt ſit) Pœna mulctave ſit centum milium, ſubintellige nummum. Hoc) Sanctiones iſtæ Clodianę. In illis Trib. plebis) Circa Tribunos huiuſmodi. Alij codices habẽt. Illos Trib. plebis non lædebat. Lege collegij. vi, iure, dignitate magiſtratus ſui non tenetur Tribunus ſequens ſiue ſuccedens ius priori reddere. Eſt) Mihi. Alicuius) Ne qui prętendebant iuuare velle, nocerent. Et affert ſuſpicionis cauſam. Id) Caput de impunitate. Erat contra me) Caput illud, quo impunitatem ſibi procurabant, vt deterrerent adiuuare volentes. Vtendum) Scribe cauendum. Id) Caput impunitatis. Prætermiſſum) Iactauit ſe caute feciſſe. Præſcriptum) Limitatum, denunciatũ, vſq; quo liceret attentare. Hoc capite) Hoc titulo legis abrogationem tollentis. Eiuſmodi caput) Vt abrogandi venia petatur, & tamen non obſeruatur, ſed licenter abrogatur. Quod ſi opus eſſet) Scribẽdum. Quod ſi opus eſſet, omnes in abrogando vterẽtur. Nummium ac cæteros fugerit inueſtiges velim) Sic Aldus legit, idq; recte. Sed ego malo Mummium ex priſcis exemplaribus. Fugerit) Latuerit. an hęc Mũmius ignorauerit quę norunt omnes. Quis attulerit) Quis huius capitis fuerit inuentor.

Ergo,

Sanctiones,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non dubitarint)Prius cum iſti dubitent. Caput)De abrogatione. Non putabant) Negatio non eradenda eſt ac expungenda. Putabant) Octo Tribuni. Et iidem)Quidam codices habent & ideo. Cauti)Ironia. Fuerunt)Vt exciperent. Id metuerent)Pœnam illius capitis incurrere. Soluti cũ eſſent)Cum liberam facultatem haberent, nec Tribunus a Tribuno puniri ac plecti poſſet. Quod) Pœnam illius capitis incurrere. Lege tenentur)Subſunt legibus vt ego. Nouos ferre)Nollem nouos Tribunos legem de reditu meo cum illo capite ferre. Sed perferant) Irati ac ſtomachantis oratio abrupta: vel male, dummodo cito faciant. Anaſtrophe eſt. Quidlibet perferant, dũmodo perferant. Alij nulla neceſſitate cogente emendant, Sed perferant quidlibet: modo quid perferant. Modo res)Dummodo reditus. Cõficiat)Scribẽdum conficiatur.
Re deſperata) Cauſa mea non impetrata. Legas)Iſta.
Vt hęc mea) Subintellige, vereor. Quæ rem) Noſtrã.
Operam) Officium, curam.

Diſtinere.

Diſtinere) Impedire. Spes ſtudiis)Scribẽdum, ſpes poſſe ſtudiis. Perfringantur)Difficultates omnes. Aliqui perfringatur, aliqui perficiatur legunt. Incumbas)Hoc negocium vrgeas. Grauius) Letalius. Conſulere)Conſtituere, decernere. De ſe) De vita ſua. Expediat) Vtile ſit.

Miſellus,

Miſello) Verbum patheticum. Inuidiam)Odiũ.
Tuere)Protege. Primorũ) Cal. Ianuarij. Nuncios) Siniſtros. Excepero) Audiero. Initia dederint)Vt principium rei incohatæ ſe habuerit.

Argumentum. LXVI.

PIVS.

ANTEA) Cum Tribuni prohiberent aliquid decerni donec actũ de reditu Ciceronis eſſet, Atticus & Quintus ceſſerunt Cõſulibus vt prouincias ſortirẽtur, quod Cicero ſibi & cauſæ ſuę pernicioſum fuiſſe ſcribit.
COSS. Prouincias ornatas) Scribendum, Conſules prouinciis ornatos. Mihi) A nunciis variis. Scriptũ) De conſenſu veſtro ſine Tribunis. Expertes) Non participaſtis conſilium veſtrum cum Tribunis amicis. Conſilij) Veſtri. Et qui) Tribuni. Et noſtra) Lege, & ij veſtra. Dum vos conceditis vt prius de re Cõſulũ referatur q̃ de mea. Noſtra cauſa Vt reditus noſter eſſet impetrabilior.

non dubitarint. ſiue ꝙ obſeruandum illud caput putabant, & ideo in eo rogando tam cauti fuerunt, vt id metuerent, ſoluti cũ eſſent, quod ne iis quidem, qui lege tenentur, eſt curãdum. Id caput ſane nolim nouos Trib. Pleb. ferre, ſed perferant, modo perferant quidlibet, vno capite quo reuocabor (modo res cõficiatur) ero contentus. Iamdudum pudet tam multa ſcribere. Vereor enim ne re iam deſperata legas. & hęc mea diligentia miſerabilis tibi, aliis irridenda videatur. Sed ſi eſt aliquid in ſpe, vide legem, quã T. Fadio ſcripſit T. Viſellius, ea mihi perplacet: nam Seſtii noſtri, quã tu tibi probari ſcribis, mihi non placet. Tertia eſt epiſtola prid. Id. Nouẽb. data, in qua exponis prudẽter & diligenter quæ ſint, quæ rem operamve diſtinere videantur: de Craſſo, de Pompeio, & cæteris. Quare oro te, vt, ſiqua erit ſpes poſſe ſtudiis bonorum, authoritate multitudinis comparata, rem confici, des operam, vt vno impetu perfringantur. In eam rem incumbas, & cæteros tu excites. Sin, vt ego perſpicio, tum tua coniectura, tum etiam mea, ſpei nihil eſt: oro, obteſtorq; te, vt Q. Fratrem ames, quem ego miſerum miſere perdidi: neve quid eum patiare grauius conſulere de ſe, q̃ expediat ſororis tuæ filio. Meum Ciceronẽ, cui nihil miſello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Terentiam vnam omnium erumnoſiſſimam ſuſtentes tuis officiis. Ego in Epeirum proficiſcar, cum primorum dierum nuncios excepero. Tu ad me velim proximis literis, vt ſe initia dederint, perſcribas. Vale. Prid. Cal. Decemb.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ANtea, q̃ ad me ſcripſiſſetis veſtro conſenſu Coss. Prouinciis ornatos eſſe, & ſi verebar quorſum id caſurum eſſet, tamen ſperabam vos aliquid aliquãdo vidiſſe prudentius: poſtq̃ mihi dictum eſt & ſcriptum vehementer conſilium veſtrum reprehendi, grauiter ſum commotus, ꝙ illa ipſa ſpes exigua, quæ erat, videtur eſſe ſublata. Nam ſi Trib. Pleb. no-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ornandis)Prouinciis. Adiungerent)Traherent ad fauorem noſtrum,qui videntes non poſſe ante rogationem reditus noſtri prouinciis ornari, operam darẽt,vt ſubito noſtra res expediretur. Nũc) Adeptis prouinciis. Noſtra cauſa)In noſtra,id eſt reditu. Nihil poſſe)Fieri. Fieri nullo modo)Vt aſſequi poſſent inuitis Tribunis. Studia)Fauorem. Si ſtudia maneant)Tribunorum non deſint. Vinculum)Occaſio. Adiungendorum)Adipiſcendi fauorem Conſularem: iungendiq; cum fauore Tribunitio. Grauis illa opinio)Senſus hominum plenus auctoritatis.

bis ſuccenſent,quæ poteſt ſpes eſſe? ac videntur iure ſuccenſere: cum expertes conſilii fuerint, & qui cauſam noſtram ſuſceperant, & qui veſtra conceſſione omnem vim ſui iuris amiſerint:pręſertim cũ ita dicãt, ſe noſtra cauſa voluiſſe ſuam poteſtatẽ eſſe de Coſs. ornandis:non vt eos impedirent,ſed vt ad noſtrã cauſam adiungerent. Nunc ſi Coſs. a nobis alieniores eſſe velint,poſſe id libere facere: ſin vellent noſtra cauſa,nihil poſſe eis inuitis. Nam quod ſcribis, ni ita nobis placuiſſet,illos hoc idem per populum aſſecuturos fuiſſe inuitis Trib.Pleb.fieri nullo modo potuit. Ita vereor,ne & ſtudia Tribunorum amiſerimus,& ſi ſtudia maneant,vinculum illud adiungendorũ Coſs. amiſſum ſit. Accedit aliud non paruum incommodũ, quod grauis illa opinio(vt quidem ad nos perferebatur)Senatum nihil decernere ante,q̃ de nobis actum eſſet,amiſſa eſt:præſertim in ea cauſa,quæ non modo neceſſaria non fuit,ſed etiam inuſitata ac noua. Neq; enim vnquam arbitror ornatas eſſe Prouincias deſignatorum,vt cum in hoc illa cõſtantia,quæ erat pro mea cauſa ſuſcepta,imminuta ſit,nihil iam poſſit non decerni. Iam his,ad quos relatum eſt,amicis placuiſſe non mirum ſit. erat enim difficile reperire,qui contra tanta commoda duorum Coſs. palam ſententiam diceret: & fuit omnino difficile non obſequi vel amiciſſimo homini Lentulo,vel Metello: qui ſimultatem humaniſſime deponerent. Sed vereor,ne hos cum tenere potuerimus,Trib. pl. amiſerimus. Hæc res quẽadmodũ ceciderit,& tota res quo loco ſit, velim ad me ſcribas: & ita,vt inſtituiſti. Nam iſta veritas, etiam ſi iucunda non eſt,mihi tamen grata eſt. Vale. Dat. IIII. Idus Decemb.

In ea cauſa) Decernendarum prouinciarum ante Tribunos auditos,vel anteq̃ inirẽt magiſtratum vel in principio. Ornatas eſſe prouincias)Scribendũ, ornatos eſſe prouinciis. Deſignatorum) Scribe deſignatos, ſed poſt Conſulatum decernebãtur, vel ſortiebãtur. Vt cũ) Subintellige, vereor, vel ita loquor. In hoc)In hac ceſſione facta Conſulibus. Erat mea cauſa) Scribẽdũ, Erat ꝓ mea cauſa. Suſcepta)A Tribunis aſſumpta defendenda. Diſcerni) Lege decerni, hoc eſt ſtatui anteq̃ de cauſa noſtra decernatur. Qui)Vt. Potuerimus) Et ſi nihil conceſſerimus. Ceciderit)Euenerit. Ita vt inſtituiſti) Nude, ſimpliciter,& vere ſcribendo. Veritas quos ad pręſens offendit, poſtea lętificat. Solebat Almadianus Vetuloni[9], quẽ a moribus ethicis togatum Socratem appellabam, improbare hanc putidam ætatem: in qua cũ rari ſint amici, aſſentatores omnes: veritas celatur ne amico diſpliceatur. Ita miſer amicus abſens, dum veritatem ignorat, remedia non quærit: ac ſuſpenſus tabeſcit,fruſtra ſperando, ac quę timenda fuerant,arte ac prouidendi ſagacitate non declinando. Veritas eſt mater artis vtilitatis & amoris: quã Tyranni non audiunt,eliminatur a Curia, Palatia non amat, nec a Palatinis amat̃. Sedet Rex fatuus tanq̃ aſinus inter ſimias: mox ſi qd ſiniſtri fallax fortuna tulerit, paſſim deſeritur ab omnibus & nomina ſua audit, & experit̃ quãtũ diſtent æra lupinis.

Veritas.

Almadianus

Argumentum. LXVII.

TACITE Conqueritur Atticum in tempore maxime neceſſario, deceſſiſſe Roma, quo reditus deſperationem latenter ſignificari dicit. Mox rogat eundẽ vt ad ſe.i.Ciceronẽ veniat añ Kal. Ianuarias vbicũq; erit.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

POſt tuum a me diſceſſum literæ mihi Roma allatæ ſunt, ex quibus proſpicio nobis in hac calamitate tabeſcendum eſſe. Neque enim (ſed bonam in partẽ accipies) ſi vlla ſpes ſaluti noſtrę ſubeſſet, tu ꝑ tuo amore, a me hoc tẽpore diſceſſiſſes.

TABESCENDVM) Conſumptum iri longa tabe ac illuuie. Bonam)Mos loquendi priſcorum. Poeta in obſcœno edylio, In partem accipias bonam rogamus. Dicitur & boni conſule. Hoc tempore) Pernecesſario obeundo negocio noſtro. Ne ingrati) Videamur, qui beneficentisſimum amicum velle capere videmur. Illud)Beroaldus legit Id. Omnia) Res,fidem,amicitiam. Hoc omitto)Queri de te,ne mecum pereat amor tuus. Affirmaſti)Recepiſti te facturum. Siſtas)Venias ad nos.

Argumentum.LXVIII.

PIVS. LITERAE) Reditus affulſit optatisſimus. Lationem) Vt perferantur. Scis quod dicitur, Inter os & offam. Obtrectabitur)Obſtabitur Potius vita)Pugnabo.

Argumentum.LXIX.

PIVS. SCRIPTA) Hæc eſt epiſtola quando Milone ferẽte legem de reditu Ciceronis,accurrerunt operæ Clodianę, cunctaque turbarunt. Milo foro expulſus eſt, & Q. Cicero inter ſuorum cadauera latuit. Tui indulgeant) Villici tui indulgenter mihi obſequantur. Credebam deſperatis rebus te in Epirum venturũ. Priſci codices, Quibuſuis in rebus tuis mei indigebunt.

Argumentum.LXX.

PIVS. Ciceronis reditus quomodo factus.

EPISTOLA ſuperiori longe disſimilis. Eſt enim plena plauſus & lætitię impetrato reditu,quę res ita ſe habuit auctore Plutarcho. Clodius expulſo Cicerone animum in Pompeium vertit,quędã illius acta, quæ in exercitu nuper ediderat reſcindere molitus eſt. Quare Pompeius ęgre id ferens, ſe torquere quod Ciceronem exulem fieri pasſus erat: menteq; mutata de illius reditu cũ necesſarijs ſuis agitat. Sed obſiſtente his Clodio placuit Senatui nihil ſancire, nihil ve publicũ agere, donec Ciceronis reditus ſtatuatur. Igiẗ cũ Cõſules,q Lẽtuli & Cethegi ac ſociorũ aſſerebant cauſã, diuerſa molirẽtur, orta ſeditio adeo inualuit,vt Tribuni de foro ſaucij abirẽt,& Q. Ciceronis frater extrema pasſus inter cadauera fuſus latuiſſet. Hic animi plebis cœpe flecti. Ad Põpeiũ plebei q̃ multi,ꝑterea e municipijs nõ pauci cõfluxere: quibus circunſe-

Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiſcum vnà interire videamur,hoc omitto. Illud abs te peto: des operam,id quod mihi affirmaſti, vt te ante Calend. Ian. vbicunq; erimus,ſiſtas. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

LIteræ mihi a Quinto Fratre cum S.C. quod de me eſt factũ allatæ ſunt. Mihi in animo eſt, legum lationem expectare. Si obtrectabitur, vtar authoritate Senatus: & potius vita q̃ patria carebo. Tu quæſo feſtina ad nos venire. Vale. VI. Calend. Ian.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EX tuis literis, & ex re ipſa nos fũditus periſſe video. Te oro, vt quibuſuis in rebus mei tuis indigebũt,noſtris miſeriis ne deſis. Ego te, vt ſcribis,cito videbo,plura nõ ſcribo. Cura, vt valeas.

# M.T.CICERONIS

## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER QVARTVS.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVM Primũ Romã veni, fuitq; cui recte ad te literas darem, nil prius mihi faciendum putaui, q̃ vt tibi abſenti de reditu noſtro gratularer. Cognoui enim vt vere ſcribam,te in conſiliis mihi dandis fortiorem prudentioremq;, q̃ me ipſum, etiam propter tuã in me obſeruantiam nimium in cuſtodia ſalutis meę diligentem: eundẽq; te,qui primis temporibus erroris noſtri, aut totius furoris particeps,& falſi timoris ſoci9 fuiſſes, acerbisſime disſidium noſtrum tuliſſe: plurimumque operæ, ſtudii, diligentiæ, laboris, ad conficiendum

ptus ipſe ſublato è foro Clodio,ad ferēndam ſententiam de reditu Ciceronis,ciuēs cōuocat. Fertur populū nihil vnq̄ tanto omnium conſenſu ſtatuiſſe. Decreuit pręterea Senatus certans non eſſe inferior illi beneficio,omnes ciuitates,quę Ciceronem in exilio fouiſſent ornare laudibus,domūq; ac villas,quas Clodius combuſſerat,ęre publico reparari. Itaq; decimo exilij ſui menſe redijt Cicero:cui ſingulorū tanta lętitia,tanto ciuium ſtudio obuiam itum eſt,vt quod ab ipſo memoratur, ſe Romam Italiæ humeris reportatum,res ipſa ſuperauerit. Sed quonam potius auctore q̄ Cicerone deſcribetur eius reditus: cuius hęc verba ſunt in oratione pro Seſtio, Ipſis Nonis Sextil. idem dies reditus mei fuit, qui & natalis meus, idē & filię meę cariſſimæ. Cunq; itinere toto vrbes Italiæ feſtos dies agerēt aduētus mei, vię multitudine Legatorum vndiq; miſſorū celebrabātur. Ad vrbem acceſſus incredibili hominū gratulatione florebat. Idem in Piſonē, Reditus meus is quidē fuit,vt a Brūduſio vſq; Romā agmē perpetuum totius Italię viderem. Vnus ille dies mihi quidē immortalitatis inſtar fuit, quo in patriā redij. MEAM in te obſeruantiā) Alibi legitur, Tuā in me obſeruātiā. Primis) Si fuiſſes Romę. Erroris) Quādo pulſi ſum⁹ in exiliū credētes Piſoni, qui nobis abeundū eſſe perſuaſit cū pugnādū fuiſſet. Furoris) Fuit enī furor & amētia nō error, cōmittere ſe hoſtibus & pro illorū nutu viuere. Falſi rumoris) Quādo rumor fuit Ciceronē maieſtatis reū propter dānatos indicta cauſa Catilinarios. Alij codices habēt, timoris. Cōficiendū) Expediēdum. Exegero) Repetiuero. Cōſtituendas) Fundandas. Inſcribā) In alijs Codicibus, tibi ſcribā. Pridie Nonas) In alijs exēplarib⁹ additū eſt, pridie Nonas Sextiles, quinto videlicet auguſti die, nec te deterreat q̄ infrà Decēbres Nonas ait. Tot dies cōſumpti ſūt in audiēdis legationib⁹ & apparatu & itinere. Dyrrhachio) A quo reflāte vento cū prius tenderet reiectus eſt, & motu terrę vehemēti. Suo ipſo die) Erat & natalis filię & Ciceronis. Idē natalis) Meus & filię. Brūduſinę colonię) Torquētur hic & anhelāt eruditorū ingenia. Ego denis interpretationibus omiſſis iūgo ſuperioribus hoc ſenſu. Tulliola fuit p̄ſto die ſuo ip̄o natali. Ait quatuor fuiſſe dies natales t̄pe reditus ſui, Ciceronis, Tulliolę, Brunduſij, & Epiroticæ ſedis. Nō quod re vera dies idē Epiroticæ ſedi ac Brunduſio incidiſſet, ſed addictæ iſtę colonię Ciceroni feſtos dies celebrabant: vt idem tradit in orationibus ac ſi renatę fuiſſent renaſcente Cicerone: aliqui pertinaciter aſſerunt fuiſſe diem natalem ſedis Epiroticæ & Brunduſij, quoniam caſu eodem die reditus Ciceronis deductæ colonię fuerūt: adiuuat quod dixit, caſu. Vicinę ſalutis) Sedis non ſalutis ſcribendum ex Beroaldo, pro Buthroto vel alio loco vicino ab Attico poſſeſſo, vt Epiro. Quæ res) Lex lata de reditu. Comitijs centuriatis) Centuriata Comitia, vt inquit Aſconius, dicuntur cum ex ſexu ac ætate ſuffragium fertur: quia in centenas turmas diuiſus erat populus Romanus. Ordinis homo) Quidam Codices habent, modo.

Centuriata.

reditū meū contuliſſe. Itaq; hoc tibi vere affirmo, in maxima lætitia, & exoptatiſſima gratulatione, vnum ad cumulandū gaudiū conſpectū, aut potius complexum mihi tuū defuiſſe, quē ſemel nactus nunquam dimiſero. Ac niſi etiā prætermiſſos fructus tuæ ſuauitatis præteriti tēporis omnes exegero, profecto hac reſtitutione fortunæ me ipſe non ſatis dignū iudicabo. Nos adhuc in noſtro ſtatu, quod difficillime recuperari poſſe arbitrati ſumus, ſplendorem noſtrū illū forenſem, & in Senatu authoritatem, & apud viros bonos gratiā, magis q̄ optauimus, cōſecuti ſumus. In re autem familiari, quæ quemadmodū fracta, diſſipata, direpta ſit, non ignoras, valde laboramus: tuarūq; non tā facultatū, quas ego noſtras eſſe iudico, q̄ conſiliorū ad colligendas & conſtituendas reliquias noſtras indigemus. Nunc, & ſi omnia aut ſcripta eſſe a tuis arbitror, aut etiam nunciis ac rumore perlata, tamen ea tibi ſcribā breui, quæ te puto potiſſimum ex meis literis velle cognoſcere. Pridie Nonas Sextil. Dyrrhachio ſum profectus: ipſo illo die, quo lex eſt lata de nobis, Brunduſium veni Non. Sextil. ibi mihi Tulliola mea fuit præſto natali ſuo ipſo die, qui caſu idem mihi natalis erat, & Brūduſinę coloniæ, & tuæ vicinę ſedis, quę res animaduerſa a multitudine ſumma lætitia Brunduſinorū. & ego ante ſextum diē Id. Sextil. cognoui, cū Brūduſii eſſem, literis Q. Fratris, mirifico ſtudio omniū ætatū atq; ordinū, incredibili cōcurſu Italię, legem Comitiis centuriatis eſſe perlatam. Inde a Brunduſinis honeſtiſſime ornatus, iter ita feci, vt vndiq; ad me cū gratulatione Legatio cōuenerint. Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo

Nomēclator.

Fartores.

Nomenclatori) Qui cognoſcit etiā mediocres ac tenues non modo ſummos. Nomēclator a nomine calādo, id eſt vocādo. Cādidati nomēclatoribus vtebātur, vt ſuffragatorū nomina in memoriā reuocarēt. Cato ſine nomēclatore nominatim ciues appellabat. Dicti fartores ab antiquis, ꝙ ſalutantiū nomina infarcirēt. vnde a Plinio lib. 2. Nat. hiſt. nomēclatura pro nūcupatione, quæ a cȩteris vocatur nomenclatio. Qua voce vtitur Columella Modo notus) Dūmodo notus. Portā Capenā) Porta Capena, quȩ & Appia ducit Capuā. per quā regreſſus eſt Horatius ex tribus ſuperſtes. Celebrauit) Pōpatice affectata eſt me celebrando, & mihi acclamando, vel frequentauit.

Ad theatrū. Tūc edebātur ludi Apollinares a C. Cȩcilio Prȩtore: cui⁹ domū Clodi⁹ oppugnauit. Pedian⁹ in Milone, L. Cȩcilius Rufus fuit Prætor Lentulo Spinthere & Q. Metello Nepote Coss. Quo anno Cicrero reſtitutus eſt. Is cū faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo, annonȩ caritate tumultuata eſt, vt oēs qui in Theatro ſpectādi cauſa cōſederant pellerētur. Clamarēt) Alibi clamarunt. Nominatim.) Nominando me, vt nomine meo fieret Senatuſcōſultum.

Acute) Scribēdū accurate.

Ceranniū) Antiqui codices habēt. C. Affranniū. Continuo) Cum populus habēt aliqui codices.

Meo nomine

Meo nomine) Cauſa mea, phraſis aurei ſeculi Ciceroni familiaris. Idē in quadā epiſtola ad Terentiā, Nā ego eo nomine ſum Dyrrhachij hoc tēpore, vt q̄ celerrime quid agas audiā. Cæſar, Odiſſe etiā ſuo noie Cȩſarē & Romanos. Paulus Iuriſcōſultus, Quod cōpetit vſurarū noie. Vlpianus de iureiurādo, Quaſi vētris noie fuerit in poſſeſſiōe. Catullus, Eo ne noie Imperator vnice. T. P. dederūt) Scribe. Nomē dederūt. Deerat eñ dictio nomen poſt T. P. Nomē dederūt expone aſſenſſerūt plauſui vel Senatui cōſulto. Pricipē) Primariū inter Legatos. Alterū ſe) Cōcordiſſimū ac amiciſſimū: iuxta illud, Qui duo corporib⁹, mentibus vnus erant.

Frumētariȩ) Vt oīe frumētū in ſua haberet poteſtate.

Adiūxit) Scribe, Adiūgit.

Illā) Meſſalȩ. Familiares) Domeſtici Pōpeij. Duce Fauonio) Pſeudocatone, pro libertate firmiſſimo. Fremūt) Reclamāt ac ſtomachantur.

Tacemus) Conniueo ego. Suſtulerint religionē) Exaugurauerit ac ſacris exemerit.

nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit: præter eos inimicos, quibus id ipſum ſe inimicos eſſe, non liceret aut diſſimulare, aut negare. Cum veniſſem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant: a qua plauſu maximo cum eſſet mihi gratulatio ſignificata, ſimilis & frequentia & plauſus me vſq; ad Capitolium celebrauit. In foro, & in ipſo Capitolio, miranda multitudo fuit. Poſtridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septēb. Senatui gratias egimus. Eo biduo, cum eſſet annonæ ſumma caritas, & homines ad Theatrum primo, deinde ad Senatum concurriſſent impulſu Clodii, mea opera frumenti inopiam eſſe clamarunt: cum per eos dies Senatus de annona haberetur, & ad eius procurationem ſermone non ſolum plebis, verum etiam bonorum Pompeius vocaretur, idque ipſe cuperet: multitudoque a me nominatim, vt id decernerem, poſtularet, feci: & accurate ſententiam dixi: cum abeſſent Conſulares, quòd tuto ſe negarent poſſe ſententiam dicere, præter Meſſalam & C. Afraniū, factum eſt S.C. in meam ſententiam, vt cum Pompeio ageretur, vt eam rem ſuſciperet: lexq; ferretur. quo S.C. recitato, cum populus more hoc inſueto & nouo, plauſum meo nomine in recitando dediſſet, habui concionem. Omnes magiſtratus præſentes, præter vnum Pr. & duos Trib. pleb. nomen dederunt. Poſtridie Senatus frequens, & omnes Conſulares nil Pompeio poſtulanti negarūt. Ille Legatos quindecim cum poſtularet, me principem nominauit, & ad omīa me alterum ſe fore dixit: legem COSS. conſcripſerunt, qua Pompeio per quinquennium omnis poteſtas rei frumentariȩ, toto orbe terrarum daretur. Alteram Meſſala: isque omnis dat pecuniȩ poteſtatem, & adiungit claſſem & exercitum, & maius imperium in prouinciis, q̄ ſit eorum, qui eas obtineant. Illa noſtra Lex Conſularis nunc modeſta videtur: hæc Meſſalȩ non ferenda. Pōmpeius illā ſe velle dicit: familiares hanc. Conſulares duce Fauonio fremunt: nos tacemus. & eo magis, ꝙ de domo noſtra nihil adhuc Pontifices reſpōderunt: qui ſi ſuſtulerint religionem,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quia Clodius ædificauerat templum Libertatis in domo Ciceronis æquata ſolo. Aream) Plateam vocant. Areæ Columellę ſunt ſpatia quadrata, in quibus ſemina iacimus. Diminutiuum areę eſt areola: areę huiuſmodi in roſeo Roſę poemate a Marone quadrua compita vocantur. Hieronymus areolas aromatum vocat. Areatorem Moderatus aream purgantem appellat. Superficiem) Ædificium in illa area. Paulus libro decimotertio Digeſt. de pignoratitia actione, Etiam vectigale prędium pignori dari poteſt. Sed & ſuperficiarium, quia hodie vtiles actiones ſuperficiario dantur. Superficiarius, vt inquit Vlpianus, qui in alieno ſolo ſuperficiem habet, ita vt certam penſionem pręſtet auctori. Sin aliter) Si non erit ſublata religio. Demolientur) Æquabunt ſolo. Locabunt) Dabunt architectis, id eſt redemptoribus ædificandam. Vt in ſecũdis) O quãtum in proſperis. Fluxæ) Solutæ, mutabiles. In aduerſis) Iuxta illud, Nobilior fit Roma malis. Matures) Feſtinanter acceleres.

Area. Areola. Quadrua cõpita. Areator. Superficies. Superficiar⁹

aream præclaram habebimus. Superficiem Coſs. ex S.C. ęſtimabunt. Sin aliter, demolietur, & ſuo nomine locabunt, rem totam æſtimabunt. Ita ſunt res noſtrę, vt in ſecundis, fluxæ: vt in aduerſis, bonę. In re familiari valde ſumus (vt ſcis) perturbati. Pręterea ſũt quędam domeſtica, quę literis non committo. Quintum Fratrem inſigni pietate, virtute, fide præditum ſic amo, vt debeo. te expecto, & oro, vt matures venire. Eoq; animo venias, vt me tuo conſilio egere non ſinas. Alterius vitæ quoddam initium ordimur: nam quidam, qui nos abſentes defenderunt, incipiunt præſentibus occulte iraſci, aperte inuidere, vehementer te requrimus. Vale.

Argumentum. LXXI.

CONTENTIO in Senatu de religione inter Clodium & Ciceronem, tãdem repudiato Clodio ſententia lata eſt ſecundum Ciceronem, locataq; redemptoribus eſt domus.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SI forte rarius tibi a me, q̃ a cęteris literę reddũtur, peto a te, vt id nõ modo, nõ negligẽtię meę, ſed ne occupationi quidẽ tribuas: quę etſi ſumma eſt, tamen nulla eſſe poteſt tanta, vt interrũpat iter amoris noſtri, & officii mei. Nam, vt veni Romã, iterũ nũc ſum certior factus, cui darẽ literas. Itaq; has literas alteras dedi. Prioribus tibi declaraui, aduentus noſter qualis fuiſſet, & quis eſſet ſtatus, atq; omnes res noſtræ quemadmodũ eſſent, vt in ſecundis fluxę, vt in aduerſis bonę. Poſt illas datas literas, ſecuta eſt ſumma cõtentio de domo. Diximus apud Põtifices prid. Cal. Octob. acta res eſt accurate a nobis. & ſi vnquã in dicẽdo fuimus aliquid, aut etiã ſi vnq̃ alias fuimus, tum profecto doloris magnitudo vim quãdã nobis dicẽdi dedit. Itaq; oratio habet, vt in noſtrę fortunę caſu, quod debere nõ poteſt, quã tibi, etiã ſi non deſideras, tamen mittam cito. Cum Pontifices decreuiſſent ita, Si neq; populi iuſſu, neq; plebiſcitis, qui ſe dedicaſſe diceret nominatim ei rei præfectus eſſet, neq; populi iuſſu, aut plebiſcitis id facere iuſſus eſſet, videri poſſe ſine religione eam partem areę mihi reſtitui. Mihi facta ſtatim eſt gratulatio. Nemo eñ dubitat, quin dom⁹ eſſet nobis adiudicata. Tũ ſubito

CERTIOR Factus) In quibuſdam codicibus additum eſt verbum eſſe. Contentio) Inter me & Clodium. Fuimus) Non modo aliquid, ſed ſi aliquando feliciter diximus. Oratio iubet quod debere non poteſt. Legatur. Itaque oratio habet quod debere non poteſt. Habui orationem pro hac re ſupra mediocritatis noſtrę captum. Debere non poteſt) Non videtur poſſe pręſtare. Debet enim quiſquis ſoluere Sexte poteſt, vt inquit vrbaniſſimus poeta. Vt in noſtrę fortunę caſu) Pro conditione noſtri caſus, & infirmitate fortunę noſtrę, quę cum ſit humilis & anguſta magnifica verba & generoſitatem refugere ſolet ac debet. Põtifices) Reſponderunt domũ inaugurio dicatam non videri, ſi qui conſecrauit, non nominauit nomine cuius cõſecraſſet: verbi cauſa, Sacram ędẽ dicamus ita Senatu vel populo ſanciente vel Lelio dicante. Id facere) Conſecrare. Iam partem) Scribe, eã partem. Adiudicata) Iudicũ ſententia addicta & applicata.

Ille)Clodius. Dedit) Qui Appius cum loqueretur, deſtitit vt concionem Clodius ſuſcipere poſſet.
Secundum. Secundũ ſe) Pro Clodio aduerbialiter. Hortatur)Clodius. Porticum Catuli) Quã propter viciniã
Ciceronianę domus Clodius fuerat demolitus. Cupidiſſimus) Amantiſſimus. Legiſſe)elegiſſe. Alij
codices, legis habent, & ſubintelligitur iudices fuiſſe. De religione) Quid pontificibus videatur de lo=
co, an religioſus ſit nec ne. Secundum cauſam ) Pro cauſa noſtra. Ad Clodium ) Ad ordinem quo
Clodius in cauſa ſua dicturus erat. Serranus quoq;) Priſci Codices habent, ſtatuturos quiſq;, principiũ
alterius eſt clauſulæ. Beroal=
dus tamen eradit: quē ſi pro=
bas, non legendum erit ho=
rũ loco, ſed hoc loco. Serra=
nus defendi non poteſt, quo=
niam dixit contra Ciceronē
niſi ſecundum interpreteris
pro iuxta, hoc eſt in cauſa.

Serrani interceſſione ) Ve=
tus lectio, Serranus interceſ=
ſit. Referre ) Ad Senatus
ſententiam reijcere. Loca=
ri)Reſtituendam. Ei)Ordi=
ni. S.C.) Senatuſconſulto.

Cornicinus ) Cornicinam
næniam canens Clodius tan=
quàm garrula cornix. Ille
gener) Aliqui Metellum in=
telligunt virum ſororis Clo=
Fratres & generi. dij: quòd aiunt fratres & ge=
neros dici a Cicerone, quos
Seruius cognatos, vt vulgus
appellat. Cicero in Oratione
pro domo ſua, Qui ſunt ho=
mines a Q. Metello fratre
tuo Conſule in Senatu mo=
ti. Poſtulauit) Concedi pro
interuallo. Calend. Ian.) De
vi armata quando Clodius
Milonem & Quintum foro
deturbauit, & omnia tumul=
tu repleuit, etiam togas ami=
ſere aliqui Senatores & Tri=
buni vulnera acceperunt.

Æſtimarunt) Hodie appre
ciarunt barbare dicitur. Vi=
cies)vigiti millia. Valde libe
raliter) Scribendum illibera=
liter ex ſequentibus, niſi vis
intelligere quod erant libe=
Redéptores, rales de alieno. Redempto=
res) Qui recipiunt ędificia lo
cata. Mart. Sæpe redempto=
ris furta probare ſolet: cum
de pertica loquatur qua parie
tes & reliqua metiũtur. Ne=
garim) Iudicium Conſulum
non detrectauerim aut refu=
gerim. Vehementius ) In
petendo maius precium non
fui vehemens. Hoc) Puden=
tem fuiſſe: pudor apud grauiſ
ſimos ſæpe prodeſt. Idem)
Scribendum, ijdem. inuidi vi
delicet vt Piſo, & Hortenſius
ac reliqui. Pennas) Faculta=
tes, Ironicos. Interuentu)

ille in concionem aſcēdit: quam Appius ei dedit. Nũ=
ciant iam populo Pontifices ſecundum ſe decreuiſſe:
me autē vi conari in poſſeſſionem venire. Hortatur,
vt ſe & Appium ſequantur, & ſuam libertatem defen
dant. Hic cum etiam illi infimi partim admirarētur,
partim irriderent hominis amentiam, ego ſtatueram
illuc non accedere, niſi COSS. ex S.C. porticum Ca
tuli reſtituendam locaſſent. Calend. Octob. habetur
Senatus frequens. Adhibentur omnes Pontificęs, qui
erant Senatores: a quibus Marcellinus, qui erat cupi=
diſſimus mei, ſententiam primum rogatus, quæſiuit
quid eſſent in decernendo ſecuti. Tum Lucullus de
omnium Collegarum ſententia reſpondit, Religio=
nis iudices Pontifices fuiſſe, legis Senatum, ſe & Col
legas ſuos de religione ſtatuiſſe, in Senatu de lege
ſtatuturos, Quiſq; horũ loco ſentētiam rogatus, mul
ta ſecũdum cauſam noſtram diſputauit. Cum ad Clo=
dium ventum eſt, cupiit diem conſumere, neq; ei finis
eſt factus. Sed tamen cum horas fere treis dixiſſet,
odio & ſtrepitu Senatus, coactus eſt aliquando per=
orare. Cum fieret S.C. in ſentētiam Marcellini omni=
bus præter vnum aſſentientibus, Serrani interceſſio=
ne, ſtatim ambo Coss. referre cœperunt. Cum ſenten
tiæ grauiſſimæ dicerentur, Senatui placere mihi do=
mum reſtitui, porticum Catuli locari, authoritatem
ordinis ab omnibus magiſtratibus defendi: ſiiqua ei
eſſet facta vis, Senatum æſtimaturum eius opera fa=
ctum eſſe, qui S.C. interceſſiſſet. Serranus pertimuit
& Cornicinus ad ſuam veterem fabulam rediit: abie=
cta toga ſe ad generi pedes abiecit. Ille noctem ſibi
poſtulauit, non concedebant. Reminiſcebantur enim
Calend. Ianuar. vix tamen ſibi de mea voluntate con=
ceſſum eſt. Poſtridie S.C. factum eſt, id quod ad te
miſi. Deinde Coss. porticum Catuli reſtituendam lo=
carunt. Illam porticum redemptores ſtatim ſunt de=
moliti libētiſſimis omnibus. Nobis ſuperficiem ædiũ
Coss. de conſilii ſententia æſtimarunt HS. vicies. cæ
tera in re valde liberaliter. Tuſculanam villam quin=
gentis millibus. Formianum HS ducentis quinqua=
ginta millibus, quę æſtimatio non modo vehementer

ab optimo quoque, ſed etiam a plebe reprehenditur. Dices, Quid igitur cauſæ fuit? Dicunt illi quidem, pudorem meum, quòd neque negarim, neque vehementius poſtularim. ſed non eſt id: nam hoc quidem etiam profuiſſet. Verum iidem mi T. Pomponi, iidem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci: ſed (vt ſpero) iam renaſcuntur: tu modo ad nos veni, quod vereor ne tardius interuentu Varronis tui noſtrique facias. Quoniam acta quæ ſint habes, de reliqua noſtra cogitatione cognoſce. Ego me a Pompeio legari ita ſum paſſus, vt nulla re impedirer, quin niſi vellem, mihi eſſet integrum: aut ſi comitia Cenſorum proximi COSS. haberent, vt petere poſſem, aut votiuam Legationem ſuſciperem prope omnium fanorum, ac ſacrorum locorum. Sic enim noſtræ rationes, vtilitates meæ poſtulabant: ſed volui meam poteſtatem eſſe vel petendi, vel ineunte æſtate exeundi. & interea me eſſe in oculis ciuium de me optime meritorum, non alienum putaui. Forenſium quidem rerum hæc noſtra conſilia ſunt: domeſticarum autem valde impedita. domus ædificatur, ſcis quo ſumptu: qua moleſtia reficiatur Formianum, quod ego nec relinquere poſſum, nec videre. Tuſculanum proſcripſi. Suburbano non facile careo. Amicorum benignitas exhauſta eſt in ea re, quæ nihil habuit preter dedecus. quod ſenſiſti tu abſens, præſentes: quorum ſtudiis ego & copiis, ſi eſſet per meos defenſores licitũ, facile eſſem omnia conſecutus, quo in genere nunc vehementer laboratur. Cætera quæ me ſolicitant μυσικώτερα, ſunt. Amamur a fratre, & a filia expectamur. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AVere te certe ſcio, tum ſcire quid hic agatur, tum a me ſcire: non quo certiora ſint ea, quæ in oculis omniũ geruntur, ſi ad me ſcribantur q̃ cum ab aliis tibi aut ſcribantur, aut nuncientur, ſed vt perſpicias ex meis literis quo modo ea feram, quæ geruntur, & qui ſit hoc tempore aut mentis meæ ſenſus, aut omnino vitæ ſtatus. Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nouembr. expulſi ſunt fabri de area noſtra. Diſturbata

Acceſſu, pręſentia. quoniam conceſſerat ad Atticũ ex ſuo Miſenenſi. Legari ſum paſſus) Legatus fui Põpeianus, ita tamẽ vt Legatio duraret quãtũ vellẽ, ac iſtã deponere poſſem oblata votiua. Vellẽ) Legatus eſſe Põpeianus.

Integrũ) Arbitrariũ. Aut ſi comitia) In aſſumẽda Legatione excepi comitia cẽſoria. nolebat iſta Põpeiana Legatione impediri, quo min⁹ cẽſurã petere poſſet. Et petere) Scribe, vt petere. Votiuã) Ad beneplacitũ hodie barbare dicitur. Votiuũ q̃d ex voto dari promittitur aliquando ſignificat, vt Hora. Paſcitur in veſtrũ reditũ votiua iuuẽca. Ludi votiui quos voti rei facimus: de quib⁹ Liu. Cic. in Verrẽ. votiuũ Hier. gratũ & iucũdũ dicit his, Votiuũ tunc Chriſtianis erat pro nomine dei gladio percuti. Ita appellat votiuũ cõſpectũ Apu. li. 7. de Aſino, Quare de votiua Legatione diẽ amplio. Fauorũ) Scribe, fanorũ. Poſtulabãt) Cenſuram, vt iure in Clodiũ ſęuire poſſem. Meã poteſtatẽ) Eſſe in poteſtate ac arbitrio meo poſitũ. Petẽdi) Cẽſurã. Exeũdi) Vrbẽ. Votiuum.

Videre) Ita deſolatũ. Proſcripſi) Vẽdẽdũ propoſui. Benignitas.) Liberalitas. Exhauſta.) Exinanita, defecit.

In ea re) Ædificãdo Tuſculano. Tu abſens) Mittendo hermas & ſtatuas, ac me pecunia quotidiana ſuſtinẽdo, q̃ in his quotidie abſumiť. Pręſentes) Sẽſerũt quoq; amici.

Quo in gñe.) In cõſequẽdo fortunas ac opes meas. Μυσικώτερα) Secretiora. de vxore Terentia, q̃d mox erupit.

Argumẽtum. LXXII.

STatum ſuarũ rerũ aperit amico. A. Clodiũ extremę demẽtię ac furoris arguit. Hic Metellus de quo inferius agiť fuit frater Metelli Celeris Procõſulis viri ſororis Clodij, de quo lege in. v. Epiſt famil. in Ep̃la quę incipit, Si tu exercitusq; valetis. Alij Metellũ Celerẽ putant. PIVS.

TVM me) Scribẽdũ, Tũ a me. Sunt) Lege, ſint. Armatis) Ab operis Clodianis.

Porticus) Catuli. De hac porticu Catuli cũ conclauibus pauimẽtata trecentũ pedũ cũ ampliſſimo periſtylo lege M. Tullium in Oratione pro domo ſua. Vehemens) Vehementer, priſci codices habẽt demens. Ruere) Ruebat pręceps in omne facinus, vel diruere, vt cumuloſq; ruit male pinguis arenæ: quoniã inferius dicitur. Poſt has ruinas, incendia, rapinas. Alij codices habent furere. Antea) Ante hũc furorem. Nolebat) Quãdo petebat vt Senatus nihil decerneret de domo mea, ſed res integra ad iudices teferretur. Alii legũt, volebat: eſtq; idẽ ad diuerſa reſpiciẽdo, ad iudicium videlicet Senatus, & ad ordinarium iudiciũ, quod vt pridem fecit, ſperabat ſe poſſe corrũpere. Manifeſtã) Manifeſte malã. Cauſam) Aliquã habebat. Nunc eius cauſa turpis eſt & aſyſtatos. In alios) Cæſarẽ & Põpeiũ. Deriuare) Deducere, trahere crimen. Ruinas) Quas patrauit.

Deſignator.

Deſignatorẽ) Deſignatores funebriũ ludorũ pręfecti. Seneca, An tu Aurantiũ & Ateriũ, & cæteros, qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadẽ habere, quæ deſignatores & libitinarios vota. Plautus in Penulo, pro apparante ſcęnicos ludos poſuit, neu ſeſſum ducat dum hiſtrio in ſcęna ſiet, his verbis, Neu deſignator pręteriẽs obambulet. Procurante etiã pompam funebrem, aut pro his qui cuicũq; rei præſunt, aut pro locũ ac ordinem populo in ludis aſſignante, quoniam auctore Donato,

Deſignatio. Brabeutæ.

Deſignatio eſt populi in vnũ cõtractio, hos brabeutas Gręci vocãt: quos auctore Polluce

Maſtygophori.

Græci maſtygophoros. hos hodie magiſtros cerimoniarum vocãt. Adhuc ſit) Vetus lectio, adhuc fuit, quãdo abſolutus eſt a iudicibus nũmariis.

Sacra via.

Sacra via) Bene deſcenderem, inquit, quoniam illa via ducebat a Palatio in Comitium ad ædem Pacis. Frequens erat vt in qua vęnirent olera & huiuſmodi, quare ab Ouidio in libris de Arte amandi dictum eſt, Illa tibi in ſacra ſint licet empta via. Et a Poeta in obſcœno, De ſacra nulli dixeris eſſe via. Aditu) Acceſſu & ingreſſu veſtibuli.

Diæta. Chirurgia.

Diæta) Parce tumultuari, nec impetuoſe quid agere, vnde medici diæterici qui abſtinentia & cibi parcitate curant. Chirurgiæ) Carnificinæ & furoris. Chirurgus eſt medicus vulnerarius, de quo crediderim Petrum Aponenſem his verbis in libro differentiarum ſcripſiſſe.

In medicos.

Medicus eſt inuidiæ pelagus, inexhauſtum detractionis organum. indefeſſę ambitionis perforata Clepſydra, alienæ veritatis garrulus contradictor, ignorantiæ propriæ conſtantiſſimus inconfeſſor, inexcuſabilis infirmorum neglector.

Sicinius.

Sicidinos) Sicinios emendat Aldus & recte. Sicinium auctorem ſeditionis plebis cum Patribus ſcribit Liuius libro .ij. ab Vrbe condita creatum fuiſſe Tribunum, immo cooptatum a duobus creatis a plebe C. Licinio & L. Albino. Cicero Sicinium pro quocũq; ſeditioſiſſimo ponit. Reddidit) Repręſentauit, armauit ſe ad merã tyrannidẽ & hoſtilẽ animũ in patriã vt Catilina. Ceramio) Satelles eius. Deductis) Alij codices habẽt eductis, hoc eſt euaginatis.

porticus Catuli, quæ ex S.C. Coss. locatione reficiebatur, & ad tectum pene peruenerat. Quinti Fratris domus primo fracta coniectu lapidũ ex area noſtra, deinde inflammata, iuſſu Clodii, inſpectante vrbe, coniectis ignibus, magna querela & gemitu, non dicam bonorum (qui neſcio an vlli ſint) ſed plane hominũ omniũ. Ille demens ruere: poſt hunc vero furorem nil niſi cędem inimicorum cogitare, vicatim ambire, ſeruis aperte ſpem libertatis oſtendere. Etenim antea, cum iudicium nolebat, habebat ille quidẽ difficilem manifeſtamq; cauſam, ſed tamen cauſam: poterat inficiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. Poſt has ruinas, incendia, rapinas, deſertus a ſuis, vix iam Decium deſignatorem, vix Gellium retinet. Seruorũ conſiliis vtitur. videt, ſi omneis quos vult, palàm occiderit, nihilo ſuã cauſam difficiliorem, q̃ adhuc fuit, in iudicio futurã. Itaq; ante diem tertium Id. Nouembr. cum ſacra via deſcẽderẽ, inſecutus eſt me cum ſuis, clamor, lapides, fuſtes, gladii, & hęc improuiſa omnia. Diſceſſimus in veſtibulum M. Tetii Damionis: qui erant mecum facile operas aditu prohibuerunt. ipſe occidi potuit. Sed ego dięta curari incipio. chirurgię tędet. ille omniũ vocibus cũ ſe non ad iudiciũ, ſed ad ſuppliciũ præſens trudi videret, omneis Catilinas Sicinioſq; poſtea reddidit. Nã Milonis domũ meãq; in Ceramio pridie Id. Nouemb. expugnare & incendere ita conatus eſt, vt palam hora quinta cũ ſcutis homines eductis gladiis, alios cum accenſis facibus adduxerit, ipſe domũ P. Sullæ pro caſtris ſibi ad eam impugnationem ſumpſerat. Tum ex Anniana Milonis domo

Q. Flaccus) De L. Flacco extat oratio Ciceronis. Ipſum) Clodiũ Archipiratam latronũ. Abdidit) Occultauit. Domi) Continebatur. Oẽs acres) Fuerũt in Clodiũ. Calumnia) Dũ Metellus vir ſororis Clodij calumniat̃ Senatũ pro Clodio, tã̄q Senatus nõ obiiceret his ſe furoribus. Et virtute literę) Scribendũ, & virtute veriſſimę literę. De ſcripto) Recitãs, nõ memoriter loquẽs. Sic Auguſtus ſolebat. Dixerat) Recitauerat. In eo iudicio) In iudicio qđ mihi volebat intendere. Deſiderabat Clodius iſta omnia cõplecti. Vetus lectio mei habet, & ſuperiori iũgitur. Comitiis) Vt omnia ſileãt ante Comitia. Proſcripſit) Notificauit. Proſcriptos) Hodie bãnitos appellant. Super) Inſuper, prędterea. Comitiales) Quibus Comitia haberi poſſunt. Contrarius eſt dies nefaſtus. Hęc ſumma) Subintellige, eſt, vt ſummatim loquar. Obnũciaſſet) Obnũciare eſt nũciãdo rẽ inauſpicatã impedire. Donatus, Obnũciare dicuntur Augures, qui aliquid mali ominis, ſęuũq; viderit: qđ Plautus in Caſina obſeruare dicit. Deiectas) Repulſas a domo Damionis. Permãſit) Vt victor. Fratrum triũ, Clodij, Decij, & Gellij. Sed ita dicunt̃ q̄ erãt affines ſceleri. Cõtẽptus) Quia dicebãt eum nõ audere. Furor) Clodij. Itinerib[9] deuiis) Per diuerticula, vnde ſcortũ deuiũ Horatio. Nũdinę) Erũt. Hora noctis) Sic Auguſtus ſolebat horas epiſtolis addere. Pãnoſi) Dicunt̃ & pãnucei, vnde Perſio pãnucea baucis. Epigrãmatico pannucea mẽtula, languida & loro ſolutior. Pannoſę mãmę a pãno vitio ſqualloris, de quo Celſ[9] Cornelius nõ tacuit. Eo cõſcio) Clodio vt turpitudinẽ ſuã tegerẽt, dicebãt oĩa iſtæc fieri nutu Clodii. Hero) Scribendũ heroe, hoc eſt Milone. Ante occiſus) Mirus vates Cicero, O ſuſpectũ vaticiniũ. Veiam) In via habet vetus Codex. In via Appia Clodi[9] a Milone fuit occiſus, vt patet ex Orõne Ciceronis pro Milõe, Lanuuiũ vel Laniuiũ vt in hui[9] municipii priſcis inſpectionibus eſt legere, oppidum Latii, ex quo (auctore Aſconio) fuit Milo, q tũc illuc pficiſcebat̃ ad Flaminem prodendũ, quoniã Dictator erat Lanuuinus. Scribit Appianus in .2. Ciuiliũ Lanuuiũ a Diomede ex Ilio veniente fuiſſe conditũ. Soloniũ locus agri Lanuuini vbi multi ſerpentes erãt, auctor Cicero in Diuin. Lanuuij ſerpens pu-

Proſcribere.

Super.

Obnũciare.

Deuium.

Pannoſi.

Pannuceus.

Lanuuiũ.

Solonium.

Quintus Flaccus eduxit viros acreis, occiditque homines ex om̄i latrocinio Clodiano notiſſimos: ipſum cupiuit, ſed ille ſe in interiorem partẽ ædium abdidit. Sulla in Senatũ poſtridie Id. Nouemb. venit, domi Clodius, egregius Marcellinus, omnes acres. Metellus calumnia dicendi tẽpus exemit, adiuuãte Oppio, etiam hercule familiari tuo: de cuius conſtantia & virtute, veriſſimę literæ Seſtii fuere. Ille poſtea, ſi Comitia ſua non fierent, vrbi minari. Propoſita Marcellini ſentẽtia, quã ille de ſcripto ita dixerat, vt totã noſtrã cauſam areæ, incendiorũ, periculi mei, iudicio cõplecteretur: eaq; omnia Comitiis anteferret. Proſcripſit ſe ſuper omnes dies comitiales de cœlo ſeruaturũ. Cõciones turbulentę Metelli, temerarię Appii, furioſiſſimę Publii. Hęc tamẽ ſumma, vbi Miloni C. Appius obnũciaſſet, Comitia futura ante diem. XII. Cal. Decemb. Milo media nocte cũ magna manu in campũ venit. Clodius cũ haberet fugitiuorũ deiectas copias in campũ ire non eſt auſus: Milo permanſit ad meridiem, Mirifica hominũ lętitia, ſumma cũ gloria, contentio fratrum trium turpis, fracta vis, contẽptus furor. Metellus tamen poſtulat, vt ſibi poſtero die in foro obnuncietur: nihil eſſe, quod in campum nocte veniretur, ſe hora prima in Comitio fore. Itaq; ante diem. XI. Cal. Ian. in Comitium Milo de nocte venit: etiam Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope deuiis currebat. Aſſequitur inter lucos hominem Milo, obnunciat: ille ſe recipit magno turpiq; Q. Flacci conuicio. Ante diẽ Cal. nũdinæ. cõcio biduo nulla ante diẽ. VIII. Cal. Hæc ego ſcribebam hora noctis nona. Milo iam campum tenebat. Marcellus Candidatus ita ſtertebat, vt ego vicinus audirẽ. Clodii veſtibulũ vacuũ ſane mihi nũciabatur. pauci pannoſi ſine laterna: nam eo conſcio omnia illi fieri querebantur: ignari quãtum in illo Heroe eſſet animi, quantũ etiã conſilii. Miranda virtus eſt: noua quędã diuina mitto. Sed hęc ſumma eſt, Comitia fore non arbitror. Publiũ reum, niſi ante occiſus erit a Milone, fore puto: ſi ſe ituro Lanuuiũ in via obtulerit, occiſum iri iam ab ipſo Milone video. non dubitat

blice alebatur, de quo Propertius in.4. Laniuiũ annoſi vetus eſt tutela draconis. Facere) Milo. Prę ſe fert) Iactat. eſt incredibili animi robore ſeptus Milo. Caſum) Ruinã, exiliũ. Vſus) Vt nos Piſonis. Inerti) Pompeio veterno vrbis. Liberalitati) Impenſę exhibitę, opibusq; erogatis pro facultatibus meis tuẽdis. Eſſem) Priſca exẽplaria, ſit. Illo) Fratre. Subſidiis) Amicorũ benignitate. Reſpondemus) Par pari reddimus.

facere, prę ſe fert, caſum illum noſtrum non extimeſcit. Nunq̃ enim cuiuſquam inuidi & perfidi conſilio eſt vſus: nec inerti nobili crediturus. Nos animo dũtaxat vigemus, etiã magis, q̃ cum florebamus. re familiari cõminuti ſumus, Q. Fratris tamen liberalitati pro facultatibus noſtris, ne omnino exhauſtus eſſem, illo recuſante ſubſidiis amicorũ reſpondemus. Quid conſilii de omni noſtro ſtatu capiamus, te abſente, neſcimus: quare appropera, & Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PEriucundus mihi Cincius fuit ante diẽ tertiũ Cal. Feb. ante lucem: dixit enim mihi te eſſe in Italia: ſeſeq; ad te pueros mittere, quos ſine meis literis ire nolui. nõ q͂ haberẽ quod tibi iam prope pręſenti ſcriberem: ſed vt hoc ipſum ſignificarem, mihi aduentũ tuũ ſuauiſſimũ expectatiſſimũq; eſſe. Quare aduola ad nos, eo animo vt nos ames, & te amari ſcias. Cętera corã agemus. hęc properantes ſcripſimus. Quo die venies, vtiq; cũ tuis apud me ſis: perbelle feceris, ſi ad nos veneris. offendes deſignationẽ Tyrãnionis. mirificã librorũ meorũ bibliothecã, quorũ reliquię multo meliores ſunt, q̃ putaram. Etiã velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrãnio vtatur glutinatoribus, ad cætera miniſtros adminiſtres, iisq; imperes, vt ſumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Græci (vt opinor) συλλάβους appellatis. Sed hęc, ſi tibi cõmodũ erit, ipſe vero vtiq; fac venias, ſi potes in his locis adhęreſcere, & Piliam adduce. Ita eñ & æquũ eſt, & cupit Tullia. Mediuſfidius nę tu emiſti locũ pręclarũ. Gladiatores audio pugnare mirifice: ſi locare voluiſſes, duobus his muneribus liber eſſes. ſed hæc poſterius. Tu fac venias, & de librariis, ſi me amas, diligenter aduerte.

Vale.

Argumentum. LXXIII.

OCcurrit hac epiſtola Põponio venienti in Italiã: eũ rogat, vt ad bibliothecã quã parabat, mittat glutinatores, quibus vtaẽ pro nutu tyrãnio. DESIgnationem) Ordinationẽ bi
Deſignare. bliothecę deſignatę. Deſignare, auctore Terẽtio in Adelphis, eſt rem nouã facere in vtrãq; partẽ. id eſt bonã & malam, & deſignata recte & praue facta dicebãtur. Terẽtius, Modo quid deſignauit. Interpres Terẽtian⁹, Puto aũt deſignationem cõcitationẽq; populi in vnũ intelligi. Tyrãnionis) De hoc ſuperius affatim multa. Crambe repetita ſolet occidere. Reliqui) Vetus lectio, reliquiæ. Et velim) Alibi legitur, etiam
Librariolus. velim. Librariolis) A librario ſcriptore librorum hypochoriſmos eſt librariolus.
Glutinatores. Glutinatoribus) Qui glutine hoc eſt hictyocola paginas librorũ cõponunt, hodie ligatores appellant. De glutinatoribus librorũ vide Iuriſconſultos libro. 22. Digeſtorũ. Ad cętera miniſtros adminiſtres) Aldus & priſci codices, Ad hoc cętera adminiſtres. potes, ſi mauis, ſeruato ſenſu nihil ĩmutare, quoniã de pictoribus intelligit, de qua re leges infra. Membranulam) Folium ex tergo pecoris. Indices) In quibus nomina librorũ continẽtur, qui p partes bibliothecæ diſpoſiti ſunt. Συλλάβους) Ita vocãtur indices a capiendo &
Indices. colligendo, ſiue cõprehẽdẽdo nomina librorũ. non modo ſyllabos, ſed elenchos appel-
Syllabi. Elenchos. lant. In vetuſtis exẽplaribus poſt præfationẽ Epiſtolę Plinianę libris naturalibus prępoſitæ, leguntur hæc verba, C. Plinij Secundi hiſtoriarum mundi Elenchos librorum omniũ triginta ſeptem liber vnus qui pri-
Pilia. mus. In his locis) Noſtris. Cęlum noſtrum fugere videris. Adhęreſcere) Applicari. Piliam) Filiam
Petilia. tuam, quæ mox nupſit Agrippæ ni memoria labor. Priſca exemplaria ſemper Petiliam, nunq̃ Piliam habent. Adducere) Scribendum adduce. Muneribus.) Spectaculis gladiatoriis. Liberaſſes.) Agri precium exegiſſes. Emendati codices habent, liber eſſes ab impendio quod feciſti in gladiatoribus, vel ab illa moleſtia. Aduerte) Curato, ne vtiq; neglexeris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum & Interpretatio. LXXIIII.

TOTA Epiſtola iſtæc pendet ab Apotheoſi. id eſt poemate, quod Cicero miſit ad Cæſarem, de quo libro. 2. Epiſt. ad Q. Fratrem ſic, Quoniam ſcribis poema noſtrum ab eo probari quadrigis poeticis. Mox, Sed heus tu celari videor a te. Quomodo nā mi Frater de noſtris verſibus Cęſar? Nam primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me ante, & prima ſic, vt neget ſe ne græca quidem meliora legiſſe. reliqua ad quendam locum ζαθυμότερα. Hoc enim vtitur verbo. PIVS. Apotheoſis. Cicer. poema.

¶Cur igitur?) Quereris interrogans cur prius Cæſari miſerim q̄ tibi. Exemplar) quod ad Cæſarem dederim, a quo reflagitante ſępius vrgebar. Quid etiam.) Subintellige, de Republica ſentis? Dicam apertis tibiis, nihil aut tergiuerſando aut ſimulando. Circūrodo) Ne ſtranguler vt maiuſculū bolum fauces capiant. Prouerbium quādo paulatim attingimus quod tandem aperte aggredi debemus. Vel alludit ad id Terentianum & Apuleianū demuſſanda eſt contumelia. melius, Cur circūloquor qđ tandem aperiendum eſt? Tādem obloqui in optimates mihi neceſſe eſt, quod non faciebam quoniam turpe videbatur canere palinodiam. Interp. Circūrodo.

Subturpicula) Aliquantulum turpis. Palinodia) Recantatio: optimates laudaui: nūc eoſdem vituperare ſubturpiculū videbatur, ne audirem illud ex triuio. Ex eodem ore calidum & frigidū, vel Pompeium Cæſaremq; veluti peſtes allatraui, nunc illis adhęreſcere turpe videbatur. Sed valeant.) Contemnamus honeſta conſilia, conſtantiam, perſeuerātiam & huiuſmodi, faueamusq; fautoribus noſtris, & vela ob Zephyros vertamus. Principibus) Optimatib⁹. Eſſe) Principes, Reipublicęq; Tritones, nosq; veluti ſpurios obterūt. Eſſent) Principes, niſi ſe eſſe putarent. Palinodia.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

AN tu me exiſtimas ab vllo malle mea legi probariq; q̄ a te? cur igitur cuiq̄ miſi prius? vrgebar ab eo ad quem miſi: & nō habebā exemplar. Quid etiam? dudū enim circūrodo, quod deuorandū eſt: ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία. Sed valeant recta, vera, honeſta conſilia. Non eſt credibile, quæ ſit perfidia in iſtis principibus, vt volunt eſſe, & vt eſſent, ſi quicq̄ haberent fidei. Senſeram, noram, inductus, relictus, proiectus ab iis: tamen hoc erat in animo, vt cum iis in Republica conſentirem. iidem erant, qui fuerant. Vix aliquando te authore reſipui. Dices ea te monuiſſe, ſuaſiſſe, quę feceram: num etiam, vt ſcriberem? Ego me hercule mihi neceſſitatem nolui imponere huius nouę coniunctionis: neq; mihi licet labi ad eos, qui etiam tum, quum miſereri mei debent, non deſinūt inuidere. Sed tamen modici fuimus ἀποθεώσει, vt ſcripſimus: vberiores, ſi & ille libenter accipiet: nec ii ſubrogentur, qui villam me moleſte ferunt habere, quæ Catuli fuerat, aut etiā emiſſe non cogitant. Qui domum negant oportuiſſe me ædificare, vendere aiunt oportuiſſe. Sed quid ad hoc? ſed quibus ſententiis dixi quod & ipſi probarent. Lętati ſunt tamen me contra Pompeii voluntatē dixiſſe. ſed quoniam qui nihil poſſunt, ii me nolunt amare, demus operam, vt ab iis, qui poſſunt, diligamur. Dices vellem, iampridem ſcio te voluiſſe, & me.

Senſeram) Illos perfidos. Inductus) In malum. Tantū) Vetuſti codices habent, Tamen. Cum his) Optimatibus. Erant) Poſtq̄ iterum eos olfeci. Fuerant) Semper. Vulpes pilum mutat, non mores. Reſipui) Illos eſſe perfidos. Feceram) Scribe, facerem: nec me tamen feciſſe. Scriberem) Leges quibus me tenerem ac cum iſtis optimatibus viuerem. Imponere) præſcribere amandi vel non amādi hūc vel illum leges. Coniunctionis) Cū Cæſare & Pompeio ita vt non poſſim amare ſi velim optimates.

Ad eos) Optimates. Tum) Fortuna iniquiſſima afflicto, patria eiecto. Apotheoſis) Laudādo Cęſarem & cęlitum laudibus ornando. Vt ſcripſimus) In epiſtola ad Q. Fratrem Vberiores) Futuri. Et ii ſubrogētur) Modice rogati a me vt æquanimiter me vberrime laudare Cæſarem ferāt, & ferēt. Sed quibus ſentētiis dixi) Scribendū dixti. Sunt verba Attici. Laudaſti Cæſarem prolyxe, & ii paſſi ſunt te laudare, quę potuerūt eſſe tā aureę, tā mellitæ ſentētię huius laudis, vt æquis auribus eas Romani optimates acceperint. Qđ acroama fuit iſtud laudes inimici cōtinēs, vt optimatib⁹ placere potuerit. Reſpōdet M. Tullius nō eis placuiſſe ſentētias in Cæſarē panegyricas, ſed nō ægre Cæſaris laudē tulerūt, quoniā erat ea tacita Pompeii ſuggillatio, qui parē in gloria nolebat. Voluntatē) Difficile eſt æmuli laudē audire. Nihil poſſunt) Optimates, hortatur ſe ad amādū Cæſarē. Iampridē) Te Cæſari coniūxiſſes, Apotheoſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nugigera manus.

Nugigerã manũ fuiſſe) Inertes nobiles fuiſſe ſcito in cauſa, ne Cæſari adhereſcerẽ. Nugigerã manum appellat factionẽ optimatũ, quę tñ verbis fortis eſt. Iam tempus) Tãdẽ te auctore reſipiſcã. A me amari) Vtilitatẽ meã reſpicere, ac exclamare, vincat vtilitas, ac faceſſant optimates & honeſta conſilia. Viaticũ) Alij codices habẽt viaticulũ, hoc eſt facultatẽ & cõmeatũ procedẽdi in via ac itinere fabricãdi videlicet pecuniã ad reficiẽdũ domũ, quoniã dotẽ habuit Craſſipes, qua domus celerius ædificata fuiſſet. Pręcipit) Ante capit q̃ naſcatur, idem eſt pręripit. In hortos) Meos veni. Ad te) Me poſſe venire.

Aſt nugigeram manũ fuiſſe. iam tẽpus eſt me ipſum a me amari, quãdo ab illis nullo modo poſſum. Domum meam ꝙ crebro inuiſis, eſt mihi valde gratum. Viaticũ Craſſipes pręripit. tu de via recta in hortos, videtur cõmodius ad te poſtridie ſcilicet. quid enim tua? ſed viderimus. Bibliothecam mihi tui pinxerunt conſtructione, & ſi ſcribis, eos velim laudes. Vale.

## M.T. CICERO T. P. ATTICO S.

DE Lentulo ſcilicet ſic fero, vt debeo. Virũ bonũ, & magnũ hominem, & in ſumma magnitudine animi multa humanitate tẽperatũ, perdidimus: nosq; malo ſolatio, ſed nõ multo, tamen cõſolamur, ꝙ ipſius vicẽ minime dolemus, non vt Saufeius, & veſtri me hercule, quia ſic amabat patriã, vt mihi aliquo deorũ beneficio videatur ex eius incẽdio eſſe ereptus. Nã quid fœdius noſtra vita? pręcipue mea? nã tu quidẽ, & ſi es natura πολιτικός, tamẽ nullã habes propriã virtutẽ, cõmuni frueris nomine: Ego vero, qui, ſi loquor de rep. qđ oportet, inſanus: ſi quod opus eſt, ſeruꝰ exiſtimor: ſi taceo, oppreſſus & captus: quo dolore eſſe debeo? quo ſum. ſ. hoc etiã acriore, ꝙ dolere quidẽ nõ poſſum, vt nõ in te ingratus videar.

Glutinatores.

Quid eñ tua) Quid intereſt tua, an ego ad te, an tu ad me, qui iidem ſumus. Tui) Glutinatores. Pinxerunt.) Deſignauerũt, diſpoſuerunt vt etiã picta videat̃. Quęcũq; apposite quadrãt, graphica & picta dicũtur. malo nunc ita intelligere q̃ vt ſupra de pictorib' vere. Cõſtructione) Deſignatiõe partiũ ac librorꝫ egregia & affabre diſpoſita. Si ſcribis) Si dabit̃ occaſio ſcribẽdi ad glutinatores tuos.

PIVS. Lentuli.

Argumentum. LXXV.

LENtuli cuius ope in reditus ſui letiamẽto fuerat vſus obitũ dolet, quẽ tñ ex patrię incendio ereptũ aliquo deorũ beneficio putat, quoniã Rep. nihil fœdius dici poteſt. Fuerunt duo P. Lẽtuli oratores de q̃bus Cicero meminit in Oratore, quorꝫ prior tanq̃ Curio copia nõnulla verborũ, nullo alio bono tenuit oratoriũ locũ. C. Lentulus alter mediocris, actione tñ habitus excellens. Nõ multo ſecus P. Lentulus, cuius & excogitandi & loquẽdi tarditatẽ tegebat formę dignitas, corporis motus plenus & artis & venuſtatis, vocis & ſuauitas & magnitudo. Floruit & C. Lentulus Marcellinus nõ indiſertus. Valerius de libere dictis pręſagientẽ Marcellinũ belli calamitatẽ ciuilis, exclamaſſe refert, Acclamate Quirites dũ licet, q̃a ſtatim vobis nõ licebit impune. Quę verba Põpeius in ſe cõtorta diſſimulauit. P. Lentulus, de quo in hac epiſtola meminit Cicero, dicebatur, de quo idẽ ſic in Bruto. P. ille Lentulus iniuriarũ noſtrarũ vltor, auctor ſalutis, quicq̃d habuit quãtũcũq; illud fuit, totũ habuit a diſciplina, inſtrumẽta naturę deerãt: ſed tãtus animi ſplendor & tãta magnitudo, vt ſibi oĩa quę clarorũ virorũ eſſent nõ dubiraret adſciſcere. Sequit̃ L. Lentulus & ipſe orator, cuius plena animi & terroris erat oratio. Meminerũt & hiſtorici de Lẽtulo Spintere. Fuit & Lẽtulus Sura Pretor vrbis, q̃ cũ Catilina cõſpirauit, cui iuſſu Cõſulis in carcere ſunt fractę ceruices. Fuit victricus Clodii, vnde emerſerũt cauſę principes inimicitię Ciceronis & Clodij. Huius pater Lentulus alter gener Ciceronis poſt mortẽ Craſſipedis. Corn. Lẽtulus miſſus ab Auguſto cõtra Dacos Cotiſonẽ Regẽ de quo Horatius, in citeriorẽ Danubii ripã irrũpentẽ repreſſit, quẽ Regẽ tãti fecit Auguſtus vt eius filiã in matrimoniũ peteret. Atticus ſcribit ex vrbe ad Ciceronẽ, is ex vrbe reſpõdet. MALO) Naſcente ex iactura tãti amici. Nõ multo) Solatiũ nõ eſt tãtũ vt penitus animũ dolore leuare queat, dolor immẽſus, breuia ſunt ſolatia. Inulto Beroaldus emẽdauit, vbi eſt multo, cauſam nõ video. Sincerũ voluit vas incruſtare. Qđ vicẽ minime dolemus) Sẽſus eſt, Non plene cõſolamur, quoniam nõ lugemus cuiuſuis obitũ, ſed maximi & amãtiſſimi in patriã, vicẽ. Cõſolatio facilis eſſet ac prõpta ſi lugeremus vnũ ciuẽ: ſed quoniã maximũ & cũ eo patriã obiiſſe videmus, ideo flemus incõſolabiliter. Saufeius) Amicus Lẽtuli. Veſtri) Alii codices habẽt noſtri. Vtrũq; defendi poteſt, optimates videlicet qui bonis inuident. Eius) Patrię. Incẽdio) Futura calamitate. πολιτικός) Ciuilis. Propriã) Peculiare dogma atque ſectã. Cõmunis fueris nõne) Scribe meo periculo, Cõmuni frueris nomine. Accõmodas te opinionib' aliorũ, Nullius addict' iurare in verba magiſtri. Qđ opus eſt) Neceſſariũ mihi, ſi dico eſſe aliquo modo morem gerendũ Cæſari. Seruus) Addictus Cæſari. Oppreſſus) Nihil quicq̃ audere dicor. Captus)

Marcellinus.

Tanq̃ cõpeditus & ex cathenis ius dicens. Quo ſum) Immenſo & incredibili. Hoc etiã) Tanto etiã. Quidẽ poſſum) Deeſt negatio ſic,quidẽ nõ poſſum. In te) Qui me tot doloribꝰ exemiſti,viderer ingratus erga te,q a te reſtitutus nõ lętarer. Libet) Vel libeat vt nõnulla exẽplaria habẽt. Si vellẽ me a Reip.fluctibus abdicare. Necquicq̃) Subintellige licet. In bellum) Trahimur. ὁπλῖται) Armati. Sic video placere) Vt pro Repub.caſtra,cũctaq; infortunia feramus. Σπάρταν) Spartam ſortitus es, ipſam excole.Non deſciſcẽdũ ab optimo inſtituto prouerbiũ monet.Reſpõdet tacitę obiectioni Attici,

Spartã ſortitus excole.

Quid ſi ceſſare libet,& in ocii portum cõfugere? nequicq̃,immo etiã in bellum & in caſtra. Ergo erimus ὁπλῖται, qui togati eſſe volumus? ſic faciũdũ eſt. tibi enĩ ipſi,cui vtinã ſemper paruiſſem,ſic video placere. Reliqua eſt, σπάρταν ἔλαχες ταύταν κόσμει. nõ mehercule poſſum. & Philoxeno ignoſco, qui reduci in carcerẽ maluit. Verũtamẽ id ipſum mecũ in his locis cõmentor,vt iſta improbẽ:idq; tu,cũ vnà erimus,confirmabis. A te literas crebro ad me ſcribi video: ſed omnes vno tẽpore accepi. quę res etiã auxit dolorẽ meum. Caſu enim ternas ante legerã,quibus meliuſcule Lẽtulo eſſe ſcriptũ erat. Ecce quartę fulmẽ: ſed ille (vt ſcripſi) non miſer,nos vero ferrei. Q; me admones, vt ſcribã illa Hortẽſiana, in alia incidi nõ immemor iſtius mãdati tui: ſed me hercule incipiẽdo refugi, ne qui videor ſtulte illius amici intemperiem tuliſſe, rurſus ſtulte iniuriã illius faciã illuſtrẽ,ſiquid ſcripſero. & ſimul ne βαθύτης mea,quæ in agendo apparuit, in ſcribẽdo ſit occultior, & aliqd ſatiſfactio leuitatis habere videatur: ſed viderimus. Tu modo q̃ ſępiſſime ad me aliquid. Epiſtolã,Luceio quã miſi, qua res meas vt ſcribat rogo, fac vt ab eo ſumas. valde bella eſt:eũq;,vt approperet,adhorteris: & quod mihi ſe ita facturũ reſcripſit, agas gratias. Domũ noſtram, quoad poteris, inuiſas. Veſtorio aliquid ſignifices. valde enim eſt in me liberalis. nihil εὐκαιρότερον. Vale.

qui ſepius hoc adagiũ obiiciẽdo,Ciceronẽ auocabat a deſerẽdę Reip.voto & cogitatione. Non poſſum) Excolere, nõ permittiť. Philoxeno) Philoxenꝰ poeta dithyrambicus cum Dionyſii Tyrãni poemata nõ probaret vtpote indocta, in lapidicinas ab eo detruſus eſt. Illinc deinde reuocatus amicorũ precibꝰ, vbi denuo Dionyſiũ ſua carminã pronũciãtẽ audiſſet,ſurrexit, & rogatꝰ a Dionyſio qd eſſet rei,reſpõdit,Satius ac potiꝰ eẽ in lapidicinis vitã degere, q̃ illiꝰ audire poemata. Lucianꝰ de mercede ſeruiẽtibꝰ,Q đ ni tu laudes,protinꝰ in Dionyſii lapicidinas relegaberis. Vnde natũ prouerbiũ, τὸ Φιλοξένου. id eſt Philoxeni nõ,in eos q obſtinatius negãt vel recuſant,propter hiſtoriã memoratã. Diciť & in hãc ſentẽtiã Philoxeni grãmatidion. De hoc Philoxeni exẽplo lege Marcellinũ lib.16. In his locis) Ruſticabať. Improbẽ) Nõ probẽ politicum agere & practicã vitã. Sed cõtemplari cogito. Auxit dolorẽ) Q m̃ ter repetito vulnere cõſautia rũt. Melius) vetuſta exẽplaria meliuſcule habẽt. Lẽtulo eſſe) Lentulum ſe habere. Quartę) Et vltimę literæ tuę. Fulmen) Ictũ & nũciũ horrẽdũ,quo nos vt fulmine icti cõcidimus. Fulminauit nos,hoc eſt mortẽ nũciauit. Ille) Lentulus. Nõ miſer) Eſt q pmutauit ſecula,nõ obiit. Ferrei) Apathes,q poſſumus ſupeſſe reip.cadẽti. Hortẽſiana) Philoſophica nata. In alia incidi) Scribẽda opportuniꝰ. Incipiẽdo) Dũ cœpi. Refugi) Ab Hortẽſiana. Ne quod) Scribe ne qui.hoc ſenſu,Refugi ab Academicis inſcribẽdis Hortẽſio,ne faciã illuſtrẽ eius iniuriã,dũ a poſteris q̃reret,quanã leuitate Cicero ornet inimicũ Hortẽſiũ. Atticus tñ,vt inqt Nepos,vtrũq; pari affectu cõplectebať,& cõſociare æmulos ſtudebat aĩos. Stulte illius amici nõ intẽperiẽ) Prępoſterus ſenſus,ſcribe,ne qui videor nõ ſtulte illius amici intẽperiẽ. Amici) Tui Hortẽſij. Intẽperiẽ) Comicũ verbũ,importunitatẽ ac naturę diſſociationẽ. Tuliſſe) Satis ciuiliter. Illius) Amici tui. Iniuriã) Mihi illatã. Sẽper putauit Hortẽſiũ fraude Vulpeculę circũueniſſe,cũ fuit eiectus a Clodio. Illuſtrẽ) Refricẽ hominũ memoriã,ſtrumã dibapho veſtiẽdo,ac morũ farina inſpergẽdo. Scripſero) Inſcripſero.erit iniuriã veterẽ tractãdo refricare. βαθύτης) Profundũ iudiciũ meũ. Agẽdo) Cauſas.ne optime dicta in dictione forẽſi linam ac cõturbẽ philoſophiã,rudi falce meſſem faciẽdo. Inſcribendo) Hoc opus Academicũ Hortẽſio dicãdo. Ita expone,ſi eſt vna dictio:ſi duę, expone ſcribẽdo, cõponendo. Sit occultior) Nõ appareat.id eſt deſideretur. Aliquid) Scribe. Luceio) Extat interſita familiaribus Epiſtolis. Approperet) Compoſitũ pro ſimplici,feſtinet. εὐκαιρότερον) Opportunius facere poteris.

Philoxenus.

Philoxeni literula.

Fulmen.

Bathytes.

ASCENSIVS. Stulte illius &c. Ego potius ſic legã,Ne qui videor ſtulte amici illiꝰ intẽperiẽ tuliſſe, rurſus ſtulte &c.quia ſi legatur nõ ſtulte,nõ ſubiũgẽdũ ſit,rurſus ſtulte. Q; ſi negationẽ interponere placeat,ponerẽ ante tuliſſe intẽperiẽ amici illius.i.noti tũc & habiti pro amico:ſed videť tuliſſe, quia amicũ credebat cũ nõ eſſet,& ideo ſtulte viſus eſt tuliſſe:quia ſimulauit ſe neſcire illũ occulte eſſe inimicum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. LXXVI.

PIVS. TVmultuaria epiſtola ſcripta arundine volante. Apolloniũ deteſtatur hominem Gręculum, conturbatorem poſtremo rogat vt Ciceronem puerũ curet. SOLICITVM) Anxiũ. Quinto noſtro) Filio Q. Fratris ægroto. Leuauit) Exonerauit me curis epiſtola tua. quẽ nũcij ſolicitũ ſuper ægritudine Q. pueri reddiderant. Mera monſtra) Infirmitatẽ Q. noſtri letalem. Apollonio) Gręco qui cœnã ſumptuoſiſſimã parauerat. Illi Dij) Vetus codex habet, Qui illi Di. Mos loquẽdi Comicorũ. Qui ſignificat vtinam pene aduerbialiter poſitũ. Cõturbare) Opipare & laute impẽdere, vt decoctorẽ faciat. Martial. Conturbator aper, vilius eſurio. Cicero ad Q. Fratrẽ, Ad Cæſarẽ ego reſcripſi, nihil eſſe q̃d poſthac artis noſtrę fidutia cõturbaret. Idem Planco, Fac me multis debere, vtrũ igitur me cõturbare oportet? Vlpianus de Inſtitoria actione, & poſt eũ Labeo, Si q̃s piſtor ſeruũ ſuũ ſolitus fuerit in certũ locũ mittere, & conturbauerit. Alphenus de in rẽ verſo, Quidã ſeruus boues vẽdiderat, poſtea conturbauerat. Terentius) Alij Terũtius legũt, vt ſit medici nomen. Aliqui Terẽtiũ Varronẽ intelligunt. Suo iure) Nũc barbare dicim⁹, ſuo modo, pro volũtate, pro beneplacito ſuo. Dicit̃ iure tuo, iure meo, & pro tuo, pro meo iure Cic. de Finib. Satis ne videor pro meo iure veſtris auribus cõmẽdatus. Idẽ in Verrẽ, Meo iuro contẽdã. Idẽ pro Archia, Harũ rerũ fructũ a me repetere prope ſuo iure debet. In Philippicis, Quorũ nemo eſt, iure meo hoc dico, qui nõ mecũ habeat aliquã cõiũctionem gratię. De Metello) Nuper extincto. ἧκε) Vade cũ perditis. i. mortuis: ἧκε ſignificat vade, ab ἥκω q̃d eſt vado & venio. ἧε ibat, ἤισαν ibant. Ciuis) Qui vere ciuis appellari poſſet. Sũt hoſtes non ciues, nati ad patriã euiſcerãdã. nobiles mobiles, cothurni meri: mõ mei, modo tui: & vt Gręco verbo me abſoluã, Heterognathi. Quid quidẽ) Scribe quod, ſubintellige q̃reris. Tibi nũmi) Subintellige exciderunt. Meo periculo ſint) Ne q̃rare, mea iactura ſit. Videt̃ vel Metellus debitor fuiſſe Attici: qui auctore Nepote, nũq̃ nobilitati defuit, vel q̃d tale. Res omnino eſt nũmaria. Quid vereris) Eſto forti animo & cõſtãti. Quẽcũq; heredẽ) Fecit heredẽ neſcio quẽ Metellus iniquũ & immerentẽ. meliuſcule actũ eſſe ſcribit Cicero, dũmodo Clodiũ vxoris fratrẽ nõ cõſtituerit. Publiũ) Clodiũ. Vero) Per Iouẽ, iũge ſupioribus. Q̃q̃ fuit ipſe) Nõ improbus. Pręſidia) Aduerſus Clodii operas & imperiũ. In hoc) Propter hoc q̃d Metellus nobis decoxerit. Thecã nũmariã) Loculos, crumenã. Non) Scribe, ne. Retexeris) Clauſeris in hoc loco. Detego cõtrariũ eſt. Liberalitas nulla iniuria frigeſcere debet.. Milonẽ) Vt re & ære & ore ſit paratus. Fremitus) Cõtra Clodiũ. Illic autumabat Cic. Laterio) Villa corruerat enim. ὅδ᾽ ὀυκ) Non eſt fabula q̃ laterium corruit fortaſſis a Clodio quaſſatũ. Curabis) ægrotum.

Conturbare.

Suo iure.

In nobiles.

Heterognathi.

Retego.

Laterium.

ASCENſius Q̃q̃ fuit ipſe) ſubaudiri videt̃ improbus, nõ enĩ poſt nõ improbe poneret̃ q̃q̃ niſi improbus fuiſſet.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EPiſtola tua me ſolicitũ de Quinto noſtro, puero optimo, valde leuauit: venerat horis duabus ante Cherippus: mera mõſtra nũciarat. De Apollonio, quod ſcribis, qui illi Dii ſint irati, homini Gręco, qui cõturbare quidem putat ſibi licere, quod Equitibus Ro. nam Teruncius ſuo iure de Metello ἧκε σὺν φθιμένοισιν. ſed tamen multis annis ciuis nemo erat mortuus. Quod quidẽ tibi nummi: meo periculo ſint. Quid enĩ vereris quẽcũq; heredẽ fecit? niſi Publiũ fecit: vero fecit non improbe, q̃q̃ fuit ipſe. Quare in hoc thecã nummariã ne retexeris. in aliis eris cautior. mea mandata de domo curabis. pręſidia locabis. Milonẽ admonebis. Arpinatum fremitus eſt incredibilis. De Laterio quid quęris? Equidem dolui ὅδ᾽ ἐκ ἔσι μῦθος. quod ſupereſt, etiã puerum Ciceronẽ curabis, & amabis, vt facis. Vale.

Argumentum. LXXVII.

PIVS. MVlta) Ænigmata epiſtola eſt quoniã deſultorio ſtylo ſcripta, Satyrica feſtinatiõe varietateq; laſciuit. PATINA Cyrotari) Scribẽdũ, Patina Tyrotaricha vel Tyratarichi, de qua Cicero Epiſtolarũ Familiariũ li b. 9. Quã mihi Tyrotarichi patinã narras. Facilitate mea iſta ferebantur: nũc mutata res eſt. Tarichos apd

Tyrotarich⁹.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MVlta me in epiſtola tua delectarũt, ſed nihil magis q̃ patina Tyrotaricha, cœnam parari diſculo. Quod ſcribis μήπω μέγα ἄπῃς πρὶν τελέσοις ἀνύσας, ædificati tibi in agris nihil reperio. In oppido eſt quiddam, de quo eſt dubiũ, ſit ne venale, ac proximũ noſtris ædibus, Hoc ſcito, Antiũ Buthrotũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſſe Romæ, vt Corcyræ illud tuũ. nihil quietius eſt, nihil alſius, nihil amœnius. Poſtea vero q̃ Tyrannio mihi libros diſpoſuit, mens addita videtur meis ædibus. Qua quidẽ in re mirifica opera Dionyſii, & Menophili tui fuit. Nihil venuſtius, q̃ illa tua pęgmata. Poſtq̃ miſiſti libros, illuſtrarunt valde. Et ſcribas ad me velim de gladiatoribus, ſed ita, bene ſi rẽ gerũt: non quęro, male ſe geſſiſſe. Apenas vix diſceſſerat cũ epiſtola. Quid ais? putas ne fore, vt legem non ferat? Dic oro te clarius? vix enim mihi exaudiſſe videor. Verum ſtatim fac, vt ſciam, ſi modo eſt commodum. Ludis q̃dẽ, quoniã dies eſt additus, eo etiã melius hic eũ diem cũ Dionyſio cõteremus. De Trebonio prorſus tibi aſſentior. De Domitio οὐδὲν οὕτω ὁμοιοῦται νῦν εἴδωλον, q̃ eſt iſta περίστασις noſtra: vel quod dabis dein, vel quod pręter opinionem, vel quod viri boni nuſq̃

Græcos eſt ſalſamentũ, de quo Sudas, παρὰ τὸ εἰς γάστρον δὴ ἰχωρίζεσθαι, q inde ſanies inſtar gari fluat. Tenuiorũ fuit hoc eduliũ, auctore quoq; Ariſtophane in Comœdia cui titulus Equites, qui Tarichopoleum inſit vbi tenuia vẽdũtur. Seruorũ cibariũ fuiſſe Plato Comicus oſtẽdit. Apitiana verba ſunt hęc, Patellam Tyrotarichã ex quocũq; ſalſo volueris, coques ex oleo, exoſſabis, & cerebella cocta, pulpas etiã piſciũ, iecuſcula pullorũ, caſeũ mollem excaldatũ. hæc omnia calefacies in patella. Euſtathius de Tarihis meminit. Pollux lib. 7. de Horęotaricho, & tarichopolis pro ſalitorib[9] vel ſalariis, ſiue ſalgamariis, qui ſalſamẽta vẽdũt. De Philotarichis Zomotarichis, de elephantino taricho, & homotaricho Gręci meminere. Atticus innuebat ſe frugaliter ruri victitare ſol tũ, q̃d diſculi verbũ docet. Prouerbium apud Græcos non diſſimulãdũ, τάριχος ὁ πρὸς εὐθὺς ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. Tarich[9] aſſus mox vt ignẽ viderit.

Diſculus.

Paraui) Perplacet legere parari. Diſculo) Paruo diſco id eſt lance. Beroaldus emendat, Prãduſculum q̃d ſcribis. Diſcũ Lucius Madaurẽſis in Mileſiacis lancem intelligit ad carnes in menſam ferendas idoneũ, quod etiã ſentit Pollux. Quare a Hieronymo diſcophorus eſt dictus q Danieli prandiũ attulit. Diſcus in alia ſignificatione eſt rotũda pila ærea vel ſaxea, de qua Epigrammatiſta ſic,

Diſcus.

*Splendida cum volitent Spartani pondera diſci,* Eſte procul pueri, ſit ſemel ille nocens.

μὴ πω μέγα) Nondũ magnũ dicas anteq̃ perficias. Sophocles in Aiace Maſtygophoro, μηδὲν μέγ' εἴπῃς· οὐχ ὁρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ. Ne magna loquaris, non vides q̃d adſtat malum. Cui id Maronianum non abludit. Dixerat ille aliquid magnũ. In frequenti adagio eſt, μέγα φρονεῖν pro inſolenti. Dicitur ab Euripide in Bacchis, μέγα πνέειν, Spirat altũ. In eodem ſignificatũ, tragice loqui & tragice ſpirare, Gręce τραγικῶς λέγειν & ἐκτραγῳδίζειν. Ædificati) Compoſiti, ordinati. Ædificare ad alia pręterq̃ ad parietes vſurpatur ab eruditis. Ædificare nauem inſtruere, dicitur ædificare caput apud Satyrum. In oppido) Antij vel alibi. Proximũ noſtris) Vetuſti codices. Proximũ quidem noſtris. Antium Buthrotũ) Significat Cicero cũ non poſſit ipſe habere Corcyreos receſſus & Buthroticos, ſe habere Antiũ pro Buthrotio & Corcyręo ſeceſſu, eo paratiore q non ita multũ diſtat. Lepidus per T, ſimplex buthrotũ ſcribit. Romæ) Habitãtibus in vrbe Roma. Nam Antium facilius ſecedebat q̃ Buthrotum. Corcyræ) Pro Corcyra. Illud tuũ) Diuerſoriũ buthrotium. Salſius) Priſci codices habẽt alſius, hoc eſt frigidius. Mihi) In bibliotheca mea. Menſa addita) Scribit Beroaldus, mens addita. anima corpori addita videtur, & capiti prudentia, forma materiæ. Reformauit omnia Tyrannio, vitamq; ac rigorem dedit. Eruditiores legunt, menſa ſolis addita, q̃d ſi lubet Pomponium Mellam excute, cuius hæc verba ſunt. Eſt locus in Æthiopia paratis ſemper epulis refertus, & quia vt libet veſci accumbentibus licet, heliu trapezan appellat, & paſſim appoſita ſunt quia affirmant innaſci paſſim diuinitus. De hac Herodotus libro. 3. Hieronymus, Tyaneus ait, in Æthiopiam perrexit vt famoſiſſimam Solis menſam videret in Sabulo. Quod obiter dictum velim, Cillibæ ſunt menſæ rotundæ. Varroni quadratæ eſcariæ poſtea rotundæ factæ, caſtrenſes erant, poſtea cylibantum, a calice qui græce cylix. Dionyſij) Græci hominis ab Attico miſſi: de quo multa inferius. Menophili) Forte glutinatoris. Pægmata) Nidos librorum, conſtructiones alternas. Metaphora de pægmate architectorum, de quo Martialis & cæteri & nos alibi. Miſit) Dimiſit per nidulos. Rem gerunt) Si fortiter certant. Sic egiſſe) Lege, Se geſſiſſe, Si gladiatores male ſe gerunt, noli ſcribere. Apenas) Nomen amici, vt Aſprenas, Mœcenas. Legẽ) De prouinciis Conſularibus. Dies) Publicati erant ludi & dies. Dionyſio) Anagnoſte, οὐδὲν οὕτω ὁμοιοῦται νῦν εἴδωλον) Nullum adeo aſſimilatur nunc ſimulacrum. nihil videlicet vmbræ ſimilius eſt q̃ hic noſter ſtatus. vel Domitius non eſt homo, ſed ſimulacrum. Similis eſt Reipublicæ, quę vmbra eſt & præterea nihil. Vel quod dabis dein) Vel ſi Domitius & Reſpublica ſunt aliud q̃ ſimulacrum, quod deinde dabis vmbræ magis ſimile & ſimulacro q̃ ſint Domitius & Reſpublica? Vel quod præter opinionem) Idolum eſt Reſpublica, quoniam ſoluta, fluxa, ac euaneſcens eſt vt idolum, omniaq; ei præter opinionem eueniũt, vt ſimulacris aſſolet. Eſt enim præter opinionẽ vt in ſuperioribus tetigit. Reſp. mutata eſt. vel quoniam idola accedunt & recedũt pręter opinionem, & mox euaneſcũt in auras.

Magnum ne dicas anteq̃ perficias.

Ædificare.

Menſa ſolis.

Cillibæ.

Cylibantum.

Pęgmata.

Vnum diſſimile) Habet Domitius quod idolo non cõtingit. quoniã idola mutãtur. Iſte ſtat ſemper deterius heſitãs & ſtupens. ſtat Domitius in eodẽ ſtatu vel periſtaſi: quoniã priuatus ſemper remanet, nũq̃ magiſtratũ adipiſcitur. Merito) Quoniã nobis inuiderũt optimates. Caſu) Qui Domitio cõtigit. Illud) Quod cõtigit Domitio. Melius) Qꝫ reipublicę. Nã Domitius ſtat in ſua periſtaſi. Reſpublica mutatur in dies & in deterius abit. Hoc) Domitio. Si vero id eſt) Senſus, ſi Domitius præteritus a Cõſulibus pręcedẽtis anni, & vrgetur a ſequẽtib⁹ Cõſularib⁹, qui ei ꝓponẽdi ſperãtur, valeat Domitius.

Codicillorũ faſtis) Libellis qui vicẽ faſtorũ habeãt. Paginulas) Scripturarũ ſeriem. Exẽpli gratia, petũt decẽ Cõſulatum, Domitius eſt inter decẽ, nõ obtinet candidatus Domitius, ſcribiť in Faſtis, nõ obtinet. Sequẽti quoqꝫ anno ſcribiť, nec obtinet. Implet ille qdẽ ſecũdã paginulam, ſed fruſtra. Et hoc pacto Domitii ambit⁹ eſt paginas polluere, & nihil aliud. Futurorꝫ) Sequẽtiũ Cõſulũ. Factorũ) Pręteritorꝫ. Scribiť cũ futuris, ſcribiť cũ p̃cedẽtib⁹ & factis Domitius, & nihil obtinet. Reſp.) Domiti⁹ fruſtra nitiť ad Conſulatũ. Eſt tñ in ſpe aliqua. Sed reip. periſtaſis fieri nõ poteſt melior. Cõſul aliqñ Domitius fieri poteſt, & Cõſul aliqñ creabiť. Natta) Legẽdũ oli cõſului Nacha & me ſecut⁹ Aldus qꝫ ita nauci hominẽ vocãt quẽ Horat. immũdũ ait. lege Cõmentarios noſtros in Plautũ. Poemate) Quęris vt ſcribã de poemate qd ſentiã, vel qd ſim facturus de poemate noſtro Britãnię vel Cõſulatus. Effugere) Prodire, euolare nidulũ paternũ. Quid ſi ſinat) Patronus prodire & euolare. Quid ſi ſinat) Nondũ legit Beroaldus ſic. Quid ſi nõdũ?

Natta. Nacha.

vnũ diſſimile, qđ huic merito. Nã de ipſo caſu neſcio an illud melius. Quid enim hoc miſerius, q̃ eum, qui tot annos, quot habet, deſignatus Cos. fuerit, fieri Conſulem non poſſe? pręſertim, cum aut ſolus, aut certe non plus, q̃ cum altero petat? Si vero id eſt, quod neſcio an ſit, vt non minus longas iam in codicillorũ faſtis futurorũ Conſulũ paginulas habeat, q̃ factorũ. Quid illo miſerius? niſi Reſp. in qua nec ſperatur quidẽ melius quicq̃. De Nacha ex tuis primũ ſciui literis: oderam hominẽ. De poemate quod quęris, quid ſi cupiat effugere? quid ſi ſinat? De Fabio Luſco quod eram exorſus, homo peramans ſemper noſtri fuit, nec mihi vnq̃ odio: ſatis enim acutus, & permodeſtus, ac bonę frugi. Eum quia nõ videbam, abeſſe putabã. Audiui ex Gauio hoc Firmano, Romę eſſe hominem, & fuiſſe aſſiduũ. percuſſit animũ. Dices, Tãtula ne cauſa? Permulta ad me detulerat nõ dubia de Firmanis fratribus. quid ſit, qꝫ ſe a me remouit, ſi modo remouit, ignoro. De eo quod me mones, vt & me geram πολιτικῶς, & in eo γραμμῶ teneam, ita faciam: ſed opus eſt maiore prudentia, quã a te, vt ſoleo, petã. Tu velim vt Fabiũ, ſiquẽ habes aditũ, odorere, & iſtum conuiuã tuũ deguſtes: & ad me de iſtis rebus, & omnibus quotidie ſcribas. Vbi nihil erit, qđ ſcribas, id ipſum ſcribito. Cura, vt valeas.

Frugi.

Bonę frugi) Vtilis. Aliqui codices habent frugis. Bonæ tamen frugi vſurpat alibi Cic. cum Plau. & antiquis. Hominem) Fabiũ Luſcum. Remouit) Alienauit animũ ac amorem. πολιτικῶς) Ciuiliter. In eo) Politica moderatione. In ea re moderate me geram, vel ſequar illud. Aldus legit. Et in eo γραμμῶ teneam) Per grammen lineam intelligit, vt tenere lineam ſignificet moderate prudenterqꝫ ſe gerere. Nam linea vtebantur in harena, de qua Caſſiodorus in Epiſtolis, ne ferę exilirent, & populus per ordinem ac ſeriem ſine confuſione aſpiceret. Mar. Linea diues Ceſſat, & in populum multa rapina cadit. Apud Fabium, Ille popoſcit lineam. Ouid. de Arte amandi, Nos cogit linea iũgi. Hæc quoqꝫ lege loci commoda circus habet. Odorere) Scrutere de animo erga me ipſius. Deguſtes) Obſerues quo modo ſe gerat. Idipſum) Nihil eſſe quod ſcribas.

Gramme. Lineam tenere.

Argumentũ. LXXVIII.

PIVS.

VAria eſt epiſtola. Põpeium pene incõſtantię nomine, moroſitatis, & affectatę Tyrannidis criminať. De Luceio aliqd, de Ptolemæo in regnũ reſtituto, & huiuſmodi minutulis. IMPENDANT) Beroaldus legit impediãt. Diebus initiandis.) Secernendis

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

SAne velim ſcire num cẽſum impediãt Tribuni dieb⁹ initiãdis (hic enim eſt rumor) totaqꝫ de Cẽſura quid agant, quid cogitent. Nos hic cũ Põpeio ſumus: multa mecum de Rep. ſane ſibi diſplicens, vt loquebatur (ſic eſt enim in hoc homine

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſerenis diebus, aliis obnũciationibus inhibitis. Quid agatur) Velim ſcire. Fuimus) Priſca exẽplaria, ſumus habent. Vſquequaq;) Tyrãnidi imminet. De hoc) Pompeio. Dicemus) In epiſtolis noſtris verba faciemus. καὶ τ.) Et hoc Phocylidis. Supple verbũ vel ſentẽtia. Verba Pompeiana pro Phocylidis ſentẽtiis habebãtur. Beroaldus legit, φωκὶς εἶδος, non probo, qđ vniuerſa reclamãt exemplaria. Aliqui φωκίδος quoniã ſuperius Põpeiũ Phocidẽ vocauit Curianã, vt innuat qđ Pompeii ſententia habeatur pro authentica, vt ſententia Phocylidis, cuius tot ſententię pene quot verba. Componenda) Reponẽda in meis. Suauiſſime) Scribe ſuauiſſim9. Effuſus) In laudẽ meã copioſ9. Gloriã) Vt nos hiſtoriis ſuis inſerat. Bñ mane) Qui lepores floresq; Cicerõis Hymettios nũq̃ olfecit nõ bene, ſed pene legit, cũ bene pro valde legendũ ſit oĩno. Idẽ Cic. pro Lucio, Poſthumius obuiã cũ bene magna caterua venit. Et de Oratore, Habẽs ſermonẽ bene lõgũ. Caſſius Ciceroni, Claſſis bene magna. Pollio Ciceroni, Habet inermes bene multos. Hirtius, Bene magna cõparata manu prouinciã vaſtare cœpit. Idẽ, Bene multis vulnerib9 affecti, & ex cõualle bene ſunt digreſſi. Lucrinẽſibus) Oſtreis. Propter Rẽp.) Cura Reip. labẽtis nõ ſinit me guſtare voluptates. Sedecula) Sede parua. Ariſtotelis) Dicauerat eĩ Ariſtoteli bibliothecã Atticus viro omniũ ſũmo. Qui cũ) Põpeio videlicet. Noſtrã) Viderit deus ac tẽpora noſtra diſponat. Laconicũ) Balnei partẽ. Martialis, Ritus ſi placeãt tibi laconũ Cõtẽtus potes arido vapore Cruda virgine Martiaq; mergi. Columel. Quotidianã cruditatem laconicis excoquimus. Cui illud Iuuen alludit, Et crudũ pauonẽ in balnea portat. Vrgeas) Simules, inſtes, hodie ſolicitare dicũt. Philotimũ) Penultima longa pro architecto. Parilibus) Vndecimo Cal. Maij die Pali deę dicato, Hic primus cœpit mœnibus eſſe dies. Liuius libro decimo belli Macedonici, Vel procelloſum eo anno fuit, pridie Palilia medio ferme die, atrox cum vento tempeſtas.

Bene mane.

Sedecula.

Laconicum.

Parilia.

Palilia.

dicendũ) Syriã ſpernẽs, Hiſpaniã iactans, hic quoq; vt loquebatur, & opinor, vſquequaq;. De hoc cũ dicemus, ſit hoc, quaſi καὶ τὸ φωκυλίδου. Tibi etiam gratias agebat, ꝙ ſigna componẽda ſuſcepiſſes. In nos vero ſuauiſſime, hercule eſt effuſus. Venit etiam ad me in Cumanũ, ac ſe nihil minus velle mihi viſus eſt, q̃ Meſſalam Conſulatũ petere. de quo ipſo ſi quid ſcis, velim ſcire. Quod Luceio ſcribis te noſtrã gloriã cõmẽdaturũ, & ædificiũ noſtrũ qđ crebro inuiſis, gratum. Q. Frater ad me ſcripſit ſe, quoniã Ciceronẽ ſuauiſſimũ ſecũ haberet, ad te Non. Maiis vẽturum. Ego me de Cumano moui ante diẽ. V. Cal. Maii. eo die Neapolim apud Lętum veni ante diẽ. IIII. Cal. Maii. iens in Põpeianũ. Bene mane hęc ſcripſi. Puteolis magnus eſt rumor Ptolemęũ eſſe in regno. Siquid habes certius, velim ſcire. Ego hic paſcor bibliotheca Fauſti. fortaſſe tu putabas his rebus Puteolanis & Lucrinẽſibus. Ne iſta quidẽ deſunt: ſed mehercule a cæteris oblectationibus deſeror & voluptatib9 propter rẽp. Sic literis ſuſtẽtor, & recreor: maloq; in illa tua ſedecula, quã habes ſub imagine Ariſtotelis ſedere, q̃ in iſtorũ ſella Curuli: tecũq; & apud te ambulare, q̃ cũ eo, qui cũ video eſſe ambulandũ. Sed de illa ambulatione fors viderit: aut ſi quis eſt, qui curet Deus noſtram ambulationẽ, & laconicũ, eaq;, quę circa ſint, velim, cum poteris, inuiſas: & vrgeas Philotimũ, vt properet, vt poſſim tibi aliquid in eo genere reſpondere. Pompeius in Cumanũ Parilibus venit. Miſit ad me ſtatim, qui ſalutẽ nũciaret. Ad eũ poſtridie mane vadebam, cum hęc ſcripſi. Vale.

Argumentũ. LXXIX.

Literas ſe auide guſtare immo vorare ſcribit, verſariq; cũ Dionyſio homine mirifico, nihil eſſe dulcius q̃ oĩa ſcire. Cito tñ palinodiã cecinit de Dionyſio. PERGE Reliqua) Cœperat neſcio quid in epiſtolis enarrare Titus, hortatur Cic. mãcã fabulam ne relinquat.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DElectauerunt me epiſtolæ tuæ, quas accepi vno tempore duas, ante diem V. Calend. perge reliqua. geſtio ſcire iſta omnia. Etiam illud cuiuſmodi ſit, velim perſpicias, ſi potes a

Demetrius.

Vorare literas.

Dulce omnia ſcire.

Demetrio.) Liberto Pompeiano. Putarent.) Supputarent Republica mandante. Quæſiui.) A Pompeio quando Romam venturus eſſet. Gladiatoribus) Ludis gladiatoriis. Inducerentur) In arenam gladiatrores vocarentur. Si nunc) Priſci codices, aut ſi ſit nūc ſcies. Voramus literas) Sūma cum auiditate pręcipimus. Non abludit illud Catullianum, Quare ſi ſapies, viam vorabis. οὐδὲν) Nihil dulcius q̃ omnia ſcire. Interrogatus Maro reſpondit omniū rerū ſatietatem eſſe pręterq̃ diſcendi. Quid primus dies) De gladiatorii ludi varietate. Apuleia) Scribēdū Aphya ex antiquis codicibus. Minutus eſt piſciculus in tenuiorum cibatu: mollis, qui primo quoq; igne coquitur, vnde manauit adagiū. ἀφύα ἐις πῦρ) Aphya in ignem. De his quę celeriter conficiūtur aut abſumūtur. In ſartagine poſitū e veſtigio coquitur, quę res ſecūdo prouerbio locum dedit, ἀφυῶν τιμὴ ἔλαιον. Aphyarum honor oleum. Suidas eūdem piſciculum ob candorem ſpumæ ſimilem teſtatur ἀφρὸν appellari. Athenæus decoctionis huiuſmodi celeritatē ſignificans ait, ἴδε πῦρ ἀφύα Aphya vidit ignē, ſubintellige primo feruore cōcocta eſt.

Aphya.

Populi Aphya ſentina ac ſordes vocatur, quod Græci ſyrpheton. humilius nomē eſt plebis q̃ populi vt ex quadā Lepidi epiſtola patet apd̄ Ciceronē in Familiarib⁹. Nec metuo) Quoniam dixerat ſe amare cōſectariq; ſolitudinē, monet tamē Atticum, vt q̃ ſępiſſime ſcribat, ne indictū ſibi ſilentium putet. Quo) Tuo epiſtolico ſermone. Noſtrū) A nobis de Conſulatu cōpoſitū, vt illinc excerpat hiſtorię ſuę, pręſertim geſtorū M. Tullij materiā. Demetrij Magnetis) Librum ſubintellige. Diogenes.xx. Demetrios claros nominat. Demetrius Phalereus auditor Theophraſti, qui Caſſandro cariſſimus fuit, a cuius obitu Athenięſes, leuiſſimū hominū genus, trecentas ſtatuas, quas eidē erexerant diſiecerūt, cui⁹ laus eſt apud Ciceronē in libro qui inſcribitur Orator, ita tamē vt dulciorem ferat q̃ neruoſiorē, vt qui nō a puluere & ſole, ſed Theophraſti veniret vmbraculis. Cuius libellus adhuc extat inter tot barbarica naufragia de partibus elocutionis, q̃uis Merula ad alium trāſferat. Memoratur & Demetrius Adramitenus grāmaticus, Ariſtarchi diſcipulus. Floruit & Romę Demetrius Pōpeii libertus peracceptus, adeo vt quodā per errorē Antiocheni decepti occurrerint Catoni pro Demetrio. Quæ res ſtomachū Catoni mouit auctore Plutarcho. Fuit & Demetrius Theologus Chriſtianus, qui libros Aquinatis Thomę in Græcā linguā vertit, qui hodie viſuntur in Vaticana bibliotheca. De hoc Demetrio Magnete, de quo hic agit Cicero, nihil memini me legiſſe. Statim.) Reſcribe quid ſentias.

Demetrius Magnes.

Demetrius Phalereus.

Demetrius Adramiten⁹.

Demetrio. Dixit mihi Pompeius Craſſum a ſe in Albano expectari ante diem quartum Cal. Is cum veniſſet, Romam & illum & ſe ſtatim vēturos, vt rationes cum publicanis putarent. quæſiui, gladitoribus ne? reſpondit ante, q̃ inducerentur. Id cuiuſmodi ſit, aut nunc, ſi ſcias, aut cum is Romam venerit, ad me mittas velim. Nos hic voramus literas cum homine mirifico (ita me hercule ſentio) Dionyſio, qui te oēsq; vos ſalutat. οὐδὲ γὰρ γλυκύτερον ἢ πάντ' εἰδέναι. Quare vt homini curioſo, ita pſcribe ad me, quid primus dies, quid ſecūdus, quid Cenſores, quid Appius, quid illa populi Aphya, deniq; etiā quid a te fiat ad me velim ſcribas. Non enim (vt vere loquamur) tā rebus nouis, q̃ tuis literis delector. Ego mecū pręter Dionyſium duxi neminē: nec metuo tamen, ne mihi ſermo deſit abs te, quo magnopere delector. Tu Luceio noſtrū librū dabis. Demetrii Magnetis tibi mitto, ſtatim vt ſit qui a te mihi epiſtolam referat. Vale.

Argumentū. LXXX.

PIVS.

Reditum ſuū in vrbē qualis futur⁹ ſit Cicero deſcribit. PRESTO Eſſe) ſubintellige poſſe. Vix tēpeſtiue accurram ad Macronem deducēdū. Auctionē.) Venditionē. Auctio dicit̄ qd̄ auget ementē & vēdentē. Larini) Larinū ciuitas Lauiniorum, vt ait Stephanus, Gētile Larineus) Strabo in.v. Marſorū dicit Virgilius vndecimo Æneid.

Auctio.

Larinum.

At circum lectæ comites,
Larinaq; virgo.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SGnatius Romæ eſt: ſed ego cū eo de re Alimēti vehemēter ante egi. grauiter ſe acturū cū Aquilio confirmauit. Videbis ergo hominem, ſi voles. Macroni vix videor pręſto eſſe. Idibus enim auctionē Larini video, & biduū. Pręterea, id tu, quoniā Macronē tāti facis, ignoſcas mihi velim. Sed ſi me diligis, poſtridie Cal. cœna apud me cū Pilia. prorſus id facies. Cal. cogito in hortis Craſſipedis, quaſi in diuerſorio cœnare. Facio fraudem S.C. Inde

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tullaq́, & æratam quatiẽs Tarpeia ſecurim Italides. M.T.in Oratione pro Cluẽtio,Non Larini punctũ temporis commoratus. Senatuſconſulto) Quo vocor in vrbem. Miloni) Vxorem ducẽti. Vide inferius. Promouebo) Alii legunt peruidebo.

Argumentum.LXXXI.

COgitur in Tuſculanũ venire Cicero propter Milonis nuptias. Gaudet in Senatu nõ fuiſſe.Poſtremo rogat Atticũ vt aduenienti mittat obuiã quãdã ſtatus publici formulam,ne accedentis aures peregrinẽtur. ERGO Et ſi rata fuiſſe) exercet fœcundior hic locus varia excogitantia ingenia, prout ſors tulit. Beroald⁹ ita opinatur,Ergo & ſi rata non fuiſſe. Alij,Vt ſi fides rata abfuiſſe me.Nõnulli,Ego vtut ſit me abſuiſſe. Vtut poſitũ eſt pro quomodocũq́ ſit.Nos vt ſingulis ſua videt̃ opinio potior,ſcribim⁹,Ego & ſi obſerat me abfuiſſe, gaudeo nõ fuiſſe in Senatu,& ſi abſentia mea Reip.oberat. Defendiſſem)Pompeianã cauſam,vel Craſſanã,quę nõ iuuat. Defuiſſem) Patrociniũ ſubtraxiſſem optimatibus qđ non oportet. Reſiſtas) Pugnes. ὄχλον) Turbã,moleſtiam. Codices antiquiſſimi emẽdati cura ac manu Andronici Grecorũ ſũmi,habẽt σκυλμόν, quę vox tumultũ & vexationẽ ſignificat. ὀξύπεινος) Sititor.metaphoricos hoc eſt nouorũ auidiuſculus. Minore)Q̃ debuit propter Tribunorũ execrationẽ,q Parthis Tribunis inuitis,bellũ inferre vellet. Item)T.iterũ.Reperio in nõnullis exẽplarib⁹ Titoriũ. De oratoriis)Correxi libros de Oratore.Cic.6. Epiſt.Famil.Oratorem meũ tantopere a te probari vehemẽter gaudeo,mihi quidẽ ſic perſuadeo me quicqd habuerim iudicii in dicẽdo,in illũ librũ cõtuliſſe,q ſi talis eſt qualẽ tibi videri ſcribis,ego quoq́ aliquid ſum: ſin aliter nõ recuſo,quin quãtũ de illo libro,tantũdẽ de mei iudicii fama detrahatur. Diminutũ quę) Emẽda,Diu multũq́. Deſcribas) Peculiaris Ciceronis elocutio,nũc tranſſcribas dicũt. τὴν ὑπόθεσιν) Præſentẽ ſtatũ ſub figura da, hoc eſt exprime quomodo ſe Reſp.habeat. Ariſtoteles duas ſpecies facit rẽ docendi. τύπῳ καὶ ἀκριβῶς) Typo docere eſt rem tenuiter exprimere ſine definitione perfecta,qđ figuraliter vertũt ſemibarbari. ἀκριβῶς accurate ſignificat. Iſtuc) Romam.Ruſticabatur Cicero. Hoſpes) Peregrinus,ignarus vrbis.

PIVS. Vtut. Ochlos. Scylmos. Oxypinos. Deſcribere. Typo docere et acribos.

domum cœnatus,vt ſim mane pręſto Miloni. Ibi te igitur videbo, & peruidebo. Domus, te tota noſtra ſalutat. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NOS in Tuſculanũ veniſſe ad. XVII. Cal.Decẽb.video te ſcire. Ibi Dionyſius nobis pręſto fuit,Romæ ad. viii. Cal.volumus eſſe, qd dico volumus? immo vero cogimur.Milonis nuptiæ. nõnulla comitiorũ opinio eſt. Ego rata etſi abſuiſſe me in altercationibus, quas in Senatu factas audio, fero nõ moleſte.Nã aut defendiſſem,qđ nõ placeret: aut defuiſſem,cui nõ oporteret.Sed mehercule velim reſiſtas,& pręſentẽ ſtatũ Reip.æquo animo Coss.ferãt.hũc ὄχλον reſcribas ad me quãtũ potes, & vales. ſum ὀξύπεινος. Et ſi quęris, omnia mihi ſunt ſuſpecta. Craſſum quidẽ noſtrũ minore dignitate aiunt profectũ paludatũ, q̃ olim æqualem eius L.Paulum. Item Titurium Cos.O hominẽ nequã. De libris oratoriis factũ eſt a me diligẽter: diu multũq́ in manibus fuerũt,deſcribas licet. Illud etiã te rogo, τὴν ὑπόθεσιν κατάστασιν τύπῳ δός,ne iſtuc hoſpes veniam. Vale.

ASCENSIVS.Ergo et ſi rata. Legam,Ego et ſi rata eſt ea videlicet opinio &c. ASCEN.

Argumentum.LXXXII. cum interpretatione.

ATticũ rogat familiares admoneat, vti ei⁹ libri pateãt,qbus indiget ad nõnulla conſcribẽda,q̃ Tito probabit,q̃uis aliq Neſtoriũ ſcribere malint, placet tamen Romanos ſequi codices.cũq́ lib.Familiariũ Epiſtolarũ.6. Veſtoriũ familiarẽ ſuũ vocet. Ego Veſtoriũ malim. Pateant)Expoſiti ſint. Nõ ſecus ac)nõ aliter q̃.Cũ) Partim.Cęteri libri. Varronis)Libri. Libris)Varronis. PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VEſtorius noſter me ꝑ literas facit certiorẽ,te Roma ad. VIII. Id.Maii putari profectũ eſſe tardius, q̃ dixerat, quod minus valuiſſes. Si iam melius vales,vehemẽter gaudeo. Velim domũ ad tuos ſcribas,vt mihi tui libri pateãt, nõ ſecus, ac ipſe ſi adeſſes:cũ cęteri,tũ Varronis. eſt enim mihi vtendum quibuſdam rebus ex iis libris ad eos, quos

In manibus habeo) In p̃ſentia cõſcribo. ſub incude ſunt. Probabo) Dabo operã vti nõ improbes. Si quid de comitiis) Scribe ſi quid forte de comitiis. Feſtine odorari) Naſcẽtes curas, actionesq́ꝫ p̃guſtare.

Argumentum. LXXXIII.

PIVS.

Rogat amicum vt ſe cito cũ Dionyſio Romam cõferat, vt ab eo erudiatur, vna cũ Cicerone filio. De Conſulibus futuris nonnulla. De Antiphonte mimo, cui actio fuit ingrata. De arbuſcula. Candidati pecunias apud Catonẽ poſuerũt, vt eius arbitrio perirent. hoc eſt dãnaretur. GRATVM) Quod virum bonũ libertate donaſti. Prænomine) Tuo Tito. vocauit eũ Titum Cęcilium. Serui vnũ nomẽ habebant, liberti & fœminæ, duo, liberi tria. Seruiuit olim Eutychides Cęcilio. poſt eius obitũ a Tito Põponio libertate donat⁹ eſt, & particeps nominis amborũ ac hæres fuit. Nouo nomine) Adepto p te ex Legato, teſtamentoq́ꝫ Cęcilii auunculi. Vinctus) Connexa ex duobus nũcupatione. Cognoſcet) Si eũ pro mutua neceſſitudine optime tractaueris, qđ feceris beneuolẽtiæ tuę debebo, me amicum tuũ oſtendes. Suã) Emẽdati codices habẽt, & copulatiuã. συμπάθειαν) Cõpaſſionẽ barbari dicũt. alii, cõdolẽtiã. parẽ affectũ latinius intepretaberis. Tuũ puto ſuſcipiendũ) Alij legũt. Iter Aſiaticũ puto tibi ſuſcipiendũ. Credo te ſuſcepturũ iter in Aſiã. Tuis & hominib⁹) Copulatiua iſta nõ eſt in antiquis codicibus. Dutius) Priſca exẽplaria Diuinus habent. Eſt Ironia. Pituaniis) Poſſum⁹ legere, Pyctaneis .i. Etruſcis, a Pyctano, de quo ſic Plinius libr. 14. capite. L. Gignitur in ſinu Hadriatici maris non procul a Timaui fonte, ſaxeo colle, maritimo afflatu, nec aliud aptius medicamentis. hoc eſſe crediderim qđ Gręci celebrantes miris laudibus Pyctanũ appellauerũt, ex Hadriatico ſinu. Pitaneis legit Aldus pro Æolicis a ciuitate Pitane, quã in Aſia collocat Strabo libro. 13. Scribit tamẽ Stephanus Pitanam eſſe ciuitatẽ Æolidis. Prytaneis legit Beroaldus a Prytane Attico magiſtratu. Alii Pituaniis exponũt Aſiaticis, a Pityeia inter Parũ & Priapũ. Nõ deſunt qui Pithoniis pro ſuaſoriis interpretãtur. Liberũ ſit iudiciũ in re adeo cõtrouerſa. Si vis homo eſſe) Si qd habes humanitatis, virtutis & fidei. peculiare hominis eſt fides. ſi qd habes animi, ſi qd in arte vales, inqt Epigrãmatarius. Ad qđ tẽpus) Ad id tẽpus quod. Cõfirmaſti) Adiuraſti, te venturũ affirmaſti. Cũ illis) Clodio & Græcis. ἡμερολόγιον) Sermonẽ ſingulorũ dierũ, vel quẽ vix vno die perlegas. Omnia) Sũt. nihil omiſſum eſt. Forte) Scribẽdũ fere. De quo) De fide cuius. Suffenas) de Suffeno ſimplici & inepto homine extãt Catulli ſales.

Nomina quot Romanis.

Eutychides.

Sympathia.

Pituaniæ literæ.

Pitane.

Hemerologion.

Suffanus.

in manibus habeo, quos (vt ſpero) tibi valde probabo. Velim ſi quid forte noui habes, maxime a Q. Fratre, deinde a C. Cæſare, & ſiquid de comitiis, de republica forte (ſoles enĩ tu hæc feſtine odorari) cõſcribas ad me: ſi nihil habebis, tamẽ ſcribas aliquid. nũq̃ enim mihi tua epiſtola aut intempeſtiua, aut loquax viſa eſt. Maxime autẽ rogo, rebus tuis, totoq́ꝫ itinere ex ſententia confecto, nos q̃ primũ reuiſas. Dionyſiũ iube ſaluere. Cura, vt valeas.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

DE Eutychide gratum, qui vetere prę nomine nouo nomine T. erit Cęcili⁹, vt eſt ex me & ex te vinctus Dionyſius, M. Põponius. Valde mehercule mihi gratum, ſi Eutychides tuã erga me beneuolentiam cognoſcet, & ſuam illam in meo dolore συμπάθειαν, neq́ꝫ tum mihi obſcuram, neq́ꝫ poſt ingratam fuiſſe. Iter Aſiaticum tibi puto ſuſcipiendũ fuiſſe. Nunq̃ enim tu ſine iuſtiſſima cauſa tam longe a tot tuis hominibus, & rebus chariſſimis & ſuauiſſimis abeſſe voluiſſes. ſed humanitatem tuã, amoréq́ꝫ in tuos, reditus celeritas declarabit. Sed vereor ne lepôre ſuo detineat diuinus Pr. Clodius, & homo pereruditus, vt aiũt, & nũc quidẽ deditus Gręcis literis, ac pitaneis. Sed ſi vis homo eſſe, recipe te ad nos ad quod tempus confirmaſti. cũ illis, tum cũ ſalui venerint, Romę viuere licebit. Auere te ſcribis accipere aliquid a me literarũ. Dedi ac multis quidẽ de rebus ἡμερολόγιον, perſcripta omnia ſed vt coniicio (quoniã nõ mihi videris in Epeiro diu fuiſſe) redditas tibi nõ arbitror. Genus autẽ mearũ ad te literarũ eiuſmodi fere eſt, vt non libeat cuiq̃ dare, niſi de quo exploratum ſit tibi eũ redditurũ. Nũc Romanas accipe res. Ad. III. Non. Quintil. Suffenas & Cato abſoluti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Procilius) De hoc ſuperius affatim. Areopagitas) Ironice Pompeium Craſſum & Cæſarem taxat, a quorum ore iudicia, curiæ, populuſq; pendebant, vnde in Republica tricipitium initum ferunt. Interregnum) Iuſtitium, tanq̄ reſpublica obierit, & ad Tyrannos reſpublica dilabatur. Flocci) Nihili facere, pro nihilo ducere. Floccos hodie apices vellerum vocāt, quā vulgus cimam. Floccos legere Celſo eſt indicium mortis cum id facit ægrotus. Floccato arborem cum Plinius ait, ſignificat veſtiendam eſſe ne ſyriaſi carbunculetur, caniculari videlicet ardore aduratur, vel nimio frigore mordeatur. Defloccare

Procilius. Areopagitæ. Floccus. Floccos legere. Floccare. Defloccare.

Procilius condemnatus. Ex quo intellectum eſt tres ἀρεοπαγίτας ambitum, comitia, interregnū, maieſtatē, totam deniq; Rempublicā flocci non facere. Debemus patremfamilias domi ſuę occidere nolle, neq; tamen id ipſum abunde. Nam abſoluerunt. XXII. cōdemnauerūt. XXVIII. Publius ſane diſerto epilogo criminatus, mentes iudicum cōmouerat. Otalus in ea cauſa fuit cuiuſmodi ſolet. nos verbum nullum. Veritas eſt enim puſilla, quæ nunc laborat, ne animū Publio offenderet. His rebus actis Heretini me ad ſua tēpe duxerūt, vt agerē cauſam cōtra Interamnates apud Cos. & decē Legatos, quod lacus Velinus a M. Curio emiſſus, qui interciſo mōte in Nar defluit, ex quo eſt illa ſiccata, ſed humida quandoq; modice defluit in Cumanū. quin etiam me ad Septemaquas duxerūt. Redii Romā Fōtei cauſa, ad. VII. Id. Quintil. veni. Spectaculum primum magno & æquabili plauſu. Sed hoc ne curaris, ego ineptus, q̄ ſcripſerim.

hodie cimare dicunt. Cato) Qui ſępiſſime cauſam dixit auctore Plinio, & ſemper abſolutus eſt. Patrēfamilias) Credo hoc ad Pompeiū vel Catonem debere referri, nā Pomponius Republica, vt pater re familiari pro nutu vtebatur. Immo ad Procilīū patremfamilias multæ prolis & egentiſſimę. Abunde) Non vniuerſaliter damnauerunt. Criminans) Procilīū. Per Publium forte Pompeium intelligit. Otalus.) Nomen eſt aduocati. Quidā codices habent Hortenſius. Verbum nullum) Subintellige fecimus cōtra gratiam. Veritas puſilla) Pauci ſunt veridici & ii male audiunt, tanq̄ manci & murci. Ne animum Publio offenderet) Lege, Ne animus Publii offenderetur. Erat minime ad ſua tempora) Boni ac veteres codices habent. Aſſurrexerunt in me, hoc eſt aſſurgētes mihi proximi Senatores rogitarūt vt cauſam Narnenſiū ſuſciperē. Reperio in antiquis exēplaribus, Heretini me ad ſua tempe duxerūt vt agerē cauſam cōtra Interamnatas. hoc ſenſu. Abii & amoui me ſtatim ab vrbe in Heretū, mox eorū rogatu in vicinos Vmbros ob cauſam Velini lacus. Heretū, vt Strabo docet in calce quinti, eſt in Sabinis poſt Cures, de quo Perſi⁹, Fregerit heminas, Hereti Ædilis iniquas. Dictū eſt Heretū q̄ illic colebatur ἥρα, hoc eſt Iuno. montē rotūdū hodie dicūt. Tempe amœniſſima loca vocātur irrigantibus fluminibus floridas cōualles, quales fecit Pęneus in Theſſalia. Dictio gręca eſt, nō a tēperie dicta, vt Serui⁹. Quadrat dictio iſta Heretini, quoniā Heretū & lacus Velinus loca propinqua ſunt. Interamnates) Ciues Interamnę. In lapide veteri poſito in foro Interamnę ſcriptū eſt. Interānates cognomine Nartes. De Interāna dictū eſt affatim ſupius a nobis. Lacus Velinus) Velinū puto eē lacū fontib⁹ ſcatētib⁹ factū, quē Pedē Luci vocāt in Vmbria: de quo Maro epico verſu ſic aſſurgit,

Heretum. Tempe. Interamna. Velin⁹ lacus.

Audiit & Triuiæ longe lacus, audiit amnis
Sulphurea Nar albus aqua, fonteſq; Velini.

Grammaticus Honoratus Velinos fontes vltra Interamnā eſſe ſcribit. Reate Sabinorū ciuitaū in Meditullio Italię a Plinio collocatur. Prope Reate lacus Velinus q̄ ab oppido nūc Pedeluco nomē accepit. Virgil. Et roſea rura Velini. Decē Legatos) Miſſos ab accolis & vicinis populis. Emiſſus) Apertus & exoneratus. Nar) Fluuius adiacens Narniæ, vnde nomen eſt adepta, nunc flumen, Nigra vocatur. Illa) Aqua Velini. Quandoq;) Alii codices habent, tamen. Ad ſeptem aquas) Ad ſeptem fortaſſe fontes. nomen eſt loci. Duxit) Vetuſta exemplaria, duxerunt, habent. Rhodij) Scribe, Redij. Venerunt) Heretini vel Interamnates, immo vtriq;. Spectaculum) Fui ſpectaculū vrbi plauſibile. Æquabili) Vniuerſo, promiſcuo. Ne curaris) Quoniā ſubinane eſt ac minime philoſophicū. Deinde Antiphon operā miſerat. Sequor Beroaldum verę lectionis indagatorem, Dedi Antiphonti operam. Sed erat ante manumiſſus q̄ productus. Antiphon in hoc loco nomen eſt hiſtrionis. Fuit alter Antiphon rhetor & orator Rhamnuſius Athenis, Dux quoq;, & qui auctore Quintiliano præcepta dicendi tradidit teſte eodem, quo neminem melius orauiſſe capitis cauſam cum ſe ipſe defenderet, locuples eſt auctor Thucydides. De hoc item Philoſtratus in Sophiſtis ſic ſcribit, Antiphontem Rhamnuſium dubium laudare debeam an vituperare. Q; ſæpe duxit exercitum, q̄ ſæpe vicit, q̄. LX. triremibus plenis nauale Athenienſium auxerit, inter eius egregia facta poſuerim. Contra vero q̄ diſſoluerit rempublicam Athenienſium, in eāq; Tyrannos induxerit, ac cum Lacedæmoniis clam quidem ab initio, deinde manifeſto conſenſerit, vir quodāmodo improbus dici poterit. Rhetoricā dicūt hunc primū inueniſſe.

Reate. Nar. Septē aquæ. Antiphon hiſtrio. Antiphon Rhamnuſius.

Quidam vero inuentam excoluiſſe atq; auxiſſe, dulci alioquin pronūciatione Neſtor appellabatur. Extinctus eſt in Sicilia opera vt putatur Dionyſii Tyrāni, q́ interrogante olim illo vbi optimū æs gigneretur, Antiphon Athenis reſpondit, ex quo Ariſtogitonis & Harmodii ſtatuę conſtāt. Ex hoc Siculos ad libertatem excitare viſus. Deinde q́ eius Tragœdias, quas magis q̄ regni potētiam iactabat, ſolitus eſſet vituperare. Hęc Philoſtratus. Stephanus autem grammaticus ait, q́ patria Atheniēſis fuit, tribu Rhamnuſius, verſificator & ſophiſta, vocaturq; Logomagiros, quaſi orationis cocus & ὀνειροκρίτης, id eſt ſomniorū interpres, etiā Neſtor, ob orationis dulcedinem. Concinit Seneca libro Declamarionū. II. Otonius pater edidit quatuor libros colorum, quos Gallio noſter Antiphōtis libros vocat. De Antiphonte nulli Atheniēſiū virtute ſecūdo, meminit Thucydides libro. 8. Productus) In ſcęnam ductus. Ne diutius pendeas) Vt cito te expediā. Tam verū) Veſcū quidam legunt, hoc eſt exile, anguſtum, extenuatū. Alii vietum, id eſt languidū. Ego nihil immuto, per verū intelligens ſimile voce Antiphonti, quę dictio contra vocē ſignificat. merito dicitur Antiphon qui voce caret.

Veſcum.

Vietum.

Deinde Antiphonti operā, ſed erat ante manumiſſus, q̄ productus: ne diutius pendeas, palmam tulit. Sed nihil tam puſillum, nihil tam ſine voce, nihil tā verū. hæc tu tecum habeto. In Andromacha tamen maior fuit q̄ Aſtyanacte, in cæteris parem habuit neminé. Quęris nunc de Arbuſcula, valde placuit. Ludi magnifici & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere me in campum, σῆμα τοι ἐρέω, ardet ambitus, fœnus ex triente Id. Quintil. factum erat beſſibus. Dices, iſtum quidem non moleſte fero. O virum, O ciuem Memmiū. Cæſaris omnes opes confirmant. Cum eo Domitium Cos. iunxerunt, qua pactione, epiſtolæ committere non audeo. Pompeius fremit, queritur, Scauro ſtudet: ſed vtrum fronte, an mente dubitatur. ἐξοχὴ in nullo eſt, pecunia omniū dignitatem exæquat. Meſſala languet, non q́ nummus deſit, aut amicis careat, ſed coitio Cos. & Pompeius obſunt. Ex comitiatis puro fore, vt ducātur Tribunitii. Candidati iurarunt ſe arbitrio Catonis petituros.

Arbuſcula.

Citheris.

Tecum habeto) Nemini dicas. Nam in cæteris) In ſinceris exemplaribus eſt dictio Nam. Arbuſcula) Nomen mimulę, quæ poſtea placuit Antonio & Citheridē vocauit. Sequere.) Metaphora, loquamur nūc de cāpo Martio. Tanq̄ hominem manu ducat. Ardet) In antiquiſſimo codice ante hoc verbū, tria hæc vocabula græca reperio, σῆμα δέ τοι ἐρέω, Signa tibi dicam, quaſi dixerit, per ſigna cognoſces reliqua. Ardet campus ambitu præ frequentia candidatorum colligentium pecunias vt ambiant. Triente.) Vnciis quatuor. Beſſibus) Vnciis octo. duplicatū fœnus erat propter candidatos, qui venales habebant magiſtratus. Beſſalem appellamus vnciarum octo. Martialis, Beſſalem ad ſcutulam ſexto peruenimus anno. Iſtum) Ambitum vt Tyrannos pecunia vincamus, & noſtri corporis Conſulem quoquo modo conſtituamus, quem ambitum Cato pro conditione temporum dixit eſſe e republica. Omnes) Vniuerſus fauor inclinat ad Cæſarem. Opes) Vires, adiumēta, potentiam, ſic poſitum obſeruo apud Ciceronem & Comicos. Studet) Fauet. Fronte) Sereno & animo nubilo. Iuxta illud antiquū, Odi amicos hilaro fronte, triſti corde. ἐξοχὴ) Excellētia & nobilitas, ſanguinis nunc pro re vili habetur. pecunia cuncta adæquat & conficit. In nullo eſt) Nemo eſt qui mereatur honorem, & omnes paſſim ambiunt. Pecunia) Iungitur inferioribus. Pecunia æquat omneis. Tā boni q̄ mali modo ſunt pecunioſi, honorem conſequuntur, vnde vrbium ruinæ naſcuntur, ac virtutis deſolatio auctore Saluſtio ad Cæſarem, Si vis virtutem creſcere, auro honorem diminue. Quo minus) Scribe, Non quod nummus. alii legunt animus. Sed coitio) Coniunctio Domitii cum Cæſare. Cos.) Conſulis Domitij. Pompeius) Scauro ſtudens. Abſunt) Scribendum obſunt, hoc eſt nocent. Comitiatis) Tribunis qui Romæ creabantur in comitiis. Creabantur alij Tribuui militum in caſtris, qui vocabantur Rufuli. Nonnulli hoc in loco Comitiatos intelligunt omnes candidatos, qui in comitium deſcenderunt, quoniam ſubdit vt ducantur Tribunitii. Merula contra Beroaldum ſcitu digna prodit, quod opuſculum cū non extet, his noſtris racemationibus intexere operępreciū duxi. Qui negocioſum in re cognitu non indigna ſe oſtentat Beroaldus, eos videlicet atteſtās qui de re militari pręcepta tradunt. Sed garrit profecto de Tribunatu militum, quorū duo genera (quādo alii Rufuli, alij vero comitiati dicātur) vtrorūq; quid officii foret, iactat. Illud voluiſſem explicaſſet, quod ad rem pertinebat maxime, an militares Tribuni auxiliis iura redderent. Differre diximus quodam in loco auxilia a legionibus. q́ hæ Romanę forent: illa a ſociis venirent. ſuos magiſtratus, legiones & auxiliarii habebāt. Non par certe videtur, qui diuerſa nomina in caſtris ſortiebantur, ſub eodē magiſtratu atq; imperio viuere. Ac parū expedite Vegetius cū haud parū de bellico negocio tradat, de hoc diſſeruiſſe videt. Dicet aliquis, nūquid alios auctores Merula habet? Qui ni? an tantū deferret recenti ſcriptori, vt Græcas etiam paginas conſectatus non fuerit?

Beſſes.

Beſſalis.

Pecuniæ malum.

Coitio.

Comitiati.

Tribuni.

Tribuni mili. Rufuli.

An tribus mil. auxiliis iura reddāt.

Ego a Grecis ſcriptoribus mores & inſtituta Reip. dum requiro a Polybio didici. Quos Romani in legionibus ad exigendã militũ operam, ſegnitiem caſtigandã, corrigenda delicta, & ea curanda quę ad munitiones caſtrorũ arma, & id genus cætera pertinebant, Rufulos appellitauiſſe. Qui vero auxiliaribus copiis pręerant, eos pręfectos ſociũ dictos. Ita inter auxiliares quid iuris & poteſtatis haberent pręfecti hac appellatione demõſtratur. Nam vt qui a po. Ro. legionibus pręerant, Tribuni: ita præfecti ſociũ in militia, auxiliarij pręfecti dicebantur. Hinc legimus apud Liuiũ in memorabili atq; acri pugna cecidiſſe aut captos fuiſſe, militum Tribunos. Pręfectos autẽ ſociũ tres aut quatuor. Et de his ſatis.

Rufuli. Pręfecti ſocium.

Apud eum HS quingena depoſuerunt, vt qui a Catone damnatus eſſet, id perderet, & competitoribus tribueretur. Hæc ego pridie ſcribebam, quàm comitia fore putabantur. Sed ad te. V. Calend. Sextil. ſi facta erunt, & tabellarius non erit profectus, tota comitia perſcribam. Quæ ſi (vt putantur) gratuita fuerint, plus vnus Cato poterit, quàm omnes quidem iudices. Meſſius defendebatur a nobis, ſed de legatione reuocatus: Nam eum Cæſari legarat Appius. Seruilius edixit, vt adeſſet: tribus habet Pontinam, Veliam, Mætiã: pugnatur acriter, agitur tamen ſatis. Inde me expedio ad Druſum, inde ad Scaurum: parãtur orationibus iudices glorioſi. Fortaſſe accedent etiam Coſs. Deſs. in quibus ſi Scaurus non fuerit, in hoc iudicio valde laborabit. Ex Q. Fratris literis ſuſpicor iam eum eſſe in Britannia. ſuſpenſo animo expecto quid agat. Illud quidem ſumus adepti, quod multis & magnis indiciis poſſumus iudicare, nos Cæſari & clariſſimos & iucundiſſimos eſſe. Dionyſium velim ſaluere iubeas, & eum roges, vt te hortatore q̃ primum veniat, vt poſſit Ciceronem meum, atq; etiã meipſum erudire. Vale.

Quingena) Plinij Secundi verba ſunt hæc libro primo Nat. hiſt. Cum apud Catonẽ illũ ambitus hoſtẽ flagrãtib9 comitijs pecunias deponerẽt candidati, hoc ſe facere ꝓ innocẽtia, quod in rebus humanis ſummũ eſſet profitebanť. Inde illa nobilis M. Ciceronis ſuſpiratio, O te fœlicem M. Porci, a quo rem improbã petere nemo audet. Plutarchus in Catone memorat cãdidatos depoſuiſſe. xii. & ſemis milia drachmarum. Sed Catonẽ pecuniã recipere noluiſſe, fideiuſſores recepiſſe.

Candidati apud Catonẽ deponunt.

Profectus) Roma. Gratuita) Sine ãbitu. Omnes quidem) Alij ſcribunt. Omnes q ſunt. Eunti) Diſcedẽti. Alij codices habẽt eũ, hoc eſt Meſſiũ. Legerat) Scribe legarat, hoc eſt miſerat. Villã) Veliã ſcribendũ. Regio Velina Palatino monti cõiũcta eſt. Męțiã) A Męția porta nomẽ habentẽ. Quod obiter dictũ velim, Romã, auctore Plinio libro. 3. tris portas habentem Romulus reliquit. Tẽpore Plinii portę erant triginta quatuor. Circuitus paſſuum per directum. XXX. M. D. LXII. Alii Mæniam ſcribunt propter hæc Aſconii verba, Vel fures & ſeruos nequã, qui apud Triumuiros capitales apud colũnam Męniã puniri ſolent. Cur colũna Męnia dicta ſit Pedianus recẽſet. De Męția porta diximus apud Plautum & columna Mænia. Deinde) Legatur inde, poſt Meſſianũ negociũ. Mira celeritas Ciceronis. Hęc verba pernicitatis plena incredibilẽ animi ſignificãt agilitatẽ. Scaurũ) Defendendũ: vnde Scauriana manauit oratio, in qua Scaurũ filiũ reum repetũdarũ accuſauit, qui in amplificatam domum intulit ignominiã & dedecus. Lege Ciceronem libro Officiorũ primo. Orationibus) Noſtris apologeticis. Accidẽt) Melius accedẽt. Te horteť) Priſca exẽplaria habẽt, te hortatore.

Velina regio.

Portę Ro. tres.

Mætia.

Mænia columna.

Argumentũ. LXXXIIII.

AD epiſtolã reſcribit grauẽ ac plenã rerũ: Varronis mẽoriã ſibi curę futurã polliceť i dialogis de rep. q̃uis defũctos tm̃ noiet. Seqť morẽ Platonicũ. Catonẽ abſolutũ eſſe nũciat, libẽtibus etiã accuſatorib9. Queriť nullã ſpẽ eſſe libertatis. Se nõ tã dolore affici amiſſę Reip. q̃ adiaphoria vt ipſe ait. Gabiniũ abſolutũ dolet Catone refragãte. Rẽ Britãnicã cõfectã eſſe. VEL) Prȩcipue. Auget hæc dictio. Librarij) Amanuenſis. Qđ

PIVS.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

OCcupationum mearum vel hoc ſignum erit, quòd epiſtola librarii manu eſt. De epiſtolarum frequentia te nihil accuſo, ſed plerique tantummodo mihi nunciabant vbi eſſes, quod erat ab re, vel etiam ſignificabant recte eſſe: quo in genere maxime delectarunt duæ fere eodem tempore abs te Bruto datæ. Scire enim volebam te commode



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ērat abs te) Quod tu ſcripſeras atquē ſignificauēras. Ratione) Quid ſi ſcribis Romæ? De Repub. Quos grauiſſimos de Repub. libros imitatione Platonis Cicero compoſuit fœliciſſime. Sed nos miſelli vt omnia bona, & in primis libertatem, ſic hos libros amiſimus. Vnius proœmium interpretatur Macrobius in ſomnium Scipionis. Et P.) Lege Phili ex Liuio, & cæteris. Nobilis Romani nomen

Exoterici lib. Pæti Manilij) Vetus codex, Pęti & Manilij: ij omnes includebantur libris de Repub. Extericos) Scribendum exotericos. Exoterici Ariſtotelis libri pertinent ad Rhetoricam aut ciuilem. Doctrina Ariſto-

Acroamatici telis erat duplex. Acroamatice, Acroama pertinet ad res naturales, quæ auſcultatiõe & auditione indigent. Ergo doctrina illa auſcultatoria, dicta Gręce Acroamatica. Alia exoterica hoc eſt extraria. Exoterici ſunt pertinẽtes ad Rhetoricam aut ciuilem cognitionem, dicunturque Exoterici libri hoc eſt extrarii. Lege Gellium in noctibus Atticis hæc copioſiſſime ventilantem. Cicero libro quinto de Finibus, De ſummo bono infit, vnum genus populariter ſcriptum: quod exotericon appellatur. Sceuolæ) Qui podagricus ſenex includitur primo mox in reliquis libris excluditur. Dimoui) Excluſi. Reuertitur) Ad diſcẽdum. Id ætatis) Ea ætate, ſenecta, Valetudine ea) Lege Valetudine erat ea, id eſt podagrica.

Technologia τεχνολογίαν) Sermonem de arte.

Ioculatorie. Iaculatorie. Ioculatorie) Scribendum iaculatorie, id eſt altercatorię, contentioſę. Statua meditatur prælia luſca. in cauſis notum eſt illud iugulum petere. Iudicijs) Emẽdatiores codices habent indiciis. Tullię) Forſaſſe Cicero loco dotis aliquã poſſeſſionem Tulliæ emere decreuerat. Vindicabo) Satiſfaciam.

Qui faciles deos habet, difficilis eſt. Qui cum habeat duos) Scribe. Qui habeat deos. hoc ſenſu. A fœlicibus, potentibus, & fortunatis modeſtiam ac animi moderationẽ impetrari nõ poſſe. Illud Senece quadrat, Raro in bona fortuna bona mens. Deos faciles habet, qui fortuna ſecunda potitur. Difficilius.) Aſperius. Veſtorius forſan impetraturus aliquid erat a Põpeio, vel prępotentibus amicis, qui minime ſe faciles M. Tullii votis obtulerant.

Licinia lex. Iunia & Licinia) Licinia lex a Licinio Scęuola lata de peregrinitate, vt nullus peregrinus cum non eſſet ciuis Romanus, gereret ſe ꝑ ciue Ro-

nauigaſſe. Sed hæc epiſtolarum frequentia, non tam vbertate ſua, q̃ celeritate delectauit. Illa fuit grauis & plena rerum, quam mihi M. Paccius hoſpes tuus reddidit. Ad eam reſcribam igitur, & hoc quidem primum. Paccio Romæ, & verbis & re oſtendi, quid tua commendatio ponderis haberet. Itaque in intimis eſt meis, cum antea notus non fuiſſet. Nunc pergam ad cætera. Varro, de quo ad me ſcribis, inducetur in aliquem locum, ſi modo erit locus, ſed noſti genus dialogorum meorum, vt in oratoriis, quos tu in cœlum fers, non mentio potuit fieri cuiuſquam ab iis, qui diſputãt: niſi eius, qui illis notus, aut auditus eſſet. Hãc ego de Repub. quam inſtitui diſputationem in Africani perſonam, & Phili, & Pæti, & Manilii contuli: adiunxi aduleſcentes, Quintum Tuberonem, P. Rutiliũ, duos Lælii generos Scæuolam & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in ſingulis libris vtor proœmiis, vt Ariſtoteles in his, quos Exotericos vocat, aliquid efficere, vt non ſine cauſa iſtum appellarem, id quod intelligo tibi placere. Vtinam modo conata efficere poſſim: rem enim (quod te nõ fugit) magnam complexus ſum, & grauem, & plurimi ocii quo ego maxime egeo. Quod in his oratoriis libris, quos laudas, perſonam deſideras Scæuolæ, non eam temere dimoui, ſed feci idem, quod in πολιτέᾳ Deus ille noſter Plato: cum in Pyræum Socrates veniſſet ad Cephalum locupletem & feſtiuum ſenem, quoad primus ſermo ille haberetur, adeſt in diſputando ſenex: deinde, cum ipſe quoq; commodiſſime locutus eſſet, ad rem diuinam dicit ſe velle diſcedere: neque poſtea reuertitur. Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet. Multo ego ſatius hoc mihi cauendum putaui in Scęuola, qui & ætate, & valetudine erat ea, qua eſſe meminiſti: & iis honoribus, vt vix ſatis decorum videretur eum plureis dies eſſe in Craſſi Tuſculano. Et erat primi libri ſermo, non alienus a Scæuolę ſtudiis: reliqui libri τεχνολογίαν habent, vt ſcis. Huic iaculatorię diſputationi ſenem illum, vt noras, intereſſe ſane nolui. De re filiæ quod ſcribis, erit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mano. Cato fuit accuſatus q; cum eſſet Tuſculi natus, gereret ſe pro ciue Romano, ac ſe Romanum ciuem diceret. Legis Liciniæ & Æliæ meminit Cicero in Oratione de lege agraria, vel ita & melius. Quicunque tulerit legem de curatione aut adminiſtratione, non poſſit aliquem amicum ſummittere, vt illam petat. Sed quoniam de Cypro in formam prouinciæ redigenda tulit legem Cato, & idem in Cyprum mittebatur, credebaturque ſpe auri illuc adnauigare: ideo accuſabatur feciſſe contra legem. Iunius Syluius tulerat legem de ſtipendiis, quæ quia in Cymbrico bello non dabâtur, inde multa mala orta fuerunt. Iunia lex.

mihi curæ. Etenim eſt luculenta res, Aureliam, vt ſcribis, indiciis, & in eo me etiam Tulliæ meæ vindicabo. Veſtorio non deſum. Gratum enim tibi id eſſe intelligo: &, vt ille intelligat, curo. Sed ſcis, qui habeat Deos faciles, nihil difficilius. Nũc ad ea, quæ quæris de C. Catone, lege Iunia & Licinia ſcis abſolutum: Fuſia ego tibi nuncio abſolutum iri, neq; patronis ſuis tam libentibus, quàm accuſatoribus. Is tamen & mecum, & cum Milone in gratiam rediit. Druſus reus eſt factus a Lucretio, iudicibus reiiciendis. Ad.V.Non.Quintil. de prælio rumores nõ boni, ſed indicia noſti. Hirrus cum Domitio in gratia eſt. S.C. quod hic COSS. de prouinciis fecerunt, Quicunque poſthac, notum tibi, vt quod iam intelligebamus denunciationem illam Memmii valde Cęſari diſplicere. Meſſala noſter & eius competitor Domitius liberalis in populum valde fuit: nihil gratius certe erat COSS. ac Senatui. Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret. Ab his conſiliis, quæ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos, magnus timor candidatorum. Sed quidam iudices, in his autem Opimius Veietranius Trib.pl. appellarunt, ne iniuſſu populi iudicarent. Reſcidit comitia dilata ex S.C. dum lex de tacito iudicio ferretur. venit legi dies. Terentius interceſſit. COSS. qui illud leui brachio egiſſent, rem ad Senatum detulerũt.

Abſolutũ) Olim. Fuiſſe) Aliqui verbum hoc a ſuperioribus diuidunt, inferioribus annectentes, qui non fuiſſe ſed Fuſia ſcribũt. De lege Fuſia in ſuperioribus dictum eſt. Is), Cato. Reiiciendis.) Cum iudices reiecti fuiſſent, iudicio per reiectionem iudicum facto. Indicia) Indices mendoſos ac ſuſpectos, quoniãm iſti triumphare dum volunt terrores panicos iaciunt. Alii iudicia ſcribunt.

Quicunque poſthac) Erat hoc principium Senatuſconſulti verbis contra impotentiam Proconſulum, re vero ipſa contra Cæſarem. Cæſar cum obęratos foueret, facinoroſos ſuſtineret, Tetrarchias donaret, fœderatis populis ſine cauſa bellum indiceret, multiſq; palam diceret opus eſſe bello ciuili, attonitis omnibus quorſum iſta tenderent, cautum eſt vt Cæſari ſuccederetur his verbis, Quicunque poſt hac differri ſibi poteſtatis tempus impetrauerit, careat impetratis prouinciaque quamprimum decedat. Excanduit Cæſar eripi ſibi beneficium populi. De hoc Senatuſconſulto fit nũc a M. Tullio mentio. Non placuit Ciceroni, cogitanti tã inſigni iniuria alienari poſſe Cæſarem. S.C. i Cęſarẽ. Non mihi) Obfuerunt, qui non ſum in prouincia, ſed Cæſari, qui prouinciam adminiſtrat Galliam. Dicit ſe intereſſe noluiſſe, quoniam recitabatur Senatuſconſultum, vt Cæſari ſuccederetur. Memmii enunciationem) Sunt qui ſcribunt, denunciationem, Memmij denunciatio eſt quando denunciauit litem Lucio Scipioni ſocero Pompeii ambitus hominem accuſans, & ad diſquiſitionem vocans, quam hic Cicero denunciationem vel enunciationem vocat, ob hæc Pompeio reorum veſtem induente, complures etiam iudicum eam aſſumpſerunt. Deteſtatus itaque Reipub. conditionem Memmius, accuſationem dereliquit. Pompeius vt monarchiam in melius corrigeret, Scipionem reſiduo anni tempore Collegam ſibi aſſumpſit. Erat enim tunc omnium primarius in vrbe Pompeius. Nam Senatus beneuolentia in illum inclinabat zelo Cæſaris. Auctor huius hiſtorię Appianus libro ſecundo ciuilium. Diſplicere) Vtpote qui nihil tricipitium verebatur. Tacitum) Non vocale, ſed per ſuffragia, vt Areopagitæ ſolebant vnde a Satyro dictum, Secretumque teges vt curia Martis Athenis. Quidam nihil immutant propter hęc verba quę leges inferius, C. Memmius candidatus pactionem in Senatu recitauit, quam ipſe & ſuus competitor Domitius cum Conſulibus feciſſet. Hanc pactionis recitationem prolationemque volunt in hoc loco enunciationem vocari.

Sortita) Per ſortem data, vt iudicarent de candidatis & largitionibus. In his Opimus) Scribendum, in his autem Opimius. Veietranius) Beroaldus ſcribit Volaterranus. Ego nihil immuto. Nomen eſt proprium. Appellarunt) Monuerunt. Iniuſſu) Vna dictio. Nolente populo. Leui brachio) Perfunctorie, ſubfrigide, molliter, Leui brachio

Abdera.

Abdera) Aphya ſenatoria, noſter Senatus imprudens, vt Abderitani. In libris de Natura Deorum, Abderitę pro ſtultis ponūtur. Abdera ciuitas Thracię, vnde Democritus. Tacere neſciebāt, qm̄ ſibi oēs comici videbanť. Auctor Lucilius. Duplex Abdera, in Thracia altera, altera in Hiſpania. de vtra meminerit Ouidiꝰ i Ibim ābigo, q̄ ſingulis annis deuotū hoiem alebat, ſaxiſq; cędebat. Ouidiana carmina ſūt,
Aut te deuoueat certis Abdera diebus:
Saxaq; deuotum grandine plura petant.

Hic Abdera non tacente me. Dices tamen, Tu non quieſcis? Ignoſce, vix poſſum. Veruntamen quid tam ridiculum? Senatus decreuerat: ne prius comitia haberentur, q̄ lex lata eſſet: ſi qui interceſſiſſet, res integra referretur. Cœpta ferri leuiter. Interceſſum nō inuitis: res ad Senatum. De ea re ita cenſuerunt, Comitia primo quoq; tempore haberi cenſere. Scaurus, qui erat paucis diebus illis abſolutus: cum ego patrē eius ornatiſſime defendiſſem obnunciationibus per Scæuolam interpoſitis ſingulis diebus vſq; ad prid. Calend. Octob. quo ego hæc ſcripſi, ſublatis, populo tributim domi ſuæ ſatiſfecerat. Sed tamen, & ſi vberior liberalitatis huiuſce ratio eſſe videbatur eorum qui occuparant: cuperem vultum videre tuum, cum hæc legeres: nam profecto rem nō habes vllam, hęc negocia multarum nundinarum fore: ſed Senatus hodie futurus fuerat, id eſt Calēd. Octob. Iam enim tibi luciſci loquerentur: pręter Annium, & Fauonium liber nemo. nam Cato ægrotat. De me nihil timueris, ſed tamen promitto nihil. Quid quæris aliud? Iudicia credo: Druſus, & Scaurus nō feciſſe vidētur. Tres Candidati fore rei putabātur: Domitius a Memmio, Meſſala a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario, aut a L. Cæſare. Quid poteris inquies pro iis dicere? ne viuam, ſi ſcio. In illis quidē tribus libris, quos ſtudioſe laudas nihil reperio nunc, vt opinionem habeas

Non quieſcis) A curandis Reipublicæ negociis, cum ſemper mineris te quieturū. Ignoſcere) Legēdū ignoſce. Vix poſſum) Quieſcere. Tam ridiculum) Quam Abdera noſtra. Lex lata.) Quæ ſequitur. Qui ſi) Prępoſterus ordo lege, Si qui. Res integra) De nouo dicunt barbari. Referretur) Iterum relatio fieret ad patres. Fieri) Lege ferri. Res ad Senatum) Subintellige refertur. Cenſere) Cenſuere. Obnunciationibus) Interceſſionibus ac prohibitionibus augurum contra religionem rem latam dicentiū. Cicero in ſecunda Antoniana, Nos Augures obnunciationem ſolum habemus Cōſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem. Deſcripſi) Veteres codices habēt, ſcripſi. Tributim) Per Tribus ſingulas. Eorum) Erat euidentior eorum, qui Rempub. occupauerant. Procedebat a Pōpeio, Cęſare, & Craſſo. Rem non habes vllam. Nihil te mouet quin dicas & iudices Rempub. multæ altercationis fore. Iunguntur hęc inferioribus. Hæc negocia) Nihil obſtat quin dicas hæc negocia fore multarum nundinarum, hoc eſt, dices actutum opus eſſe conſilio multarum nundinarum, hoc eſt generali, vniuerſaque populi diſquiſitione.

Nundinæ. Nundinari. Trinūdinū.

Nundinis hoc eſt nono die ciues in agris octo diebus occupati, vrbem nono repetebant ad nundinas & mercatum pro legibus accipiēdis: de quo die ſic meminit Ouidius in Faſtis. Eſt quoq; qui nono ſemper ab vrbe redit. Trinundino exacto lex perferebatur. Nec obſtat Pompeium ſcribere nundinis non licere agi cum populo, quoniam acta perferebantur in nundinis non improbante populo. Nundinator negociator in nundinis. Nundinari vendere. Cic. in Antoniana tertia, Totum imperium nundinabantur. Nundinalem cocum pro vili Plautus accipit, quoniam nono die ſolet ire coctum. Cicero in Philippica quinta, Vbi promulgatio, trinundinum eſt? Et nundinatio Ciceroni pro lege agraria in Rullum, ſignificans venditionem in malam partem. Quas pactiones, quas ſpoliationes quam deniq; omnibus in locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis?

Luciſci.

Luciſci) Luſcioſi vel cęci hoc dicere poſſunt. res etiam cæcis nota. Luſcitii & luciſci, Lucini, vel non diſſimiles appellantur: qui parum interdiu cernunt. Luſcioſus quoq; dicitur. Plautus in Milite glorioſo, Aedepol tu quidem cæcus non luſcioſus es. Myopas & nyctalopas dici multi putant. Loquerentur) Iuxta illud Horatianum, Res lippis nota & tōſoribus.

Tonſtrina. Fauonius.

Nam auctore Plutarcho, Tonſtrina eſt ebrietas ſine vino. Antium) Scribendū Annium, hoc eſt Milonem. Fauonium) Pſeudocatonem. Iudicia) Futura. Feciſſe) Ambitum. Tres candidati) Memmius, Ipſeus, & Scaurus auctore Appiano. Pro his dicere) Qui manifeſte rei ſunt ambitus. Ne viuam ſcio) Deeſt dictio ſi, ne viuam ſi ſcio. Tribus libris) de Oratore. Quo ſtudio laudas) Legendum quos ſtudioſe laudas. Iunge inferioribus. In libris de Oratore, in quibus ars eſt tota nō reperio quomodo defendam hos manifeſte reos. Vt opinionem habeas) Subintellige meam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rerum) Noſtrarum, quomodo res noſtræ ſe habent. Quæris ego) Scribendum ergo. Ille) Pompeius, quoniam Pompeii ſocer vocabatur ad diſquiſitionem a Memmio. Vt ferebat) Quomodo caſum ſoceri Scipionis æquo animo ferebat? grauiſſimo certe. Nam auctore Appiano veſtem mutauit. Humaniter) Ferendo, deprecando, ſummiſſius ſe gerendo, non per impotentiam vt Clodius cuncta vaſtando. Abſolutus) Scipio. Nonnulla priſca exemplaria ſic habent. Quomodo ergo abſolutus Meſſala? Reſpondet Cic. Accuſatorum incredibilis infantia. In codice tamen antiquiſſimo hic reperitur caluicium vt deſit aliquid Gręcum, ſeculi rudis incuria & & accurſiana ſolertia identidem ſucclamante, Gręcū eſt, non intelligitur. Præuaricatum) Decepiſſe clientem. Tales patroni pręuaricatores appellantur. Sordes) Auaritia. Sordidi ſunt auari. Sordidati pannoſi. Contentio) Anxietas, conatus, mutauit veſtem cum maxima parte Senatus, rogauit ambiuit. Lege Appianū. Reliqua) Reliquorum accuſatorum. Expeditum) Iudicium de ambitu. Quidam codices habent, nondum es plane expeditus. O Attice nondum te expediui: adhuc te cupio retinere, tecumque ſermocinari. In eo) Quod ego fero indifferenter has Reipub. vices. Id ipſum) Facile fero. Quod bella) Vetus lectio, q̃ bella. Eſt ad naturam) Pertinet ad naturam viri boni. Vnde ceciderim) A quo faſtigio. Vnde) A q̃ infima calamitate. Pedibus trahuntur) Lege trahentur, hoc eſt proculcabuntur. ἐμφιλοσοφῆσαι) Comphiloſophari. Stomachus) Bilis, indignatio. Ego qui cuncta ſtomachari ſolebam, nunc vniuerſa facillime concoquo. Facilius) q̃ olim cocta. Modo) Nunc, publica neglexi. Securitatem) Tranquillitatem mihi ineſſe ſemoto a curis. Partes) Adiumenta vt viuam ſecurius. Nemo) Amicus. Conſentientibus. Voluptatibus) Meis congruentibus. Sed accipe alia) Conectendæ ſunt huiuſmodi dictiones, quæ inſtant ab his diuerſa audi. Res fuit ad interregnum) Sopitis legibus, iudiciis, magiſtratibus non ſuffectis. Quoniam auctore Appiano per octo menſes magiſtratus non ſunt creati. Beroaldus legit, furit non fuit. Odor) Indicium, ſignificatio. Dictaturæ) Appianus in ſecundo bellorum ciuilium, Boni a dignitatibus omnino excludebantur vt ex huiuſmodi inordinatione per octo ferme menſes, vrbem magiſtratibus caruiſſe notum ſit, Pompeio vniuerſa conſulto negligente, vt Dictatoris opportunitas aliquando occurreret. Et hęc qui quidem multi inter ſe referebant, vnicum præſentibus malis adeſſe remediū, ſi vni duntaxat poteſtas traderetur: neceſſe autem & mitem ſimul & poteſtate prędítū eligere: his verbis Pompeium haud indubie ſignificantes exercitus præpotentis ducem populique amatorem habitum, & Senatus ob eius dignitatem quo vellet inducentem vitæ continentia & ſobrietate.

Accurſiana ſolertia. Pręuaricatores.

rerum, ferendum eſt. Quæris, ego me vt geſſerim. cōſtanter, & libere. Quid ille, inquies, vt ferebat? humaniter: meæq; dignitatis, quoad mihi ſatiſfactum eſſet, habendam ſibi rationem putabat. Quomodo ergo abſolutus Meſſala? omnino accuſatorum incredibilis infantia, id eſt L. Lentuli, L. Ter. quem fremūt omnes præuaricatum. Deinde Pompeii mira contentio. Iudicū ſordes. Attamen. XXXII. cōdēnauerūt. XXVIII. abſoluerunt. Iudicia reliqua impendent. Nondum eſt plane expeditus. Dices, Tu ergo hæc quomodo fers? Belle hercule. & in eo me valde amo. Amiſimus mi Pōponi, non omnem modo ſuccū ac ſanguinem, ſed etiā colorem, & ſpeciem priſtinam ciuitatis. Nulla eſt Reſpub. qua delecter, in qua acquieſcam. Id ne igitur inquies facile fers? id ipſum. Recordor enim q̃ bella pauliſper nobis gubernātibus ciuitas fuerit, quę mihi gratia relata ſit: nullus dolor me angit, vnum omnia poſſe diſrumpuntur ii, qui me poſſe aliquid doluerūt. Multa mihi dant ſolatia, nec tamen ego de meo ſtatu demigro, quæque vita maxime eſt ad naturam, ad eam me refero, & literas & ſtudia noſtra: dicendi laborem delectatione oratoria conſolor. Domus me, & rura noſtra delectāt: non recordor, vnde ceciderim, ſed vnde ſurrexerim. Fratrem mecum, & te ſi habebo, per me iſta pedibus trahentur. Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι poſſum. Locus ille animi noſtri, ſtomachus vbi habitabat olim: concaluit, vt digerat multa cruda facilius. Priuata modo & domeſtica nos delectant. Miram ſecuritatem videbis: cuius plurimæ mehercule partes ſunt in tuo reditu. Nemo enim in terris eſt mihi tam conſentientibus ſenſibus. Sed accipe alia. Res fluit ad interregnum, & eſt nonnullus odor Dictaturę. Sermo quidē multus, qui etiam

Gabinius. Gabinium)E ſinu Pompeiano,qui Pompeio creſcente ſurgebat. Eius tamen propter fugam bona publicata fuerunt auctore Appiano. In Gabinium)Scribendum,etiam Gabinius. Quin foris eſſet) Quis eſſet in fuga, tamen abſentia non profuit. Et tamen)Legitur.Eſt tamē. Subintellige adhuc aliquid noui. Antiochum Gabinium)Libertum Gabinii,& ob hoc nomen dominiferentem. Solidis petitoribus)Accuſatum a viris facundiſſimis. Dixit)Statim Reſp.Lege.erit ſtatim reus læſæ maieſtatis Gabinius. Lege Appianum,Cicero in Oratione de prouinciis Conſularibus,Gabinium & Piſonem duo Reip.portēta & pene funera vocat. Pomptinus. Pōptinus)Hui9 Pōptini fortiſſimi viri, olim M.Tullij Legati in Ciliciam meminit Cicero in oratione ad Equites Romanos. Liuij locus. Liuius libro. CIII. Cn. Pomptinus Prętor Allobroges qui rebellauerūt ad Saionem domuit: quamuis perperam Pōtinus legatur. De eodem in oratione de prouinciis Conſularibus Pomptinus fortiſſimus vir Allobroges fregit & domuit. Obuiā)Reſiſtit. Ad portam)Priſci codices habēt, aperte. De imperio) Quia iniuſſu populi profectus eſt contra Allobroges. Pomponio) Quidam legunt, Pomptino. Triumphare)Figura loquendi gręcanica pro triūphaturum. Multa)Quę Cato iactat,& perficere malis obſiſtentibus non poteſt. Recaſurum) Reſolutum iri in nihilum. Salitores. Salitoribus)Præfectis,quos iuriſperiti murilegulos appellant:relictis a Cæſare in Britannia qui ſalum ſcrutarentur, margaritasque Britannicas. Quidam codices habent, non ſalitoribus, ſed datas a litoribus. Veritas)Fidei propoſitum tenax.

Flagitabit) Singula ſingulis referuntur,pro flagitabimus.

Argumentum.LXXXV.

ATTICVM in cælum fert q fidem non modo ſeruauit, ſed etiam ante tempus promiſſum affuit. De Gabinio Meſſalaque nonnulla. De Domitio. De Cæſaris in ſe amore incredibili. De Baſilica Pauli. Deterret Atticū ab itinere Aſiatico. AMANDAM) Vſus enim fuerat ſecūdiſſimo mari. Quidam tamen admirandam ſcribunt. Tranſmiſſio. Tranſmiſſionis) Tranſfretationis in Epirum. Scribo) Legendum ſcribis. Secus erit)Cum tibi conſtabit in Apulia non eſſe,

Gabinium apud timidos iudices adiuuit. Candidati Conſulares omnes rei ambitus. Accedit etiam Gabinius,quem P.Sulla non dubitans,quin foris eſſet,poſtularat:contradicente & nihil obtinente Torquato. Sed omnes abſoluentur,nec poſthac quiſq̄ damnabitur,niſi qui hominē occiderit. Hoc tamen agitur ſeuerius:itaq; iudicia calēt. M.Fuluius nobilior cōdēnatus eſt. Multi alii vrbani ne reſpondēt quidem. Quid aliud noui? Eſt tamen,abſoluto Gabinio ſtomachantes alii iudices. Hora poſt,Antiochū Gabiniū neſcio quē ſolidis petitoribus libertum accēſum Gabinii lege Papia condēnarūt. Itaq; erit ſtatim reus lęſæ maieſtatis Gabinius. Pōptinus vult,ad.IIII.Nonarū Nouēb.triūphare. Huic obuiam Cato & Seruilius Pr. it aperte,& Quintus Mutius Trib.pl. Negāt enim latū de imperio,& eſt latum hercule inſulſe,ſed erit cū Pōptino Appius Cos. Cato tamē affirmat ſe viuo,illum nō triumphare. Id ego puto, vt multa eiuſdem,ad nihil recaſurum. Appius ſine lege ſuo ſumptu in Ciliciā cogitat. Ab Quinto Fratre,& a Cęſare accepi ad.IX. Cal.Nouemb.literas. Cōfecta Britannia, obſidibus acceptis,nulla præda,imperata tamen pecunia:datas a littoribus Britanniæ,proximo ad. VI.Cal. Octob. exercitū e Britannia reportabāt. Quintus Pilius erat iā ad Cæſarem profectus. Tu,ſi aut amor in te eſt noſtri,ac tuorū,aut vlla veritas,aut ſi etiā ſapis, ac frui tuis commodis cogitas, aduentare & prope adeſſe iā debes. Nō mehercule æquo animo te careo, te autem quid mirum,qui Dionyſium tantopere deſiderē? quē quidem abs te,cū dies venerit,& ego,& Cicero meus flagitabit. Abs te proximas literas habebam, Epheſo ad.V.Iduum Sextil.datas. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

O Expectatas mihi tuas literas. O gratū aduentum. O conſtantiā promiſſi, & fidem miram. O nauigationē amādam, quā mehercule ego valde timebā,recordans,ſuperioris tuæ trāmiſſionis. Sed,niſi fallor,citius te q̄ ſcribis videbo. Cre-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Dandi ſunt dies)Triginta defenſori. Dare diem malo intelligere dandas aures lectionibus recitationibus que Veſtorii, vt ex ſequentibus apparet. Erat enim latinior. Α᾽ττικισμός) Atticiſmus, elegantiaque linguę Græcæ: quę in Atticis effloruit. Prouerbium eſt apud Gręcos, Nimium Atticiſmum ſapere barbariem. Sed inuiſis)Beroaldus legit, ſedem inuiſis, vt ſit ſenſus. Quin Romam aduolas, vt inuiſas ſedem Reipublicæ germanæ vereq́ꝫ. Hęc nõ eſt Reſpublica, ſed ſedes vbi olim fuit Reſpublica, vera, genuina, germana. Legebat Angelus Politianus eodem ſenſu, ex priſco, vt prętendebat exemplari,

xxx. dies defenſionis.

Atticiſmus.

do enim te putaſſe tuas mulieres in Apulia eſſe, quod cum ſecus erit, quid te Apulia moretur? nam Veſtorio dandi ſunt dies, & ille latinus ἀττικισμὸς ex interuallo reguſtandus: quin tu huc aduolas, ſedem inuiſis illius noſtræ Reipublicæ germanę. Putaui DC. nummis ante comitia tributim vno loco diuiſis, palam iri abſolutum Gabinium: detur etiam valiturum. De Meſſala quod quæris, quid ſcribam, neſcio. Nunq̃ vidi tam pares candidatos. Meſſalæ copias noſti. Scaurum Triarius reum fecit. Si quæris nulla eſt magnopere commota συμπάθεια. Sed tamen habet Aedilitas eius memoriam non ingratam, & eſt pondus apud ruſticos in patris memoriam. Reliqui duo plebi ſic exęquantur, vt Domitius valeat amicis, & adiuuetur, tamen non gratiſſimo munere: Memmius Cæſaris commendatur militibus, Pompeii gratia vtitur. quibus ſi non valuerit, putant fore aliquem, qui Comitia in aduentum Cæſaris detrudat, Catone præſertim abſoluto. Paccianæ Epiſtolæ reſpondi, cognoſce cætera. Ex fratris literis incredibilia quædam de Cæſaris in me amore cognoui: eaque ſunt ipſius Cæſaris vberrimis literis confirmata. Britannici belli exitus expectatur. Conſtat enim aditus inſulæ eſſe munitos mirificis molibus. Etiam illud iam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe vllum in illa inſula, neque vllam ſpem prædæ, niſi ex mancipiis: ex quibus nullos puto te literis aut muſicis eruditos expectare. Paulus in medio foro Baſilicam iam pene texuit iiſdem antiquis columnis. Illam autem, quam locauit, facit magnificentiſſimam. Quid quæris? nihil gratius illo monimento, nihil glorioſius.

γράνδρυον, hoc eſt truncum veterem cum Perſio, vt, Ramale vetus vegrandi ſubere coctum. Germanæ) Syncerę, puræ. hęc eñ noſtra Reſpublica eſt imago imaginis. Nam cum libertas ſit propria Romani generis nominis, illam penitus amiſimus. Putaui)Principium eſt clauſulę, iungendũq́ꝫ inferioribus. Putaui de nummis ante Comitia. Putaui te inaudiuiſſe Gabinium petiturum. præoccupaſſe nummos vicatim ſpargere, populũq́ꝫ corrũpere. Accuſato & profugienti bona direpta ſunt. Appianus auctor. Hanc prodigentiam captãdi Cicero in Antonianis nummationẽ appellat. Inde abſolutum) Scribendum iri abſolutum: fore videlicet vt abſoluatur. Detur eſſe valiturum)Nonnulli emendant ex veteri codice. Detur etiã valiturũ, Etiam Vatiniũ floriturum, non accuſatione oppreſſum iri. Alij corrigũt. Detur etiã Valerius. abſoluatur etiã Valerius, nihil ad nos, q philoſophari volumus. Pares) Vel in diuitiis vel ĩ odio quopiam, vt Meſſala laborat & Scaurus. Scaurum) Lege Appianũ lib. 2. Ciuiliũ. Triarius)De Triario Legato Luculli meminit Liuius lib. 98. Sympathia) Dolor. Pondus)Momentũ magnum. In magno momẽto & pondere etiã auctoritate eſt Scaurus filius propter amorẽ paternũ. Pater enim Scaurus a paupertate ad lucuMẽtas diuitias & imperia euectus: opere etiã ruſtico, triũphauit de Sardis. Ei honoris incremẽtũ domus in Palatio ędificata dedit, in auctã mox filius ignominiã intulit. Auctor M. Cicero lib. 1. Officiorũ. Ruſticos) Ciues agreſtes. In memoriam) Ob memoriam. Modus loquendi pergraphicus. Plebi exæquantur) Ad amorem plebis condeſcendunt. Militibus) Nobilibus Romanis, qui cum Cæſare militarunt primo quinquennio. Ii Memmij cauſam tuebantur, erantque Romæ prodromi Cæſaris. Pompeij Gallia vitatur) Aliqui legunt, Pompeii gratia vtitur. Subintellige Memmius. Quibus) amicis gratioſiſſimis. Detrudat) Procraſtinetur, vt amico Memmio vti poſſit. Vaccianę) Quam attulit Vaccia. Alii legunt Paccianæ, quam attulit Paccius. Pacciorum familia Romæ floruit, vt antiqua marmora docẽt. Nũc vero nobilitatis ac elegãtiæ cũ Græcę tũ Latinæ dote patriã Florẽtiã cõdecorat Alexãder Paccius ſũmus ac præſtãs iuuenis. Muſicis) Artibus. Paulus) Cõſul. hũc & Curionẽ Cæſar cũ eſſent Põpeianas partes ſecuti, maxima pecuniarũ ſumma in amicitiã ſuã cõuertit. Ex qua tãdẽ pecunia hic Paulus magnificã Baſilicã excitauit, de qua Papinius, Illic belligeri ſublimia regia Pauli,

Germana.

Nummatio.

Sympathia.

Paccii.

Alexander Paccius.

Baſilica Pauli.

Itaq;)Contendentes pari animo ad ædificandum,æmulo excitati ſplendorè, ędificamus. Diſrumparis)Inuidia licet crucieris Martialis,Rumpitur inuidia ꝙ amamur, ꝙꝙ probamur. Monimentũ) Aedificium. Eorum)Scribendum odęum. Pars ędificii auctore Vitruuio, quę latine dici cantilenariũ poteſt:de quo Pauſanias & cęteri. Metodęum Suetonius poſt odęum ędificium appellat, quod interpretes non aduertentes,ad Methodum medicinam perperam tranſtulerunt. Laxaremus) Amplificaremus. Explicaremus)Extenderemus. Contempſimus)Numerauimus tot ſeſtertia pecuniæ negligentes præ magnificentia.

Odæum.

Septa.

Septa)Loca de quibus oẽs, & epigrammaticus. In ſeptis Mamurra diu,multũq; vagatus. Ad quid) Vt quid, cui bono? rarum eſt. Romanas) Scribere, qui Reipub. nunciũ remiſimus. Coctia) Scribẽdum Plocia, a Lucio Plocio Silano, vt ex quaq; Trib. 17. eligerentur iudices: neq; illa Senatum excludebat. Si iure)Obiurgatis. Domitius) Priſci codices Docimius, habent, & cõmodius, quoniam proximo Domiti⁹ factus eſt Conſul. Aſia eundem)Scribendum eſt. In Aſiam eundum. Mutabis) Sentẽtiam. Scribit Beroaldus, vt ab his. Abeſſes)Lege. Aberis? niſi Beroaldum ſequeris. Integra)Te re profecturum. Neſcio cui) Terrę filio Eutychide)Liberto.

Ad quid.

Plocia.

Argumentum. LXXXVI.

PIVS.

LITERAS ſuas myſteriorum plenas certis nunciis committendas tradit. Memmii delatio contra Domitium & Conſules. Suauiſſimam cum Cęſare coniunctionem. Significat ſe Legatum eſſe Pompeio.

NON oblitũ)Scribe nunc oblitum, quia tu frequenter ſcribere ſoles. Proficiſcenti) Venienti. Neq; enim)Priſci codices habẽt, neq; eę. Huius naturę conditioniſque. Ea res)Literarum prolatio. Offenſura) Offendiculum ac ſcãdalum, vt dicitur, paritura. Myſteriorum)Arcanorum. ſupra myſticotera dicit. Librariis)Amanuenſibus. Lepidum quo excidat) Scribe. Ne verbũ q̃d excidat. ne forte q̃d emanet. Inſania) Legẽdũ,infamia. Pactionẽ)Cõditionẽ,cõuẽtionẽ. Ipſe ſu⁹) Scribẽdũ,ipſe & ſuus. Quadraginta)Apti⁹ quadragena.

ASCEN. Vt ambo quadraginta &c.) Mihi ſic melius q̃ quadragena,quia dicit ambo, ne duo ſint diſtributiua.

Itaq; Cæſaris amici(me dico & Oppiũ)diſrũparis licet:monimẽtum illud,quod tu tollere laudibus ſolebas, vt odęũ laxaremus,& vſq; ad atrium Libertatis explicaremus,cõtẽpſimus ſexcẽties HS. Cũ priuatis non poterat tranſigi minore pecunia, efficiemus rem glorioſiſſimã. Nã in cãpo Martio ſepta Tribunitiis Comitiis marmorea ſumus,& tecta facturi: eaq; cingemus excelſa porticu,vt mille paſſuũ cõficiatur. Simul adiungetur huic operi villa etiam publica. Dicis quid mihi hoc monimentũ proderit? ad quid laboramus res Romanas? nõ enim te puto de luſtro,quod iã deſperatum eſt,aut de iudiciis,quæ lege Plocia fiant, quęrere. Nunc te obiurgari patere,ſi iure. Scribis ẽm in ea epiſtola quã C. Docimius mihi reddidit Buthroto datã:in Aſiã tibi eundũ eſſe,te arbitrari:mihi mehercule nihil videbatur eſſe,in quo tantulum intereſſet, vtrũ per procuratores ageres,an per te ipſum: ne toties,& tã longe abeſſes,ſed hęc mallem integra re tecũ egiſſe. Profecto enim aliquid egiſſem. Nũc reprimam ſuſceptã obiurgationẽ,vtinam valeat ad celeritatẽ reditus tui. Ego ad te propterea minus ſæpe ſcribo,quod certũ non habeo vbi ſis, aut vbi futurus ſis. Huic tamẽ, neſcio cui, quod videbatur is te viſurus eſſe,putaui dandas eſſe literas. Tu,quoniã te iturũ in Aſiã eſſe putas,ad quæ tẽpora te expectem,facias me certiorẽ velim,& de Euthychide quid egeris. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DVto te exiſtimare me nunc oblitum cõſuetudinis & inſtituti tui, rarius ad te ſcribere,q̃ ſolebam: ſed cũ loca & itinera tua nihil habere certi videam:neq; in Epirum,neq; Athenas,neq; in Aſiã,neq; cuiq̃,niſi ad te ipſũ proficiſcẽti dedi literas. Neq; ẽm eę ſunt epiſtolę noſtrę,quę ſi perlatę non ſint,nihil ea res nos offenſura ſit, quæ tantum habent myſteriorum, vt eas ne librariis quidem fere committamus: nedum cuilibet. COSS. flagrant infamia, quod C. Memmius cãdidatus pactionem in Senatu recitauit, quã & ipſe & ſuus cõpetitor Domitius cum Coss. feciſſet:vt ambo HS quadraginta Coss. darẽt:ſi eſſent

Ipſi) Domitius & Scaurus, quo comitia approbarentur ne aliquis ex cęlo diceret ſe quid infauſtum ſeruaſſe. Niſi) Beroaldus legit ſi. Ego defendo niſi, hęc denunciatio Memmii pręualitura erat, niſi per teſtes contrarium probetur. Dediſſent) Obtuliſſent, adduxiſſent: Domiti⁹ & Scaurus. Affuiſſe) Inſpexiſſeq; vitio magiſtratum non fuiſſe creatum. Huc faciunt verba Ciceronis de prouinciis Conſularib⁹, Non omnibus faſtis legem ferre licere. Cum lex feratur, de cælo obſeruari, obnunciari, intercedi licere.
Duo Conſulares) Pro duos. Maro, Si duo pręterea tales idęa tuliſſet Terra viros. Sunt qui ſcribūt ordinandis, Alij iungunt ornādis cum dictione Conſularibus, hoc ſenſu. Dicerent ſe affuiſſe cum illi Conſulares viri proninciis ornarentur. Alij ſentiunt commodiorem eſſe lectionem ſi legitur ornandos, id eſt Conſules. Idem tamen ſonabit ornandis Conſulibus, prouinciis Conſularibus. Nomina) Debita. Iuuenalis, Et venit ad dubiū grandi cum codice nomen. Horat. primo Sermonum, Nomina ſectatur modo ſumpta veſte virili. Melius propter verba ſequentia per nomina expones hic auctores & capita. — Duo ꝑ duos. — Nomina.

Perſcriptionibus) Scripturis dati ac expēſi. Inductis) Expunctis ac eraſis. Erat idem) Qui fuit ſemper. Nihili fiebat. Memmius) Cum ſubito. Iuſtitię) Lege iuſtitio. Quando ius non redditur. Lucanus, Clauſaque iuſtitio triſti fora. M. Tullius in quinta Philippica, Tumultū decerni, iuſtitium indici, ſaga ſumi dico oportere, delectū haberi. Licentia) Lege licētiæ. — Inductus. — Iuſtitium.

Æquitatem) Adiaphorian, æqui boniq; facientem, etiā mala ſusq; deque habentem.

Ludum) Deriſum, iuxta illud Papinianū, Ceſſa tu mētis ab arce Deſpicis errantes, humanaq; gaudia rides. Seleucianæ) Profectio aduerſa Craſſis cōtra Parthos, quam Seleucianam vocat a Seleuco Rege Syrię: iuxta quam fluit Orontes. Strabo Seleuciam ad Tigrim amnē iuxta Babylonem ædificatam tercentis fere ſtadiis a Seleuco Nicatore. Ptolemæus tres Seleucias nuncupat: vide tamen nonnulla in Epiſtola ſequenti. De claſſe Seleucena lege Iuriſconſultos libro vndecimo Codicis, de piſtoribus. Vna tabula) In naufragio Reipublicę quę prorſus perijt, vna veluti tabula quaſſatæ nauis relicta eſt, cui ſemiobrutus adhęreo, Cęſaris videlicet coniunctio. Eligendi) Priſci codices habent deligendi, quod eſt idem ſed elegantius. Optio) Electio. Maro, Optauitq; locum regno. Commodum) Statim. Tu dubitabis hūc Cęſarem ita ſuauem, dulcem & amœnū repente nō amare? Quē) Ames? Iſtorum) Vrbanorum: optimatum liuidorum. Hoc) Eſſe Legatum. Operior) Expecto narrare, vel vt opinor, vt nonnulli male feriati legunt. Illius) Dionyſij. — Seleuciana. — Cómodum.

ipſi Coſs. facti, ſi treis Augures dediſſent, qui ſe affuiſſe dicerent, cum lex curiata ferretur, quæ lata non eſſet: & duo Conſulares, qui ſe dicerent in ordinandis Prouinciis Conſularibus ſcribendo affuiſſe, cū omnino ne Senatus quidem affuiſſet. Hæc pactio nō verbis, ſed nominibus & perſcriptionibus multorum tabulis, cū eſſe facta diceretur, prolata a Memmio eſt, nominibus inductis authore Pompeio. Hic Appius erat idem: nihil ſane iacturæ, corruerat alter, & plane inquam iacebat. Memmius autē dirempta concione: inuito Caluino plane refrixerat: & eo magis nūc concitare Dictaturā, fauere iuſtitio, & omnium rerū licētiæ. Perſpice ęquitatem animi mei, & ludum, & cōtentionem Seleucianæ Prouincię, & meam hercule cū Cęſare ſuauiſſimam coniunctionē. Hæc enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat. Qui quidem Quintum meum, tuumq;, Dii boni, quēadmodum tractat honore, dignitate, gratia: nō ſecus, ac ſi ego eſſem Imperator. Hybernam legionem eligendi optio delata. Commodum, vt ad me ſcribit hūc tu non ames? Quē igitur iſtorum? Sed heus tu. ſcripſerā ne tibi me eſſe Legatū Pompeio? & extra vrbem quidem fore ex Id. Ianuar. Viſum eſt hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura? coram operior reliqua: vt tu tamen aliquid expectes. Dionyſio plurimam ſalutem: cui quidē ego non modo ſeruaui, ſed etiam ædificaui locum. Quid quæris? Ad ſummam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit. Quo die ad me venies, ſi me amas, apud me cum tuis maneas. Vale.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. LXXXVII.

MITEM eſſe Fratrem ſuum in Pomponiam ſororem Attici ſcribit, illam vero acerbam ac immitem pellicatu Statii formoſi liberti commotam. Rogat vt Pomptinum Legatum extrudat.

IN DISCESSV) Meo in Ciliciam. Quod verbum in calce ſuperioris Epiſtolæ poſitum de prouincia Seleuciana trahunt. Vidi) Coniecturis ac vultu animi proditore. Deſiderium) Conuerſationis mutuæ.

Satiſdare.

Satiſdando) Satiſdare eſt dare vades, qui ſecurum reddant ꝙ fiet ſatis. Caius libro. 1. Dig. tit. qui ſatiſdare cogantur, Satiſdatio eodem modo appellata quo ſatiſfactio. Nã vt ſatiſfacere dicimur ei, cuiꝰ deſiderium adimplemus: ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro cui pro eo quod a nobis petiit, ita cauemus vt eũ hoc nomine ſecurum faciamus: datis fideiuſſoribꝰ.

Secundũ mãcipium.

Secundũ mancipium) Cicero in oratione pro Murena, Qui ſi in his repetundis, quę mancipi ſunt, his periculũ indicit præſtare debet, qui ſe nexu obligat. Vel his tu) Etiã his iuris ſtrictioris obligationibꝰ pro me te obligari volo.

Mẽmianorũ) Si prędia empturus es pro me Mẽmiana: ne abſtineas ab hoc nexu.

Aperuiſti) Detexiſti mihi nomen quod non tenebam: hoc eſt recordabar. Vel) Etiã.

Verſura. Vertere creditorem.

Verſura facta) Facere verſurã: & vertere creditorẽ, eſt exẽpli gratia, Antonio creditori ſatiſfacere pecunia quã accepimus a Lęlio. Cicero ꝓ Cælio, Nulli ſumptus, nulla iactura, nulla verſura. Omniũ) Scribe, nominũ, fideiuſſorum vel debitorũ. Nũc vero) Dictio vero non eſt in antiquis exẽplaribus.

Tranſuerſus verſiculus.

Tranſuerſum verſiculũ) Lineã in trãſuerſa papyro ſcriptã. Plinius quoq; Cæcilius verſiculũ pro linea poſuit. De ſorore) Cui cõiugalẽ affectũ frater exhibeat.

Ex quo) Diuerticulo ſermonis. Ego) Inducenda dictio.

Sic die) Res ſe habuit.

Arcano) Fundi Q. Fratris nomen. Aquini) Priſci Codices habent Larini. Melius antiquę lectioni verba quadrant ſequentia. ego inde Aquinum. de Larino ſupra. Hoſpita) Non domina, Statio procurante domum, ac præbente conuiuiũ. Statius eſt dominus dominæ. En inquit mihi) Inquit Quintus. Ecce quæ mihi domino & marito obiicit vxor mea, male morigera viro ſuo.

# M·T·CICERONIS

## epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER QVINTVS.

### M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EGO vero & tuum in diſceſſu vidi animum, & meo ſum ipſe teſtis: quo magis erit tibi videndum, nequid noui decernatur, vt hoc noſtrum deſiderium ne plus ſit annuum. De Annio Saturnino curaſti probe. De ſatiſdando vero te rogo quoad eris Romæ, vt tu ſatiſdes: & ſunt aliquot ſatiſdationes ſecundum mancipium, in his & Memmianorum prædiorum vel Attilianorum. De Oppio factum eſt, vt volui: & maxime quod. DCCC. appromiſiſti, quæ quidem ego vtique vel verſura facta ſolui volo: ne extrema exactio noſtrorum nominum expectetur. Nunc venio ad tranſuerſum illum extremæ epiſtolæ tuæ verſiculum, in quo me admones de ſorore. quæ res ſic ſe habet. Vt veni in Arpinum, cum ad me frater veniſſet, in primis nobis ſermo, iſque multus de te fuit. Ex quo veni ad ea, quæ fueramus ego & tu inter nos de ſorore in Tuſculano locuti, nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quàm tum meus frater erat in ſororem tuam: vt etiam ſiqua fuerat ex ratione ſumpta offenſio, non appareret. Illo ſic die. Poſtridie ex Arpinati profecti ſumus, vt in Arcano Quintus maneret dies fecit, ego Larini: ſed prandimus in Arcano: noſti hunc fundum, quo vt venimus, humaniſſime Q. Pomponia, inquit, tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. Nihil potuit, mihi quidem vt viſum eſt, dulcius: idq; cum verbis, tum etiam animo & vultu. At illa audientibus nobis, Ego ipſa ſum inquit hic hoſpita. Id autẽ ex eo (vt opinor) ꝙ anteceſſerat Statius, vt prãdiũ nobis pręberet. Tũ Quintus, En (inquit mihi) hæc ego patior quotidie,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quid) Quodnam hoc verbum tanti eſt, tam aſperum vt libra Critolai perpendi debeat? Quaſi iſtuc erat magnum) Iſtud verbum forte fuit magni momenti. Miſit) Partes, quas Cyrus cum mitteret nonnullis, ſignificabat illos ſibi eſſe cariſſimos. Inde) Ex Larino. Aquinum) In Volſcis, qui ſunt populi iuncti Marſis. Eſt prope Fregellas, alluit Melpha fluuius, Volſcorum caput eſt Sueſſa. Ipſi hoc dicas licet) Dicere merito ac iure potes. Exhaurias) Ebibas ac ſumme capeſſas. Pomptinum) Legatum ad nos accelerare cogas. Profectus) Diſceſſeris. Sic habeas) Hoc teneto. Minturnis) Ad Liris oſtia Minturnenſes propter aeris grauitatem immunes fuerunt, & ſacroſanctam vacationem habuerunt. Minturnæ & Fregellæ duæ vrbes interierunt. Minturnæ claræ conflictu Saracenorum cum Italis tempore Ioannis.x. Pontificis, qui ad internecionem ceciderunt & Italia expulſi ſunt.

Aquinum.

Minturnę.

Dices, quid? quaſi iſtuc erat magnum. Itaq; me ipſum commouerat: ſic abſurde & aſpere, verbis vultuq; reſponderat: diſſimulauit dolens, diſcubuimus omnes præter illam: cui tamen Quintus de menſa miſit, illa reiecit. Quid multa? nihil meo fratre lenius, nihil aſperius tua ſorore mihi viſum eſt, & multa prætereo, quę tum mihi maiore ſtomacho, q̃ ipſi Quinto fuerunt. Ego inde Aquinum, Quintus in Arcano remanſit, & Aquinum ad me poſtridie mane venit: mihiq; narrauit nec ſecum illam dormire voluiſſe, & cum diſceſſura eſſet, fuiſſe eiuſmodi, qualem ego vidiſſem. Quid quęris, vel ipſi hoc dicas licet: humanitatē ei meo iudicio illo die defuiſſe. Hæc ad te ſcripſi fortaſſe pluribus q̃ neceſſe fuit, vt videres tuas quoque eſſe partes inſtituēdi & monendi. Reliquū eſt: vt ante, quā proficiſcare, mādata noſtra exhaurias, ſcribas ad me om̄ia. Pōtinū extrudas. Cū profectus eris: cures, vt ſciā. Sic habeas, nihil mehercule te mihi nec charius eſſe, nec ſuauius. A. Torquatum amantiſſime dimiſi Minturnis, optimum virum: cui, me ad te ſcripſiſſe, aliquid in ſermone ſignifices velim. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD.VI.Iduum Maii, cum has dabam literas ex Pompeiano proficiſcebar, vt ea die manerē in Trebulano apud Pontium. Deinde cogitabam ſine vlla mora iuſta itinera facere. In Cumano cum eſſem, venit ad me (quod mihi pergratum fuit) noſter Hortenſius: cui depoſcenti mea mandata cætera vniuerſe mādaui. Illud probe, ne pateretur (quātum eſſet in ipſo) prorogari nobis prouinciā. In quo eum tu velim confirmes: gratumq; mihi feciſſe dicas, ꝙ & venerit ad me, & hoc mihi præterea, ſiquid opus eſſet, promiſerit. Confirmaui ad eam cauſam etiam Furnium noſtrum: quem ad annum Trib.pl. videbā fore. Habuimus in Cumano quaſi puſillam Romam, tanta erat in his locis multitudo. Cum interim Ruſio noſter, quod ſe a Veſtorio obſeruari videbat,

Argumentum LXXXVIII.

EST itineris ſui ſignificatio. In Cumano occurrit Hortenſius. Ruſionem illiberalitatis accuſat. Rogat vt ſæpe ſcribat de Repub. cuius magnos motus timet.

PIVS.

POMPEIANO) Non rure Cn. ſed ex Pompeiis, loco Campanię. Pompeios vrbem Sarnus alluit Straboni. Nūc caſtellum Gręci dicitur. Iuxta Veſeuus mons, nūc Summa vocatur, inde Græcum vinum Romam deportatur, quod Plinius Pompeianum vocat, quod iuxta Pompeios optimum ſit. In Trebulano) Trebula hodie Træuiū. Plinius ait hanc Muſiſcas & Suffenates prius vocatos. Virgilius, Oliuiferæque Muſiſcæ. Fluuius autem prope oppidum Tinam Plinio memoratus exiſtimatur de quo Silius Italicus, Tinæque inglorius amnis. Hunc Chiagium putant aliqui in Sabinis. Depoſcenti mandata) Cui offerenti ecquid vellem?

Pompeii.

Veſeuus.

Vinū gręcū.

Trebula.

Probe) Bene, conſtanter, ſerio, vere. Quantum eſſet in ipſo) Pro viribus ſuis.

Prouincias) Lege prouinciam. Ad eam cauſam) Vt incumberet illi cauſæ, ne mihi prouincia prorogaretur.

Scilicet) Alibi, ſe. Videbat) Lege videbat. Veſtorius Comes Ciceronis obſeruabat ecquid liberalitatis Ruſio exerceret in Proconſulem Ciceronem, Ruſio declinauit, & impoſturam fecit.

Stratagema.

Stratagemate alto) Calliditate inaudita. Stratagemata ducum ac ſapientum prudenter acute dicta vel facta dicuntur vnde nomen habent militare, ϛϱατηγὸς ductor exercitus. Liber Plutarchi ſtrategematicus in manibus eſt auro ac gemmis precioſior. Alto) Metaphoricos, profunda plaga. Percuſſit) Perfudit aceto latio. Ita ne) Debuit facere Ruſio? non ſe commouere? Etiam longe) Priſci codices, Tam longe venit Hortenſius, infirmus & hortenſius: cui præſtare matellam non eſt Ruſio dignus. Ille) Ruſio. Expenſe) Impenſe, valde. Alij expellens ſe. Sua villa) Eius villici qui declinauerat amicum, & atria ſeruantem, poſtico fefellit.

Audiri) Cuius vox erat datiſmo plena, & colluuie verborum ſpurciſſimorum.

Operere) Negocieris. Alii ſcribunt opperiare, hoc eſt expectes. Viros) Magiſtratus, vt Duumuiros, & Triũuiros, exempli cauſa pro diuidendis agris. Motus) Sẽper vates fuit Cicero. Motus eos intelligit, quibus non modo Roma & Italia, ſed Reges atque Tetrarchæ, ac totus orbis cõcuſſus eſt. Ex Pompeio) Quoniam ad me venturum audio.

ſtratagemate alto percuſſit hominẽ. Nam ad me nõ acceſſit: ita ne cũ Hortẽſius veniret? & infirmus tam lõge Hortẽſius: cũ maxima preterea multitudine ille nõ venit? nõ inquã. Nõ vidiſti igitur hominẽ inquies? qui potui nõ videre, cũ per Emporiũ Puteolanorũ iter facerẽ, in quo illũ agentẽ aliquid, credo, ſalutaui. Poſtea iã iuſſi valere, cũ me expellẽs ſe ſua villa nũquid vellẽ rogaſſet. Hũc hominẽ parũ gratũ quiſq̃ putet? aut non in eo ipſo laudandum, ꝙ audiri nõ laborarit? Sed redeo ad illud. Nolim putare mihi aliã conſolationẽ eſſe huius ingentis moleſtiæ, niſi ꝙ ſpero nõ lõgiorem annua fore. Hoc me ita velle multi non credunt ex conſuetudine aliorum. Tu qui ſcis, omnem diligentiam adhibebis: tum ſcilicet, cum id agi debebit. Cum ex Epeiro redieris de Rep. ſcribas ad me velim: ſiquid erit, quod operiare. Nondum enim ſatis huc erat allatum, quo modo Cæſar ferret de authoritate præſcripta. Eratq; rumor de Tranſpadanis, eos iuſſu illius viros creare. Quod ſi ita eſt, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio ſciam. Vale.

Argumentum. LXXXIX.

MONET amicum vt rumores ſcribat, qui in Repub. emerſerũt, quoniam oppidani timent, neſcit ad quas eius literas reſcribat.

MAII.) Priſca lectio Maias habet. Inania) Panici huiuſmodi timores vocantur. Semel) Emenda ſimul. Maij) Maijs ſimiliter priſca exẽplaria: friuola iſthęc ſed ſuum ſaporem vernaculum habent. Alteras reſcriptas) Scribendum alteræ reſcriptæ. Minturnis) Priſci codices minturnenſes. Σπουδαιότερον) Studioſius & ornatius. Ponam in gratiam) Copulabo veterem amorem.

Et licet) Aliquid adhuc ſcribere. Vetuſti tamẽ codices ilicet habent, ſignificat aliquãdo ſtatim Plauto & Maroni. Ilicet ignis edax ſummi ad faſtigia tecti Voluitur. Ilicet in hoc loco ſignificat, ſtatim ſuccurrit. Satis faciemus ſatis) Scribe, factum ſatis, ęraſis reliquis abortiuis. Monebat Atticus vt eſſet cõtinentiſſimus in prouicia. Dicit Cic. ſe idẽ cogitare. A Pontio) Ab hoſpitio Põtii. Ex Trebulano agro diſcedere cogitabam ad. V. Id. Maii. Maias habet vetus lectio.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD quintũ Id. Maias veni in Trebulanũ ad Pontium: ibi mihi tuæ literæ binæ redditæ ſunt tertio abs te die. Eodẽ autem ex Põpeiano Philotimo dederã ad te literas, nec vero nunc erat ſane quid ſcriberẽ. Qui de Rep. rumores ſcribe quæſo. In oppidis em̃ ſummũ video timorẽ, ſed multa inania. Quid de iis cogites, & quãdo, ſcire velim. Ad quas literas tibi reſcribi velis, neſcio. Nullas em̃ adhuc acceperam: præter, quæ mihi binæ ſimul in Trebulano redditæ ſunt. Quarũ alterę edictũ Publii Licinii habebãt. erãt autẽ No. Maiis datę: alteræ reſcriptę ad meas Minturnenſes. Quæ vereor, nequid fuerit σπουδαιότερον in iis, quas non accepi, quibus reſcribi vis. Lentulum ponã tecum in gratiam. Dionyſius nobis cordi eſt. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Iam deeſt quid ſcribam: ilicet Beneuenti cogitabam hoc de noſtra cõtinẽtia, & diligentia eſſe ſatis: faciemus ſatis. A L. Põtino. ex Trebulano ad quintum Id. Maias.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ASCEN. Eſſe ſatis, faciemus ſatis) Ego hic nihil mutē. Scripſit eñ Cic. in his epiſtolis plurima obſcu= re, contentus ſolū Atticū ea intelligere: mihi autē hic videẽ hoc dicere. ilicet. i. eueſtigio ſtatim cū eſſem Beneuenti, cogitabā hoc quod monuiſti de cōtinentia & diligentia noſtra. i. a nobis facienda, eſſe ſatis. i. quia faciemus ſatis: verū quia in ſequēti epiſtola dicet ſe cū eſſet Beneuenti accepiſſe epiſtolas ab Attico in quibus ei gratiſſima erat Attici cura de illo primo & maximo mādato, videlicet de cōtinētia & diligē tia ſeruandis, videtur hæc clauſula præpoſteræ inſerta, quomodo enim cum adhuc Trebulani eſſet,

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

BEneuentum veni ad quintum Id. Maii. ibi accepi eas literas, quas tu ſuperiori= bus literis ſignificaueras te dediſſe: ad quas ego ipſo eo die dederam ex Trebu lano, a L. Pontio, ac binas quidem tuas Beneuenti accepi: quarum alteras Furius Feſulanus multo mane mihi dedit: alteras ſcriba Tullius. Gra= tiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo, & maxi= mo mandato: ſed tua profectio ſpem meam debilitat: ac me ille quidem modo coquit, ſed inopia cogimur eo contenti eſſe. De illo altero, quē ſcribis tibi viſum eſſe non alienum vereor vt adduci noſtri poſſint & tui πρὸς νεῦσιν ita eſſe, δυσγνωστον. Equidē ſum facilis, ſed tueberis, & me abſente, rei habebis rationem meę. Nā poſſet aliquid, ſi vteruis noſtrū adeſſet, agente Serui= lio fieri probabile. Nūc ſi iā res placeat, agendi tamē aliā non video. Nunc venio ad illā epiſtolā, quam ac= cepi a Tullio. De Marcello feciſti diligenter. Igitur S. C. ſi erit factū, ſcribes ad me: ſin minus, rem tamē cōficies. mihi enim attribui oportebit. itē Bibulo. ſed non dubito, quin S. C. expeditum ſit, in quo præſer= tim ſit compendium populi. De Torquato probe. de Maſſone, & Ligure, cum venerint. De illo, quod Che= rippus: quoniam hic quoq; πρὸς νεῦσιν ſuſtuliſti. O pro= uincia! etiam ne hic mihi curandus eſt? Curandus au=

V. Idus Maias recipere po= tuit epiſtolas Beneuenti eodē die & ad eas reſpondere? Ego qdē opinor hāc epiſtolā Tre= bulani ſcriptā & ſignatā tanq̄ inde miſſam, miſſā tñ Bene= uēto: & ibi clauſulā hāc, Ilicet Beneuēti &c. margini additā.

INNVIT literas accepiſſe ſuperiorib⁹ datas: agit gra= tias q̄ mādata ſua curat. q̄q; expoſuit de Oppii nego= cio pecuniā, de Ceſare literas expectat ab Attico. — Argumentū XC. PIVS.

AD quintū Id. Maij. Etiā hic Maias habet. Quas tu) Accepi) eas literas ſignifican= tes te dediſſe literas ad quas reſcribi volebas, nec ego rece perā. Accepi) Miſſas a Pon= tio ex Trebulano Beneuen= tū. L. Pōtio) Lege a Lucio Pōtio, hoc eſt ex Trebulano hoſpitio L. Pontii. Alteras Feſulanus) Veteres codices. — Feſulę
Alteras Furius Feſulan⁹. Fe= ſulas qs neſcit Etrurię ciuita tē fuiſſe? Ac me) ille qdē mō coquit ſed iopia. Beroald⁹ emē dat. Ac illđ qdē iabat, nō ęquo aio, ſed iopia. De Pōptino Ci= cerone loqui credo, q nō oino placebat. ſed fortiſſimo; iopia cogebat illo eſſe cōtēt⁹ ꝓpe, adeo rara nřis tpib⁹ eſt virt⁹. Illud iabat ꝓuerbialiter dici= mus cum quid nobis nō ſatis conſtat, ſed neceſſitati paren= dū. Nō ęquo aio) Sub itellige ferim⁹. Deprauatos vel mutilos, aut caluos ſe nobis obtulerūt āt q codices hoc i loco. Ego vero cōponēs theſſerulas omneis vocū ex earū cōformitate olim duxi ſcribēdū, Ac me il lud mō coqt: ſed iopia. Coq̄re dicit qd qñ ęgre eſt, quo lepore Rōana ſimplicitas adhuc vtit. Eo) Epiſta= — Coquere.
te a te obiato. Sūt eñ Epiſtates p̄fecti & p̄ſides. Sic itelligēd⁹ eſt ille loc⁹. Dig. de iudiciis, Pars literarū diui — Epiſtates.
Hadriani πρὸς τοὺς ἐπιστάτας. i. ad p̄fectos & p̄ſides. Noſtra) Scribe nřis. i. & tuis & nřis placere poſſit, & — Iuriſperitorū
vt illi aſſētiant. Δύσγνωστον) Cognitu difficile. Πρὸς νεῦσιν) Ad aſſenſū, facile aſſētior. Cōſideratis cōſi — locus emen=
derādis hāc vltimā ſentētiā ſequor, vt ſit hic ordo, & ita ſcribas. Vereor vt adduci nři poſſint & tui πρὸς — datus.
νεῦσιν ita eſſe, & p parētheſim infert, δύσγνωστον, ſupple γάρ ἐστι. i. vereor ne tui & mei aſſētiant ei phi loſophicę ſentētię, qua mones me vt doceā meos nihil pulchri⁹ eſſe cōtinētia, quare me ſequāt dūtaxat ꝓpter honorē & virtutē, nō ob vtilitatē, cui vulgo ſtudet. Eſt eñ dyſgnoſton hoc eſt cognitu difficile. Pręſertim turbę, laborādū eſſe honeſti cauſa nō vtilitatis: vulgus eñ dicere ſolet: vicerit vtilitas. Tuearis) Vetera monimenta habēt, Tueberis. Res habebis rationē) Legit Beroaldus & docte, Rei habebis ratio= nē meæ. Probabile) Bonū, laudabile. Agendi) Iunge inferioribus. Aliā) Viam. Cōpendiū) Vtilitas.
Cum venerint) Expedies. Πρὸς νεῦσιν) Aſſenſum. Sub Tullio) Scribe ex fideliſſimis exēplaribus, ſuſtuliſti, qm̄ aſſenſus es, hoc eſt tibi nō diſplicet. Prouincia) Erit mea facere quoniā tibi placuit. Quidā codices, O ꝓuincia, calamitoſa videlicet & laborioſa: in qua minima quęq; curāda ſunt. Hic Cherippus)
ASCEN. Ac me ille qdē mō coqt. i. dolore afficit, qa nō placet: videt de aliquo ab Attico miſſo loq, q nō placebat, ſed iopia inqt qa aliū nā hēm⁹ cogimur eo cōtēti eſſe. Sic aūt poti⁹ legā: q̄ vt Beroald⁹ legit, illđ vt de ꝓfectiōe Attici intelligat: ſed de hoie loq, id qđ ſubdit ſignificat: de illo altero quē ſcribis &c.

tem hactenus, nequid ad Senatum Conſul aut Præ‑ tor: nam de cæteris, ſed tamen commode. Quod cum Scrofa de Pompeio, recte ſcribis. Eſt enim ita, vt ſi ante Calend. Ianuar. Brunduſii futurus ſit, minus vrgendi fuerint M. Annius, & Tullius. Quæ de Si‑ cinio audiſti, ea mihi probantur: modo ne illa ex‑ ceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum, ſed conſiderabimus. rem enim probo. De noſtro iti‑ nere, quid ſtatuero: de quinq; præfectis, quid Pom‑ peius facturus ſit, cum ex ipſo cognoro, faciam vt ſcias. De Oppio bene curaſti, quod ei. DCCC. expoſuiſti. idq; quoniam Philotimum habes, perfice: & cognoſce rationem, & ne angar amplius. Sed, ſi me amas, prius quàm proficiſcaris, effice: & ma‑ gna me cura leuaris. Habes ad omnia, & ſi pene præterii, chartam tibi deeſſe. mea cautio eſt, ſi quidem eius inopia minus multa ad me ſcribis. Tu vero aufer ducentos, & ſi meam in eo parſimoniam huius paginæ contractio ſignificat, dum acta & ru‑ mores vellet. Iam ſiqua certa habes de Cæſare, expe‑ cto literas, & alias Pontino de omnibus rebus dili‑ gentes dabis. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PLane nil eſt, quod ſcribam: nam nec quid mandem, habeo (nihil enim præ‑ termiſſum eſt) nec quid narrem noui. Enimuero mihi nec iocandi locus eſt: ita me multa ſolicitant. Tantum tamẽ ſcito, Idus Maiis nos Venuſia mane proficiſcentes has dediſſe. Eo autem die credo aliquid actum in Se‑ natu. Sequantur igitur nos tuæ literæ: quibus non modo res omneis, ſed etiam rumores cognoſca‑ mus: eas accipiemus Brunduſii. Ibi enim Ponti‑ num ad eam diem, quam tu ſcripſiſti, expectare con‑ ſilium eſt. Nos Tarenti, quos cum Pompeio διαλό‑ γους de Repub. habuerimus, ad te perſcribemus. Etſi id ipſum ſcire cupio, quod ad tempus recte ad te ſcri‑ bere poſſem, id eſt quandiu Romæ futurus ſis, vt aut quod eſt, poſt has literas, ſciam: aut ne dem fru‑ ſtra. Sed ante quàm proficiſcare, vtique explicatum ſit illud HS.XX, & DCCC. Hoc velim in maximis rebus, & maxime neceſſariis habeas, vt quod autho‑ re te velle cœpi, adiutore aſſequar. Vale.

Nequid ad Senatum Cõ‑ ſul.) Ne queratur Conſul aut Prætor, admoneatq; ſupbiæ aut negligẽtię meę patres cõ ſcriptos. De cęteris) Videro vel nõ curo. Cõmode) Fient omnia bene. Quod cũ Scro fa) Cõmunicaueram, ventila‑ ueram. Pompeiano) Beroal‑ dus Pompeio legit. Vrgẽdi) Ad celeritatem itineris, quo‑ niã cũ Põpeio ſubſiſtã. Tul‑ lius) Miniſter in prouincia Ci licię, vt patebit inferius. In‑ currat) Offendat, arietet.

Quid ſtatuero) Subintelli‑ ge ſcribã. DCCC.) Aliqui co dices habẽt. HS.ccc. in ſequẽ‑ ti tamẽ epiſtola, Seſtertia. xx. &. DCCC. velim in maximis rebus & maxime neceſſariis habeas, nec ſumma excurrẽs offendat, quæ ſemper nõ ex‑ primitur eam obũbrante ma iori ſumma. Expoſuiſti) Nu meraſti, imo exhibuiſti. Quid ſit exhibere docuimus nos ali bi. Vox eſt Iuriſconſultorũ, vt profiteri. Cognoſce) Puta.

Sũma excur‑ rens.

Et vt agã) Scribe, ne angar, cura ſolicitudineque vexer.

Mea captio eſt) Scribe, cau‑ tio. Cauere prouidereq; debeo ne charta tibi deſit. Ducẽ‑ tos) Scapos papyri, ne cauſe‑ ris tibi deeſſe papyrũ. Hoc ne‑ gocio parãdę papyri. In eo) Pagina cõtrahẽda. Contra‑ ctio) Breuitas. Dũ acta) Lõ‑ ga eſt ſatis quę poſtulat de lõ‑ gis & magnis ſcribi, vel dũ pe tit i rumoribꝰ & actis i e extẽ‑ dere, epiſtola tñ nr̃a cõtractior eſt. Diligẽtes) Diligẽtię ple‑ nas. nõnulli diligẽter malũt.

Argumentum. XCI.

NEGOCIOSVM ſe re‑ fert, nec iocandi locum ſupeſſe. Itinerarij vice fũgit. LOCVS) Opportuni tas, occaſio. Venuſia) Ciuitas Apulię iterior iuxta cãnas vbi nũc eſt oppidũ Baroiũ. hodie quoq; præſul Cãnenſis in ſa cro codice reperit. Interius ve ro Venuſia vñ Calor fluit. Iux ta Anſancti colles, a Virgilio deſcriptos auctore Donato. Διαλόγους) Sermões. Re‑ bꝰ) Cariſſ. Oppiana neſcio an ſint iſta ſeſtertia. Velle cœpi) Deſiderare cœpi hortos illos Oppianos te hortatore.

PIVS.

Venuſia.

Cannæ.

Calor.

Dialogi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.XCII.

TARENTI Pomptinum expectat,eoſq; dies cum Pompeio conſumit. POMPTINVM) Legatum. Prçclaros)Vt a Phocylide vel Phocide curiarum. Negocium)Prouinciã Cilicię: cuius naturam Pompeius ignorare non poteſt,per quam toties traduxit exercitum. Profectus) Roma diſceſſeris. Mãdaui omnia quidem quę tu)Scribe, Quæ quidem tu. Exhauries) Bibes & deuorabis. Noti)Alibi noui. De Cæſaris nomine)Iuſſu Cęſaris,vel debito. Nomen hic debitum ſignificat propter illam particulam de. PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TArentum veni ad.XV.Cal.Iun.Q̃ꝫ Põptinum ſtatuerã expectare,commodiſſimum duxi dies eos, quoad ille veniret, cũ Pompeio cõſumere: eoq; magis,ꝙ ei gratũ eſſe id videbã.Quin etiã a me petierat,vt ſecũ,& apud ſe eſſem quotidie: quod cõceſſi libẽter.Multos eñ eius præclaros de Rep. ſermones accipiã:inſtruar etiã cõſiliis idoneis ad hoc noſtrũ negociũ.Sed ad te breuior iã in ſcribendo incipio fieri: dubitãs Romæ ne ſis,an iam profectus: quod tamen quoad ignorabo, ſcribã aliquid potius, ꝙ̃ cõmittã vt tibi cũ poſſint reddi a me literæ,nõ reddãtur.Nec tamen iã habeo,quid aut mãdem tibi,aut narrẽ.Mãdaui oĩa quidẽ,quę tu(vt polliceris) exhauries:narrabo cũ aliquid habebo noui.Illud tamẽ non deſinã,dũ adeſſe putabo,de Cæſaris nomine rogare,vt confectũ relinquas. Auide expecto tuas literas, & maxime, vt norim tempus profectionis tuæ. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVotidie,vel potiꝰ in dies ſingulos breuiores literas ad te mitto:quotidie eñ magis ac magis ſuſpicor te in Epeirũ iam profectũ:ſed tamen, vt mãdatum ſcias me curaſſe,qđ ante ad te, Põpeius quinos præfectos delaturum, nouas vocationes iudiciorũ cauſa.

Argumentum.XCIII.

EXCVSAT ſe de breuitate literarum.De Põpeio ſcribit & Põpeianis pręfectis, quo relicto profectus eſt Brundusium. PIVS. Quotidie in dies ſingulos

QVOTIDIE vel in dies ſingulos.)In decretis canonicis in principio leguntur hęc verba,Sed effrenata cupiditas ſui prodiga, pacis æmula,mater litium, materia iurgiorũ tot quotidie noua litigia generat. Addit gloſſa neſcio quę ſupaddititia. Nota ibi quotidie fieri quod fit aliquo interuallo interpoſito. Nam non quotidie lites generãtur. Laurentius Vallenſis ingeniorũ ſui temporis citra aleam princeps lib.4.elegantiarum prodit in dies eſſe idẽ quod quotidie, ſed proprie cum quodã incremento. Ideoq; plerunq; cum comparatiuo,vt cũ indies malum arctius premeret, & cum in vrbem infinitum malũ ſerperet, idq; manaret indies latius. Etiam ſine comparatiuo, ſed tamen per verbum ſignificans incrementũ, vt Liuiꝰ,Creſcẽte in dies multitudine.Quod non liceret dicere concurrente in dies multitudine. ſed quotidie aut indies magis,cũ tamen liceat ſuperiora exẽpla dicere ꝑ quotidie,vt Cic.ad Atti.Quotidie vel potius in dies ſingulos.i. non modo quotidie breuiores,ſed etiam in dies.Nam eę quotidianæ literæ ſunt breuiores his quas antea mittere ſolebam quæ poterant eſſe omnes pari breuitate. Hadrianus Cardinalis olim Batonienſis, contrarium gloſſę ſentit.Quotidie videlicet & quotannis tempus & ſpatium continuatum ſignificare. In dies vero ſingulos, & in ſingulos annos non continuatum ſpatium aut perpetuum,ſed per interualla dierum & annorum ſecretum tempus,& adducit hunc locum, & ſimul vlpianum de Tritico,vino,& reliquis.Hęres meus amphoras decem quotannis in annos ſingulos dato.Iabolenus de fundo inſtructo,lege Legatum,Vini falerni,quod domi naſcetur quotannis in annos ſingulos binos culleos hęres meus Titio dato. Ego tamen gloſſam Decretalem ſequor propter illud Ciceronis verbum,potius,vt ſi diceremus Breuiter ad te ſcribo,immo in horas:non latine diceretur. In horas ad te ſcribo, immo ſingulis diebus. Quod ante ad ſe) Scribe, Ad te.Subintellige ſignificaueram dicere cœperam:mandauerat enim Atticus vt ad eum ſermones perſcriberet cum Pompeio. Quinos) Connecte. quinos. Delaturum) Romam, rogaturumque velint iubeant ne patres vt ij vel iiii præfecti ſint. Vacationes) Vacationes illæ dicuntur quando quis habet immunitatem non ſoluendi Vacatio.
cenſus annuos Reipub.Potes legere vocationes,id eſt electiones:quoniã ſepe auctore Quintiliano,ru- Vocationes
ra iudices mittebant. Iudiciorũ cauſam)Si legimus vocationes,ſcribamus cauſa,volebat corrupta Põ- iudicum.

peius reformare iudicia factis nouis vocationibus. Apud Pompeium)In hoſpitio Pompeiano. Ad hæc) Timores a Cæſare venientes.Imparatiſſimum tamen Pompeium poſtea Cic.vocauit. Vbi ſis) Subintelligatur:vt quod repetere indecenter abhorret M.Tullius elegantiarum latinarum parens.

Argumentum.XCIIII.

EMERSISSE incommoda ſe valetudine refert,querelam Milonis excuſat. VALETVDO) Corporis imbecillitas. Emerſeram)Enataueram, liberatus eram. Curſum) ἐυπλοίαν nauigationem ſecundam. Meã) A me ſibi illatam. Debebat Milo Ciceroni, quare Philotimum interpoſuerat cũ venderẽtur bona, vt ſeruaret qđ Ciceroni debebatur. Soci⁹) Pedem tuliſſet in bona Milonis,tenutam vt vulgo dicitur,accepiſſet. Fuerit) Scribe fuit. Alienis mancipiis) Fideiuſſoribus non idoneis. Quidam ſeruos veros intelligi volũt,quibus iniquus emptor Milonis vxorem deturbaſſet. Cautum) Prouiſum. Ratum eſſet)Firmiter prouiſum. Erat etiam)Hęc cauſa quare Philotimus pręerat diuendendis Milonis bonis. Seruari) Incolume ſiſti ne vniuerſa bona Milonis alienarentur, qui ſupra portenta illorum temporum ęs infinitum auctore Plinio debebat. Maiora)Quam reipſa ſint. Sed ille queritur? ſi ſcribit ad amicos. Lege, Sed ille cur queritur? cur ſcribit ad amicos? Milo querebatur per literas ad communes amicos,a Cicerone,a quo minine debuit,diripi. Fauſta)Milonis vxor.Nihil actum eſt inuita Fauſta. Fuerit tanti) Omnia mihi minora videntur amore Milonis. Scripſit)Emenda ſcripſi. Confidam)Corrige confidebam.

Argumentum.XCV.

PIVS. NAVIGATIONEM pręſentem ac futuram amico deſignat.Rogat ac mandat maiorem in modum ne annus ſuus intercaletur, & tempus regendę prouincię amplietur.

Corcyra. CORCYRÆ) In mari Ionico Phęacia dicta, & Mælena a predẽſis ſyluis auctore Rhodio:de qua Lucanus, Seu vela ferantur In portus Corcyra tuos. Sybotis) Inſula ante Epirum, vti Strabo

Sybotis. in tertio. Scribit Stephanus Sybotim eſſe iuſulam & lacũ.

Ego cum triduum cũ Põpeio, & apud Pompeiũ fuiſſem,proficiſcebar Brunduſium ad.XIIII.Cal.Iun.Ciuem illũ egregium relinquebã,& ad hæc quę timentur propulſanda paratiſſimum.Tuas literas expectabo,cũ vt quid agas,tum vbi ſis,ſciam. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ME & incommoda valetudo, qua iam emerſerã, vtpote cũ ſine febri laboraſſem,& Põtini expectatio, de quo adhuc ne rumor quidẽ venerat,tenebat iam duodecimũ diem Brunduſii, ſed curſum expectabamus. Tu, ſi modo es Romę(vix enim puto)ſin es,hoc vehemẽter aiaduertas velim. Romæ acceperã literas, Milonem meũ queri per literas iniuriam meam,ꝙ Philotimus ſocius eſſet in bonis ſuis.Id ego ita fieri volui de C.Duronii ſentẽtia, quẽ & amiciſſimũ Miloni perſpexerã, & talẽ virũ,qualẽ tu iudicas,cognorã.Eius autem cõſilium, meũq; hoc fuit.Primũ,vt in poteſtate noſtra eſſet res, ne illũ malus emptor alienis mancipiis, quæ permulta ſecum habet,ſpoliaret: deinde,vt Fauſtæ, cui cautum ille eſſe voluiſſet, ratũ eſſet.Erat etiam illud,vt ipſi, ſi quid ſeruari poſſit, per nos facillime ſeruaremus. Nunc rem totam perſpicias velim.Nobis enim ſcribuntur ſępe maiora.Sed ille cur queritur? cur ſcribit ad amicos? ſi idem Fauſta vult.Philotimus,vt ego ei coram dixeram, mihiq; ille receperat, ne ſit inuito Milone in bonis.nihil nobis fuerit tãti: ſin hæc leuiora ſunt,tu iudicabis. Loquere cum Duronio. Scripſi etiam ad Camillum,ad Lamiam:eoq; magis,quod nõ confidebam Romæ te eſſe. Summa erit hæc, ſtatues vt ex fide,fama,req; mea videbitur. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ACtium venimus ad.XVII.Cal.Quintil. Cum quidem, & Corcyræ, & Sybotis, muneribus tuis, quæ & Areus, & meus

Opipare) Saliariter & affluenter. opes vocant copias omniũ rerũ. φιλοπροσκυνέσατα) Lętiſſime, mãſuetiſſime, benigniſſime. Leucatem) Epiri. Virg. Mox & Leucatę nymboſa cacumina montis. Plin. lib. 4. Nat. Hiſt. Egreſſos ſinu Ambracio in Iouis excipit Leucadium littus: promõtoriũ Leucates, deinde ſinus ac leucadia ipſa Peninſula: oppidum in eo leucas quõdam Neritum dictum. Moleſte) Moleſtum lege. Actuariis) Nauigiolis. Saluſtius, His actuariis naues circiter triginta erãt onerarię, dictę actuarię ꝙ cito agi poſſunt. Patras) Patrę auctore Stephano, ciuitas Achaiæ, a quodã Patreo. Ciuis πατρεύς.

Leucates. Leucadia. Leucas. Actuaria. Patrę.

Eutychides opipare, & φιλοπροσκυνέσατα nobis cõceſſerãt, epulati eſſemus hilarẽ in modũ. Actio maluimus iter facere pedibus, q̃ incõmodiſſime nauigaſſemus: ſed Leucatẽ flectere moleſtũ videbat̃. Actuariis autẽ minutis Patras accedere ſine iis impedimẽtis nõ ſatis viſum eſt decorũ. Ego (vt ſępe tu me currẽtẽ hortatus es) quotidie meditor, pręcipio meis. faciã deniq; vt ſũma modeſtia, & ſũma abſtinẽtia munus hoc exordinariũ traducamus. Parthus velim quieſcat, & fortuna nos iuuet, noſtra pręſtabimus. Tu queſo quid agas, vbi quoq; hoc tẽpore futurus ſis, qualeis res noſtras Romę reliq̃ris, maxime de CXX, & de DCCC cura, vt ſciamus. id vnis diligẽter literis, quę ad me vtiq; perferãtur, cõſequere. Illud tamen (quoniã nũc abes, cũ id nõ agetur, aderis autem ad tẽpus, vt mihi perſcripſiſti) memẽto curare per te, & per omnes noſtros. In primis per Hortẽſiũ, vt annus noſter maneat ſuo ſtatu, ne q̃d noui decernatur. Hoc tibi ita mãdo, vt dubitem an etiã te rogem, vt pugnes, ne intercaletur: ſed non audeo tibi omnia onera imponere. Annũ quidẽ vtiq; teneto. Cicero meus modeſtiſſimus, & ſuauiſſimus puer tibi ſalutẽ dicit. Dionyſium ſemper equidem (vt ſcis) dilexi, ſed quotidie pluris facio, & mehercule in primis ꝙ te amat, nec tui mentionem intermitti ſinit. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VT Athenas ad. XV. Cal. Quintil. venerã, expectabã ibi iã quartũ diẽ Põtinũ, neq; de eius aduẽtu certi quicq̃ habebã. Erã autẽ totus (crede mihi) tecũ. Et q̃q̃ ſine iis ꝑ me ipſe, tñ acrius veſtigiis tuis monitus, de te cogitabã. Quid queris? Nõ mehercule alius vllus ſermo niſi de te: ſed tu aliq̃d de me ipſo ſcire fortaſſe mauis. Hęc ſunt. Adhuc ſũptus nec in me aut publice, aut priuatim, nec in quẽq̃ comitum. Nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hoſpite. perſuaſũ eſt oĩbus meis ſeruiẽdũ eſſe famę meę belle. Adhuc hoc animaduerſum Grecorũ laude, & multo ſermone celebrabat̃, q̃d ſupeſt elaborat̃ in hoc a me, ſicut tibi ſenſi placere. Sed hęc tũ laudemus, cũ erũt

Pręcipio) Vt ſint modeſtiſſimi. Exordinariũ.) Extraordinarium hodie dicunt ineptius. Noſtra) Conſilia, ingeniũ. Innuit illud Ouid. Rara quidẽ virtus quã nõ fortuna gubernat. Datis) Hęc dictio nõ eſt in priſcis exẽplaribus. Conſequere) Da operã. Vel conſequere pro cõſequeris, futuro tẽpore. Suo ſtatu) Ne prorogetur. Intercaletur) Inteponatur nouus annus. Liuius, Vt intercalatę pœnæ vſuram habeant.

Exordinariũ

Argumentũ. XCVI.

ATTICVM cogitare, Attici nomen in ore habere ſe iactat, nullũ niſi ſuper Attico habere ſermonẽ. nihil in itinere extorquere, vñ a Græcis extollit̃. Moleſtiſſimã hanc prouĩciã eſſe q̃ritur. Athenis delectatũ ſcribit. De Xenone aliq̃d refert. VT ATHENAS) Significat q̃primũ Athenas. Eram tecũ) De te cogitabã. Sine iis) q̃uis nulla tua veſtigia me tui admonerẽt. Veſtigiis) Locis & regionibus, per quę decurrere ſoles huius vrbis Athenarũ, in quibus cũ agebas Athenis diſcurrere ſtatuarum gratia ſolebas, vt Ceramicus de quo harũ Epiſtolarũ lib. I. De re) ſcribẽdũ de te. Sũptus) Impẽſa publica vel priuata. Nec in quẽq̃ comitũ.) Non modo in me. Comites turba vocat̃ magiſtratũ ſequẽs. Catullus, Piſonis comites cohors inanis. Lege Iulia) De legationibus de qua meminit idẽ libro. 15. Epiſtolarũ ad Atticum. hæc alio nomine viaria & alimentaria dicebatur præſertim a Cęlio libro octauo Epiſtolarum Famil. Belle) Aduerbium ſignificãs bene. perſuaſum eſt vt famam meã non ſecus q̃ ſuam curent. Hoc) Vitę genus & inſtitutũ modeſtiſſimum. Animaduerſum) Cogitatũ a nobis. In hoc) Vt viuam continenter.

PIVS.

Comites.

Iulia lex.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

perorata. Reliqua ſunt eiuſmodi, vt meũ cõſiliũ ſæpe reprehendam, ꝙ non aliqua ratione ex hoc negocio emerſerim. O rem minime aptã meis moribus. O illũ verũ γραφέα. Dices, quid adhuc? Nondũ enim in negocio verſaris? neſcio, & puto moleſtiora reſtare. Sed hęc ipſa fero equidẽ frõte (vt puto) & vultu bellis: ſed angor intimis ſenſibus. Ita multa vel iracũde, vel inſolẽter, vel in omni genere ſtultitię, inſulſe, arrogãter & dicũtur & tacentur quotidie. Quę non, quo te celem non perſcribo, ſed quia δυσθυκήλητα ſunt. Itaq; admirabere meã βαθύτητα, cũ ſalui redierimus. tanta mihi μελέτη huius virtutis datur. Ego quoq; hęc hactenus. Et ſi mihi nihil erat appoſitũ ad ſcribendũ, qa quid ageres, vbi terrarũ eſſes, ne ſuſpicabar quidem. Nec hercule vnq̃ tãdiu ignarus rerum mearum fui. Quid de Cæſaris, quid de Milonis nominibus actum ſit, hoc non modo nemo, ſed ne rumor quidẽ quiſq̃, vt ſciremus in Rep. quid ageretur. Quare ſi quid erit, quod ſcias de his rebus, quas putabis ſcire me velle, per mihi gratũ erit, ſi id curaris ad me perferendum. Quid eſt pręterea? Nihil ſane, niſi illud, valde me Athenę delectarũt. Vrbs dũtaxat, & vrbis ornamẽtũ, & hominũ mores in te, & in nos quadã beneuolẽtia. Sed multũ ea philoſophia ἄνω καὶ κάτω. Sic quidẽ exiſtimat tuus apud quẽ erã. nã Zenonem tuũ, vel noſtrũ potius Quinto cõceſſerã: & tamẽ propter vicinitatẽ totos dies ſimul eramus iũcti. Cũ primũ poteris, tua cõſilia ad me ſcribas, vt ſciã quid agas, vbi quoq; & maxime quando Romæ futurus ſis. Vale.

Grapheus.

Perorata) Metaphora eſt a concionatore deducta, qui peroraſſe dicitur, quãdo oram legit ac in finem vergit. Negocio) Negocioſa moleſtaq; prouincia. Emerſerim) Me abdicauerim. γραφέα) Deſcriptorem vel pictorem. Pompeium intelligit futura vaticinatum. Dices, quid adhuc) Iſta iunctim legenda. Quid adhuc, cur a principio quereris? In negocio) Attici verba. Nondum cœpiſti prouinciam intrare, & iam piget, tędetq; negociorum prouincialium. & quoniam iam Ciliciam appellimus. De hac Ciceroniana prouincia nonnulla, quæ ad viſcera propoſitæ lectionis eruenda ſunt, euentilemus: idq; ex Plutarcho grauiſſimo Philoſopho in vita Ciceronis. His actis pro Craſſo iuniore, qui apđ Parthos obierat, Augur deſignaẽ. Deinde Proconſul prouinciã ſortitus Ciliciã. xij. M. peditũ, duorũq; miliũ ſexcẽtorũ equitũ traiicit manũ, iuſſus Cappadociã Ariobarzani Regi recõciliare, eiusq; voluntati reducere. Hęc ipſe placide, & abſq; cõgreſſu pugnę cõpoſuit, ac Cilices q ob cladẽ Romanorũ a Parthis illatã, Syrięq; tumultus qui afferebanẽ nutabãt, adminiſtrationis ſuę manſuetudine placat: munera ibidẽ a regib⁹ ſibi oblata renuit. Præterea prouincię populos ab epularũ ſtipẽdiis ſoluit. Eius dom⁹ ianitore omnino libera. Ipſe cubãs a nemine viſus eſt, ſed matutina luce aut ſtans aut circũambulans iuxta cubilis ſui locũ, dexterã iis dabat, qui ad ſe ſalutatũ ingrederentur. Iracũde nullus iurgio laceſſitus, aut dãnat⁹ improbe ferẽ. Multa publicorũ quę furtiue ſubrepta fuerant, ciuitatibus reddidit, ac obnoxios nihil vltra ꝑpeſſos in ſua dignitate ſeruauit. Bellis) Simulãtib⁹ humanitatẽ, patiẽtiã, hilaritatẽ. Bellũ vocaẽ qđ ꝑ ſe fert hilaritatẽ, feſtiuitatẽ, gratiã. Plautus, Bellũ ſe faciebat. Nõ tibi (ait Tibullus) ſed iuueni cuidã vult bella videri. Alibi Plaut⁹, Bella bellatura. Angor) Crucior. Intimis ſenſibus) Intercuti cura. Cędem perſcribo) Vetuſti codices, Quo te celem nõ perſcribo. Nõ ſcribo cũcta per ſeriẽ hiſtorię, vt te celem, aureſq; tuas reformidẽ. Δυσθυκήλητα) Difficilia mitigatu. Celo quoniam deſperatiſſima ſunt, & manus medicas abdicant. Nõnullis enim morbis non eſt adhibenda medicina. Reperio in Beroaldi codicibus. μυστικώτερα, id eſt ſecretiora. βαθύτητα) Pondus, profunditatẽ, auctoritatẽ. μελέτη) Meditatio.

Cilicia.

Domus ſine ianitore.

Bellis.

Huius virtutis) Continentiæ. Propoſitum) Priſci codices appoſitũ habent. Nominibus) .i. debitis hoc loco, q̃m debebãt Cęſar & Milo Ciceroni. vide ſupra. Actũ ſit) Subitellige ſcire velim, vel ad nos nõ ſcribiẽ. Modo ne Roma qdẽ) Priſci codices, Sed ne rumor quidẽ. Quiſq̃) Subintellige fuit. A philoſophia) A dogmatiſtis philoſophorum. Surſum deorſum) Euripus eſt turba philoſophica, ꝙ diuerſa ſentiũt. Gręci dicũt, ἄνω καὶ κάτω. Si qdẽ exiſtimatis tu apud quẽ erã) Lege, Sic qdẽ exiſtimat tuus apud quẽ erã. Xenonẽ) De Xenone meminit idẽ lib. 16. harũ epiſtolarũ in principio. ASCENSIVS.

Surſum & Deorſum.

ASCEN.

Quæ non &c.) Ego ſic lego, Quæ nõ quo te celem nõ perſcribo, ſed quia δυσθυκήλητα. hoc ſenſu. quę mala ego nõ perſcribo. i. nõ omnia ſcribo, nõ. ſ. ideo nõ perſcribo, quo. i. vt ego celẽ te ea, quia bene volo ea ſcias: ſed ideo nõ perſcribo, quia fruſtra ea ſcieris cũ ſint mitigatu difficilia, & remedium illis adhibere nequeas. particula aduerſatiua ſed, hunc ſenſum efflagitat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. XCVII.

POLLIcetur ſe daturum Romã literas ad Atticũ. Accuſat tacite Marcellũ. Pompeium iturum in Hiſpaniã nõ putat, diſſuadẽte pręſertim Theophane. Aduentus Pontini ſignificatur. Cohortem ſuã laudat. De Xenone nõnulla & Patrone. Piliam conſolatur.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P. ATTICO S.

QVi toties ne me literas dediſſe Romã, cũ ad te nullas darẽ? at vero poſthac fruſtra potius dabo, ſi recte dari poterunt, q̃ cõmittam, vt non dem. Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas, dum ades, quicquid prouideri poteſt, prouide. Non dici poteſt, q̃ flagrem deſiderio vrbis, qui vix harũ rerũ inſulſitatẽ feram. Marcellus ſedẽdi comes, etſi ille magiſtratũ nũc gesſerit: erat tamen Tranſpadanus. Ita mihi videtur nõ minus ſtomachi noſtri Cæſari feciſſe, ſed hoc ipſe viderit. Põpeius mihi quoq; videbatur (quod ſcribis Varronẽ dicere) in Hiſpaniam certe iturus. id ego minime probabam, cui quidẽ Theophanes facile perſuaſit, nihil eſſe melius, q̃ illud, nuſq̃ illum diſcedere. ergo Gręcus incumbet. valet autẽ authoritas eius apud illũ plurimũ. Ego has prid. Non. Quintil. proficiſcẽs Athenis dedi. Cũ ibi decem ipſos fuiſſem dies, venerat Pontinus. nam Cn. Voluſius aderat Quęſtor tuus. Vnus Tullius aberat. ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrotum Mitylenęorum habebam, & aliud cataſcopium. De Parthis erat ſilentium. quod ſupereſt Dii iuuent nos. Adhuc iter per Gręciam ſumma cum admiratione fecimus. Nec mehercule habeo adhuc, quẽ accuſem meorum. Videtur mihi noſſe nos, noſtrã cauſam, & conditionẽ profectionis ſuæ: plane ſeruiunt exiſtimationi meæ. Quod ſupereſt, ſi verum illud eſt, ὁποία ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες, certe permanebunt. Nihil enim a me fieri ita videbunt, vt ſibi ſit delinquendi locus. In id parum, quod fuerit, fiet aliquid a nobis ſeuerius.

Hui.

HVI) Eſt aduerbium recuſantis, vt vah. quo ſępius vtũtur. Plato pręſertim. Dabo q̃ ſi recte) Illud verbũ, q̃, eſt ſuperuacaneũ, præpoſtero tamen ordine ac ſenſu poſitũ. ſic tamen ſcribendũ, Fruſtra potius dabo ſi recte dari poterunt q̃ cõmittã.

Per fortunas

Per fortunas) Per opes, & quicquid tibi dulce eſt rogo. Ades) Pręſens es Romæ. Qui vix harũ) priſci codices, qui vix ferã, ſubintelligitur, vt, vt qui vix ferã inſulſitatem. Sedendi comes) Ocii & deſidię particeps, vel qui aliquẽ olim cũ Cicerone geſſerat honorẽ ſubintelligefuit. Non geſſerit) Scribe, nunc geſſerit. Erit) Alii legunt, erat. Tranſpadanus) Exercitũ habebat trãs Padũ, de quo Cæſar apud Lucanũ, Marcellusq; loquax & nomina vana Catonis. Stomachi) Irę indignationis q̃ mihi. Varronem dicere) quod olim refers Varronẽ dixiſſe.

Qui quidem Theophani) Lege, Cui qdẽ Theophanes. Põpeio perſuaſit Theophanes ne abeſſet Italia. Illud) Hoc. Illũ) Põpeiũ. Diſcedere) Italia. Incumbet) Vrgebit propoſitũ, ne Põpeius diſcedat.

Aphracta.

ἄφρακτα) Naues intectę, nec ad pugnãdũ munitę. φράττω, ſępio, obſtruo, claudo.

Cataphractę.

Cataphractæ naues cõtrarię aphractis, quarũ centum habebat Mithridates, dicrota centum.

Dicrotum.

Dicrotum) Biremem. De dicroto Iulius Pollux libro. I. Dicrota ſunt naues, quę duobus gubernaculis pariter a pror a regũtur & puppi. Meminit in Epiſtolis ad Atticũ Cicero. Nam & ipſe Domiti⁹ bona habebat plane dicrota. De dicrotis meminit Cæſar Commentario bellorũ ciuiliũ. Et aliquid) Lege, & aliud.

Cataſcopiũ.

Cataſcopiũ) Eſt nauis exploratoria Cataſcopium vt vocabulũ docet. cuius meminit Cæſar in Cõmẽtariis ſic, Literis celeriter in Siciliam conſcriptis, & per cataſcopium miſſis. Cataſcopij meminit Gellius libro. 9. Noſſe nos) Naturam noſtrã cognoſcere. Noſtram cauſam) Cognoſcunt. Comites cauſam & conditionẽ profectionis meæ, quod ad gloriã non lucrum nauigo. Suæ) Cur ipſi & ego nauigamus. Exiſtimationi) Honori.

Qualis domina tales ancillæ.

ὁποία ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες) Qualis domina, tales ancillę. Platonicum prouerbium eſt libro octauo de Republica. Eſt & aliud prouerbiũ in hæc verba, τὰς δεσποίνας αἱ κύνες μιμοῦνται, Dominas imitantes catellæ. Permanebunt) Ego non immutor, nec illi immutabũtur. exẽplo domini ſeruus ętatem degit. Componitur orbis Regis ad exemplũ. Ita) Turpe. Exemplum non ero delinquendi. In id parum quod fuerit) Contra illud delictum quod etiam paruũ fuerit, non modo nõ enorme. Fiet aliquid ſerius) Scribe ſeuerius, ſumma vrgebimus ſeueritate etiam delicta minima.

ASCENſius

ASCEN. Exiſtimationi meę. i. ſentẽtię & iudicio meo. i. ita faciũt vt exiſtimo eos facere debere. Si, vt intepretatur Pius pro honore capitur legã, exiſtimationi mei. i. quę habeatur de me.

Anexia. Nã leuitate) Scribẽdũ, Nũc lenitate. Proficimus) Ad cõpeſcendũ errores lenitate naturę. ἀνεξίαν) Tolerantiã. Aliqui ἀνεξικακίαν, hoc eſt prohibitionẽ mali. Turpis) Mutata natura, laxataq; diſciplina, quę ſũma cũ difficultate perferri poteſt. Mali mores ſuccreſcũt, auctore Plauto, velut hęrba irrigua.

In præfectis) Cũ nõ acceperim prefectos quos dabas, excuſatũ me habeas. Iis quos voles) Dato tamẽ

Patron. iis prefectis miniſtros quos voles dare. Ego a me prefectos pẽdere volo. Meteorus) Suſpẽſus. Patronẽ) Fuit Epicureus, de quo meminit his Cicero libro .1. Epiſt. ad Q. Fratrẽ, Æſopi Tragœdi Licinius ſeruus aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureũ pro libero fuit. De eodem Cicero quoq; lib. 3. Familiariũ, Cũ Patrone Epicureo mihi omnia cõmunia ſunt, niſi q; in philoſophia vehemẽter, ab eo diſſentio.

Barones. Barones) Quidã patrones legũt, hoc eſt Epicureos, quã lectionẽ purã putã cẽſeo, quoniã de Gręcis nõ Romanis ſcribit. Barones alii exponũt ſatrapas, quoniã auctore Thoma Aquinate libro de regimine principũ, Barones ἀπὸ τῆς βαρίας, hoc eſt a grauitate principes ſapiẽtiſſimi vocanẽ.

Varrones. Alij Varrones prodi- ditiſſimis. Iuxta illud Ciceronis in Epiſtolis Famil. Nõ ſi Varronis theſauros haberẽ, ſuſtinere ſumptũ poſſem. In libro de Finibus .2. ſic Hęc cũ loqueris nos barones ſtupemus, quis Varrones alii legãt. eſt hęc dictio Barones. Ex illius literis) Tuis ſcribẽdũ & in reliquis Romanũ codicẽ ſequare, hoc ſenſu. Debet tibi Patro dicere rem ſuã mihi fuiſſe curę propter literas tuas, quibus mihi Patronẽ cõmẽdaſti. A noſtro) Lege a veſtro. Põponius em̃ Attic9 erat.

Hypomnematiſmos. ὑπομνηματισμὸν) Decretũ. Polycharme) Scribe Polycharmo vel Polycharmide Prætore. Me & poſt ipſi) Deleatur pronomẽ me prepoſtera ſede poſitũ. Patroni ad Mẽmiũ) Scribe, Patroni me ad Mẽmiũ. Vt ſi ad vos) Lege, vt is ad tuos. id eſt Ariopagitas. Poſſe) Id tollere decretum.

Nunc lenitate dulces ſumus: &, vt ſpero, proficimus aliquantum. Sed ego hanc, vt ſinguli dicunt, adhuc ἀνεξίαν in vnũ annũ meditatus ſum. Proinde pugna, ne, ſiqd prorogatũ ſit, turpis inueniar. Nũc redeo ad ea, quæ mihi mãdas. In præfectis, excuſatio. Iis, quos voles, deferto. non ero tam μετέωρος, q̃ in Apuleio fui. Zenonem tam diligo, q̃ tu, quod ipſum ſentire certo ſcio. Apud Patronem, & reliquos Patrones te in maxima gratia poſui, & hercule merito tuo feci. nã mihi is dixit, ſe ſcripſiſſe ad te, mihi ex tuis literis rem illã curæ fuiſſe, quod ei pergratum erat. Sed cum Patro mecũ egiſſet, vt peterẽ a veſtro Ariopago ὑπομνηματισμὸν tollerent, quem Polycharmo Prætore fecerant, cõmodius viſum eſt & Zenoni, & poſt ipſi Patroni, me ad Mẽmiũ ſcribere, qui pridie, q̃ ego Athenas veni, Mitylenas profectus erat, vt is ad tuos ſcriberet, poſſe id ſua volũtate fieri. nõ enim dubitabat Zeno, quin ab Ariopagitis, inuito Memmio impetrari non poſſet. Fãnius autẽ ædificandi conſiliũ abiecerat, ſed erat Patroni iratus. Itaq; ſcripſi ad eũ accurate: cuius epiſtolæ miſi ad te exemplũ. Tu velim Piliam meis verbis cõſolere. Indicabo em̃ tibi: tu illi nihil dixeris. Accepi faſciculũ, in quo erat epiſtola Piliæ. abſtuli, aperui, legi, valde ſcripta eſt συμπαθῶς. Brunduſio, quæ tibi epiſtolæ redditæ ſunt ſine mea, tum videlicet datę, cum ego me non belle haberem. Nam illã νομανδρίαν meam excuſationem ne acceperis. Cura, vt omnia ſciam, ſed maxime vt valeas.

Ananius) Non eſt hæc epiſtola diſtincta. ſed ſuperiori iungitur. docet verbum autem, & ſcribẽdum Fannius. Attuli) Legendum abſtuli. συμπαθῶς) Miſerabiliter. Data.) Scribe datæ ſubintelligę ſunt.

Nomandria. νομανδρίαν) Paſtoritiam, vilem ac ſimplicem. Meam excuſationem) Excuſabat Ciceronem Amanuenſis q; propter occupationem non ſcripſerat.

ASCEN. ASCENSIVS. Nomandriã meã excuſationẽ. Non placet q; Pius dicit vtpote q; excuſabat Ciceronẽ Amanuenſis. ſic em̃ excuſationẽ mei dixiſſet, ſed excuſauerat ſe ruſtice Cicero, vnde meam dicit.

Argumentũ. XCVIII.

PIVS. NAuigationis ſuæ moleſtũ deſcribit Athenis diſceſſum, a Piræo ad Zoſtera, & alias oras. Rogat Atticum vt ſcribat non modo ſermones Hortenſianos, verum & pręſaga mẽte futura odoreſ, in quo genere

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

NEgocium magnũ eſt nauigare, atq; id menſe Quintil. ſexto die Delũ Athenis venimus, prid. Non. Quintil. a Piræo ad Zoſtera vẽto moleſto, qui nos ibidem Nonis tenuit. Ad. VIII. Iduũ

vaticinij maxime pollet. Negocia) Negocia Romana explicet. NEGOCIVM Magnū) In antiquis codicibus eſt reperire, magnū negociū, res minuta, ſed curioſitas nihil recuſat. Negociū ponit̃ pro moleſtia. Atq; id) Preſertim. figura loquēdi grecanica, ꝃ ꝺτ. Menſe Quintili) Iulio, quo tēpore, expertus loquor, ebulliūt maria, nauigia Therme vidētur, miro fœtore funditus pontus exeſtuat. Delū) Prima Cycladū Aſteria & Ortygia dicta, quoniā primū illic Coturnix apparuit. Pireo) Oppido Attico portuoſo continuato mari longis muris .i. macrotichi, vnde ab holore Meuanenſi cantitatum eſt.

Atq; id.
Delos.
Pireum.

Aſt vbi Piræi capient me littora portus, Scandā ego Theſee brachia longa viæ.

ad Ceocum vicum, deinde ad Gyarum ſæuo vento non aduerſo. Hinc Scyrum, inde Delum: vtroq; citius q̃ vellemus curſum cōfecimus. Nā noſti ἄφρακτα Rhodiorū, nihil eſt, quod minus fluctū ferre poſſit: itaq; erat in animo nihil feſtinare, Delo nec me mouere, niſi omnia ἀκρωτηρίων tuta vidiſſem. De Meſſala ad te ſtatim, vt audiui, de Gyaro dedi literas, & id ipſum conſiliū noſtrū etiā ad Hortenſiū: cui quidem valde συνηγωνιζόμην. Sed tuas de eius iudicii ſermonibus, & mehercule omni de reip. ſtatu literas expecto πολιτικώτερον quidē ſcriptas (quoniā meos cū Thallumeto noſtro peruolat libros) eiuſmodi inquā literas: ex quibus ego non quid fiat (nam id vel Hellanius vir gratiſſimus poteſt efficere cliens tuus) ſed quid futurum ſit etiam. Cum hæc leges, habebimus Coſs. Omnia perſpicere poteris de Cæſare, de Pompeio, de ipſis iudiciis. Noſtra autem negocia (quoniam Romæ commoraris) amabo te explica: cuius rei fugerat me reſcribere. De ſtrue Salinarum plane rogo. De aqua ſiqd poterit fieri, eo ſis animo, quo ſoles eſſe. De aqua, quā ego cū mea ſponte, tū tuis ſermonibus æſtimo plurimi. ergo aliquid conficies. Preterea ſiqd Philippus rogarit, quod in tua re faceres, id velim in eius re facias. Plura ſcribam ad te, cū conſtitero, nūc eram plane in medio mari. Vale.

Zoſtera) Zoſter, auctore Stephano, Atticæ Iſthmos vbi dicūt Latonā ſoluiſſe zonam cū eſſet lauatura ſe in palude, vnde Apollo dicitur Zoſterius. Ceocū) Vicus inglori⁹, illaudat⁹, anonymos. Aliq Ceū malūt, qđ ſi recipit ſcito ꝙ Ceos, Cea & Cia trib⁹ noibus dicta hec inſula inter Cycladas ab auctorib⁹ ponit̃, Ptolemeo Cea. Straboni & Plinio Ceos q̃uis Coos mēdoſe apud Pliniū legat̃, qui dicit a noſtris hāc inſulā Ceam vocari, vnde Simonides fuit, & veſtis delectationi fœminis venit. Ex qua Cea veſte, nō Coo apud Propertiū legi debet, Hāc hodie permarini Venetorū patritia familia tenēt. Gyarum) Gyaros vna Sporadū. Dicitur hec Gyarus. Antigonus Cariſius auctor eſt mures ibi letali eſſe morſu & ferrū rodere. Stephanus auctor, Gyarus eſt aſperitate ſitus & celi inclemētia infamis. Seuo) Inſane perflante. Nō aduerſo) Qui nō in contrariū vela implebat, tamen agitabat. hec ſe ſimul ferūt nec aduerſant̃, ꝙ vētus ſit ſeuus & immodicus, nō tn̄ aduerſus: quoniā aduerſus reflat. Scyrū) Scyrus ante Macedoniā inſula Lycomedis, clara Homeri ſepulcro, & latebris Achillis pueri, dū peteret̃ ad bellū Troianū, dicta quaſi σκληρός a loci aſperitate. Sūt tn̄ qui apud Plin. in quarto, non Scyros, ſed Ios legunt. preſertim Hermolaus. Scyrie Capre mirabiles ferunt̃, & lapides vario colore p̄ſtātes. Sclerus dicit̃ is quoq; qui cū ſit ſenior, facie tn̄ mendaci iuuenis videtur. Prophetes cōtrariū ſonat, qui cū ſit iunior annis, rugoſa facie videt̃ ſenex. Deinde) Emēda inde.

Zoſter.
Zoſterius.
Apollo.
Cea.
Plinij locus.
Locus Propertij.
Gyaros.
Mures Gyarij.
Scyrus.
Sclerus.
Prophetes.

Omia ἀκρωτηρίων) Extremarū partiū promontoriorū, obſeruare prius vti fluctus nullus litus allidat. Iura) Lege tuta. συνηγωνιζόμην) Adiutor fui. Exēplaria vetera habēt, Tui valde συνηγωνίζεσθαι, hoc eſt certauere in me honorādo & adiuuādo. De eius) Hortēſij. πολιτικώτερον) Ciuilius. Thallumeto) Nomē propriū viri docti. de quo tn̄ adhuc nihil legi. hodie Thalumetos doctores Caballiſticos appellāt. Alii Thalmudiſtas. Vehelenius) priſci codices vel Hellanius vt ſit etiā Hellanius. Futurū ſit) Subintellige verbū ſciā. Etiā cū hec leges) Iūge inferioribus cū hec leges habebimus Conſules. Eſt em̄ ſcribēdū habebimus. Cuius rei) Super qua re, Deſtrue ſalinariū) Cōplana locū vbi ſal fieri ſolet. Sunt qui ſcribūt, de ſtrue ſalinarū. Quæ ſint ſalinarū ſtrues Rutilius libro primo ſic elegātiſſime docet,

Thallumet⁹.

Subiectas villæ vacat aſpectare ſalinas,
Nāq; hoc cenſetur nomine ſalſa palus.
Qua mare terrenis decliue canalibus intrat:
Multifidoſq; lacus paruula foſſa rigat.
Concipiunt acrem natiua coagula phœbum,
Et grauis æſtiuo cruſta calore coit.

De aqua) Dico. Epanaphora, Repetitio videlicet vt rē maxime curet. Tui ſermonibus) Scribēdum tuis. Ergo) Hortātis, vrgentis, impellentis. Quid) Aliquid omnino cōfice de aqua. Cicero, vt patuit ſuperioribus annis ex tubulis ſubterraneis effoſſis, in quorū ſingulis inſcriptū erat hoc nomen Cicero, induxit aquā regio prope ſumptu. Rogauit) Lege rogarit. Id velim) adde, in eius re facias.

ASCENſius ASCENSIVS. Sed quid futurum ſit etiam, ſupple vt Pius monet, ſciam, & pro exemplo ſcribendi de futurõ ſubdit, Cum hæc leges &c. hoc eſt ſcribe, ad me. O Cicero cum hæc leges habebimus Conſules NN. nominando eos quos tunc fore putabis.

Argumentum. XCIX.

PIVS. NAVIgationem ſuam vlteriorem deſcribit, promiſit ſe vſurum virtute, quam docuit Atticus, vnde cuncta finem ſperatum habebunt. precatur anxie ne amplietur atque prorogetur prouincia, & ne Atticꝰ a ſcribendo deſiſtat, ſignificando quid in Republica fiat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EPheſum venimus ad. XI. Calẽ. Sextil. ſexageſimoquinto poſt pugnam Bouillam. nauigauimus ſine timore, & ſine nauſea: ſed tardiꝰ propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem. De concurſu legationum priuatarum, & de incredibili multitudine, quæ mihi iam Sami, ſed mirabilem in modum Epheſi prȩſto fuit, aut audiſſe te puto, aut quid ad me attinet? Veruntamen, cum de Comanis veniſſem cum imperio, Græci quaſi Epheſio Prætori ſe alacres obtulerunt. Ex quo te intelligere certe ſcio, multorum annorum oſtentationes meas nunc in diſcrimen eſſe adductas. Sed vt ſpero, vtemur ea palæſtra, quam a te didicimus, omnibusque ſatisfaciemus, & eo facilius, quòd in noſtra prouincia cõfectæ ſunt pactiones. Sed hactenus, præſertim cum cœnanti mihi nunciaret Seſtius ſe de nocte proficiſci. Tua negocia Epheſi curæ mihi fuerunt, Thermoq́; tametſi ante aduentum meum liberaliſſime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philogenem, & Seium Rhodium, & Apollonienſem Zenonem commendaui. omnino omnia ſe facturum recepit. Ego præterea rationem Philogeni, permutationis eius quam tecum feci, edidi. Ergo hæc quoque hactenus. Redeo ad vrbana. Per fortunas (quoniam Romæ manes) primum illud præfulci atque præmuni quæſo, vt

Pugna Bouilla. POST pugnam Bouillam.) Poſt prælium Milonis cum Clodio, qđ in via Appia prope Bouillas, commiſſum eſt. Hoc autem eſſe non poteſt, quoniam tempora nõ concinunt. Iam enim aliquãto prius occiſus fuerat Clodius. Expone igitur potius poſtq̃ diſceſſi a Bouillis in Appia via, vbi Clodius fuerat occiſus. Nauſea) Stomacho, redundatione. Ouid. in Arte, Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo.

Nauſeator. Nauſeator, ſtomachator. Tardius) Nauigabimꝰ. Aphractorum.) Nauium minutarum. Imbecillitatem) Contra fluctus. Concurſu.) Legati diuerſarum nationum concurſabãt Ciceronem viſitatum ob nominis Romani & ſui claritudinẽ. Sami) Inſula Ioniæ Samos. De Cumanis.) Quidam Decumanis iũctim legunt, caſtris ac itineribus intelligentes. Beroaldo placet ſeiũctim ſcribere. De Comanis) Comana in plurali numero Cappadociæ imperiũ nobile quondam, & altera Corinthus frequentia multiplici. hic Lunæ fanum, quod menſam Pharnacis vocant, & Reges maxime venerãtur. huc vndiq; ob Deæ feſtum diem cõuenitur. Altera Comana põtica. Comanæ vrbis fit mentio apud Strabonẽ libro duodecimo, in qua Chryſoſtomũ ſepultum Suidas oſtendit. Meminit & Ptolemæus & Iuriſconſulti de agricolis & cenſitis. Epheſio Prætori) Vt proprio Prætori ſolent. Eſt enim tota illa Aſia citerior Græcis habitata. Ea alacres) Scribendum, ſe alacres.

Comana.

Oſtentationes) Vmbratica vita, quæ agendum eſſe docebat, & nihil agebat. Alij codices habent, oſcitationes, ocia videlicet ac quies, vnde negligentes homines oſcitatores dicti. In obſceno carmine, Vt credas Epicureũ oſcitari. In diſcrimen) Periculũ, & procinctũ bellicũ, actionẽ. Pactiones) Cõcordię publicanorum. Apollinẽſem) Hęc Macedonię Apollonia. Eſt & Libyca & Acarnanica, Gnoſia, Sicula, Phrygia, Myſia prope Leõtinos. In Tarſo in Phocide noĩe Cypariſſus ab Homero. Senonẽ) Alibi legit Zenonẽ, alibi Xenonẽ. Pręter eã) Lege ꝑterea. Et ꝑmutationis) Priſci codices copulatiuã nõ habẽt. Edidi rationem) Reddidi. Pręfulci) Prępara. priſca exẽplaria habent. perfi c. Pręmuni) præſtrue

Apolloniæ.

ASCENſius ASCENSIVS. Sexageſimoquinto, ſubauditur die, nec legendum eſt Sexageſimo & quinto, quia, authore Valla ſi interponeretur coniũctio, minor numerus præcederet, vt ſic quinto & ſexageſimo &c. Oſtentationes, potius legam q̃ oſcitationes, videtur autem ſignificare ſe quę magnifice de virtute locutus fuerat & orando & ſcribendo, nunc opere ipſo exhibiturũ. Diſcrimen autem illic accipio quidẽ pro periculo, ſed periculum pro experimento, vt illic, fac periculum in literis &c.

Simus annui) Vt prouincia iſtęc nõ vltra annuũ ſpatiũ prorogetur. Intercaletur) Interponatur aliquid ſpatij. Exhauri) Ebibe, exuge. Maxime quæſo quoad poteſt) Legendum, Exime quæſo ſi quid poteſt. Exime ſcrupulum domeſticum, ſi quid poteſt, ſi aliqua ratione fieri poteſt. Scrupulum.) Nodũ, difficultatem. Lucilius in Mileſiacis, Iniecto non ſcrupulo, ſed lancea. Deinde de Cæſare) Vetus lectio Dein de Cęſare. Rogat vt eximat ſcrupulum quem iniecerat Atticus de rebus Cæſaris. forte non ſcrupulus intelligendus eſt. ſed monet vt ſcribat quomodo res Cæſaris ſe habeant, cui Cæſari inhæſit. Cũ in cupiditatem) Scribẽdum, Cui ob cupiditatem, cui Cæſari incubui cupiens ei peramicus eſſe. In auctorem) Boni codices habent ob auctorem. Cupio qđ vult Cæſar, & incumbo huic cupiditati propter auctoritatẽ Cæſaris. Incubui) Inhæſi, fixi propoſitum. Forte Cæſar Ciceronem monuerat, vt vinceret & triumphum procuraret. In Republica fiat.) Deeſt hoc. Fiat autem, Quid dixi fiat, immo quid etiam futurum ſit. Atticus enim prope diuinus erat, ac futuri tenax auctore Nepote. Status laboret) An conditio iudiciorũ fluctuet. De aqua) Procurabat aquam deducere in Formianum, de qua ſuperius vberrime. PIVS.

ſimus annui, ne intercaletur quid. Deinde exhauri mea mandata: exime quæſo quoad potes, de illo domeſtico ſcrupulo, quem nõ ignoras. Dein de Cæſare cui ob cupiditatem, & ob authorem incubui, nec me piget. Et ſi intelligis q̃ meum ſit ſcire, & curare quid in republica fiat, immo vero etiam quid futurum ſit: perſcribe ad me omnia, ſed diligentiſſime. In primis nunquid iudiciorum ſtatus, aut factorum, aut futurorum etiam laboret. De aqua ſi curæ eſt, ſi quid Philippus aget, animaduertes. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ANtequàm aliquo loco conſedero, neq; longas a me, neq; ſemper mea manu literas expectabis: cum autẽ erit ſpatium, vtrũq; dabo. Nũc iter conficiebam æſtuoſa & puluerulenta via. Dederã Epheſo pridie, has dedi Trallibus. In prouincia mea fore me putabam Cal. Sextil. ex ea die, ſi me in Aſiam commouero, tamen interea fiant, hęc vellem, quæ mihi adnũciabantur. Primũ ocium Parthicum, deinde confectæ pactiones publicanorum, poſtremo ſeditio militum ſedata ab Appio, ſtipendiũq; eis vſq; ad Id. Quint. perſolutum. Nos Aſia accepit admirabiliter. aduentus noſter, ne numo quidem ſumptui fuit. ſpero meos omneis ſeruire laudi meæ. tamẽ magno timore ſum, ſed bene paramus. Omnes iã noſtri præter Tullium tuum venerunt. Erat mihi in animo recta proficiſci ad exercitũ: æſtiuos menſes reliquos rei militari dare, hybernos iuriſdictioni. Tu velim (ſi me nihilo minus noſti curioſum in Repub. q̃ te) ſcribas ad me omnia, quæ ſint, quæve futura ſint. Nihil mihi gratius facere potes, niſi tamẽ id erit mihi gratiſſimũ, ſi, quę tibi mandaui, confeceris. In primis quidem illud ἐν ὁμίλῳ, quo mihi ſcies nihil eſſe charius. Habes epiſtolam plenã feſtinationis & pulueris. reliquæ ſubtiliores erunt. Vale.

Argumentum. C.

OPTAT ocium a Parthis. Seditioſos milites ſedatos gratulat̃. Rogat vt ſcribat. PIVS. MEA manu) Nũc barbare propria manu dicitur. Trallibus.) τράλλις ciuitas Lydię prope Męandrum. Trallis. Si meas) Priſci codices. ſi me in Aſiam commouero. Hęc vellem) Futura. Adnũciabantur) Vetera exemplaria, nũciabãtur. Confectę) Nunciabantur, quo maxima ſe cura leuatũ putat. Ne minimo) In probis codicibus legitur, nõ minimo, ſed nummo, quo res fere nulla ſignificatur. Phraſis loquendi priſcis vſitatiſſima. Vlpian⁹ dig. locati. Si qs conduxerit nummo vno, cõductio nulla eſt. Trãquillus, Nũmo conducere. Ampliſſima prędia nummo addixit. Valerius Maximus libro. v. Exequiarum apparatus ſeſtertio in funere Hirtij & Panſæ nummo his prębẽtibus addicere. Sumptui fuit) Sumptum ac impẽſam fecit. Paramus) Nos. In primis quid) Legendum, in primis quidẽ. Illud ἐν ὁμίλω) Iu turba. Quid Romani meditentur.. Subtiliores) Diligentiores.

ASCENSIVS. Dederam Epheſo, ex ea vrbe, pridie ſcilicet huius diei vel q̃ has dedi. Nam pridie, vt barbari, pro heri non diceret. ASCEN.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. CI.

PIVS.

OPTAtiſſimũ aduentum ſuum ait, ſed prouinciæ tędet. Lucem ac forum deſiderat. Abſtinentẽ eſſe gaudet. Sumptus facere mirificos vt verſuram timeat. Rogat more ſolito vt de Republica ſcribat.

Laodicea.

LAODICEAM) ciuitas Syrię dicta ab Laodice matre Seleuci. Eſt & altera Lydię poſſeſſa ab Antiocho Stratonicæ. Eſt & altera Lycaoniæ. Eſt & Mediæ. Ne habeat) Scribe, nõ habet. Cãpum) Curſum, occaſionem experiendi vires, exerendiq; lacertos, Ceſſent) Vereor. Ius dicere) Subintellige, decet ne Ciceronẽ Conſularẽ in his ciuitatulis incluſum ius dicere? qui Romę in Curuli dixit?

Plocius.

Ploti⁹) Lege Plocius, Iabolenus, Plocius Gallus patria Lugdunẽſis dicẽdi pręceptor Romę profitebať, a quo ſe Cicero in libro de Oratore, & in Ep̃la ad M. Titiniũ, cũ Q. Fratre olim puer Latinas literas edoctũ fuiſſe teſtať. A Tranquillo inter rhetores ponitur Plocius Criſpinus, quẽ

Aretalogus.

Aretalogũ fuiſſe cognominatũ, ꝙ garrula ſcripſit carmina, Porphyrio narrat. Amicus) Bibulus. Exiliũ) Seiũgatur a ſuperioribus ſine interrogatiõe, hoc eſſe videť per epiphonema. Aldus ſcribit exulũ, iungitq; ſuperiori nec diſplicet. Abſtinẽtia) Eſt mihi.

Verſura.

Verſura) Vertẽdo. i. permutando creditores. Cicero in Orõne pro Flacco, Duę rationes conficiendę pecuniæ aut verſura, aut tributo. Appij vulnera) Iniurias in me illatas. Reficio) ſcribe, refrico. repeto videlicet ne tractata crudeſcãt, quę melius nõ tetigiſſe fuit.

Lycaonia.

Lycaonia) Stephanus, χῶρα λυκίας τε καὶ ἰσαυρίας, Regio Lyciæ & Iſaurię. Dabã) Mittebam.

Taurus.

Taurũ) Taurus mons Aſiã diuidit vniuerſam viis flexuoſis, & numeroſis nominib⁹, Imaus, Paropaniſus, Circius, Campodes, Pharpharides, Coraxes, Crages, Oromades, Niphates, Taurus, mox tentãti maria ſimilis brachia diuerſa, aut & Sarpedon vocať, Ceraceſius, Gargius, iterũ ꝗ Taurus. Portarũ quoq; nomina ſibi vindicat, quę alibi Armeniacę, alibi Caſpię, alibi Cilicię nũcupãtur.

Mophragone) Nomen propriũ Parthici ducis. Signis collatis) Viribus oib⁹ in aciẽ eductis. De ſeruo tuo decederẽ) Scribe, ſerio decernerẽ. Reliqua eradenda. Decernere & cernere eſt pugnare.

Clitellæ.

Clitellæ) Sedes & ephippiũ ligneũ, qđ aſinis ac mulis imponiť, a quo Clitellarius diciť q aliter doſſuarius. Plautus, Homines aſinos habeo, clitellas indo, quicqđ imponis vehũt. Prouerbiũ Ciceronis de his diciť, qui cũ ſint inepti ad aliquod miniſteriũ, tñ illud ridicule ſubeũt, iuxta id Horatianũ, Poſcit ephippia bos piger, optat arare Caballus. Quintil. lib. v. Parœmię quã ait eſſe ceu breuẽ apologũ hoc affert exẽplũ.

Nos noſtrum onus.

Nos noſtrũ onus, bos Clitellas. Diciť quoq; prouerbiũ vbi qs recuſat prouinciã munusve ſubire, ad qđ minime idoneũ ſe retur Quintil. lib. v. Albanas colũnas clitellis apportaui. Ammianus lib. xv. Hiſtoriarũ, vt illud prouerbiũ, Clitellę boui impoſitę ſunt, plane non eſt noſtrũ onus magiſtratus iſte plus q̃ annuus.

Baſtum. Baſtazo.

Clitellas hodie baſtũ a verbo Gręco baſtazo, hoc eſt geſto dicũt, inde deriuari baſtazontes pro baiulato-

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

LAodiceã veni prid. Cal. Sextil. Nihil exoptatius aduẽtu meo, nihil charius, ſed eſt incredibile, q̃ me negocii tædeat: ne habeat ſatis magnũ campũ ille tibi nõ ignotus curſus animi & induſtrię meæ, pręclara opera ceſſent. Quippe ius Laodiceæ me dicere, cũ Romę A. Plocius dicat? & cum exercitũ noſter amicus habeat, tãtũ me nomẽ habere duarum legionũ exulum? Deniq; hęc non deſidero: lucẽ, forũ, Vrbẽ, domũ, vos deſidero. Sed ferã, vt potero, ſit modo annuus. ſi prorogatur, actũ eſt. Verũ facile reſiſti poteſt: tu modo Romæ pręſto ſis. Quęris quid hic agã? Ita viuã, vt maximos ſumptus facio. Mirifice delector hoc inſtituto, admirabilis abſtinẽtia ex pręceptis tuis, vt verear, ne illud, quod tecũ permutaui, verſura mihi ſoluendũ ſit. Appii vulnera non refrico, ſed apparẽt, nec occuli poſſunt. Iter Laodicea faciebam ad. III. Nonarũ Sextil. cũ has literas dabã in caſtra in Lycaoniã. Inde ad Taurũ cogitabã, vt cum Mophragone ſignis collatis, ſi poſſem, ſerio decernerem. Clitellę boui ſunt impoſitę. illę non eſt noſtrũ onus, ſed feremus, modo, ſi me amas, ſit annuus. Adſis tu ad tẽpus, vt Senatũ totũ excites. Mirifice ſolicitus ſum, quod iãdiu ignota ſunt omnia. Quare, vt ad te ante ſcripſi, tum cętera, tum Reſp. cura, vt nota mihi ſit. Plura ſcribam alias. tarde tibi redituro dabã, ſed familiari homini, ac domeſtico C. Andronico Puteolano. Tu autẽ ſępe dare tabellariis publicanorũ poteris per magiſtros ſcripturę & portus, & noſtrarum diœceſum. Vale.

ribus. Plura ſcribam tarde) Lege, plura ſcribã alias. Tarde tibi reddituro dabã, ſed homini familiari ac domeſtico. Magiſtros ſcripturę) Priores gabellarũ hodie vocanť. Nonius, Scripturarii dicebanť publicanorũ ſiue Mancipũ, q vectigalia redimebãt, tabelliones. Cicero pro Põpeio, Pecora relinquũtur, agricultura deſeriť, mercatorũ nauigatio cõquieſcit. Ita neq; ex portu, neq; ex Decumis, neq; ex vectura vectigal cõſeruari poteſt. Plautus in Truculẽto, Nã aduerſum legẽ ob meã ſcripturã pecudẽ accipit. Idẽ qđ tu facis, faciũt rẽ male gerẽtes: vbi non eſt, ſcripturę vnde dent, incuſant publicanos. Beroaldus in quadam Epiſtola, Mancupes ſunt publicanorũ principes, & quaſi Senatores, q queſtus ſui cauſa, inter cętera q̃ cõducũt vectigalia, decimas redimunt, quarũ ratio, vt inqt Aſconi9, ſcriptura diciť, & tales a Cicerone magiſtri ſcripturę nũcupãtur. ſicut magiſtri portus a Donato dicunť. Cicero lib. 13. Epiſt. Famil. Cũ P. Terentio Hiſpone, qui opas in ſcriptura pro magiſtro dat, ſumma familiaritas. Nobilitatis mãceps diciť in Orõne pro Roſcio Amerino. Idẽ dicit tertia in Verrẽ Actiõe, Si res abiret ab eo mancipe. Manceps diuinitatis a Tertulliano vocatur. Diœceſũ) Lege, Diœceſiũ .i. adminiſtrationũ. διοικέω guberno, tueor. Idẽ li. 3. Familiar. Me omniũ illarũ diœceſiũ, q̃ cis Taurũ ſunt. Alibi, Ciliceſi Prouincię, cui ſcis τρεῖς διοικήσεις Aſiaticas attributas.

Scripturæ magiſtri.

Mancupes.

Diœceſes.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ST ſi in ipſo itinere, & via diſcedebant publicanorum tabellarii, & eramus in curſu, tamẽ ſurripiẽdũ aliquid putaui ſpatii, ne me immemorẽ mãdati tui putares. Itaq; ſubſedi in ipſa via, dũ hæc (quę longiorem deſiderãt orationẽ) ſummatim tibi perſcriberẽ. Maxima expectatione impeditã & plane euerſam in perpetuũ Prouinciã nos inueniſſe ſcito. Prid. Cal. Sextil. moratus triduũ Laodicęę, triduum Apameæ, & totidem dies Sinnade, audiuimus nihil aliud, niſi iperata ἐπικεφάλαια ſoluere nõ poſſe omneis, poſſeſſiones omniũ vẽditas, ciuitatũ gemitus, ploratus, mõſtra quedã nõ hominis, ſed ferę neſcio cuius immanis. Quid quęris? tędet omnes nos vitę. leuãtur tñ miſerę ciuitates, ꝙ nullus fit ſumptus in nos, neq; in Legatos, neq; in Quęſtorẽ, neq; in quẽq̃. Scito non modo nos fœnũ, aut qđ lege Iulia dari ſolet, nõ accipere, ſed ne ligna qdẽ, nec præter quatuor lectos, & tectũ quẽq̃ accipere quicq̃. Multis locis ne tectũ qdẽ, & in tabernaculo manere plerũq;. Ita incredibilẽ in modũ cõcurſus fiũt ex agris & vicis ex domib9 omnibus. Mehercule etiã aduentu noſtro reuiuiſcũt iuſtitia, abſtinẽtia, clemẽtia tui Ciceronis. Itaq; opiniones omniũ ſuperauit. Appius, vt audiuit nos venire, in vltimã Prouinciã ſe coniecit, Tharſum vſq;, ibiq; forum agit. De Partho ſilentium eſt: ſed tamen conciſos equites noſtros a barbaris nũciant ii, qui veniebant.

### Argumentum. CII.

OBITer ſcribit ac prouinciã ab Appio euerſam dolet, eũ ſibi inuidere vt bono medico mali q cũ ſanare negligãt, aut neſciant, oderũt medicũ ſanitatẽ reſtituẽtem. EXPECTAtione) Aliqui expilatione legũt. poteſt & defendi expectatione videlicet Ciceronis, vt reſpirare poſſet ſub tutela M. Tullij, quę ferme exanimata ab Appio fuerat. Apameę) Syriæ ciuitas, auctore Stephano, ab Apamea Seleuci matre vocata Cherroneſus. Plinius lib. v. Cœloſyria habet Apameã Marſya amne diuiſam. Idẽ in eodẽ libro, Tertius cõuẽtus Apameam vadit ante appellatã Celenas, deinde Ciboton. ſita in radice mõtis Signię circũfuſa Marſya amne. Sinnade) Loc9 propinquus, vnde marmor Sinnadicũ cantatiſſimũ apud poetas, de quo Papinius, Sinnada diſtinctum variat. ἐπικεφάλαια) Capitationes. De Epicephaleis ſic in quadã epiſtola Beroaldus, Sũt tributa quæ viritim imponi ſolẽt, & vt dici ſolet per capita, vnde vectigal id nomẽ accepit. ab ἐπὶ in, & κεφαλή, caput. De hoc genere tributi ſic ſcribit Cæſar in tertio Cõmẽtario Belli ciuilis Põpeiani, In capita ſingulorũ ſeruorũ ac librorum tributũ imponebatur, ne oſtiaria columnariaq; genera tributorum in ſingula oſtia & columnas. Huc faciunt verba libro vndecimo codicis poſita. Humanæ capitationis cenſu iugatio. Ammianus Marcellinus libro. xxi. Interrogatus quid habẽt ex arte compẽdii, vicenas diurnas reſpondit annonas, totidemq; pabula iumentorum, quæ vulgo dicuntur capita. Pacatus, Quid memorẽ capita diminuta? & vitã ære taxatam? vidẽtur tñ hęc Ammiani capita differre a ſuperioribus. Tędet omniũ) Legẽdum omnes. Manere) Nos ſcito, ne prouinciam inquietemus. Superauit) Cicero tuus.

Apamea.
Cœloſyria.
Sinnas.

Epicephalęa.
Capitationes

Oſtiaria.
Columnaria.

ASCENSIVS. Tędet omniũ nos vitæ. Si ordo eſt, Tędet nos vitæ omniũ, nihil mutem. Potius etiam mihi legetur. Bibulus nunciabatur, q̃ cogitabat, quia ſequitur, Id autem facere dicebant, videlicet ii a quibus nunciabatur, qui etiam de facto non de cogitatione iudicare poterant.

ASCEN.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bidui.

Nunciabatur) Priſca exemplaria habēt, cogitabat. Decedere) Recedere. Bidui) Subintellige ſpatio. Mos loquendi Ciceroni familiaris, vt ſexcentis patet exemplis.

Argumentum. CIII.

PIVS.

ACCEPI) Scribit in rheda vel potius dictat dū tēdit in caſtra, abſtinētiā ſuā laudat. Rogat ne prouincia prorogetur. Conqueritur Appium forū agere in aliena prouincia. Eo) Ad eos homines. Terūcius) Eruditi quibus talia perſcrutari curę fuit, in primiſq; Budęus magnus ac eruditus literarū Olympionices ſic. Denarius argenteus decē libris æris. i. aſſibus decem valebat. Quinarius quinq; i. dimidiū. Seſterti⁹ quinariū dimidiatū hoc eſt duos aſſes & ſemiſſem. Quadrans pars aſſis. i. librę æreę, quę cū erat argētea, nō aſſis argenteus, ſed libella dicebať. Triens nūmus tertia pars aſſis. Quē quadrātē Plinius & triuncē appellat. Cicero Terūcium inſit. Varro, Teruncius a trib⁹ vnciis dict⁹ ꝙ ſit libellę quarta ꝑs & quadrās aſſis. Quadringēti ſeſtertii in libra fuere. Cētū ſeſtertij erāt vn⁹ aureus. Seſterti⁹ nūq̃ æreus fuit. ſed ab initio ſtatim duos aſſes & ſemiſſem valuit. Aſſis ęreus erat. Triēs quadrās, Terūcius idē Cicero lib. 3. de Finib. Interit eñ magnitudine maris Ægei ſtilla maria, vt in diuitiis Crœſi teruncii acceſſio. Inſumať) Impēdať. In quēq̃) Meorū. Συμφιλοδοξοῦσιν) Simul ſtudēt, cooperanť. eadē opinione vel ambitiōe certāt. Propero) Nō eſt inſtituti mei laudare. In regnū) Poſt hāc vocē in bonis exēplarib⁹ eſt, duxit. Æſtiuis) Locis frigidulis ac opacis ad calorē arcēdū, inde verbū æſtiuare. Belliſſimū) Appoſitiſſimū. Receperat) Spopōderat ſe facturū. Tāq̃ innuat, ſi vere doct⁹ eſt, lingua & animus cōcinēt. Sētētia Platonica eſt inſtar oraculi. bene eruditi, probi euadāt neceſſe eſt. Ama) Curato hāc rem, hāc partē. Scribit etenim idē M. Tullius lib. 2. de Finibus, Vulgo diciť iucūdi acti labores. nec male Euripides, Suauis eſt ꝑteritorū laborū memoria. Iuſtiorē) Q; breuiore. virtus eñ ꝑfecta ac in ſūmo poſita cū aſcēdere nō valeat, ſemp de deſcēſu cogitat. Laodicę) Scribe Laodicea. Forū agit) Ius dicit. Impoſita) Impacta, inuſta cauterio. ASCEN. Paucis dieb⁹. ſ. poſt, habebā. i. habitur⁹ erā, elegantia nō vulgaris. Hora. Nil erat in loculis. i. nihil futurū erat &c.

Teruncius. Denarius. Budęus de Aſſe & trib⁹ eius.

Seſtertius.

Aſſis.

Æſtiua.

Belliſſimū.

Eruditi probi.

Forū agere.

ASCENſius

Bibulus nūciabatur quidē etiam nunc in Prouinciā ſuam accedere. Id autem facere ob eam cauſam dicebant, ꝙ tardius vellet decedere. Nos in caſtra properamus, quæ aberant bidui. Vale.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

ACcepi Roma ſine epiſtola tua faſciculū literarū, in quo ſi modo valuiſti, & Romę fuiſti, Philotimi duco eſſe culpam non tuā. Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda, cum in caſtra proficiſcerer, ab quib⁹ aberā bidui. Paucis diebus habebā certos homines, quibus darē literas. Itaq; eo me ſeruaui. Nos tamen (et ſi hoc te ex aliis audire malo) ſic in Prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quēq̃. Id fit etiā & Legatorū, & Tribunorū, & Pręfectorꝝ diligentia. nā omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσιν glorię meæ. Lepta noſter mirificus eſt, ſed nūc propero. perſcribā ad te paucis diebus omnia. Cicerones noſtros Deiotarus filius, qui Rex ab Senatu appellatus eſt, ſecū in regnū duxit, dū in æſtiuis nos eſſemus. illū pueris locū eſſe belliſſimū duximus. Seſtius ad me ſcripſit, quę tecū eſſet de mea domeſtica & maxima cura locutus, & quid tibi eſſet viſum. amabo te incūbe in eā rē, & ad me ſcribe, quid & poſſit, & tu cenſeas. Idē ſcripſit Hortenſium de prorogāda noſtra Prouincia dixiſſe neſcio qđ: mihi in Cumano diligētiſſime, ſe, vt annui eſſemus, defenſurū receperat. Si qcq̃ me amas, hūc locū ama. Dici non poteſt, q̃ inuitus a vobis abſim, & ſimul hāc gloriā iuſtitię & abſtinētię fore iuſtiorē ſpero, ſi cito deceſſerimus. Id qđ Scęuolę cōtigit, q ſolos nouē mēſes Aſię pręfuit. Appius noſter, cū me aduētare videret, profectus eſt Tharſum vſq; Laodicea. Ibi forū agit, cū ego ſum in Prouincia: quā eius iniuriam nō inſector. Satis eñ habeo negocii in ſanādis vulneribus, quę ſunt impoſita Prouincię, ꝙ do operā, vt faciā q̃ minima illi⁹ cōtumelia. Sed hęc Bruto noſtro velim vt dicas, illū feciſſe nō belle, qui aduētu meo q̃ longiſſime potuerit, diſceſſerit. Vale.

Argumentum. CIIII.

HISTOriam rerum ſuarū enarrat de Parthis. Sociis M. Tullius fidelibus vtitur. Iubet Atticum bono animo eſſe. Optat non prorogari. Bruto ſatiſfaciet. CERTE) Alij codices habent certi. Pacoro) Nomē Parthicū Epigrāmatico teſte, Scis qd in Arſatia Pacorus deliberet aula. Herodis) Alij codices habēt horodis. Cibuſtra) Lacus Cappadocię inglorius, de quo libro Ep̄ſarū Famil. 15. fit mētio. κεφάλαιον) Beroaldus pręceptor meus, quo duce tā̄q̄ ſole iter poeticū peragraui ſic in quadā epiſtola ſcribit: Macrobius lib. 1. Saturn. ſic, Horis qbuſdā illoꝝ dierū, q interciſi dicunt, fas eſt ius dicere, qbuſdā fas nō eſt. Nā cū hoſtia ducit, fari nefas eſt. Inter cæſa & porrecta fari licet. Rurſus cū adolet nō licet. Porrecta verbū a porricio veteri verbo & ſolēni ſacrificātibus qd ſignificat exta dare in arā focū ve, eo ve quo exta dari debebāt. hinc illud apud priſcos vſurpatū. Exta diis porriciūto, vnde manat id Maronianū, Extaq; ſalſos Porricit in fluct⁹. Vbi ita ſcribit Seruius, Exta porriciūtur, hoc eſt porriguntur. Hyems) Qua cūcta torpēt & ſilēt, ocioſa ſunt. Ea ſi venerit.) Si modo cito ante illorū expeditionē. Illi) Parthi. Tranſierint) In Ciliciā. Subintellige, nobiſcū bene actū erit. Dimittere) Qui mihi contra Parthos ſuccedat. Ad ver) Principio veris.

Tuto cōſedimus) Priſci codices, In Amano tuto conſedimus, mōte notiſſimo Tauri parte qua Ciliciam diſterminat a Syria, ita vocato qd Oreſtes in eo a furore ſanat⁹ eſt, cū ab Iphigenia rediret cum ſimulacro Dianę faſcelidis. a p̄ticula priuās μανία furor, q̄ illic inſaniam depoſuit. Adiacet Ciliciæ auctore Stephano. Plutarch⁹ in Demetrio, Demetrius clam arrepta fuga citato gradu ad Amani Pylas p̄uenit. Cæſar iij. belloru m Ciuiliū tradit Scipionē circa montē Amanum ſe Imperatorem appellaſſe. Conſpiciente) Vergēte verſus Ciliciā exercitu. Ad beneuolentiam) in beneuolentia. Manu) Pugna reſiſtente. Locis.) Natura locorum ac ſitu munitiſſimis.

Συμπάθειαν.) Affectum in dolore parem. Romæ eſſes) Scribe ſis. Noſtros) Amicos. Trib. Pleb. Furnium) Scribendum, Tribunum etiam Furnium.

PIVS.

Cibuſtra.

Inter cęſa & porrecta.

Porrecta.

Amanus.

Sympathia.

# M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

QVam vellē Romę eſſes, ſi forte nō es. Nihil enī certi habebamus, niſi accepiſſe nos tuas literas ad decimūquartū Cal. Sextil. datas, in qbus ſcriptū eſſet, te in Epeirū iturū circiter Cal. Sextil. Sed ſiue Romæ es, ſiue in Epeiro, Parthi Euphratē tranſiuerūt Duce Pacoro Orodis Regis Parthorū filio, cūctis referto copiis. Bibulus nōdū audiebatur eſſe in Syria. Caſſius in oppido Antiochię cū omni exercitu, nos in Cappadocia ad Taurū cū exercitu ad Cibuſtra. Hoſtis in Cirtheſteica, quę Syriæ pars proxima eſt Prouincię meę. His de rebus ſcripſi ad Senatū: quas literas, ſi Romę es, videbis putes ne reddēdas. Ei multo immo omnia, quorū κεφάλαιον, ne qd inter cęſa & porrecta (vt aiūt) oneris mihi addatur, aut tēporis. Nobis enī in hac infirmitate exercitus, inopia ſocioꝝ, p̄ſertim fideliū, certiſſimū ſubſidiū eſt hyēs. Ea ſi venerit, nec illi ante in meā Prouinciā trāſierint: vnū vereor, ne Senatus propter vrbanarū rerū metū Pōpeiū nolit dimittere. Qꝫ ſi aliū ad ver mittit, nō laboro. nobis modo tēporis neqd prorogetur. Hęc igitur, ſi Romę es: ſin abes, aut etiā ſi ades, hęc negocia ſic ſe habēt. Stam⁹ animis, & qa cōſiliis (vt videmur) bonis vtimur, ſperamus etiā manu. In Amano tuto cōſedimus, copioſo frumēto, Ciliciā prope cōſpiciēte, expedito ad mutādū locū paruo exercitu: ſed, vt ſpero, ad beneuolētiā erga nos cōſentiēte, quē nos Deiotari aduētu cū ſuis oībus copiis duplicaturi eramus. Sociis multo fidelioribus vtimur, q̄ quiſq̄ vſus eſſet, qbus incredibilis videtur & noſtra māſuetudo, & abſtinētia. Delectus habetʳ ciuiū Romanorū, frumētū ex agris in loca tuta cōportatur. Si fuerit occaſio manu, ſin minus, locis nos defendem⁹. Quare bono animo es. Video enī te, & quaſi coram adſis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. Sed te rogo, ſi vllo pacto fieri poterit, ſi ītegra in Senatu cauſa noſtra ad Cal. Ian. māſerit, vt Romę ſis mēſe Ianuario. profecto nihil accipiā iniurię, ſi tu aderis. Amicos Coſs. habemus noſtros. Trib. Furnium. Verū tua eſt opus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Exhibere. Aſſiduitate) Nequid prorogetur. Exhibeo) Exhibere,auctore Paulo Iuriſperito libro Digeſt.x.eſt facere in publico poteſtatē,vt ei q agit,experiūdi ſit copia.hodie corā iudice producere & p̄ſentare dicūt. Vel corā prętore me abdico tutela. Brutum iuri ſuo relinquo,occupatus in maioribus.

Argumentum. CII.

PIVS. Obſignare. CREDIT Amicū iam eſſe in Epiro. de itinere ſuo. Filiolam ſibi iucūdā eſſe gratulatur. OBSIgnatā) Obſignare nūc ſigillare dicūt. Applicauit) Ad nos diuertit. Priſci codices habēt Apulei⁹. Septimo quadrageſimo) In priſcis exemplaribus nō eſt ſeptimo. Roma) Subintellige veniēs. Iuit) Trāſiuit in lōgiora loca. Vt Pōpeiū) Lege, tu Pōpeiū. Etiā) Secerne, Et iam. Nomine) Debito, vt dici ſolet. Vale) Subintellige mitto. Patrone) Lege Patrones,ſubintellige mittūt. Scripſerūt ad Ciceronē Patroni & reliqui Attici Pōponij condiſcipuli cū Athenis ipſe Atticus philoſophabatur, vt nomine eorū Cicero Pōponiū ſalutaret.

ASCENſius A SCENSIVS. Finē epiſtolę,cuius initiū eſt obſignatā &c.ſic lego & itelligo. Etiā atq; etiā vale cū Patrone tuo condiſcipulo. Eſtq; qđ ſequit̄ principium alterius epiſtolę cuius argumētū paucis mutatis ab argumento Pij,ſuperiori miſto,ipſe adieci.

Argumentum. CVI.

PIVS. DICIT neſcio cui⁹ repulſa gaudere,qđ Atticū vix credere putat. Tarētinis) Ciuibus nullatenus lęſis, nec in his quæ lege Iulia conceduntur. In militia) Intereūdū. Ob iter) dum agrū Tarētinū peragro cū militibus. Cū ſororis tuę filij patruo) Cū Cicerone Imperatore & Cilicię Procōſule, qui patruus eſt filij Pōponiæ ſororis Attici.locus. Certaret.) De prouincia Cilicia. Erat qui cōpetitor Ciceroni fuit in Cilicia prouincia, qui cū obtinere,eāq; cū impetrare nō poſſet fingebat ſe libētiſſime Ciceroni ceſſiſſe, qđ Atticus Ciceroq; vix credūt. Certaret) Cōpetitor eſſet. Hoc magni) Nonne cenſes hoc eſſe ſignū immenſi amoris? Gauderem) Vt qui tanti ſim,cui maximus cedere poſſit competitor. Nō venerat) Gaudere. non credebā enim. Qui velit ingenio cedere,rarus erit. Vt libet) Crede vel nō crede. Νεμεσᾷν) Indignari pręſtat q̄ inuidere. Intereſt) Mea qui ſum philoſophus. Intereſt mea indignari ſtomachariq; potius nugas & offenſiones hominū q̄ inuidere ſucceſſus.

aſſiduitate, prudentia,gratia.tempus eſt neceſſariū, ſed turpe eſt me pluribus verbis agere tecū. Cicerones noſtri ſunt apud Deiotarum: ſed,ſi opus erit,deducentur Rhodum. Tu,ſi es Romæ, vt ſoles,diligētiſſime: ſi in Epeiro,mitte tamē ad nos de tuis aliquē tabellariū: & vt tu quid nos agamus, & nos quid tu agas,qdq; acturus ſis,ſcire poſſimus. Ego tui Bruti rem ſic ago,vt ſuam ipſe nō ageret. Sed iam exhibeo pupillū,neq; defendo. Sunt enim negocia & lenta & inania. Faciā tamen ſatis tibi quidē,cui difficilius eſt, q̄ ipſi: ſed certe ſatiſfaciam vtriq;. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

OBſignarā iam epiſtolā meā, quā puto te modo p̲legiſſe, ſcriptā mea manu, in qua oīa cōtinētur,cū ſubito applicauit tabellarius ad.XI.Cal. Octob. ſeptimo & quadrageſimo die Roma celeriter iuit,tā mihi lōge tuas literas reddidit, ex qbus nō dubito,qn tu Pōpeiū expectaris, dū Arimino rediret, & iā in Epeirū profect⁹ ſis: magiſq; vereor,vt ſcribis, ne in Epeiro ſolicitus ſis nō minus q̄ nos hic ſumus. De Atteliano nomine ſcripſi ad Philotimū ne appellaret Meſſalā. Itineris noſtri famā ad te perueniſſe lętor,magiſq; lętabor, ſi reliqua cognoris. Filiolam tuā tibi iā Romę iucūdā eſſe gaudeo,eāq; quā nūq̄ vidi,tñ & amo,& amabilē eſſe certe ſcio. Etiam atq; etiā vale.cum Patrone tuo condiſcipulo.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVę de Tarentinis in militia laboraui, ea tibi grata eſſe gaudeo. Quod ſcribis libēter repulſam tuliſſe eū, qui cū ſororis tuæ filii patruo certaret, hoc magni amoris ſignū. Itaq; me etiā admonuiſti,vt gauderē. nam mihi in mentē nō venerat. Non credo,inquis? vt libet,ſed plane gaudeo,quoniā μενεσᾷν intereſt, τ̃ φθονεῖν. Vale.

Argumentum. CVII.

VICTOriam ſuã in Parthos deſcribit. Quo aſtu, qua fortitudinẽ ſuperati ſint Parthi, ſocio quidẽ Bibulo: ſed Ciceronis conſilio virtuteq; potiore. MALVM) In rem malam. Execratio) ſucceſſus ſuos M. Tullius extollit dicterij parũ memor ſui in Rhetoricis, Fortunã laudare, ſtultitia: & vituperare, ſuperbia eſt. Quid ego faciã) Nõ poſſum panem, ficum dicere. Ciliciam) Scribe, Siciliã. non ſiculas lepidis vocabulis appellatas, nõ gręcas vrbes deſcribere: ſed eas barbaricas videlicet vrbes, de quibus eſt ſermo. ὧν ἐπιτομῇ) In ſumma, in breuitate. Cõcedis) Vt breuiter victoriã meã deſcribam. Celebritate) Scribe celebritatem, panegyricã turbã. Erãt) Occurrebãt. Fuerũt) priſci codices habẽt, fuimus. Reuelſimus) Pro reuulſimus, hoc eſt ſuſtulimus. Alij reluimus ſcribũt, hoc eſt expunximus.

PIVS.

Fortuna.

# M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SAturnalib⁹ mane ſe mihi Pindeniſſæ dediderũt, ſeptimo & quinquageſimo die, poſtq̃ oppugnare eos cœpimus. Qui, malum, iſti Pindeniſſæ? qui ſunt inquies? nomẽ audiui nũq̃. Quid ego faciam? non potui Siciliam, Ætoliam, aut Macedoniam reddere. Hoc iam ſic habeto, nec hoc exercitu hic tãta negocia geri potuiſſe. quæ cognoſce ὧν ἐπιτομῇ. Sic enim concedis mihi proximis literis. Epheſum, vt venerim noſti, qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatẽ, qua nihil me vnq̃ delectauit magis. Inde oppidis his, quæ erant, mirabiliter accepti Laodiceam prid. Calend. Sextil. venimus, ibi morati biduum, perilluſtres fuimus, honorificisq; verbis omneis iniurias reluimus ſuperioris. Deinde Apameæ quinq; dies morati. Sinade triduum. Philomeli quinq; dies, & Iconii decem, ſedimus. Nihil ea iuriſdictione æquabilius, nihil lenius, nihil grauius. Inde ad caſtra veni ad. VII. Calend. Septemb. ad. III. exercitum luſtraui apud Iconium. Ex his caſtris, cũ graues de Parthis nuncii venirẽt, perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eã, quæ Ciliciam attingit, eo conſilio, vt Armenius Artanaſdes, & ipſi Parthi Cappadocia ſe excludi putarent. Cum dies quinq; ad Cibuſtra Cappadociæ caſtra habuiſſem, certior ſum fact⁹ Parthos ab illo aditu Cappadocię lõge abeſſe, Ciliciæ magis imminere. Itaq; confeſtim iter in Ciliciã feci per Tauri pylas. Tharſum veni ad. III. Non. Octobr. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum diuortio diuidit, qui mons erat hoſtium plenus ſempiternorum. Hic ad. III. Id. Octob. magnũ numerũ hoſtiũ cecidimus. Caſtella munitiſſima nocturno Põptini aduentu, noſtro matutino cepimus, incendimus: & Imperatores appellati ſumus. Caſtra paucos poſt dies habuimus, ea ipſa qua cõtra Darium habuerat apud Iſſum Alexander Imperator haud paulo melior, q̃ aut tu aut ego. Ibi quinq; dies morati, direpto & vaſtato Amano inde diſceſſimus.

Superioris.) Prędeceſſoris Appii nos optime gerendo deleuit peculiari noſtra beneficẽtia, iniurias Laodicęnis illatas ab Appio. Quod idẽ) Supuacanea verba. hic nihil deeſt. Philomeli) Philomeliũ auctore Strabone libr. xij. Geographię, ciuitas Phrygię pretermontanę. Iconij) Iconiũ ciuitas Lycaonię ad Taurũ. Ciuis Iconieus. i. ἰκωνιεὺς Stephanus. Fecim⁹) Lege ſedimus. Æquabilius) Iuſti⁹ pacatius. Ad. 3. Cal. Septẽb.) Exercitũ luſtraui. Liui⁹. lib. 3. ab Vrbe condita, Ibi exercitũ omnẽ Suetaurilibus luſtrauit. Idẽ lib. 1. Sacrificiũ luſtrale in diem poſterũ parat. Luſtricus dies marium nonus, fœminarũ octauus. Luſtratores luſtratrices, luſtrati pueri.

Philomeliũ.

Iconium.

Luſtrare exercitum.

Armenus) Armeni⁹. Artanades) Scribendum Artanaſdes ſi priſco codici arrides.

Tauri pylas) Portę Armenię nũcupant a Latinis alibi, Caſpię alibi, alibi Cilicię, quas nũc intelligit Cic. Diuortio) Septo, curſu intercurrente aquarũ. Iſſum) Iſſos ciuitas in medio Syrię & Cilicię vbi Alexander Dariũ vicit. vocabatur ab Iſſico ſinu. Ciuis Iſſeus. Stephanus. Aut tu aut ego) Qui nõ ſumus hoc nomine digni, nedũ æquandi. verũ eſt enim id Gręcorum adagiũ. οὐ γὰρ πάντα πάντων. Amano.) Caſtellis & caſtellanis Amani.

Tauri pylas.

Iſſos.

ASCENſius. Ea ipſa quę, lego qua, vt ſit ea ipſa. ſ. via, qua Alexãder: nõ eñ habuerat Alexandri caſtra.

ASCEN.

Interim (ſcis enim quædã πάνικα dici, item τὰ κοινὰ τοῦ πολέμου) rumore aduẽtus noſtri, & Caſſio, qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor iniectus eſt. Itaq; eos cedẽteis ab oppido Caſſius inſecutus, rẽ bene geſſit. Qua in fuga magna authoritate Oſates dux Parthorum vulnus accepit, eoq; interiit paucis poſt diebus. Erat in Syria noſtrũ nomen in gratia. Venit interim Bibulus, credo voluit appellatione hac inani nobis eſſe par. In eodẽ Amano cepit laureolã in Muſtaceo quẹrere. At ille cohortem primã totã perdidit, Centurionẽq; primipili nobilem ſui generis Aſiniũ Dentonẽ, & reliquos cohortis eiuſdẽ, & Sex. Lucilium, T. Cãnii Cepionis locupletis & ſplendidi hominis filiũ, Trib. Mil. ſane plagã odioſam acceperat, cũ re, tum tẽpore. Nos Pindeniſſum, quod oppidum munitiſſimũ Eleutherocilicum omniũ memoria in armis fuit, feri homines, & acres, & omnibus rebus ad defendendũ parati, cinximus vallo, & foſſa, aggere maximo, vineis, turre altiſſima, magna tormentorũ copia, multis ſagittariis, magno labore, apparatu: multis ſauciis ex noſtris, incolumi exercitu negociũ confecimus. Hilara ſane Saturnalia. Militibus quoq; (equis exceptis) reliquam prẹdam conceſſimus. Mancipia venibant Saturnalibus treſſis. Cum hæc ſcribebam in tribunali res erat ad HS. CCXX. Hinc exercitũ in hyberna agri male pacati, deducendũ Q. Fratri dabam: ipſe me Laodiceam recipiebam. Hẹc adhuc. Sed ad prẹterita reuertamur.

PIVS. Panica. πανικά) Tumultuoſa. Semper fama belli maior eſt ipſo bello. Quando in exercitu eſt magna cõſternatio incerto auctore, hi panici terrores appellant̃. Vnde prouerbialiter grẹce dicit̃. πάνικα δίματα, Timores videlicet panici. Cicero in Familiaribus, Atticus noſter quõdam me commouet πανικοῖς, intellexit timoribus. Syneſius, καὶ πανικοὶ θόρυβοι μεθημέρον τὸ στράτευμα κατελάμβανον. Valerius Flaccus Argonauticon lib. 3.

Rapta quies, deus ancipitem lymphauerat vrbem, Mygdoniæ Pan iuſſa ferens ſẹuiſſima matris. Pan nemorũ, belliq; potens.

De hoc Panico terrore meminit Euripides in Medæa.

τὰ κοινά) Cõmunia belli. Iungitur ſuperioribus. Extollitur creſcitq; nimiũ victorię fama, hocq; cõmune eſt bellicis victoriis. Iuxta illud, Fama malũ, quo non aliud velocius vllũ, Mobilitate viget.

Rumore) Secernat̃ a ſuperioribus. Significat Caſſiũ audito aduẽtus fœlicis Ciceroniani rumore criſtas tollere cœpiſſe, q prius quaſi latitabat. Atq;) Scribẽdũ eoq;. i. & eo vulnere. Laureolã) Virgam lauri, hoc eſt gloriã in re minima quo ad eius geſta & nullius momẽti q̃rere. Nam teſte Plinio, Laurus muſtaceis ſubiiciebat̃, q mos adhuc Romę ſeruat̃. In muſtaceo) Muſtacea. Cato in re Ruſtica, Muſtacea ſic cõfice. Farinę ſiligineę modium vnũ muſto cõſpergito, aniſum, cyminũ, adipis. P. ij. caſei librã, & de virga lauri deradito, eodẽ addito, & vbi defrixeris, lauri folia ſubtus addito dũ cõcoques. Nũc Romani muſtaciola dicunt. Bononiẽſes Cõfortinos. Muſtacea perdas, inq̃t Satyrus. Pli. libr. 15. Duo lauri genera tradit Cato, Delphicã & Cypriã. Lauri genera. Põpeius Leneus adiecit quã muſtacẽ appellauit, q̃m muſtaceis ſubiiceret̃. Hãc eſſe folio maximo flaccidoq;, & albicãte. Adhuc Romæ Laurus muſtaceis ſubiicit̃. Muſtacea vocant̃ q̃ muſtea, hoc eſt recẽtia ſapiũt, vel a muſto quo fiebãt. Eiſdẽ) Cõnecte legeq;, eiuſdẽ. Nõ ad Pindeniſſum) Erade p̃poſitionẽ ad, hoc ordine. Pindeniſſum. Nos Pindeniſſũ vallo cinximus, qđ oppidũ Eleutherocilicũ munitiſſimũ, & qđ oim memoria in armis fuit, cinximus vallo. Feri hoies, & q̃ ſequunt̃. Munitiſſimũ) Subintellige erat. Eleutherocilicũ) Iũctim legẽda eſt hęc dictio. Pindeniſſũ oppidũ enumerat̃ inter Eleutherocilices, hoc ẽ liberos Cilices, quos Parthi libertate donauerãt, q̃m in cõfinib⁹ degebãt. Eleutherocilices. Feri hoies) Subintellige, erãt Pindeniſſę. Turre) Ambulatoria. Tormẽtoꝝ) miſſiliũ. Negociũ cõfecimus) Expediuimus vt aiũt. Hilara) Fuerũt. Nihil victoria lętius. Iuxta illud adeſpoton, Victorẽ vict⁹ metuat, metus impet illi, Mẽbra nec in dura ſternere diſcat humo. Eqs) Quos fortaſſis ad cõſcribẽdũ nouũ equitatũ ſeruauerat. Certis) Scribe Treſſis. Subintellige p̃cio. A trib⁹ aſſib⁹ treſſis, p vili ponit̃. Perſi⁹, Hic Dama eſt, non treſſis agaſo. Res) Prẹda. Hęc adhuc) Ita pẽdebãt in acumine nouaculę.

ASCENSIVS. Qđ oppidũ munitiſſimũ &c. videt̃ ſine verbo erat perfect⁹ ſermo quia ſequit̃ fuit. Saturnalibus certis, Pius legit treſſis, neſcio quo cõſtructu, nã venibãt treſſis nõ dixero, ſed quadrante, & forte treſſia, vt ſint mancipia treſſia. i. triũ aſſium. ASCENſius. Nihil ergo mutem & cõſtruatur aut cum Saturnalibus. i. diebus exercitui noſtro lætis, vnde hilara vocat, certis, quia timor ab hoſte nullus erat, aut certis militibus eã poſſe Romam ducere. Et quod pluris eſt, non video cur non tam recte &, ac vt legatur q̃ omnia ſup. alia, alioqui etiam ſeipſo pluris eſſet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et quod pluris) Emenda, vt quod pluris. In quo laboras) In quo neruis omnibus & conatu cõtẽdis exhortando ne deficiã. Ligurino) Garrulo vnde cœpit occaſionẽ Martialis. μώμῳ) Liuori, q̃ nihil laudabat, nec Venerẽ quidẽ totã, vtpote quã improbauit ꝙ illi ſtridulũ ſandaliũ eſſet, qđ reſpiciẽs vates ingenioſus ait. Laudaret faciẽ liuor quoq;. τῷ μώμῳ ἀρέσκειν, placere vel momo Grȩco inoleuit adagio. Moriar) Diſpereã. Elegãtius) Lepidius q̃ ego facio. Actiones meas ad vnguẽ, virtutiſq; prȩſcriptũ moderor. Nec tamen) Scribẽdũ, nec tam. Quȩ ſumma eſt) Vel votorũ, vel quã adeptus ſum amplissimã: vel quȩ p ſe res eſt ſublimis & excelſa. Fuit tãti) Lege, fui tãti. Ego pluris erã aio magis robuſto q̃ putarã, vt q̃ pertinacis cõtinẽtiæ eſſe poſſem. Norã) Nõ erat virtus mea ac perſeuerantia mihi in ocio cognita. Magiſtratus virũ oſtẽdit. In hoc genere.) Impatorię abſtinẽtię. Prȩclarius) Animo ac virtute mea. λάμπρα) Splẽdida. Adhuc virt⁹ mea ſatis elucet. Cȩtera videbim⁹. ἐν παρόδῳ) In trãſcurſu, obiter. ἀπρόσιτον) Inacceſſum. Reliqui aurẽ ſuã Ariobarzani. nõ audiui delatores. Ita ſcribẽdũ docẽte perantiquo codice Ioãnis Lamolȩ. Inſidiatotoribus eius aproſiton me, non modo ἀδωροδόκητον) Hoc eſt muneribus incorruptũ. Ne pileũ qdẽ) Scribe, ne pilũ qdẽ. ſupple abſtuli. Teruciũ) Nec obolũ nec aſſem. Sumptus) Nec impẽſȩ etiã minoris. Ac te) Scribe, At te. Dolẽter prolatũ, heu me miſerũ, doleo te nõ eſſe Romȩ. Reſiſtet) Decreto Senatus de ſublata Gallia. Via) Si, per lõga ſcribatur, duȩ vt voces, legatur itinera. ſi vna via, defendi põt, vt prȩlonga vel perlõga, hoc eſt valde lõga, cũ via iũgať. Lẽni) Scribitur a qbuſdã Lenis. Ego nihil muto. fuit eñ Romȩ familia Lemniorũ. Iucũde de Cæſare) Subintellige accepi. reor intelligẽdum de Gallia adempta Cæſari, & reuocato decreto vel plebiſcito, quo ei dabať optio abſenti ſecũdum petere Cõſulatũ. Quibus) Sed nõ ceſſit, decretis Senat⁹ nõ obtẽperauit, quĩmo beneficiũ populi ac quiquẽnii prorogationẽ iuſtis vel ſaltẽ fortib⁹ tutatus eſt armis. Incẽdio) Accuſatione. Prȩtoriano) Lege pletoriano. Pletorius Lȩiũ accuſauit & cõdẽnauit. Aduſtus) Cõdẽnat⁹ eſt. Togã purã) Quã Perſi⁹ vocat Vmbonẽ cãdidũ ſic ꝓpe, Permiſit ſparſiſſe oculos iã cãdidus Vmbo. Dabať eloquẽtię cãdidato. Iubebo dari) Sẽſus aptiſſim⁹. Priſca tñ exẽplaria ſic habẽt. videor dare. hoc eſt puto me daturũ. prima lectio decernit: hȩc ſenſũ librat. Cui moderať Deiotarus) hȩc verba ſecũdã lectionẽ nõ improbãt, ſed hȩc dictio cui, referẽda eſt ad filiũ Quintũ cui moderabať Deiotarus, ac apđ frugi Regẽ alebať. Moderabor) Modificabo. nihil ſine modo ac mẽſura perficiã. Sed ſi dictio Deiotarus ſequiť, vt in hoc codice, moderať, ſcribẽdũ eſt cũ prȩfatione p̃ſenti. Cuius auxiliis) Prȩpone his dictionibus verbũ Deiotarus. Ad me) Iũgẽdũ ſequẽtibus.

Ligurinus.
Momus.

Q꞉ me maxime hortaris, & quod pluris eſt, q̃ omnia in quo laboras, vt etiã Ligurino μώμῳ ſatis faciã, moriar, ſi quicq̃ fieri poterit elegãtius. Nec tãtã ego hãc cõtinentiã appello, quȩ virtus voluptati reſiſtere videtur. Ego in vita mea nulla vnq̃ voluptate tãta ſum affectus, quãta afficior hac integritate. nec me tã fama (quȩ ſumma eſt) q̃ res ipſa delectat. Quid q̃ris? fui tãti, me ipſe non norã, nec ſatis ſciebã, quid in hoc genere facere poſſem recte. nihil eſt p̃clarius. Interim hȩc ſũt λαμπρά. Ariobarzanes opa mea viuit, regnat ἐν παρόδῳ conſilio & authoritate: & ꝙ inſidiatoribus eius ἀπρόσιτον me, nõ modo ἀδωροδόκητον prȩbui, Regẽ regnũq; ſeruaui. Interea e Cappadocia ne pilũ quidẽ. Brutum abiectũ, quãtũ potui, excitaui, quẽ nõ minus amo, q̃ tu, pene dixi q̃ te. atq; etiã ſpero toto anno Imperii noſtri terũciũ ſumptus in prouincia nullũ fore: habes oĩa. Nũc publicas literas Romã mittere parabã. vberiores erũt q̃ ſi ex Amano miſiſſem, at te Romæ nõ fore. Sed eſt totũ, quid Cal. Martii futurũ ſit. Vereor eñ, ne cũ de Prouincia agetur, ſi Cæſar reſiſtet, nos retineamur. His tu ſi adeſſes, nihil timerem. Redeo ad vrbana, q̃ ego diu ignorãs ex tuis iucũdiſſimis literis ad V. Cal. Ian. deniq; cognoui. eas diligẽtiſſime Philogenes libertus curauit perlonga, & nõ ſatis tuta via perferẽdas. Nã quas Lemnii pueris ſcribis datas, nõ acceperã. Iucũde de Cæſare, & q̃ Senatus decreuit, & q̃ tu ſperas, qbus ille ſi cedit ſalui ſumus. Incẽdio Pletoriano ꝙ Lȩius aduſtus eſt, min⁹ moleſte fero. Luceius de Q. Caſſio cur tam vehemẽs fuerit, & qd actũ ſit, aueo ſcire. Ego cũ Laodiceã venero, Q. Sororis tuȩ filio togã purã iubebo dari, cui moderať Deiotarus, cuius auxiliis magnis vſus ſum. Ad me, vt ſcripſit, cũ Ciceronibus Laodiceã vẽturus erat. Tuas Epeiroticas expecto lr̃as, vt habeã rationẽ

Aproſitos.

Adorodocitos.

Toga pura.
Vmbo.

Non modo negocii) Alludit prouerbio Catonis dicere ſoliti, non ſolum ocii, ſed etiam negocii reddē-dam rationem. Nicanor) Libertus Attici fuit. Phameo quęritur cerasta) Legendū, Phameo quęrit
Cerata. cerata .i. cornua quęrit argumentorū, de quibus Lucianus, Quintilianus, Seneca. Quod non amiſiſti ha-
Corniculari⁹. bes, cornua non amiſiſti, habes igitur cornua. vel per cerata commentarios, codicesq; accepti ac expenſi
Vaccule. dictitat, quibus præpoſitus latine dicitur Cornicularius. Vulgo a cornu Bononiæ vacculas appellant, de quibus videbis infra ſic, Deſipiciam cerata omniū. Nōnulli exponūt phameo quęrit cerata .i. fieri Tribunus Cornutorū. De corniculario cum codice Dionis, Tranquilli, ac Iuriſcōſultorū explicato lege annotamenta noſtra maiora, capite. lxxvi. Aliqui volūt ſignificare quid illi ſimile, Sequitur coruos teſtaq; lutoq;. Forte qui hoc
Cornutorū tribus. munus obibat cornutorum Tribunus vocabatur, de quo Marcellinus lib. 16. Romā) Redire. Per literas) Facio. Exiſtimo) Pergratū futurū.

Argumentum. CVIII.

PIVS. GAVDET Atticū in Epirum ſaluū nauigaſſe. Addit nōnulla de Parthis, a quib⁹ maximū bellum impendet. Dubitat ne confirmetur in prouincia.

PERNEceſſario) Mihi ad prouinciam expediēdam, ne prorogetur: & ne quid interceſa & porrecta addaẗ. Spero) Emenda, deſpero.
Hyemare. Hyemare) Hybernacula habere, hyemē traducere. dictio Pliniana ac Perſiana. vſurpat etiā
Autumnare. Æſtiuare. Plinius autumnare. Æſtiuare, æſtatem agere. Loca vbi æſtiuamus dicuntur æſtiua. Papinius, Gelido iuuat æſtiuare ſub Hęmo. Similiter hyberna & hybernacula, vbi hybernamus vel hyemamus.

Prudentioris) Paternus caſus qui Caſſius prudētior eſt altero Caſſio. Quā eas quas poſtea) Lege, ꝙ eas poſtea.

Per ſe, A ſe) Alii ſcribunt prę ſe repetita affirmatione.
Euhemerema. Illi) Parthi. εὐημερήματι) Facili ac fauſto eius diei ſucceſſu. Nec dubitat) Bellum impēdere. Artanaſdis fi.) Artanaſdes rex Armenius.

Quin) Scribendū ꝙ. Ipſa) Priſci codices habent, & ipſe.

Dimittaẗ) A Senatu ab vrbe. Nullus honos) Nec triūphus, nec quinquēnium, nec
Nodus. Conſulatus. Dum hic nodus.) Difficultas. Vereor ne dum hęc difficultas expediatur, huic malę arbori cuneus malus inueniaẗ prouinciæ, Proconſulesq; diu pendeant

non modo negocii, verum etiam ocii tui. Nicanor in officio eſt, & a me liberaliter tractaẗ, quē (vt puto) Romam cū literis publicis mittam, vt & diligentius perferantur, & idē ad me certa de te, & a te referat. Alexis ꝙ mihi toties ſalutē adſcribit, eſt gratum: ſed cur nō ſuis literis idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phameo quęrit κέρατα. Sed hæc hactenus. Cura vt valeas, & vt ſciā quādo cogites Romam. Etiā atq; etiā vale. Tua, tuosq; Thermo, & pręſens Epheſi diligentiſſime cōmendaram: & nunc per literas, ipſumq; intellexi eſſe perſtudioſum tui. Tu velim, quod antea ad te ſcripſi de domo Parmeni, des operam, vt q̄d tuo meoq; beneficio puer habet, cures ne qua ratione auellatur. vtriq; veſtrū exiſtimo, tū mihi erit pergratum.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

TE in Epeirū ſaluū veniſſe, & vt ſcribis ex ſententia nauigaſſe, vehemēter gaudeo: non eſſe Romæ tēpore perneceſſario, ſubmoleſte fero. Hoc me tamen conſolor, quod ſpero te iſtic iucunde hyemare, & libenter requieſcere. Caſſius frater Q. Caſſii familiaris tui, prudētioris, illas literas miſerat, de quibus tu ex me requiris, quid ſibi voluerit, ꝙ eas poſtea miſit: quibus per ſe ſcribit cōfectū eſſe Parthicum bellum. Receſſerāt illi quidē ab Antiochia ante Bibuli aduentum: ſed nullo noſtro εὐημερήματι. Hodie vero hyemāt in Chireſtica, maximūq; bellum impēdet. Nam & Orodes Regis Parthorū filius in prouincia noſtra eſt. Nec dubitat Deiotarus, cuius filio pacta eſt Artanaſdis filia, (ex quo ſciri poteſt) ꝙ cū omnibus copiis & ipſe prima æſtate Euphratem tranſiturus ſit. Quo autē die Caſſii literę victrices in Senatu recitatę ſunt, id eſt Non. Octob. eodē & meę tumultū nūciantes. Axius noſter ait noſtras authoritatis plenas fuiſſe, illis negat creditū. Bibuli nondū erant allatę, quas certo ſcio plenas timoris fore. Ex his rebus hoc vereor, ne cū Pompeius propter metū rerum nouarum nuſq̄ dimittatur, Cæſari nullus honos a Senatu habeatur, dum hic nodus expediatur.

Decedere) A prouincia diſcedere. Interceſſor) Horreo prorogationē prouincię, & horreo ne qui pro me intercedunt,obtinere non poſſint ne quid prorogetur. Suſtinere) Obtinere. Mihi) Ne in ſyrpo nodum quęram ac fruſtra timeam. Rebus) Contra libertatem meam. Ocurreres) Prouidere ac anticipare reſiſtereq; poſſes. Sollicitudinem) Anxietatem metumq;. Struere) Moliri. Ita ſit) Me fruſtra timere, Bellum) Pulchrum,gratum. Α᾿κροτελϵύταιον) Finem,poſtremamq; partem. Nauſeãs) Faſtidiens nauigationem a qua vomitus & nauſea naſcitur. Iungitur inferioribus hęc epiſtola. Tibi)

Nō putet Senatus,nos ante q̃ ſucceſſum ſit,oportere decedere:nec in tanto motu rerũ tantis Prouinciis ſingulos Legatos preeſſe. Hic nequid mihi prorogetur, (quod ne interceſſor quidē ſuſtinere poſſit) horreo: atq; eo magis ꝙ tu abes,qui conſilio, gratia, ſtudio, multis rebus occurreres. Sed dices me ipſum mihi ſolicitudinem ſtruere:cogor,& velim ita ſit. Sed omnia metuo,& ſi bellũ ἀκροτελϵύταιον habet illa tua epiſtola. quã dediſti nauſeans Buthroto. Tibi,vt video & ſpero,nulla ad decedendum mora. Mallē vt video: nihil opus fuit,vt ſpero. Acceperã autē ſatis celeriter Iconii per publicanorũ tabellarios a Lētuli triũpho datas.in his γλυκύπικρον illud cōfirmas, morã mihi nullã fore. Deinde addis,ſi quid ſecus,te ad me forte venturũ. Angũt me dubitationes tuæ. Simul & vides,quas acceperim literas. Nã quas Hemoni Cēturioni Scamulæ ipſe ſcribis dediſſe,nō accepi. Lēnii pueris quas dediſſe ſępe ad me ſcripſeras,eas Laodiceæ deniq; cũ eo veniſſem. III. Iduũ Februarii, Lēnius mihi reddidit, datas ad decimũ Cal. Octob. Lēnio tuas cōmēdationes,& ſtatim verbis,& reliquo tēpore probabo. Hæ litere cętera vetera habebãt: vnũ hoc nouũ de Cybiratis Pantheris. Multũ te amo,ꝙ reſpōdiſti M. Octauio te nō putare:ſed poſthac omnia,quę certa nō erũt pro certo negato. Nos enim & noſtra ſpōte bene firmi, & mehercule authoritate tua inflammati vincemus omneis. Hoc tu ita reperies tũ abſtinētia, tũ iuſtitia,facilitate,clemētia. Caue putes quicq̃ homines magis vnq̃ eſſe miratos,q̃ nullũ terũciũ,me obtinēte Prouinciã,ſumptũ factũ eſſe,nec in Rep. nec in quẽq̃ meorũ,pręterq̃ in L. Tulliũ Legatũ:qui abſtinens ſe, ꝑ cęteris Iulia lege trãſita ſemel tãtũ in diē,nō vt alii ſolebãt,omnibus vicis,accepit. Hic ergo facit,vt mihi excipiendus ſit, cũ teruncium nego ſumptũ factum: præter eũ accepit nemo. Has a noſtro Q. Ticinio ſordes accepim9. Ego æſtiuis cōfectis, Q. Fratrē hybernis,& Cilicię pręfeci. Q. Voluſiũ tui Tyberii generũ

Verba ſunt Attici:quib9 vſus fuerat in epiſtolę extremitate. Decedēdũ) Abeũdũ Cilicia. Mora) Subintellige erit tibi O Cicero. Mallē) Reſpōdet his poſtremis verbis Cicero,mallem ſcripſiſſes,O Attice,decedes vt video & nō addidiſſes,vt ſpero. In his) In hoc caluicio pone γλυκύπικρον hoc eſt dulce & amarũ. ita emēdat Aldus. quod ſaccarũ acidum hodie vocãt: raram apud Græcos dictionē rariore apud Latinos verbo dulcacidũ interpretari poſſumus, qua tamen vſus eſt Serenus his verbis, Pinguia dulcacido miſcētur poma liquori. Si quid ſecus) Si aliquid aliter, hoc eſt ſi cōfirmabitur prouincia. Fore venturum) Scribendũ forte, & hic nihil affirmat. Dediſſe) Subintellige te. Et ſtatim verbis:ſup. probaui,& reliquo tēpore probabo. Oſtēdã re ipſa maximo apud me cōmēdationes tuas eſſe momēto. Cybiratis) Cybirã ciuitatē in Cilicia & Tabas duo fratres cōdidere, Cybira & Marſyas. Hic in loco arduo ſupra petrã ex argumento nois ciuitatē vocauit. Tabã enim Græci molarem dicũt. Stephanus, At Cybirenſes Cabalenſem agrum incoluere, vnde coloni in Ciliciam venere. Strabo, Cybirenſis adminiſtratio inter maximas totius Aſiæ cenſetur. Quatuor eñ linguis vtebantur Piſidarũ,Solymorũ,Græcorũ & Lydorũ: vnde Cybiratę pantheræ de quibus Cęli9 lib. ix. Epiſt. Famil. Multũ) te amo) Tibi valde debeo. Rē mihi gratã feciſti. Mos loquēdi Ciceronianus. Te non putare) Me daturũ operã vt a me pãtheras habere poſſit. Inflãmati) Hortatu tuo cōtētius currētes. Eorũ) Scribēdũ meorũ:comitũ videlicet. Pręterq̃) Ita emēda totũ hoc colon,pręterq̃ i L. Tulliũ Legatũ qui abſtinēs ſe ꝑ cęteris Iulia lege trãſita,ſemel tm̃ in diē accepit:nō vt alii ſolebãt. Semel) Qui Legat9 ſemel ꝑuaricatus eſt tantũ legē Iuliã. Hic facit) In priſcis exēplaribus additũ eſt verbũ,ergo. Excipiēdus) Vnus Legatus. Ticino) Lege Ticinio miniſtro Tullij. Sordes) Auaritiã. Æſtiuis) Locis vbi morã in loco al-

Acroteleuteon.
Nauſeare.
Glycypicron
Cybira.
Taba.
Multum te amo.

gido æſtate trahebãt. Certus)Peritus,veridicus:cui valde confido.Cicero in verrem,Confirmat ſe homines certos eius rei cauſa in Siciliam & terra & mari miſſurum.Alibi,Mittit homines certos Melitã. Catilinam,Certos homines in quinqueremi liquiſſe.Attico.Hominem certũ miſi de comitibus meis. Caſſio,Qui cum eſſent miſſi vt Antonio ex Senatus ſententia certas res nunciarent, intolerabilia retulerunt.Virgil.Equidem per littora certos dimittam.Alibi certus eſt pręſcriptus,limitatus:Attico ſtatim dedi literas vt ex Cypro Equites ante certam diem decederent.Liuius,Cum in diem certam,vt ad lucum Ferentinę conueniãt edicit. Alibi certus eſt idem quod neſcio quis.Cic.in Oratione ad Pontifices,Hanc iucundiſſimam vitę atq; officiorum omnium ſocietatem certi homines fictis ſermonib⁹, & falſis criminibus diremerunt.Horat.Nam ſi natura iuberet. A certis annis æuum remeare peractum:vernacula lingua in hac vtitur ſignificatione.

Sed.

Sed)Quinimmo,atq; Terent.in Andria,Sed Pamphilũ video. Pauculos dies ſederet) Scribendũ, pauculos dies eſſet. Diœceſum) Regionum. In hoc quęſtu) Aucupio. Dabant) Profundendum erat ſi nolebant equites aut milites illuc in hyberna mitti. ὑπερβολικῶς) Per ſuperlationẽ. Erogabatur) Impẽdebatur. Tibi)Sum moleſtus. Voluiſti) Mãdans vt omnia immo ſingula, quę a me geſta ſunt in prouincia perſcriberem.

Fames.

Fames)Heſiodi ſentẽtia: de qua Columella.Miſerũ fame mori vt canunt Gręcę camœnę. Fulgentius,Me magis fames domeſtica q̃ fama poetica cõmorat. Cõpreſſerant)Occultauerãt vt annonam flagellarent ac accenderent.

Simena.

Semio) Scribe ſimenio, ſubintellige foro a Simena vrbe: de qua Stephanus, vel Seſſameno.

Seſſamos.

Eſt ciuitas Paphlagonię Seſſamos a ſeſſamo legumine dicta.

Cerata.

κέρατα)Cornua ꝑ facultatib⁹.i.ſupputatiõib⁹ & rationib⁹,libris videlicet cõputatorijs,qb⁹ q pręeſt Corniculari⁹.

Corniculari⁹. Corniculum.

& Corniculo merere, apud Tranquillũ de viris illuſtribus.Firmicus nõnulla de re militari. Lege quę in annotamẽtis noſtris ſcripſimus.

Vaccułæ. Inique menſurę quaſſandæ.

Hęc eſt cauſa quare vulgo vaccułę dicũtur. Aliqui pro vaſis vinariis accipiũt,vt mẽſuras rerũ venaliũ ſe iudicaturũ ac propolis pudorẽ impoſiturũ dicat,quę auctore iuriſperito ſi mẽdoſę ſunt,quaſſandæ ac confringendę ſunt:Perſiano carmine ſubſcribẽte, Et de mẽſura ius dicere:vaſa minora Frãgere,Pannoſus vacuis Ædilis vlubris.

Cerata pocula. Bacchus cornutus. Crater. Ceratina Pocula.

Cerata vaſa vinaria ideo dicta,quod Priſci Gręci in cornib⁹ bubulis potare cõſueuerunt:ex quo Bacchus cũ cornibus cernitur,ac Taurus etiã vocatur,ac apud Cizycum ſub Tauri ſpecie colit̃,vnde miſcere vinũ κέραϲαι dicũt,& vas in quo miſcetur crater quaſi cerater,quod in cornu prius infundebatur.& Xenophon in 6,Ceratinis populis bibiſſe prodit.Superius diuerſam interpretationem attulimus.Nam modo Threicio borea,modo currimus euro. Sępe tument Zephyro lintea,ſępe noto. Iſauricum)Forum. In ius)Scribe Iunius:de menſe enim loquitur. ASCEN.

Pauculos dies ſederet,ſic legam potius q̃ eſſet,vt ſit ſederet iudex,quod approbant ſequentia.

certum hominem, & mirifice abſtinẽtem,miſi in Cyprum vt ibi pauculos dies ſederet: ne ciues Romani pauci,qui illic negociantur, ius ſibi dictum negarẽt. (nam euocari ex inſula Cyprios non licet.) Ipſe in Aſiam profectus ſum Tharſo Non.Ian. Non mehercule dici poteſt,qua admiratione Ciliciæ ciuitatum, maximeq; Tharſenſium.Poſtea vero q̃ Taurum trãſgreſſus ſum,mirifica expectatio Aſię noſtrarum diœceſum,quę ſex menſibus imperii mei nullas meas acceperat literas, nunq̃ hoſpitem viderat. Illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quęſtu. Ciuitates locupletes ne in hyberna milites reciperent, magnas pecunias dabãt.Cyprii talenta Attica CC. qua ex inſula (non ὑπερβολικῶς, ſed veriſſime loquor) numus nullus me obtinente erogabatur.Ob hæc beneficia, quibus illi obſtupeſcunt,nullos honores mihi, niſi verborum, decerni ſino: ſtatuas prohibeo. Nec ſum in vlla alia re moleſtus ciuitatibus, ſed fortaſſe tibi, qui hæc prædicem de me perfer, ſi me amas. Tu enim me hæc facere voluiſti. Iter igitur ita per Aſiam feci, vt etiam fames, qua nihil miſerius eſt quæ tum erat in hac mea Aſia (meſſis enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit.Quacunq; iter feci,nulla vi, nullo iudicio,nulla contumelia,authoritate & cohortatione perfeci,vt & Gręci & ciues Romani,qui frumentum compreſſerant, magnum numerum populis pollicerentur. Id.Febr.quo die has literas dedi, forum inſtitueram agere Laodicee Cibyraticũ,& Apamenſe ex Id.Mar.ibidem Synadenſe. Pamphilium cũ Seſſameno. diſpiciam κέρατα omnium.Iſauricũ ex Idibus Maii in Ciliciam:vt ibi Iunius cõſumatur,velim

Tranquille)Nuncietur. Rapit)Conuellit a nobis pręcipitanter,cum celeritate ſumma. Poſthumia) Tanq̃ eſſet amorabunda. Tuos)Legendum tuus, & ad Brutum referendum. Martium) In alijs codicibus Marcum. Cauſam) Cauſa legendum,gratia videlicet ac amore Bruti. Salaminij)Sunt qui Salamijmalunt.Gens eſt Arabum auctore Stephano,Salama ciuitas. Non probo, Salamis inſula Atticę:de qua diuturnum certamen inter Athenienſes atq; Megarenſes. Salamis altera ciuitas non inſula:de qua nunc Cicero meminit,apud Cyprum,quam Teucer ſuperiore relicta poſt bellum Troianum ædificauit, nominata quãdoq; chencrea a viro eius nominis q eã tenuit, Ophis ex moribꝰ cognominato. Expulſus idẽ ab Eurilocho eſt. Auctor idem. Hanc etiã Boctarus Rex potẽtiſſimus tenuit,a quo claſſis pręfecto Lycophron poeta Xerxem ſuperatum fuiſſe dicit. Quod dicam) Emenda. Quid dicam? cum interrogatione:cui Torquato eadem petenti negaui.

Salamíi.
Salamis.
Ophis.

De M.)Scribe.Quid M.Lẽnio? ſubintellige dicã, ſi modo hanc viam aperuerimus.

Multis alijs)Cum interrogatione,Quid dicam? Si pręfectus)Senſus eſt, Si vellet pręfectus equitum eſſe Scaptius vt tantum redimeret terrore equitatus,vexaret Salaminios ac ad ſoluẽdum cogeret, non erat cauſa cur pręfecturam gereret, quoniã curabo ego vt abſq; equitibus a Salaminiis pecunia reſtituatur.

Eſſe)Tãtũ ob hoc. Syngraphę cauſa)Vt pecuniã p Chirographũ aut ſyngraphã debitã exigeret,nihil ęſtuaret,qm̃ ſine eo tumultu operam dabo vt ei ſoluatur. Noſter) Ironice. Equites)Scaptianos. Decedere) Abire. Fidem)Opem ac auxiliũ exigẽdi. Et vna) In his alii ſcribunt. Cõficerent)Soluerẽt.

Coacturũ)Niſi facerẽt. Homines)Salaminii. Hoc eſt pricipiũ ſequẽtis clauſulę. Se a me ſoluere) hoc eſt,abſtinentia mea ſoluebam illa talenta Attica, quæ mecũ eſſent lucrati,dum eorum facultatibus parco: ac me continẽtiſſime gero. Pr.) Prętoribꝰ extraordinariis. Q đ em̃)de extorſionibus. A me) De ære meo.

Nomine)Debito. Minus ſe debere Scaptio q̃ mecũ eſſẽt lucrati. Vectigali) Pecunia quæ anniuerſaria pro cenſu quodam Prætori dabatur:cui longo abuſu in maxima pecuniæ ſũma vectigales erãt facti. Recte)Optime ius dixiſti Cicero,belle reſpõdẽt Salaminii. ASCEN.

Tranquille,non ſubaudio nuncietur,ſed refero ad verbum pręcedens,cõſumatur,ſcilicet Iunius.

tranquille a Parthis. Quintilis,ſi erit, vt volumus, in itinere eſt per prouinciam redeuntibus cõſumendus. Venimus enim in Prouinciã Laodiceam Sulpitio, & Marcello Coss. prid. Calend. Sextil. inde nos oportet decedere ad. IIII. Calend. Sextil. Primum contendam a Q. Fratre,vt ſe præfici patiatur, quod & illo,& me inuitiſſimo fiet,at aliter honeſte fieri non poteſt:pręſertim cum virum optimum Pontinum ne nũc quidẽ retinere poſſim: rapit enim hominem Poſthumius Romam: fortaſſe etiam Poſthumia. Habes conſilia noſtra: nunc cognoſce de Bruto. Familiares habet Brutus tuus quoſdam creditores Salaminiorum. Ex Cypro Marcum Scaptium, & P. Maciniũ,quos mihi maiorem in modum commẽdauit. Macinium non noui. Scaptius ad me in caſtra venit. Pollicitus ſum curaturum me Bruti cauſa, vt ei Salaminii pecuniam ſoluerẽt. Egit gratias, Præfecturam petiuit. Negaui me cuiq̃ negocianti dare:quod idem tibi oſtẽderam. Cn. Pompeio petenti probaram inſtitutum meum, quid dicam Torquato, quid M. Lemnio tuo? quid multis aliis? Si Pręfectus vellet eſſe ſyngraphæ cauſa, me curaturum vt exigeret:gratias egit, diſceſſit. Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret: & eundem habuerat Præfectum, vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iuſſi. Moleſte tulit Scaptius. Quid multa? vt ei fidem meam præſtarem, cum ad me Salaminii Tharſum veniſſent, & vna Scaptius, imperaui, vt pecuniam ſoluerent. Multa de ſyngrapha, multa de Scaptii iniuriis, negaui me audire. Hortatus ſum demum etiam pro meis in ciuitatem beneficiis, vt negocium conficerent. Deniq; coacturum dixi me. Homines non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſoluere. Quod enim Pr. dare conſueſcent, quoniam ego non acceperam, ſe a me quodammodo dare, atque etiam minus eſſe aliquanto in Scaptii nomine, quàm in vectigali prætorio. Collaudaui homines. Recte, inqt Scaptius, ſed

ſubducamus ſummam, interim cum ego in edicto tranſlatitio centeſimas me obſeruaturum dicerem cũ Antiochi anniuerſario: ille ex ſyngrapha poſtulabat. Illi, quid ais? inquam: poſſum ne contra meum edictum? At ille profert S. C. Lentulo Philippoq; Coss. vt qui Ciliciam obtineret, ei ius ex illa ſyngrapha diceretur. Cohorrui primo: etenim erat interitus ciuitatis. Reperio duo S.C. iiſdem Coss. de eadem ſyngrapha. Salaminii cum Romæ verſuram facere vellent, non poterant, ꝙ lex Gabinia vetabat. Tum ii Bruti familiares freti gratia Bruti ſpõdẽt quod optatur, ſi ſibi S.C. caueretur. Fit gratia Bruti S.C. vt neve Salaminiis, neve, qui eis dediſſet fraudi eſſet. Pecuniam numerauerunt: & poſtea venit in mẽtem fœneratoribus nihil ſe iuuare illud S.C. quod ex ſyngrapha ius dici lex Gabinia vetaret. Tum fit S.C. vt aut ea ſyngrapha eſſet: qua cęteræ eſſent, aut eodem modo iudicaretur in hac vt in cætęris. Cum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius: ait ſe nihil contradicere, ſed illos putare talenta. CC. ſe debere, ea ſe velle accipere: debere autẽ eos paulo minus. rogat, vt eos ad CC. perducam. Optime inquam, voco illos ad me remoto Scaptio. Quid vos? quãtum inquam debetis? reſpondent. CC. Refero ad Scaptium. homo clamare. Quid opus eſt inquam potius: q̃ rationes conferatis? Aſſidẽt, ſubducũt ad numũ, cõuenit. Illi ſe numerare velle: vrgere, vt acciperet. Scaptius me rurſus ſeducit. rogat, vt rẽ ſic relinquam. Dedi veniã homini impudẽter petẽti. Græcis qu rentibus, & vt in fano

Subducere. Subducamus) Putemus ratiunculam. Hoc eſt computum faciamus. Summam) Aceruum nominum veſtrorum. Trãſlatio) Aliũde trãſlato, nõ a me recens inducto. Cẽteſimas) Cẽteſimæ duorũ generum erant. Aliquæ perpetuo fœnore ducebãtur, & duodenos quotãnis nũmos merebant: quos Plinius ad Traianũ duodenos aſſes appellat. Alterę centeſimę cũ renouatione fœnoris anniuerſaria ducebãtur: quas vſuras vſurarũ appellant. Centeſimas quidã opinantur ex eo dictas ꝙ quolibet anno centeſimũ nummũ mereant, id eſt duodenos aſſes annuos. Seneca libro de Beneficiis ſeptimo, ſanguinolentas ait.

Trãſlatitium

Cẽteſimæ.

Dig. locus. Digeſtis de vſuris lege nihil intereſt, Quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt, ad finem centeſimæ non vltra duplum debetur. Qui tamen codex inuerſus eſt, & ita corrigendus, traiectitiam pecuniã vltra duas centeſimas mereri. Duæ aũt centeſimę poterant deberi ꝓ duobus cõmeatib⁹, id eſt pro pecunię traiectu & mercium retro importatione ex ea pecunia comparatarũ, vt in lege prima Tituli de vſuris, Propterea Pollux libro octauo, fœnoris nautici duo genera ponit, heteroplum & amphoteroplum. Heteroplũ eſt cum commeatus tantum periculum fœnerator ſuſcipit. Amphoteroplum cũ meatus quoq;. Cicero quinta in Verrẽ actione, Societates vnde erat attributa, binis cẽteſimis fœneratus eſt. Haberem) Vetuſti codices habent, dicerem.

Heteroplum

Amphoteroplum.

Antiochis) Legẽdum Antiochi. Anniuerſario) Tributo annuo ab Antiocho cõſtituto. Ille) Scaptius. Ex ſyngrapha) Iuxta rigorem ſcripti: in quo anatociſmus etiã continebatur. Poſtulabat) Hic eſt finis clauſulæ. Illo) Scribe cõiunctim ſic Illi quid ais inq̃. Dixi Scaptio quid ais? Quid petis? illicita petis, & honori meo cõtraria. Poſſum ne) Subintellige decernere. Et ius) Scribendũ. Ei ius. Diceret) Emenda diceretur. Cohorrui) Attonitus ſteti corde gelato ſaxeus in ſtuporem, verba non hominis, ſed feræ cuiuſdam audiens. Interitus) Si ius dicebatur ex illa ſyngrapha. Verſuram) Donatus, Verſuram facere eſt æs alienũ ęre alieno ſoluere, intellige fœneratitio. His) Salaminiis ęs alienũ verſura facta ſoluere volentibus. Volebant quatuor) Lege. ſpondent quod optatur, hoc eſt pecuniã fœneratitiã. S.C) Senatuſcõſulto nouo, nuper inducto. Caueretur) Prouideretur. Salaminiis) Verſuram facientibus, ac pecuniam accipiẽtibus. Qui) Ei qui dediſſet pecuniam Salaminiis. Eis) Salaminiis. Dediſſet) Fœneratitiam ad verſurã faciendã. Fraudi eſſet) Damno & incõmodo. Iuriſconſultus Dig. de Ædilitio edicto. Veteres enim fraudẽ proponere ſolebant. Capitalem fraudem admiſiſſe accipiemus dolo malo & per nequitiam. Numerauerunt) Fœneratores Bruti familiares. S.C.) Senatuſconſultũ nouũ. Ex ea) Ex illa dictio ſuperuacanea eſt Qua) Eodem modo de hac ſyngrapha Scaptii ius tractaretur, vt in reliquis tractari ſolet, eodemq; modo in iſta ac in reliquis procederetur, ac eluderet. S.C. Gabinianum prolatum Gabinio Conſule. Vt eodẽ) Emenda. Aut eodẽ modo iudicaretur in hac vt in cęteris. Ait ſe cõtradicere) Ait ſe nihil cõtradicere.

Verſura.

Sic relinquã) Indiſcuſſam. Dedi veniã) Facultatẽ cõceſſi Scaptio vt res non diſcuteretur. Græcis) Salaminiis. Querẽtib⁹) Prima correpta ſine diphthõgo, cũ Gręci q̃rerentur ꝙ rẽ reliq̃rim indiſcuſſã.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Poſtulantibus) Gręcis, ne vſura curreret facto in templo depoſito. Anatociſmo) Cum fœnore renouato ac multiplicato propter centeſimas illas diu retentas. Bono nomine) Obtinens nomen boni creditoris & viri, qui tondere vult pecus, non deglubere. Non bono) Nomine qui mauult rem q̃ famam. Auunculo) Catoni. M. Iunius Brutus qui Cęſarem interfecit Catonis e ſorore Seruilia nepos: & gener, Porciæ maritus. Profectus) Roma abiiſti. Perpetuo fœnore) Vno & eodem ſine anatociſmo. Anatociſmus enim eſt vſuræ anniuerſaria renouatio, quod docet M. Tullius in. vi ad Atticũ, Magnam ego pecuniam confeceram vt ſoluerent, centeſimis ſexennii ductis cum renouatione ſingulorum annorum. Hęc eſt opinio Budęi viri cõſultiſſimi. Ducerẽtur) Exigerentur Plutarchus in libro de Fœnore, Forum dicit eſſe ἀσεβῶν χῶρον, impiorũ videlicet regionẽ. Plato beatam felicemq; eſſe ciuitatem in qua meum non meum qui dicant minus audiantur. Paulus libro vigeſimo ſecundo de vſuris, Vſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur. Martianus Iuriſconſultus Dig. de de vſuris, Placuit ſiue ſupra ſtatutũ modum quis vſuras ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum vſuras quod illicite adiectũ eſt, pro non adiecto haberi, & licitas poſſe peti. Tuos digitos) Ad ſubducendam rationem promptos ac celeres. ὁδοῦ πάρεργον) Obiter. Tabulas nouas) Ne vetera debita ſoluantur, ſed noua tantum. Dieculam) Paruum tempuſculum ac momẽtum ad Senatuſconſulta pertractanda. Dixerit) Scribe duxerit, hoc eſt protraxerit.

Nuſq̃ Reſpub. plus) Detrimenti videlicet faceret q̃ ſi nouę tabulæ inducerentur.

Cauſam meam) Patrocinium. Si hæc cauſa eſt) Cauſa eſt negocium ex vtraque parte pertinens ad cõtrouerſiam. hęc non eſt controuerſia, quia ſtatim patet q̃ ſit inhoneſtum hoc negocium & impudens. Integram) Indeciſam hodie dicunt. ἐνδομύχῳ) Arcano, penetrali. Pomelia nugatur) Legit Aldus: probo idem, quod tu Poſthumię filiæ, quoniam πότνια, id eſt vngãtur. Neſcio an hoc ſomnium ſit per ebur aut cornu, Mihi nihil mutandum videtur. lectio Romana perplacet. Probo idem quod tu circa Poſthumiæ filiæ cauſam: quoniam Pomelia quę litigabat cum Poſthumia nugatur, friuolas rationes adducit. Celeberrimis) Alibi creberrimis. Eſt qui ait ſe ſuſtentare) Scribe, eumq; ait ſuſtentari Cum ſis) lege, ſcies. Intercalatum) Prorogatum tempus. Myſteria) Sacra mei capitis & comitia Senatus, vt ita loquar, de prouincia proroganda. Minus paulo) Non ita crebro.

deponerent, poſtulantibus non conceſſi. Id clamare omnes, qui aderant. Nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contentus non eſſet, aliis nihil ſtultius. Mihi autem impudens magis, q̃ ſtultus videbatur. Nam aut bono nomine centeſimis contentus erat, aut non bono quaternas centeſimas ſperabat. Habes meam cauſam: quæ, ſi Bruto non probatur: neſcio cur illum amemus, ſed auunculo eius certe probabitur: præſertim cum S.C. modo factum ſit: vt puto, poſtq̃ tu es profectus in creditorum cauſa, vt centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur. Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certe habes ſubductum, in quo quidem ὁδοῦ πάρεργον. Luceius M. Fab. queritur apud me per literas, ſummum eſſe periculum, ne culpa Senatus his decretis, res ad tabulas nouas perueniat: commemorat quid olim etiam mali C. Iulius fecerit, cum dieculam duxerit: nunq̃ Reſpub. plus. Sed ad rem redeo. Meditare aduerſus Brutum cauſam, ſi hæc cauſa eſt, contra quam nihil honeſte dici poteſt. Præſertim cum integram rem, & cauſam meam reliquerint. Reliqua ſunt domeſtica. De ἐνδομύχῳ, probo idem, quod tu Poſthumiæ filiæ: quoniam Pomelia nugatur, ſed vellem adeſſes, A.Q. Fratre his menſibus nihil expectaris: nam Taurus propter niueis ante mẽſem Iunium tranſiri non poteſt: Hermum, vt rogas, creberrimis literis fulcio. P. Valerium negabat habere quicq̃ Deiotarus Rex, eumque ait ſuſtentari. Cum ſcies Romæ intercalatum ſit nec ne, velim ad me ſcribas certum, quo die myſteria futura ſint. Literas tuas minus paulo expecto, q̃ ſi Romæ eſſes, ſed tamen expecto. Vale.

Anatociſmus.

Budæus.

Forum.

Vſuræ.

ὁδοῦ πάρεργον.

Diecula.

Cauſa.

Integrum.

Argumentum.CIX.

RESPONDET literis Attici laudantis conſilium Ciceronis in Appio,& libertatem eiuſdem in cauſa Brutina ſiue Scapitiana. Vituperat Appium in furtis prouincię verſatum, contra a tota cohorte in hac ſumma cum laude & gloria fieri. De nominibus Ariobarzanis & Pompeii nonnulla. De iniquitate etiam Scaptii & crudelitate in Salaminios nonnulla. Arrogantiam Bruti taxat. Mandata Attici conſtanter ſeruat. Diſputantur nonnulla ex libris de Republica. De Ciceronibus pueris amanter diſcentibus. Dionyſium furenter iraſci. Bellum Parthicum impendet quo terretur. De ſtatua Scipionis Serapionis pulchra. De Flauio ſcriba. De Eupolide & Alcibiade rara ac ſcitu digniſſima.

# M·T·CICERONIS

## epiſtolarum ad T.Pomponium Atticum LIBER SEXTVS.

### M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ACCEPI tuas literas ad quintũ miliare Laodiceę: quas legi libẽtiſſime, pleniſſimas amoris, humanitatis, officii, diligẽtiæ. Iis igitur reſpõdebo. Sic enim poſtulas, nec οἰκονομίαν meã inſtituã, ſed ordinem conſeruabo tuum. Recentiſſimas a Cybira meas literas habere ais ad. X. Cal. Octob. datas, & ſcire vis, tuas ego, quas acceperim. Omneis fere, quas cõmemoras: præter eas, quas ſcribis Lentuli pueris, ex Equotutico & Brũduſio datas. Quare non οἴχεται tua induſtria, quod vereris, ſed pręclare ponitur. Siquidẽ id egiſti, vt ego delectarer. Nã nulla re ſum delectatus magis, q̃ meã βαθύτητα in Appio tibi, libertatẽ etiã in Bruto probari vehemẽter gaudeo, ac putarã ſecus. Appius enim ad me ex itinere bis terve ὑπομεμψιμοίρους literas miſerat, ꝙ quædã a ſe conſtituta reſcinderem: vt ſi medicus, quũ ægrotus alii medico traditus ſit, iraſci velit ei medico, qui ſibi ſucceſſerit: ſi quę ipſe in curãdo cõſtituerit, immutet ille: ſic Appius, cũ ἐξ ἀφαιρέσεως Prouinciã curarit, ſanguinẽ miſerit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectã, & προσανατετριμμένην. Ama me, nõ libenter vidi, ſed modo ſuccenſet, & modo gratias agit. Nihil enim a me fit cũ vlla illius cõtumelia: tantũmodo diſſimilitudo meę rationis offendit hominẽ. Quid enim poteſt eſſe tã diſſimile, q̃ illo imperãte exhauſtã eſſe ſumptibus, & iacturis Prouinciã, nobis obtinentibus eã, nũmũ nullũ eſſe erogatũ, nec priuatim nec publice? Quid dicã de illius pręfectis? comitibus? Legatis? Quid etiã de rapinis? de libidinibus? de contumeliis? Nũc autẽ domus mehercule nulla tãto cõſilio, aut tãta diſciplina gubernatur, aut tã modeſta eſt, q̃ noſtra

---

Oeconomia. ΟἸΚΟΝΟΜΊΑΝ) Ordinem, diſtributionem. Cybi triſte) Alii Codices habẽt Cybira. Alij Cibiſtre. Quatuor linguis vtebantur, nomen eſt oppidi.

Equotutico. Et Equotutico) Lege. Ex Equotutico. De Equotutico pro oppido legi in Pii Antonini itinerario poſito inter Capuam & Beneuentum. Οἴχεται) Vana neſcit, perit. Dubitabas enim te bonas horas male ponere.

Bathytis. βαθύτητα) Grauitatem. Liberalitatem) Scribe libertatem, quæ ex Epiſtolis eius facile patet. Secus) Aliter. Appium videlicet de me obloqui ſolitum. ὑπομεμψιμοίρους) Subquerulas.

Ipſe) Prior medicus malus. Ille) Secundus. Sic Appius) Iraſcit.

Aphereſis. Ἐξ ἀφαιρέσεως) Per extorſionem, auferendo.

Mittere ſanguinem. Miſerit) Hauſerit, feriendo venam. Metaphora eſt a vulnerario medico, qui ad leuanda viſcera affecta, ſubinde ſanguinem mittit. Aliquando miſſio fit ad caput euacuandum. Fiunt & acrochiriſmi & apophlegmatiſmi, caput euacuantes.

Acrochiriſmi. Apophlegmatiſmi. Προσανατετριμμένην) Subuerſam.

Ama me. Ama me) Pro amabo. Modus loquendi Ciceronis. Significat, ita me ames. Illius) Appij.

Meæ rationis) Modi ac ordinis. Erogatum) Solutum.

Nulla domus) Priuata meliorem diſciplinam non habent quàm publica. Putẽt) legeputant.

Male audire. Male audiat) Infametur. Martialis, Gentibus in Libycis coniunx tua

tota Prouincia. Hāc nōnulli amici Appii ridicule interpretātur: qui me idcirco putāt bene audire velle, vt ille male audiat, & recte facere nō meę laudis, ſed illiꝰ cōtumelię cauſa. Sin Appius, vt Bruti literę quas ad te miſit, ſignificabāt: gratias nobis agit, nō moleſte fero, ſed tñ eo ipſo die, quo hęc ante lucē ſcribebā, cogitabā eius multa inique cōſtituta & acta tollere. Nūc venio ad Brutū, quē ego omni ſtudio, te authore, ſum cōplexus, quē etiā amare cœperā, ſed reuocaui me, ne te offenderē. Noli eñ putare me quicꝗ maluiſſe, ꝗ vt mandatis tuis ſatiſfacerē, nec vlla de re plus laboraſſe. Mandatorū autē mihi libellū dedit, iiſdēq; de rebus tu mecū egeras. Oīa ſum diligētiſſime perſecutus. Primū ab Ariobarzane ſic cōtēdit: vt talēta, quę mihi pollicebatur, illi daret. Quoad mecū Rex fuit, perbono loco res fuit: poſt a Pōpeii procuratoribus ſexcētis premi cœptus. Pōpeius autē cū ob cęteras cauſas plus poteſt vnus, ꝗ cęteri omnes: tū ꝙ putatur ad bellū parthicū eſſe venturus: ei tamen ſic nunc ſoluitur: triceſimo quoq; die talēta Attica. XXXIII. & hoc ex tributis. Nec id ſatis efficitur in vſuram menſtruam. Sed Cn. noſter clementer id fert. Forte cauet vſuræ, nec ea ſolida cōtētus eſt: alii neq; ſoluit quicꝗ, nec poteſt ſoluere. Nullū enim ęrariū, nullū vectigal habet. Appii inſtituto tributa imperat, ea vix in fœnus Pompeii, quod ſatis ſit, efficiunt. Amici Regis duo tres ve perdiuites ſunt, ſed ii ſuū tam diligēter tenent, ꝗ ego, aut tu. Equidem non deſino tamen per literas rogare, ſuadere, accuſare Regē. Deiotarus etiā mihi narrauit ſe ad eum Legatos miſiſſe de re Bruti: eos ſibi reſponſum retuliſſe, illū nō habere: & mehercule ego ita iudico, nihil illo regno ſpoliatius, nihil Rege egentius. Itaq; aut tutela cogito me abdicare: aut, vt pro Glabrione Scęuola, fœnus & impendium recuſare. Ego tamen quas per te Bruto promiſerā præfecturas Marco Scaptio, & L. Ganio, qui in regno rem Bruti procurabāt, detuli, nec eñ in Prouincia mea negociabātur. Tu autem meminiſti nos ſic agere, vt quot vellet præfecturas ſumeret, dum ne negociaretur. Itaque duas ei præfecturas dederam: ſed ii, quibus petierat, de Prouincia deceſſerant. Nunc cognoſce de Salaminiis, quod video tibi etiam nouum accidiſſe, tanꝗ mihi. Nunꝗ enim ex illo audiui vllam pecuniam eſſe ſuā. Quin etiam libellum ipſius habeo, in quo eſt Salaminii pecuniam debent M. Scaptio, & P. Mancinio

Galle male audit. Quo ante lucem) Legendum. Quo hæc ante lucem. Studio) Officio amoris. Reuocaui me) Me ab amore Bruti retraxi. Dedit) Brutus. Cōtendi) Elaboraui. Offenderem) Quoniam Brutus petiturus erat, quod ſi facerem, te nimis offenderem.

Perbono loco) Magna commoditate res vertebatur.

Quoque) Quocunque prima intenta. Propertius, Nam decimo admittor vix ego quoque die. Caret vſura) Scribatur, cauet vſuræ. Reſpicit lucrum fœnoris, nec numerari prorſus pecuniam curat, ſed ad ſummam creſcere permittit. Infra) Ea in fœnus Pompeii quod ſatis ſit efficiunt. Solida) Ariobarzanes. Deiotarus) Rex Galatarum. Abdicare tutela) Deponere tutelam. Fœnus) Scribe. Aut fœnus. Impendium) Damnum & vtilitatē. Pro te) Lege, per te, interceſſione tua. Nec enim calidum & frigidum eodem ex ore procedere debent. Atticus, vt qui mandauerat & edixerat Ciceroni, omnia ſancte regeret: nunc in cauſa amici iniuſtiſſima, recantare non debet, ſed vnum ſeruare propoſitum: eandemque mentem non flabris hinc & inde perculſam. Sapiens ac iuſtus eſſe quis nequit ſi gratia variat animum: Si fractus illabatur orbis impauidum ferient ruinæ. Amicitia cum potentiſſima ſit corrumpere calculos, agamus Ephialtem iudicem, qui velauit oculos ne puerum adamatum videret ad ſe deprecatorem miſſum contra iuſtitiam. Iuſtitia virtus eſt diſtributiua, oculos habet quidem acerrimos, ſed conniuet contra turbantes affectus. Quibus) Pro quibus. Ex illo) Ab illo Bruto. Diſſimulabat nobiſcum Brutus tegens hoc fœnus. Scaphio) Lege Scaptio. Mantinio) Macinio emendandum vt ſuperioribus congruat.

Ephialtes iudicem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ductis) Computatis, ſubductis ad ſortem, quod illiberale eſt, vel auctore Iuriſconſulto Digeſt. de vſuris, lege, Nihil intereſt, Quod in ſingulos dies in ſtipulatum deductum eſt ad finem centeſimæ non vltra duplum debetur. Renouatione) Alij codices reuocatione. Repete quod de anatociſmis ſuperius a nobis dictum eſt. Me amare deſin) Vt iniuſtum iudicem ac iniquum. Edicto) Quo anatociſmos prohibebam. Impingit) Hoc verbum violentiæ plenum ſignificat vim quandam ac ſiniſteritatem porrigentis. Bruti) Scribentis ad me ac admonentis. Rem illam) Salaminiorum pecuniam. Suo periculo) Ad ſe pertinere. Nec tibi etiam) Nec tibi dixit cum rogauit vt ego pro exigenda commodius pecunia a Salaminijs præfecturam Scaptio darem. Per te) Conſilio tuo. Id) Dare præfecturam. Exceperamus) Excluſeramus a præfectura prouinciales negociatores. Negociatori) Caueramus non dare negociatori præfecturam. Quod ſi cuiquàm) Negociatori danda eſt, huic Scaptio non eſt danda. Huic tamen non) Subintellige danda eſt. Appio) Sub Appio. Obſederat) Circunſtiterat ne egrederentur anteq̃ ſoluerent. Tragica & inhumana barbaries. Necarentur) Priſci codices habent morerentur. Quaternas centeſimas) Centeſimarum quatuor Anatociſmos. Itaque) Lege. Idque, me ſingulas centeſimas obſeruaturum. Idque) Et illud meum edictum. Fœneratoribus) ſubintelligendum ab. Probaretur) Barbari ac ſanguinarii fœneratores hoc edictum meum probabant: Scaptius id Brutuſque nobilis ac philoſophus improbabit? Iis) Pompeio & Lemnio. Probaui) Excuſatione ſatiſfeci. Vt probem) Quomodo probare poſſim & a peccato defendere. Conſiſtere) Obſeruari. Duci tantum ſingula centeſima ſine renouatione reuocationeque de qua edixeram. Quæ erat) Præfixa. Deponere. In fano Salaminii. Silerent) Conniuerent, rem indiſcuſſam relinquerent. Veniam dederũt) Obtemperarunt. Iis) Salaminiis debitoribus. Paulus) Creditor Salaminiorum, qui eodem modo exigere tẽtabit illectus eadem patientia. Α᾽κοινωνήτως) Acerbe, non ſocialiter. Acinoniti vocati ſunt Ægyptiorum phi-

Impingere.

Acœnoniti.

familiaribus meis: eos mihi commendat. Adſcribit etiam, & quaſi calcar admouet: interceſſiſſe ſeſe pro iis magnam pecuniam. Confeceram, vt ſoluerent centeſimis ſexennii ductis cum renouatione ſingulorum annorum. At Scaptius quaternas poſtulabat. metui, ſi impetraſſet, ne tu ipſe me amare deſineres. Nam ab edicto meo receſſiſſem, & ciuitatem in Catonis, & in ipſius Bruti fide locatam, meiſque beneficiis ornatam, funditus perdidiſſem. Atque hoc tempore ipſe impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti: rem illam ſuo periculo eſſe. Quod nec mihi vnquam Brutus dixerat, nec tibi etiam, vt præfecturam Scaptio deferrem. Id vero per te exceperamus negociatori, quod ſi cuiq̃ huic tamen non. Fuerat enim præfectus Appio, & quidem habuerat turmas equitum: quibus incluſum in curia Senatum Salamine obſederat, vt fame Senatores quinq; necarentur. Itaq; ego, quo die tetigi Prouinciam, cum mihi Cyprii Legati Epheſum obuiam veniſſent, literas miſi, vt equites ex inſula ſtatim decederent. His de cauſis credo Scaptiũ iniquius de me aliquid ad Brutũ ſcripſiſſe: ſed tamen hoc ſum animo, ſi Brutus putabit me quaternas centeſimas oportuiſſe decernere, qui tota prouincia ſingulas obſeruarem: idq; edixiſſem, idq; etiam acerbiſſimis fœneratoribus probaretur, ſi præfecturam negociatori denegatam quereretur, quod ego Torquato noſtro in T. Lemnio, Pompeio ipſi in Sex. Statio negaui, & iis probaui. Si equites deductos moleſte feret, accipiam equidem dolorem, mihi illum iraſci: ſed multo maiorem, non eſſe eum talem, qualem putaſſem. Illud quidem fatebitur Scaptius: me ius dicente, ſibi omnẽ pecuniã ex edicto meo auferendi poteſtatẽ fuiſſe. Addo etiam illud (quod vereor tibi ipſi probẽ) conſiſtere vſura debuit, quæ erat in edicto meo: deponere volebant, impetraui ab Salaminiis, vt ſilerẽt. Veniam illi quidem mihi dederũt. Sed quid iis fiet, ſi huc Paulus venerit? ſed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humaniſſimas literas ſcripſit: ad me autem, etiam cum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere. Tu autem velim ad eum ſcribas de his

loſophi hoc eſt incommunicabiles. Acineti ſcriptores non dilutæ auctoritatis. Excidiſſe) Oblitum eſſe. Martialis, Excidit mihi nomen. Credo) Te intelligere vt Bruto ſatiſfaciam. Cum eo) Sub hac conditione. Statim) Cum primum decreui vt Salaminij ſatiſfacerent, ſatiſfactum eſt. Prouocabo) Appellabo. Ne ad Catonem quidem) Tu enim Catone nullatenus es minor. Ἐγκελεύσματα) Hortamenta. In viſceribus hærent) Memori ſub mente recondo. Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ) Quod enim bene eſt, mecum eſt. Significant hæc verba, Ciceronem ſolam amare probitatem: ſpernere cuncta: in quibus non eſt virtus ac ſanctitas. Prędibus.) Fideiuſſoribus. Intelligit ſex libros, quos de Republica compoſuit. Æque enim viuendum ac ſcribendum. Mens ac vita ſtilo diſcrepare non debent: in primo quorum librorum ita ſcriptum reliqui. Vt enim gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, imperatori victoria: ſic huic moderatori Reipub. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Ἱστορικόν) Ex latebris Romanæ hiſtoriæ.

Acineti.

Prędes.

Libri de Republica.

rebus, vt ſciam quomodo hæc accipiat. Facies enim me certiorem, atque hoc ſuperioribus literis ad te diligenter perſcripſeram. Sed plane te intelligere volui, mihi non excidiſſe illud, quod tu ad me quibuſdam literis ſcripſiſſes, ſi nihil aliud de hac Prouincia, niſi illius beneuolentiam reportaſſem, mihi id ſatis eſſe. Sit ſane, quoniam ita tu vis, ſed tamen cum eo credo, quod ſine peccato meo fiat. Igitur meo decreto ſoluta eſt res Scaptio ſtatim, q̃ decretũ ſit. Tu iudicabis. ne ad Catonem quidem prouocabo. Sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abieciſſe, quę mihi in viſceribus hærent. Flens mihi meam famam commendaſti. quę epiſtola tua eſt, in qua non mẽtionem facias? Itaque iraſcatur qui volet: patiar, τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, præſertim cum ſex libris tanq̃ prædibus me ipſum obſtrinxerim: quos tibi tam valde probari gaudeo: e quibus vnum ἱστορικόν requiris de Cn. Flauio Annii filio. Ille vero ante Decemuiros non fuit: Quippe qui Aedilis Curulis fuerit, qui magiſtratus multis annis poſt Decẽuiros inſtitutus eſt. Quid ergo profecit, quòd protulit faſtos? Occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam, vt dies agendi paterent paucis. Nec vero pauci ſunt authores Cn. Flauium Scribam faſtos protuliſſe, actionesque compoſuiſſe: nec me hoc, vel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes. οὐκ ἔλαθες. Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſte ſuſpicaris: ego

De Cn. Flauio Annii filio) Pomponius de origine iuris, Omnium tamen harum & interpretandi ſciẽtia & actiones apud collegium pontificum erant: ex quibus conſtituebatur quis quo anno pręeſſet priuatis. Et fere populus prope annis centum hac conſuetudine vſus eſt. Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones Cn. Flauius Scriba eius libertini filius, ſubreptum librum populo tradidit, & adeo gratum id munus populo fuit, vt Tr. pleb. fieret & Senator, & Aedilis curulis. Hic liber qui actiones continet appellatur ius ciuile Flauianum. Cicero libro primo de Oratore, Deinde poſtq̃ eſt editum expoſitis a Cn. Flauio primum actionibus: nulli fuerunt qui illa artificioſe digeſta, generatim componerent. Liuius libro octauo ab Vrbe condita: ſcribit Aediles duos de plebe creatos, & libro nono de Flauio agit. Ergo opinio Ciceronis eſt vera. Atticus deceptus eſt qui credidit Flauium fuiſſe ſcribam Appij Decemuiri, cum alter Appius hic fuerit, longe poſt Decemuirum. Aedilibus curulibus) Proſpicienter curulibus addidit, quòd prius fuerant plebis Aediles. Id colligitur ex his Liuianis verbis: in libri ſexti calce ſic, Recuſantibus id munus Aedilibus plebis: conclamatum a patritijs iuuenibus eſt, ſe id honoris deorum immortalium cauſa, libenter acturos, vt Aediles fierent, quibus cum ab vniuerſis gratię actę eſſent, factum Senatuſconſultum. vt duos viros Aediles ex patribus Dictator populum rogaret. De Decemuiris Liuius agit libro tertio ab Vrbe cõdita, creati Decemuiri nono & trecenteſimo, longe ante Curules Ædiles. Proficit) Scribe profecit. videlicet Flauius. Protulit) Occultos promulgauit. Faſtos) Canones dierum. Ouidius,

Flauꝰ ſcriba.

Appij duo.

Ædiles curules.

Faſtus erit per quem lege licebit agi,

In quo, Verbaq; honoratus libera Pretor habet,

Do, Dico, Addico. Peterentur a paucis) Emendatiores codices, Paterent paucis. Auctiones) Scribẽdum actiones, quando liceret agere cum populo. Commentum) Finxiſſe. Οὐκ ἔλαθες) Non feſelliſti, id eſt te intellexi. Geſtu hiſtrionis) Licentioſo vel obſcœno, non conſtat quid hoc ſit, qm̃ libros de Republica non habemus. Tu ſceleſte ſuſpicaris) Geſtum illũ hiſtrionis tu perperam interpretaris.

Faſti.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Imperator.
Cicero.

Ἀφελῶς) Simpliciter, ingenuo pudore. Imperatore)Me ab exercitu Imperatorẽm fuiſſe vocatum re egregie contra Parthos geſta. Propter caſum)Miſi binos tabellarios alterum itinere maritimo, alterum terreſtri, ne forte primus a ſæuientibus procellis Romam reflatus accedere non poſſet. Ad me ante)Legendum, Ad me iam ante. Hunc)Memmium. A pontidia )Cauſam agentem, petentem.

Seruiliæ.

Illum)Brutum. A Seruilia)Matre immodica rogante. Hanc Seruiliam Cęſar amauit. Nam Brutus Cæſaris filius credebatur. Significant hæc verba, Mallem aliquid agere cum Memmio q̃ cũ Bruto. Eſt enim importunus, cõtumax, acinonitos. Olim, auctore Plutarcho, cum de coniuratis ageretur, literæ ad Cæſarem in curiam ferũtur, quod cum animaduertiſſet Cato, putaretq; per aliquem de coniuratis eas literas Cęſari miſſas, clamare cœpit ac poſtulare vt publice recitarentur. Et illa erat epiſtola ab Seruilia ſorore Catonis Cęſari ſcripta parum quidẽ pudice & amatorie, ac ne publice legerentur Cæſar Catoni legendas porrexit: quas cum legit Cato, in Cęſarem ſtatim eas reiecit, & inquit, Capias ebrie: atq; ita ad ſermonem, quem inſtituerat reuerſus eſt. Subdit Plutarch⁹, ac de alia Seruilia hui⁹ ſorore nihilo fama melior. Seruiliæ quam Bruti genetricem diximus frater fuit Cato Vticenſis, quem auunculum primo, deinde etiam ſocerum Brutus in primis Romanorum omnium ſtudioſe coluit. Me) Lege mei. vt Bruti contumaciam emolliat.

Cernere.
Cretiones.

Hæreditate creuiſſe ) Creuit hæreditatem pro eo quod nũc barbare dicitur, auctus eſt hęreditate, vel hęreditatem conſecutus eſt, adiuit hęreditatem. Tamen hæreditatem creui dicitur a cerno, nõ a creſco. Põpeius eſt auctor, cernere hæreditatẽ adire. Cicero ad Dolabellam, A te autem peto vt me hanc quaſi falſam hęreditatem alienę gloriæ ſinas cernere. Liuius hoc verbo vtitur libro.4. ſecundi belli Punici, Sic accipitur in lege cretionum de iure deliberandi in codice, vbi Accurſius fanaticus œſtro bellonę rotatur.

Burſa.

In Burſa)Quidam in mutua pecunia intelligunt. Poteſt enim burſa crumena nuncupari voce Græca. v. in mutato conſuetudine latina. Virgilius, Mercatique ſolum facti de nomine byrſam.

Byrſopolos.

Byrſopolos crumenas vẽdens. Sed eſt etiam nomen propriũ, vt alibi docuimus in epiſtolis, vt opinor, familiaribus. Quidam Bura ſcribunt, quę eſt Achaię ciuitas. Gentile Buręus, Lycophron & Stephanus auctores. Nę liberaris)Certe liberabis, ſi amorem reſarcire volueris.

Exceptio.

Exceptio) Cautio. Excipere cauere. Verbum Ciceronis & eruditorum. Illum diſſimulantem) Scripſerat Atticus in epiſtola ad Ciceronem ſic, In Pompeio ſpes eſt quietis, niſi diſſimulat, niſi me fallit homo ſępe diſſimulans. Cicero parũ cautus, ſimplex & ingenuus ait, hoc non credendum Pompeium diſſimulantem, quod tamen inſtar oraculi Pomponius addidit. Erat enĩ nix atra. Οἰκονομία)Series epiſtolica. Σχεδιάζοντα)Ex tempore agentem, rudem materiam pręparentem, vnde ſchedia rudia poemata dicuntur. Apuleius. Iſto, vt ait Lucilius, ſchedico & incondito. Amanter inter ſe diſcunt)Exemplaria priſca. Amant inter ſe, diſcunt. Tanq̃ innuat illud Catullianum, Mutuis animis amant, amantur. Liberalibus)Menſe Martio.

Ea ſic obſeruabo)Curam rerum priuatarum apprehendam quaſi publicarum iam negligens, veluti in fine prouinciæ poſitus, quaſi nihil intercalatum hoc eſt prorogatum ſit.

ἀφελῶς ſcripſi. De me Imperatore ſcribis, te ex Philotimi literis cognouiſſe: ſed credo te iam in Epeiro cum eſſes, binas meas de omnibus rebus accepiſſe, vnas a Pindeniſſo capto, alteras a Laodicea, vtraſq; tuis pueris datas. Quibus de rebus propter caſum nauigandi, per binos tabellarios miſi Romam literas publice. De Tullia mea tibi aſſentior, ſcripſiq; ad eã, & ad Terentiam mihi placere. Tu enim ad me iam ante ſcripſeras: at vellem te in tuum veterem gregem retuliſſes. Correcta vero epiſtola Memmiana, nihil negocii fuit. Multo enim malo hunc a Pontidia, q̃ illum a Seruilia. Quare adiunges Aufium noſtrum, hominem ſemper amantem mei, nunc credo eo magis, quòd debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate creuiſſe, qui declarauit quanti me faceret cum ſępe, tum in Burſa. Næ tu me ſolicitudine magna liberaris. Furni exceptio mihi non placet, nec ego vllum aliud tẽpus timeo, niſi quod ſolum ille excipit. Sed ſcriberem ad te de hoc plura, ſi Romæ eſſes. In Pompeio te ſpem omnem ocii ponere non miror: ita res eſt. remouendumq; cenſeo illum diſſimulantem. Sed enim οἰκονομία ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato: te enim ſequor χεδιάζοντα. Cicerones pueri amant inter ſe, diſcunt, exercentur. Sed alter, vti dixit Iſocrates de Ephoro & Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare. Mandauit enim pater. ea ſic obſeruabo, quaſi intercalatũ non ſit. Dionyſius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mihi) Iudicio meo. In moribus eſt. Habêtur & creditur a me bonorum eſſe morum, pueri ſecus ſentiunt. Furenter) Impetuoſe, aſperrime. Auctore enim Cicerone Roſcius aſperiuſculus fuit in docendo, quoniam quod ipſe cito didiciſſet, lente percipi ęgerrime ferebat. Hos mores Hieronymus in Cõmentariis in epiſtolas Pauli ad Titum grauiſſime fert, his prope verbis. Et reuera nihil eſt fœdius pręceptore furioſo: qui cum debeat eſſe manſuetus, ille e diuerſo, toruo vultu, trementibus labiis, rugata fronte, effrenatis conuiciis, facie inter pallorem ruboremq; variata, clamore perſtrepit, vt errantes non tam ad bonum retrahat, q̃ ad malum ſua ſæuitia præcipitet. Preceptor furioſus.

mihi quidem in moribus eſt: Pueri autem aiunt eum furentur iraſci. Sed homo nec doctior, nec ſanctior fieri poteſt, nec tui meiq; amantior. Thermum, & Syluium vere audis laudari, valde ſe honeſte gerũt. Adde M. Nouium, Bibulum: me, ſi voles: iã Scrofa vellem haberet, vbi poſſet. Eſt enim lautum negocium. Cæteri infirmant πολίτευμα Catonis. Hortenſio, quod cauſam meam commendas, valde gratum. De Amiano, ſpei nihil putat eſſe Dionyſius. Terentii nullum veſtigium agnoui. Meragenes certe periit. Feci iter per eius poſſeſſionem: in qua animal reliquum nullum erat. Hoc non noram tum, cum Democrito tuo locutus ſum. Rhoſii cauſam mandaui. Sed heus tu quid cogitas inſelicitatis? Lancibus & ſplendidiſſimis caniſtris, oluſculis nos ſoles paſcere. Quid in vaſis fictilibus appoſiturum putem? κέρας Phœmio mandatum eſt: recipietur, modo aliquid illo dignum cadat. Parthicum bellum impendet. Caſſius ineptas literas miſit: necdum Bibuli erant allatæ. Quibus recitatis, puto fore, vt aliquando commoueatur Senatus. Equidem ſum magna animi perturbatione commotus, ſi (vt opto) non prorogatur noſtrum negocium. Habeo Iunium & Quintilem in metu. Eſto, duos quidem menſes ſuſtinebit Bibulus. Quid illo fiet, quem reliquero? præſertim ſi fratrem? quid de me autem, ſi non tam cito decedo? Magna turba eſt. Mihi tamen cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis caſtris eſſet cum ſuis copiis omnibus. Habet autẽ cohortes quadragenarias, noſtra armatura. xxx. æque æris ad ſuſtentãdum, quoad Pompeius veniat: qui literis, quas ad me mittit, ſignificat ſuum negocium illud fore. Hyemãt in noſtra Prouincia Parthi. expectatur ipſe Orodes. Quid quæris? aliquantum eſt negocii. De Bibuli edicto nihil noui præter illam

Thennium) Veteres codices Thermum. Scrofa vbi poſſet) Subintellige volutari. Alludit voci & dictioni Scrofæ. Sus in volutabro luti, prouerbium Hieronymianum. Scrofa quærebat lucro lutari & fœdari: ſed omnis mea prouincia eſt lauta, id eſt nitida ſine fœditate. Lautũ negocium) Prouincia noſtra eſt ſine ſorde. Ergo ſcrofis in re lauta non egemus. πολίτευμα) Adminiſtrationem publicam. Nullum veſtigium) Quo euanuit ignoro ad extremas incitas redactus eſt. Proteruiam fecit. Periit) Ad extremam redactus eſt egeſtatem. Putem) Si vilia propinas in pulcherrimis vaſis? quid in vaſis vilibus propinabis? certe viliora. Negatiua, non, ante verbum oluſculis, non eſt in Ioannis Lamolæ codice perantiquo. κέρας) Cornu. Quid per cornu Cicero intelligat, affatim in ſuperioribus dictum eſt a nobis. Reperietur) Scribo cum priſcis recipietur. Canat) Lege cadat, id eſt eueniat. Quibus) Terroris pleniſſimis. Cõmoueatur) Ac de exercitu, copiiſq; prouideat.

Sus in volutabro. Politeuma. Cadere.

Habeo) Tantum, poſtea immunis ac exors metus. Iunge ſuperioribus. Quintilẽ) Iulium. Eſto) Aduerbium concedentis. Sint in metu duo menſes, duo tãtum ſunt, eos Bibulus ſuſtinebit. Quid illo fiet?) Hic eſt animi mei tumultus, ſi decedo & vicem meam gerentem aliquem reliquero, quem exitum habebit? quam fortunam? Si fratrem) Subintellige reliquero, qui eſt alter ego, quem plus oculis meis amo. Quid me) Quid de me fiet. Turba) Tumultus ac Euripus animi mei. Quadragenariis) A quadraginta. Aldus emẽdat quadringẽtarias, id eſt quadringẽtũ. Prior lectio copiis mediocris Tetrarchę cõfinior. Noſtra armatura) Romana militia. Eque erit) Scribendum. Æque ęris. Erit etiã tãtũ ęris & pecunię quãtũ ſatis ſit ad ſuſtentandũ per aliquot dies exercitũ, Deiotaro præſertim ſuppeditante. Suũ negociũ) Breui ſe venturũ ad hanc prouinciã expediendam, conficiendumq; bellum Parthicum. Illud) Bellum Parthorum. Hyemãt) Hybernacula habẽt Stationes hybernas agere hodie dicũt. Negocii) Moleſtiæ. Bibuli edicto) Bibulus edixerat vt ſoluere:

Eſto. Quid illo fiet. Quid me fiet. Quadragenaria. Quadringenraria. Hyemare.

exceptionem: de qua tu ad me ſcripſeras, nimis graui præiudicio in ordinem noſtrum. Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, ſed certiorem ex Quinto mãcipe P. F. edicto Aſiatico, extra quã ſi ita negocium geſtum eſt, vt eo ſtari nõ oporteat, ex fide bona multa, quę ſum ſecutus, Sceuolæ. Miſi illud, in quo ſibi libertatem cẽſent Græci datam, vt inter ſe diſceptent ſuis legibus. Breue autem edictum eſt propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putaui: quorum vnum eſt prouinciale, in quo ineſt de rationibus ciuitatum, de ęre alieno, de vſura, de ſyngraphis, in eodẽ omnia de publicanis. Alterum quod ſine edicto ſatis commode tranſigi non poteſt: de poſſeſſionibus hęreditatum, de poſſidendis bonis, magiſtris faciũdis, vẽdendiſq; ex edicto, & poſtulari, & fieri ſolet. Tertium de reliquo iure dicundo ἄγραφον reliqui. Dixi me de eo genere mea decreta ad edicta vrbana accommodaturum. Itaque curo, & ſatiſfacio adhuc omnibus. Græci vero exultant quod peregrinis iudicibus, vt ſuis vtuntur. nugatoribus quidem inquies. Quid refert? tum ſe αὐτονομίαν adeptos putant. Noſtri enim credo graueis habent Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem. De publicanis quid agam videris quærere. Habeo in deliciis, obſequor, verbis laudo, orno, efficio ne cui moleſti ſint. τὸ παραδοξότατον, vſuras

tur æs nemini cum anatociſmo, exceptis publicanis. Equites ac Senatores grauiter hoc tulerunt, vel exceptis certis ordinibus. Nactus occaſionem edicta ſua Cic. refert ac ſubdit. Exceptionem) Exceperat enim publicanos vel neſcio quos. Pręiudicio) Damno. In ordinem noſtrum) Equitũ: nam Equites fœnerabant, iuxta illud, Faciant Equites Aſiani. Aliqui ad Senatores referunt. Verum Atticus in equeſtri dignitate conſtiterat. Alii publicanos volũt non exceptos, & illorũ ordinẽ Ciceronianũ dici, qm̃ ſemper eos M. Tullius amauit & fouit. Ἰσοδυναμοῦσαν) Æquiualentem rationẽ, ſi latinæ aures ferre poſſunt. Rectiorẽ) tolerabiliorẽ rationẽ edicẽdi ac exigendę pecunię. Alii certiorẽ ſcribunt, id eſt ſtabiliorem in publicanorum pecuniis exigendis. Municipi) Emenda mancipe. Mancipes dicuntur qui aliquid a populo emunt conducuntve. Cic. v. Verrinarum, Mancipes cum ciuitatibus decidiſſe. Aſiatico) In Aſia propoſito & decreto.

Mancipes.

Extra quam) Exceptionẽ.

Stari nõ oporteat. Exactionem tolli. Si pecunia exacta eſt ita tanq̃ iniuſta. Ex fide bona) Ex ęquo & bono. Sunt duo genera iudicum. quidam vocãtur ἀκριβοδίκαιοι, hoc eſt exacti. Rigidos dicit lingua vernacula. Alteri meſodici, qui ex ęquo & bono arbitrantur, Leſbia norma metiẽtes. Epiices appellantur auctore Ariſtotele. Epiicia, id eſt æquitas dici debet non epicaia. Scęuolæ) Subintellige exemplo feci. Erant Sceuolę Iuriſcõſulti ſanctiſſimi. Miſi illud) Edictum meũ, hoc eſt principiũ clauſulę. Vt Gręci) Superuacanea eſt dictio Gręci ac fruſtra repetita. Διαίρεσιν) Diſceſſum interpretati olim ſumus, nunc diuiſionem: quoniã diuiſimus edicta. ideo fuere breuiora.

Iudices acriſiodicæi. Meſodici.

Epiices. Epiicia.

Syngraphę.

Ære alieno) Debita hodie vocat. Syngraphis) Literas publicas hodie dicunt ſcripturaſve priuatas. Cic. vii. Famil. Tanq̃ ſyngrapham ad imperatorem, non epiſtolam attuliſſes, ſic pecunia ablata domum redire poſtulabas. Ageſilaus olim auctore Plutarch. in Agide & Cleomene, tabulas quibus debitorum nomina continebantur oẽs in forũ, quod clariũ appellant, cõportare iuſſi ſunt, hiſq; in vnũ coaceruatis ignis iniectus eſt. Exorta igitur flãma cũ diuites ac fœneratores qui aſtabãt triſtes abirẽt, Ageſilaus quaſi calamitatibus illorũ inſultãs, nũq̃ ſe clarius lumẽ, aut ignẽ puriorẽ vidiſſe iactabat. Syngraphas Hadrianus fiſcales incendit vt gratiã populi colligeret. Spartianus auctor. Alterũ) Edictum fuit de poſſeſſionibus. Alterũ non de duobus dicitur. Sed de pluribus ponitur ſimpliciter pro alio, vt eſt apd̃ Ciceronẽ identidẽ animaduertere, vt ſit alterũ, ſecundũ. Magiſtris) Qui pręſunt haſtę: de quibus lib. primo harũ epiſtolarũ multa. Dicẽdo) Dicũdo codex antiquiſſimus habet, ſeruat iuris antiqui in loquẽdo formulas. Ἄγραφον) Non ſcriptũ. Nugatoribus) Gręcis ſatiſfeciſti, vel credis. Eos) Eſſe nugatores in aliis, in hac quidẽ re ſerio loquũtur, ideo de me optime ſentiũt ac loquũtur. Αὐτονομίαν) Libertatem viuẽdi propriis legibus. Graueis) Moleſtos. Habent) Ferunt. τὸ παραδοξότατον) Pręter opinionem valde, quod eſt valde mirabile. Adſcripſerat) Sũmę legitimę addiderat, vel reſeruauerat. Diẽ) Tempus ſolutionis. Ducturum) Deducturum, detracturum, vel ſingulas centeſimas computaturum in ſolutione non anatociſmos. Si non ſoluerint) Ad diem laxam & amplam. Ex pactione) Ex inita inter eos pactione, addentur centeſimę vel potius anatociſmi. Gratiſſima) Quoniam eis ſine mora & ſine lite ſoluitur. Si) Quia. Senſus eſt, Nunc cũ Publicani, noſter ordo, illa edicta noſtra in fauorem ſuũ habẽt, nõ ſine verbis honorificis, & cũ p edicta noſtra crebra mutuent cũ lucro, & cũ lucro & mature ſuũ ęs exigãt, nõ immerito nos amãt ac laudãt. Idẽ faciũt gręci anatociſmis & cẽteſimis, ſaltẽ ad certum

Hadriani incendium.
Alterum.
Magiſtri.

Autonomia.
Paradoxotatos.

eorum, quas pactionibus aſcripſerat: ſeruauit etiam Seruilius. Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam, quam ante ſi ſoluerint, dico me centeſimas ducturum: ſi non ſoluerint, ex pactione. Itaque & Græci ſoluunt tolerabili fœnore, & publicanis res eſt gratiſſima. Si illa iam habent pleno modio verborum, honorem, mutationem crebram. Quid plura? ſunt omnes ita mihi familiares, vt ſe quiſque maximi putet. Sed tamen μηδὲν αὐτοῖς, ſcis reliqua. De ſtatua Africani ὢ πρᾶγμα τῶν ἀσυγκλώσων. Sed me ipſum delectauit in tuis literis. Ain tu? Scipionem hic Metellus proauum ſuum neſcit Cenſorem fuiſſe. Atqui nihil habuit aliud inſcriptum, niſi Cenſoria ſtatua, quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt. In illa autem quæ eſt ad πόδας ἡρακλέους inſcriptum eſt Coss. quam eſſe eiuſdem ſtatus, amictus, annulus, imago ipſa declarat. At ego cum in turmam auratarum equeſtrium, quas hic Metellus in Capitolio poſuit animaduertiſſem Serapionis ſubſcriptione Africani imaginem, erratũ fabrile putaui. Nunc video Metelli ἀνιστορίαν turpem. Nam illud de Flauio, & faſtis, ſi ſecus eſt, cõmune erratum eſt, & tu belle ἠπόρησας, & nos publicã prope opiniõẽ ſecuti ſumus, vt multa apd̃ Grecos. Quis em̃ nõ dixit

tempus, exonerati. Illa) Edicta noſtra. Pleno in odio) Scribe pleno modio. Prouerbium Cicer. quo vtitur noſtra lingua vernacula hoc eſt pleno verborum vaſe, Seſtertio vulgo aiunt, vt Seſtertium Philippeorum habet, hoc eſt numerum ac vim ingentem. Horreo pleno alibi per maiorem exaggerationẽ infit Cic. Honorem) Repete Si iam habent honorem. Mutationem) Commertium vtriuſq; tabule vices accepti & expenſi. Significat hoc mutare Virgil. ac priſcis. Sed Maro ſic cecinit, Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur Tyrios incocta rubores. Iuriſconſultus libro tertio Inſtitutionum, Illud eſt quod vulgo dicebatur permutationẽ rerũ emptionem & venditionem cõtrahi: eaq; ſpeciem emptionis vetuſtiſſimam eſſe, argumentoq; vtebatur greco poeta Homero, qui aliquam partem exercit[9] Achiuorum vinum ſibi comparaſſe ait permutatis quibuſdã rebus. Crebrã) Vnde Lucellum viuum ac ſtillans emergit. Crebro & parum lucrari vtilliimum putat Inſuber. Se quiſq; maximi putet) Putant ſibi non paruam accreuiſſe ex laude mea gloriam, μηδὲν αὐτοῖς nihil illis, ſubitellige credo. Æruſcatores ſunt meri. Teterrima hominũ natio daniſtica, vt inſit Plaut. Scis reliqua) Reliqua noſti. Me videlicet ſignificare, me Publicanis & Greculis, dare quod ab illis accipio, hoc eſt verba. De ſtatua Africani) Tranſita Græculis & Publicanis ad Serapionem Scipionem: docetq; Atticum in libris de Repub. Serapionem pro Scipione nõ perperam eſſe poſitum, quoniam Scipio quidã Serapion eſt appellat[9]. Confuſeq; quodam veluti chaos ſtruit: ſecutus ſeriẽ Attici ſine ſerie, qui ſcribebat quicquid in buccã veniebat, moroſa ſine cogitatione, ſtylo deſultorio, modo hoc, modo illud attingẽte. ὢ πραγμάτων) Quidam ſcribunt, ὢ πρᾶγμα τῶν ἀσυγκλώσων, O negocium rerum non cohęrentium. O epiſtolam perturbatam & confuſam: in qua nullus ſubeſt ordo. Quidam connectũt πραγμάτων, vt aliquid ſubintelligatur, videlicet, ὢ τάξιν πραγμάτων, reliqua noſti. Me delectauit) Iſta in literis tuis negligẽtia atq; cõfuſio. In tuis) Familiariſſimis, qui cum ad fratrem Ciceronem ſcribas, ordinem nullum ſeruare iuuat. Ain tu Scipio) Scribe, Scipionem, hoc ſenſu, Dicis Metellum ignorare cognomen Scipionis proaui. O rem ridiculam & nimis facetam. Ad opis) Subintellige templum. Liuius, Ad Murtiæ datę ſedes. Scatet hac elocutione Cic. πόδας) Pedes Herculeę ſtatuę. Hercule) Eradenda, ſuperfluit. Quem) Scribe, quam hoc eſt ſtatuam. In Serapionis) In vacat. Ordo, Cum animaduertiſſem imaginem Africani cum inſcriptione Serapionis. Scipionem vocatum eſſe Serapionẽ non modo Atticus, ſed poſt tam longa ſecula Beroaldus, Hermolausq; Barbarus ignorauerunt, errore quidem magis pudendo, vel quod hic aperitur a M. Tullio, & a Plinio libro. vii. Nat. hiſt. ſic, Et Scipioni in ſeruo Serapione victimarii negociatoris vlli mancipio. Eiuſdem familię Scipioni poſt eum cognomen Salutio mimus dedit. Quintilianus accedit libro. vi. In his maxime valet ſimilitudo ſi tamen ad aliquid inferius leuiuſq; referatur: quo modo iam veteres illi iocabãtur, qui Lentulum Spintherem, & Scipionẽ Serapionem eſſe dixerunt. Plinius idem libro. xxi. Florum quippe populus Romanus honorem Scipioni tantum adhibuit qui Serapio cognominabatur propter ſimilitudinem ſuarii cuiuſdam negociatoris. Erratum) Mendum, incuriam. Fabrile) Statuarii. ἀνιστορίαν) Inſcitiam hiſtoriarum ac veterum memoriarum. De Flauio) Qui faſtos dies inuulgauit: ſuper qua re multa ſuperius. Si ſecus eſt) Si ſe res aliter habet q̃ in libris de Republica ſcripſi. Cõmune) Omniũ iuriſcõſultorũ, cũm hiſtoriarũ. Dicebat Attic[9] ac affirmabat hoc de faſtis nõ feciſſe Flauiũ. Belle) Tẽpeſtiue. ἠπόρησας) Dubitaſti.

Pleno modio

Mutare.

Scipio Serapio dictus.

Ad Opis.

Scipio Serapio.

Error Beroaldi & Hermolai.

Plini[9] apert[9], Salutio.

Erratum fabrile.

An hiſtoria.

Eupolis baptas ſcripſit.
Cotytia.

Eupolin archeę) hoc eſt antiquæ comœdię patrem, quæ inſtar Satyræ, hunc & illum carpebat. τῆς ἀρχαίας) Veteris ſubintellige comœdiæ auctorem. Deiectum in mare) Quoniam ſcripſit baptas hoc eſt cotytia, id eſt cotys ſiue cotytus impudicorum Deæ ſacerdotes: in quibus & paticum Alcibiadē notaſſe viſus eſt ac eius procos & incubos: in quam ſententiam Satyrus, Cecropiam ſoliti baptæ laſſare cotyto. Horatius, Inultus vt tu riſeris cotytia. Poſt id tempus) Nauigationem Alcibiadis in Siciliā, quo tempore redimitus infulis imperii ac ducatus potuit tragice in Satyricum poetam excandeſcere.

ἄπολιν τῶν ἀρχαίας, ab Alcibiade nauigante in Siciliam deiectum eſſe in mare? Redarguit Eratoſthenes. Affert enim, quas ille poſt id tempus fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius, homo in hiſtoria diligens, quod cum multis errauit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris ſcripſiſſe non dixit? Num igitur iacet Theophraſtus, ſi id a Timæo tuo familiari reprehenſum eſt? ſed neſcire proauum ſuum Cenſorem fuiſſe turpe eſt: præſertim cum poſt eum Cos. nemo Cornelius illo viuo Cenſor fuerit. Quod de Philotimo, & de ſolutione HS.XXX. ſcribis, Philotimū circiter Calendarum Ianuariarum in Cheroneſum audio veniſſe. At mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Camillus ſcribit ſe accepiſſe: ea quę ſint, neſcio, & aueo ſcire. Sed hæc poſterius, & coram fortaſſe commodius. Illud me mi Attice in extrema fere parte epiſtolæ commouit. Scribis enim ſic τὶ λοιπὸν. Deinde me obſecras amantiſſime, ne obliuiſcar vigilare, & vt animaduertam, quæ fiant. Nunquid de quo inaudiſti? & ſi nihil eiuſmodi eſt πολλοῦ γε θυμοῦ δεῖ. Nec enim me fefelliſſet, nec fallet: ſed iſta admonitio tua tam accurata, neſcio quid mihi ſignificare viſa eſt. De M. Octauio iterū iam tibi reſcribo, te illi probe reſpondiſſe: paulo vellem fidentius. Nam Cælius

Duris.

Dares) Lege Duris. Quod cū multis) Irridetur ne Duris hiſtoricus qui ſcripſit Eupolin ab Alcibiadę præcipitatum in mare? cum minime hoc verum ſit, quaſi dicat, neutiq̄ irridetur, quoniā ſcripſit ex ſentētia & opinione multorum. Zalentum) Lege Zaleucum. Zaleucus Locrenſis legum lator vinū ægris prohibuit iniuſſu medici, pœna capitis his indicta, vt auctor eſt Ælianus in varia hiſtoria. Perperam apud Maximum Valerium Seleucus inſcribitur, qui ne filium adulterii reū geminis oculis priuaret: alterū ſibi, alterū filio effodit oculū. De Zaleuco, Minoe, Zoroaſtre, Numa, & Lycurgo, mentio fit a Plutarcho in Numa, & Ariſtotele libro ſecundo Politicorum, qui fuit legum conditor apd̄ Locros, Carundas apud Catinenſes, Onomacritus, Philolaus Corinthius apud Thebanos. Draco, Pittacus, Androdamus legum & ipſi latores fuerunt. Locris) Locros & Locrenſes indifferenter appellant, in veteri Græcia ſitos. Iacet) Contemnitur iuxta illud Ouidianum, Dat cē ſus honores, Cēſus amicitias, pauper vbiq; iacet. Theophraſtus) Qui ſcripſit de Zaleuco nomotheta. Timęo) Siculo hiſtorico qui ſuperbus vſqueadeo fuit, auctore Plutarcho, vt Philiſtum & Thucydidem ſe ſuperaturum minetur. Scripſit contra Ephorum minima quæque proſecutus: ſicula eſt pinguedine delibutus: de quo ſic Cicero in libro de Oratore, Poſt Calliſthenem Timæus longe eruditiſſimus & rerum copia & ſententiarum varietate abundantiſſimus, & ipſa compoſitione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad ſcribendum attulit, ſed nullum vſum forenſem. Fuit alter Timęus philoſophus, cuius amicitiæ Plato pręcipuum dialogorum impendit. Locrenſis fuit iſte, Pythagoricus. Vitam Pythagoræ ac naturæ documenta ſcripſit. Philotimo) Subintellige placet, amo te. Cherſoneſum) Eſt quadruplex Cherſoneſus, Aurea, Thracia, Cymbrica, Taurica, omnes in Europa præter auream. Appianus libro ſecundo bellorum ciuilium Cherſoneſum ait Aſiam minorem vocari. Nihil adhuc) Significatur, ſcribitur. Sed verum) Sed ſuperfluit, quoniam verum pro ſed ponitur. τὶ λοιπόν) Quid reliquum, ſupereſt ne aliquid quod ſcribam? De quo) De aliquo errato meo inaudiſti? Eiuſmodi) Erratum meum. πολλοῦ καὶ δεῖ.) Multum abeſt vt videlicet erratum committam. Reperi in nonnullis codicibus πολλοῦ γε θυμοῦ δεῖ, Magno animo contendere oportet. Fefelliſſet) Latuiſſet erratum aliquod. Significare) Latenter innuere mihi incaute ſubrepere negligentiam. Incautiorem eſſe a cauendis erratis. Probe) Caute ac prudenter de Pantheris: me venationi non ſtudere. Sed a ciuitatibus) Lege Cibyratibus: de quorum vrbe Cibyra ſuperius affatim. Reſcripſi) Sunt in epiſtol. Familiarium libro ſecundo, verba Ciceronis ad Cælium ſic, De Pantheris per eos qui venari ſolēt agitur mandato meo diligenter. Sed mira paucitas eſt, & eas quæ ſunt valde aiunt queri, quod nihil cuiq̄ inſidiarum in mea prouincia niſi ſibi fiat. Itaq; conſtituiſſe dicuntur in Cariam ex noſtra prouincia decedere, ſed tamen ſedulo fit, & imprimis a Patiſco. Quicquid erit, tibi erit.

Zaleucus.
Valerii locus.
Carundas.
Onomacrit⁹.
Iacere.
Timęus.
Cherſoneſus quadruplex.

Libertum)Potiſcum. Alterum)Primum moleſte fero prouinciæ preeſſe: alterum quod in tenebris verſari videor, quod videlicet Po.Rom. acres oculos, hebetes habet aures. Neſcit innocentiam meã in prouincia, in qua nemini inſidias tendo. Melius tamen alterum refertur ad illud colon inferius, illud autem alterum alienum eſſe exiſtimatione mea. In æs alienum) Diſſoluendum. Erogari) Solui. Nec illi ) Qui alios accuſauit. Debet omni vitio carere, qui in alterum paratus eſt dicere. Publice) Impenſa publica, vel auctoritate publica ad venandum allicere.

libertum ad me miſit, & literas accurate ſcriptas, & de Pantheris, ſed a Cibyratibus reſcripſi alterum me moleſte ferre: ſi ego in tenebris laterem, nec audiretur Romæ, nullum in mea Prouincia nummum, niſi in æs alienum erogari: docuiq; nec mihi pecuniam licere, nec illi capere: monuiq; eum, quem plane diligo, vt cum alios accuſaſſet, cautius viueret. Illud autem alterum alienum eſſe exiſtimatione mea Cibyratas imperio meo publice venari. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

LECTA tua epiſtola, gaudio exultat Dionyſius: etenim ſcripta belle eſt, meq; apud eum magna in gratia poſuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandauit, vt mihi ſalutem aſcriberes. Gratum etiam Pilia ſed illa officioſius, ꝙ mihi, quem iampridem nunquam vidit. Igitur tu quoq; ſalutem vtriq; adſcribito. Literarum datarum pridie Calend. Ianuar. ſuauem habui recordationem clariſſimi iuriſiurandi, quod ego non eram oblitus. Magnus enim prætextatus illo die fuit. Habes ad omnia, non, vt poſtulaſti, χρύσεα χαλκέων, ſed paria paribus reſpondimus. Ecce autē alia puſilla epiſtola, quam nō relinquam ἀναντιφώνητον. Bene mehercule potuit Luceius Tuſculanum, niſi forte ſolet cū ſuo tibicine, & velim ſcire quis ſit ſtatus eius. Lentulum quidem noſtrum Prætorem Tuſculanum proſcripſiſſe audio. Cupio hos expeditos videre: cupio etiam Seſtium: addes etiam iis Cælium, qui omnes αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. De Memmio

Argumentum. CX.

LECTA) Hoc eſt principium vnius epiſtolę, a ſuperiorib⁹ dirimi debet. Sunt enim multæ epiſtolæ per magnam inertiam & incuriam confuſę. Sed facile modo quis bonas horas πρὸς μικρὰ perdere voluerit, capitulatim digerere poterit.

Ad varias reſpondet epiſtolas. Athenas tandem laudat, vbi monimentum ſui ſe relicturum recipit.

TVA epiſtola gaudio) Emenda. Lecta tua epiſtola Dionyſius gaudio exultat. Pilia) Vxor. Iampridem) Iam lōgo tempore poſt. Adſcribito) Nomine meo, quoniā cū Attico mulieres non erant.

Magnus) Pompeius, vt qui adhuc faſces ac trabeam paludamentumve non depoſuerat in Mithridatē aſſumptū. Alij ad Quintum referūt toga pura donatum, quem dicis oportere iurare iuſiurandum Hippocratis. Melius de iureiurādo Ciceronis poſt Cōſulatū. χρύσεα χαλκείων) Aurea pro æreis. Homeri verſus Illiad. lib. v. χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων. Aurea donauit, ſibi reddēti ærea centum. De quo prouerbio poſt reliquos meminit Ariſtoteles libro quinto Ethicorum vbi de iuſtitia agit. Martialis,

Tam ſtupidus nūquàm nec tu puto Glauce fuiſti,
Aurea, donanti chalcea, qui dederas.

Sūptū a Diomedis & Glauci armorū permutatione. Diomedes Glauco dedit ferrea, & accepit aurea. Hęc verba leguntur in principio Pandectarū. Noſtris tēporibus talis legū inuenta eſt permutatio: qualē apud Homerū patrē omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter ſe faciūt, diſſimilia permutātes. Sed paria) Prior impar fuit pmutatio. Ego ἴσον ἴσῳ repono. Ἀναντιφώνητον) Irreſpōſam. Potuit) Proponere venale. Cū tibicine) Diſſimulare licitatorē adhibito ſuo tibicine vt alios incēdat ad emēdū, vel ait nō venditurū, qm̄ tibicinē cynędū illuc adducit. In auctione tubicine opus eſt nō tibicine. Pręter Tuſculanū) Vniuerſa præter hoc prędiū: alij nō ꝑter, ſed prętorē ſcribūt. Proſcripſiſſe) Venale propoſuiſſe. Quibus oibus) Scribēdū q oēs. αἴδεσθεν) Veriti ſunt qdē recuſare, timuerūt aūt ſuſcipere. Acciſmo cōtrariū vitiū ſignificare videtur, quo prouerbio vtimur i eos, qui cū nolūt, tñ ſuſcipiūt erubeſcētes denegare, & nō accipere. Cælius, verbi cauſa, Ædilatum nolebat, ſuſcepit tamen, ne patres conſcriptos offenſos haberet.

Aurea pro æreis.

Glauci imprudentia.

Anātiphonetos.

Proſcribere.

Acciſmos.

reſtituendo, vt Curio cogitet, te audiſſe puto. De Egnatii Sidicini nomine, nec nulla, nec magna ſpe ſumus. Pinnarium, quem mihi commendas, diligentiſſime Deiotarus curat, grauiter ægrũ. Reſpondi etiam minori. Tu velim, dum ero Laodiceæ, id eſt ad Idus Maii, q̃ ſæpiſſime mecum per literas colloquare: & cum Athenas veneris (iam enim ſciemus de rebus vrbanis, de Prouinciis, quæ omnia in menſem Martium ſunt collata) vtiq; ad me tabellarios mittas. Et heus tu, ingenuum os, a Cæſare per Herodem talenta Attica. L. extorſiſtis: in quo, vt audio, magnum odium Pompeii ſuſcepiſtis. Putat enim ſuos nummos vos comediſſe. Cæſarem in merito reædificando diligentiorem fore. Hoc ego ex Pollione Vedio, magno nebulone, ſed Pompeii tamen familiari, audiui. Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus eſſedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna: pro qua ſi Curio legem pertulerit, HS. centena pendat neceſſe eſt. Erat præterea Cynocephalus in eſſedo, nec deerãt onagri. Nunquàm vidi hominem nequiorem: ſed extremum audi. Diuerſatus eſt Laodiceæ apud Pompeium. Vidi illum ibi, ſua depoſuit cum ad me profectus eſt. Moritur interim Vindillus, quæ res ad Magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Venonius domum Vindilli venit: cum omnia obſignaret in Vedianas res incidit. In his inuentæ ſunt quinq; laguncule matronarum: in quibus vna ſororis amici tui hominis Bruti, qui hac vtatur: & illius Lepidi, qui hæc tam negligenter ferat. Hęc te volui παριστορῆσαι. Sumus enim ambo belle curioſi. Vnum etiam velim cogites. Audio Appium προπύλαιον Eleuſine facere: num inepti fuerimus, ſi nos quoque in Academia fecerimus? Puto inquies. Ergo id ipſũ ſcribes ad me. Equidem valde Athenas ipſas amo. Volo eſſe aliquod monimentum. Odi falſas inſcriptiones ſtatuarum alienarum, ſed vt tibi placebit, facieſq; me, in quem diem

Reſtituendo) Erat em̃ dãnatus. Vt cogitet) Eũ cogitare. Vt ponitur pro quod. Collata) Coacta, ſimul relata. Genuarios) Scribendum, ingenuum os. Probum videlicet te puerum, qui ad minima errata ſoles erubeſcere. Herodem) Scribendum Horodem. De Horode Partho in ſuperioribus multa. Extorſerant enim iſti Horodi. L. talenta. Per Horodem interpretare per manum Horodis. Cæſar putabat ſe iturum contra Parthos, Pompeius item. Quicquid extorquebatur a Parthis, Cæſar adimi ſibi & Pompeius item, credebant. Aliqui in voce Herodem nihil mutant, putantes Herodem eſſe libertũ Cęſaris, qui Atticum. L. talentis corruperat. Hos comediſſe) Lege vos. Nam Põpei⁹ Cęſarem, ſpoliũ ſuum putat.

Os.
Horodes.
Horodis.

In merito) Debito quod habet cum Põpeio, cũ Popeius putet ſe a Cęſarę ſpoliis Gallicis donandũ fore. Reædificando) Retribuendo. P. Vedio) Lege. Pollione Vedio. Pollio vir ampliſſim⁹, alter poſt Mœcenatem muſarum Hercules, Vedius vocabatur. In alia ſignificatione Vedius nomen eſt Plutonis, a ve particula ſteretica hoc eſt priuatiua & dios. Magno nebulone) Nec te deterreant hęc verba auctoritati Pollionis minime quadrantia. Nemini Cicero parcebat homo aliqñ magis dicax q̃ facetus. Eſſedis) Quadrigis, carrucis. Eſt tñ inter hæc ſua differentia.

Vedius pollio
Nebulo.

Legẽ) De coercẽda familia ac moderanda, quod auctore Tranquillo factũ eſt aliquando ſuper gladiatoribus, quoniã onerofę gladiaturę identidẽ Senatũ deterruere. Pẽdat) Soluat vt ſeruos ciuitatis iure redimat, pręſenti pecunia. Cynocephalus) Vedi⁹ canino capite. De Cynocephalis ſimiis omnes meminere. Onagri) Aſini ſylueſtres: quorũ fœtus Laliſſio vocatur. Per onagros ſeruos rudes & agreſtes intelligit, qui Vedio ſeruiebãt. Sua) Impedimẽta, inſtrumenta viatica.

Cynocephal⁹
Onagri.

Res) Hęreditas. Obſignaret) Annulo ſignatorio ſcrinia clauderet, ne quis aperiret hęrede rerũ ignaro. Vedianas) Depoſitas a Vedio. Lagunculæ) Lagenę paruę, vaſa vinaria. Amici tui) Bruti, quẽ mihi fraternę cõmẽdaſti.

Hominis Bruti) Qui amicus tuus nimiũ bellus re magis q̃ nomine Brutus eſt, qui eo vtatur Vedio, qui ex ſororis eius lagena bibat. Hoc) Vedio. Vtatur) Cõſuetudine Vedij, Vediũ amet.

Illius Lepidi) Inter has lagũculas erat vna ſororis illius Lepidi. παριστορῆσαι) Hiſtorice ſcire, vel hiſtorice tradere. Tũc tibi) nõ te, legetur cũ priſca lectione. Ambo) Ego & tu. Belle) Modice vel feſtiue. προπύλαιον) Veſtibulũ. Nũ in Epiro) Scribe cũ Beroaldo, Nũ inepti fuerimus. Academię) Legẽdũ in Academia. Falſas inſcriptiones) Cũ ſurdo, vt Plinius inquit, diſcrimine capita tñ ſtatuis adimũtur,

Propyleum.

& noſtra adiiciuntur, eraſo alieno titulo, noſtroq; ſubdito. Vt tibi placebit) Erit de hac noſtra memoria.
Romana myſteria) An forte gynecęa. i. Bonę Deæ arcanę cerimoniæ? Poſt Leuctricam pugnam) Leuctrica pugna.
In Bœotia ab Epaminonda Thebano Lacedæmonij ſuperati ſunt. Interpretare, poſtq̃ appulimus Leuctras, vbi pugna fuit inter Bœotios Lacedæmonios, quale illud libro. v. Epiſtolarũ, Epheſum venimus ad. 11. Cal. Sextil, Sexageſimo & quinto poſt pugnã Bouillam. Alij volunt M, Tullium per Lenctricam pugnam, ſuam intelligere cum Parthis, quæ Leuctricę pugnę ſimilis fuit. Ego hunc totũ verſiculũ, vt Ariſtarchęa tãdẽ animi pręſentia vtar, ſuperuacaneũ cẽſeo & a ſcholiographis additũ impudenter fuiſſe.

Romana incidunt myſteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Cura vt valeas.

Argumentum. CXI.

DE STATIO & fratre nonnulla loquitur, de multiplici ingenio Quinti pueri. De Peloponeſiacis vrbibus & Dicearcho. Lętatur ab Attico moderationẽ ſuã probari, qua ciuitates pene naufragę emerſerunt. Cum Publicanis in gr̃a eſt. Aditu ſe facilẽ ait. De reditu cogitat. prorogationẽ Imperii non veretur. Bruto & Scaptio ſtudet, cui tamen recuſat equites dare ad pecuniam cogendam. PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm Philogenes libertus tuus Laodiceam ad me ſalutãdi cauſa veniſſet, & ſe ſtatim ad te nauigaturũ eſſe diceret, has ei literas dedi, q̃bus ad eas ſcripſi, quas acceperam a Bruti tabellario. Et reſpondebo primũ poſtremæ tuæ paginæ, quæ mihi magnę moleſtię fuit. Quod ad te ſcriptũ eſt ab Cincio de Statii ſermone, in quo hoc moleſtiſſimum eſt, Statium dicere a me quoq; id conſilium probari. De iſto autem hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum ſummę cõiunctionis optare, et ſi ſunt amoris arctiſſima. Tãtum abeſt, vt ego ex eo, quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim: Illum autem multa de iſtis rebus aſperius ſolere loqui, ſępe ſum expertus, ſæpe etiam leniui iratum. Id ſcire te arbitror. In hac autem peregrinatione militiave noſtra, ſæpe incenſum ira vidi, ſæpe placatum. Quid ad Statium adſcripſerit neſcio. quicquid acturus de tali re fuit, ſcribendum tamen ad libertum non fuit. Mihi autem erit maximæ curæ, ne quid fiat ſecus q̃ volumus, q̃q; oportet. Nec ſatis eſt in eiuſmodi re, ſe quẽq̃ præſtare, ac maxime partes iſtius officii ſunt pueri Ciceronis, ſiue iam adoleſcentis, quod quidem illum ſoleo hortari. Ac mihi videtur matrem, valde (vt debet) amare, teq; mirifice. Sed eſt magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenium, quo ego regendo habeo negocii ſatis. Quoniam reſpondi tuæ paginæ poſtremæ, prima mea, nunc ad primam reuertar tuam. Peloponneſias ciuitates omneis maritimas eſſe hominis non nequam, ſed etiam tuo iudicio probati Dicæarchi tabulis credidi. Is multis nominibus in

HAS Literas dedi.) Vetuſti codices, Has ei literas dedi. Conſiliũ probari) In priſcis exẽplarib⁹ additur hoc. probari autem, Elegans Cicer. loquendi modus, quod ego probẽ q̃d a Statio dicitur, minime rere. De iſto dixerim.) Dictum puto. hoc habeo pro dicto, hoc ſemel a me dictũ ſit. Vel plurima) Etiam plurima, cupio adſtrigere amoris noſtri vincula, nõ laxare. Et ſunt) Scribendũ, & ſi ſunt. Ex eo) Vinculo, caſto, & nodo dilectionis & caritatis. Laxari) Reſolui ampliari, remitti. Illũ) Statium, immo Quintũ Fratrẽ potius. De iſtis rebus) Moroſis vxoris altercationibus & faſtidiis. Leniui) Placaui. Iratum) Fratrem obiurgãs vt minorem. Adſcripſerit) Poſt ſcriptas literas addiderit. Secus) Aliter. Pręſtare) Amicum vel conſiliariũ. Pueri) Filii Quinti, q ætatula iã prouectus patri adhibetur in conſilia domeſtica. Quod) ad quod officium, vt patrem leniat iratũ, ac in officio materno retineat. Vt valde) Scriptio præpoſtera, ita ordina, Valde vt debet. Multiplex) Inconſtans, ſexcentos animos gerit vt infit Plautus. Primæ meæ) Scribe, prima mea, id eſt pagina, fecit hyſteron proteron. Primam) πρὸς πρότερον. Hominis) Tabulis ac monimentis credidi. Tabulis) Hiſtoriis vel figuris, ſegmentis & mappis, iuxta illud Catullianum, Omne æuum tribus explicare chartis, vt Africa, Aſia, Europa, quos ſegmentatos codices hodie Ptolemæi nomine circunferunt.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Trophoníana Cheroníę narratíone Græcos ín eo re-prehēdít, ꝙ mare tam ſecutí ſunt, nec vllum ín Pelo-ponneſo locū̃ excípit. quí míhí author placet. etením erat ἱστορικώτατος, & víxerat ín Pelopōneſo. Admírabar tamen, & víx aggrediēs cōmunícauí cum Díonyſío, atq; ís prímo eſt commotus. deínde quod tum de íſto Dicęarcho non mínus bene exíſtímabat, q̃ tu de C. Veſtorío. Ergo de Meluíno non dubítabat, quín eí crederemus. Arcadíæ cenſebat eſſe Lepreon quoddā̃ marítímū̃. Tene autem & Alíphera, & Trícía νεόκτιστα eí vídebātur, ídq; ἐκ τῶν νεῶν καταλόγῳ cōfírmabat, vbí mentío non fít íſtorum. Iſtum ítaq; ego locum totídē verbís a Dícęarcho tranſtulí. Phlíaſíos dící ſcíebam, & íta fac habeas: nos quídem ſíc habemus. Sed prí-mo me ἀναλογία deceperat φλιοῦς ὀποῦς σιποῦς ὀπούντιος, ὀπουντίου. Sed hoc contínuo correxímus. Lætarí te no-ſtra moderatíone & contínētía vídeo. Tum íd magís faceres, ſí adeſſes, atq; hoc foro, quod egí ex Id. Feb. Laodíceæ ad Calend. Maíí omníum díœceſum præ-ter Cílícíæ, mírabílía quædam effecímus. Ita mul-tæ cíuítates omní ære alíeno líberatæ, multæ valde leuatæ ſunt, omnes ſuís legíbus & íudícíís ſuetæ,

**Trophonius deus.** Trophonia nacheonis) Scribe Trophoniana Chèronię. Plinius lib. xxxj. In Bœotia ad Trophoniū̃ deum iuxta flumen Ericinū̃ duo ſunt fontes, quorū̃ alter memoriā̃, alter obliuionem affert, nominibus inde excogitatis .i. lethes & μνημοσύνης, hoc eſt obliuionis & memorię. Strabo in. ix. Coſmographiæ **Trophonij oraculum.** meminit oraculi Trophonij. Fuſius autē interpres Ariſtophanis. In Lebadio parte Græcię locus erat vbi fuit Itomion, id eſt foramen paruulū̃, per quod vix pes introiuiſſet. hoc erat oraculū̃ & ibi cōſulebāt dictū̃ a Trophone Heroe quodā ibi ſepulto, cui dicatū̃ etiā̃ erat. Qui igitur volebat conſulere illud ora-cu ū̃, prius ſe purgabat (Quē-admodū̃ nūc ſcelera cōfeſſio-ne purgantur) & ſacerdotalē veſtem induebatur habēs in manu placētas ex melle. Ve-niebat igitur & manebat per aliquod tēpus ibi, & tandē ra-piebatur intra illud foramen totus. ne autē lęderēt eū an-gues in terra, promebat illas placentas, quas ſerpētes acci-piebāt, & illū̃ miſſum facie-bāt, ibiq; aliquādo retinebāt per diē, aliquādo diutius. De Trophonio Deo meminit Plinius libr. 31. his prope ver-bis. In Bœotia ad Tropho-niū̃ deū̃ iuxta flumen Eryci-nū̃ duo ſunt fontes, quorū̃ al-ter memoriā̃, alter obliuionē affert, inde nominibus inuē-tis. aquā̃ huius ſecū̃di fontis bibebāt in ſpecū̃ deſcēſuri, vt omniū̃ quę vidiſſent obliui-ſcerētur. Ex primo ſpecu re-meaturi, vt cū̃ctorum quę in ſpecu vidiſſent, memoria ſup-peteret. **Cheronęa.** Cheronęa, q̃d expi-ſcandū̃ ſupeſt, interioris Bœo-tię ciuitas prope Citheronē, vnde Plutarchus fuit, prope **Clarius. Apollo.** Clarum, vbi Apollinis Clarij tēplū̃. De eodē meminit Plu-tarchus præſertim in Ariſtide. Xenocrates in libro de Morte. Itaq; Agamedes atq; Trophonius cum moliti eſſent Deo Pythio templum, quodve optimū̃ foret precarentur, confeſtim ſomno preſſi, nunq̃ poſtea ſurrexerū̃t, lege Strabonem libro. xv. Quin mihi auctor placeret) Scribe, Qui mihi auctor pla-cet. **Hiſtoricotatos.** Erat) pro eſt. Tempus pro tempore, familiare Ciceronis & aureo illi ſeculo. ἱστορικώτατος) Hi-ſtoriciſſimus, ſi latine dici poteſt, hoc eſt hiſtoricorum maximus. Admirabar) Paginam Dicęarchi. **Meluino.** Vix aggrediens) Cum primū̃ cœpi tabulas in manibus habere. Deinde) Cœpit aſſentire. Meluino) **Lepreum.** Locello in Pelopōneſo. Ei) Dicęarcho dicenti in tabulis Meluinū̃ in continenti videri. Lepreum) Vrbs iuxta Alpheum monteſq; ſita, a Lepreo quem Hercules interfecit, ſiue a lepra qua curabantur ibi **Tene.** quodam in flumine lauantes, vt Stephanus auctor eſt. Tene) Nomen eſt loci in Pelopōneſo recētis. **Neoctiſta.** Tenos Cycladum vna lōge differt. Νεόκτιστα) Nuper poſita & fundata. ἐκ τῶν) In nauiū̃ catalogo hoc eſt enumeratione nauiū̃, quæ a Pelopōneſo veniū̃t Homericis in verſibus nulla fit Tenes, Aliphetę, **Tricia.** & Triciæ mētio, licet altera Tricia ſit in Theſſalia. Mentio) Apud Homerū̃ iſtarum nuper conditarū̃.

A Dicęarcho) Qui de veteribus ciuitatibus, vt ego intelligit non nouis. Excuſat locum poſitum in **Phliaſij.** libris de Republica. Phliaſios) Excuſat alterum locum perperam ſcriptū̃ ibidem in libris de Republi-ca. nam pro Phliaſios, phliuntios dixerat. Nunc fatetur errorem non doctrinæ, ſed memoriæ, qui occu-**Analogia.** patiſſimis, qualis erat Cicero, ſolet irrepere. Fac habeas) In codice tuo Phliaſios nō phliuntios. Ana-logia) Proportio & vocum æqualitas. φλιοῦς) Putaueram phlius dictionem ſeruata analogia habere ſimilitudinem cum voce Opus & Sipus. nū̃c video, vt Opus Opontis. & Sipus Sipuntis, ſic & Phlius Phliuntis, Phiuntius. φλιοῦς φλιοῦντος, auctore Stephano, πλεονασμῷ δὲ τοῦ α, φλιάσιος, ὡς ὀποῦς ὀποῦντος κατὰ κρᾶσιν. Addit Stephanus, quod pro Cicerone faciebat, Phlius Phliontis vrbs Lacedæ-moniorum, gentile Phliontius. Opus Opontis vrbs Locrorū̃ per contractionem. Integrum eſt, ὀποόεις **Sipus.** ὀποέντος, Gentile Opoiſios. Contractum Opus, Gentile Opontius. Sipus Sipontis vrbs Dauniorum, quę nunc Maufredonia, Gentile Sipontius. Sed Cicero latine loquitur. Phliaſium etenim latine dicū̃t, non Phliontium. Continuo) Statim. Ex idibus) Poſt idus. Multo valde) Emenda, multæ valde.

αὐτονομίαν) Libertatem propriis legibus viuendi. Ad ſe) Vt ſe, vt do tibi facultatem ad te corrũpendum. vel, a ſe, hoc eſt a propria induſtria. Imo) Scribẽdum, vno. id eſt genere, q̃ a nobis exonerate impendio fuerunt ὑπερβολικῶς) Per ſuperlationem, exceſſum vt poetæ ſolent. Nullus vnq̃) Lege, Nullus inquã nullus, dico nullus. Teruncius) De nũmi huius exiguitate multa ſuperius. Emerſerint) Reſpirauerint. Altera) Ratio & cauſa quare ſe redemerint. Mira autẽ) Scribendum, mira erãt. Suis humeris) Sponte ſua. Reddiderunt) Soluerũt. In oculis) Grati & accepti. Gratis) Ironice. Nam cætera) Scribendum iã cętera. Minime prouinciales) Faciles, quales cęteri præſides non pręſtabant. Diximus alibi Ciceronem ex Plutarcho, fuiſſe benigniſſimũ in excipiendis ſubditorũ deſideriis. Vetere) Romana. Solebat enim Cicero ab ineũte patrocinio facilitate in audiendo vti. Militia) Vſu, exercitio. iuxta illud, Militia eſt vita hominis ſuper terram Militię ſpecies amor eſt Ouid. Pone re) Cogitabã conſumere. Operę) Laborioſæ curæ prouincialis magiſtratus. Emerentur) Abſoluũtur vel perficiuntur per militiam & ſudorem, vt Lucanus, Aere merent paruo. Prorogatum iri) Q; non prorogabitur. Habebam.) Aliqui volunt hoc eſſe alterius epiſtolę principium. Sed ego Cicer. in acum non contorqueo. Proficere) Legendum, perficere. Nomen) debitum. Ductis) Vno curſu & faſce coactis, quoniam ſi ſecus factum fuiſſet, emerſiſſet chaos vſurarum. Sed Scaptio volebant ſortem & vſuram ſoluere incipiendo ab vltima ſyngrapha, Scaptius autem gurges a prima. Nec perpetuis) Perpetuũ ſolidum, non in fruſta conciſum, ſed continuatum aut temporis ſpatio intermiſſum. Superius idem, Clodium præſentem fregi in Senatu, cũ oratione perpetua pleniſſima grauitatis. Idem in Oratore, Vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eũ perpetuare verba nolimus. Volebat ergo M. Tullius vt Scaptio pars vſurarum ſolueretur. non perpetuę, hoc eſt omnes ac ſingulę vſurę quæ iniquo iure debebantur, a multis retro annis citra. Proxima) Vltima annorũ recẽtium. Renouatis quotannis) Ab vltima tãtũ ſyngrapha, quæ forte biẽnio vel triẽnio ãte ſcripta fuerat.

Autonomia.

Teruncius.

Militia.

Perpetuũ.

αὐτονομίαν adeptæ, reuixerũt. His ego duobus generibus facultatem ad ſe ære alieno liberandas aut leuãdas dedi. Vno, quod omnino nullus in imperio meo ſumptus eſt. nullum cũ dico, non loquor ὑπερβολικῶς, nullus inquã ne teruncius quidem. Hac autem re incredibile eſt, quantũ ciuitates emerſerint. Acceſſit altera. Mira erãt in ciuitatibus ipſorũ furta Græcorũ, quæ magiſtratus vi fecerant. Quæſiui ipſe de iis, qui annis decem proximis magiſtratum geſſerãt, aperte fatebãtur. Itaq; ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerunt. Populi autẽ nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerãt, etiã ſuperioris luſtri reddiderũt. Itaq; publicanis in oculis ſumus. gratis inquis viris, ſenſimus. iam cętera iuriſdictio nec imperita nec demens cũ admirabili facilitate. Aditus autem ad me minime prouinciales. nihil per cubicularium. ante lucem inambulabam domi, vt olim candidatus. Grata hęc, & magna, mihiq; nõdũ laborioſa ex illa vetere militia. Non. Maii in Ciliciam cogitabã. ibi cũ Iuniũ menſem cõſumpſiſſem, atq; vtinam in pace (magnũ enim bellum impendet a Parthis) Quintilem in reditu ponere. Annuę enim mihi operę ad. III. Calend. Sextil. emerentur. Magna autem in ſpe ſum, mihi nihil tẽporis prorogatũ iri. Habebam acta vrbana vſq; ad Non. Mart. ex quibus intelligebã Curionis noſtri cõſtantia, omnia potius actũ iri, q̃ de prouinciis. Ergo (vt ſpero) propediem te videbo. Venio ad Brutũ tuũ, immo noſtrum (ſic enim mauis) Equidẽ omnia feci, quę potui, aut in mea prouincia perficere, aut in regno experiri. Omnia igitur modo egi cum Rege, & ago quotidie, per literas ſcilicet. Ipſum eñ quatriduũ mecũ habui turbulentis in rebus, q̃bus eũ liberaui. Sed & tũ pręſens, & poſtea creberrime nõ deſtiti rogare, & petere mea cauſa, ſuadere, & hortari ſua. Multũ profeci, ſed quãtũ, nõ plane (quia lõge abſum) ſcio. Salaminios autẽ (hos eñ poterã coercere) adduxi, vt totũ nomẽ Scaptio vellent ſoluere. Sed centeſimis ductis a proxima quidẽ ſyngrapha, nec perpetuis, ſed renouatis quotannis numerabantur numi. Noluit Scaptius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tu qui ais Brutum cupere aliquid perdere ; quaternas habebat in ſyngrapha. fieri non poterat, nec ſi poſſet, ego pati poſſem. Audio omnino Scaptiũ pœnitere. nam ꝙ S.C. eſſe dicebat, vt ius ex ſyngrapha diceretur, eo conſilio factũ eſt, ꝙ pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam ſumpſerãt. Vetabat autem Auli lex, ius dici de ita ſumpta pecunia. Decreuit igitur Senatus, vt ius diceretur iſta ſyngrapha. nunc iſta habet iuris idem, quod cæteræ. nihil præcipui. Hęc a me ordine facta, puto me Bruto probaturum, tibi neſcio, Catoni certe probabo. Sed iam ad ipſum reuertor. Ain tandem Attice laudator integritatis, & elegantiæ noſtræ, auſus es hoc ex ore tuo (inquit Ennius) vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem me rogare? an tu, ſi mecum eſſes, qui ſcribis morderi te interdum, ꝙ non ſimul ſis, paterere me id facere, ſi vellem? non amplius inquis quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerũt. Quid tãdem iſti mali in tam tenera inſula nõ feciſſent? immo quid ante aduentum meum non fecerunt? Incluſum in curia Senatum habuerunt Salaminiũ ita multos dies, vt interierint nõnulli fame. Erat enim pręfectus Appii Scaptius, & habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cuius mehercule os mihi ante oculos ſolet verſari, cum de aliquo officio ac laude cogito, tu me inquam rogas, præfectus vt Scaptius ſit? At hoc ſtatueramus, negociatorẽ neminem: idq; Bruto probauimus. Habeat is turmas. Cur potius q̃ cohortes?

Perdere) ex ære ei debito vt liberetur, & manus Salaminiorũ effugiat. Quaternas) Centeſimas, ſi quis perpetuas numerare voluiſſet, non biennij. Renouatis) Quoniam Cicero in fine quinti dixit in edicto trãſlatitio centeſimas obſeruaturum cum Antiochi anniuerſario. Idem ibidem, S.C. factum eſt modo in creditorum cauſa vt centeſimę perpetuo fœnore ducerentur. id eſt ſimplices non cum anatociſmo. Cicero tamen ſemel Scaptio renouare volebat, non quater. Habebat) Debitas. Nõ poterat) Vt ſoluerentur iure primũ, mox per edicta mea. Gabiniam) Gabinius Conſul legem de vſuris tulerat, quod ſuperius patet his verbis, Salaminii cũ Romę vſuram facere vellent, non poterant, ꝙ lex Gabinia vetabat. Et mox, Fit gratia Bruti Senatuſconſultum, neve Salaminiis, neve qui eis dediſſet, fraudi eſſet. Alexius) Scribendum, A. Lex, ius. hoc eſt Auli lex, ius dici. per Aulũ, Gabinium intellige, qui vſuram Romę facere prohibuit.

Ita ſumpta) Per verſuram. Prohibebat enim fœnus Gabinius in Conſulari forte lege, cum diis & hominibus cõniuentibus. Cos. factus eſt.

Iſta ſyngrapha) In hac ſyngrapha Brutina. Iſta) Syngrapha. Nunc propter decretum Senatus, eſt incluſa per S.C. iuri publico non exempta. Pręcipui) Peculiaris. nullum præcipuũ beneficiũ accepit, ſed amiſſum recuperauit, reſtituente eam legibꝰ Senatuſcõſulto. Certe) Saltem, quem Catonem Cicero lib. 4. de Finibus Bonorũ & malorũ, omniũ virtutum auctorem appellat. Auſus es) Apoſiopeſis, proferre, decernere, vt ius pro amico calcemus. Inquit Ennius) Hæc ſunt Enniana verba. Auſus es. hemiſtichium heroicum.

Auſus es) Iunge, cum me rogare. Morderi) Deſiderio noſtri tangi. Id) Ius calcare pro Bruto. Quinquaginta) Cenſeo equites Scaptio dandos. Spartaco) Gladiatori famoſo, de quo ſupra. De Spartaco gladiatore Thrace & bello Spartacio ſi plura & pulchriora ſcire deſideras, lege Plutarchũ in Craſſo. Athenion vnus fuit ex Spartaci ſociis, de quo meminit Cicero de Aruſpicum reſpõſis. Plinius libro. 33. Nat. Hiſt. Cum ſciamus interdixiſſe caſtris ſuis Spartacũ ne quis aurũ haberet aut argentũ, tãto fuit plus animi fugitiuis noſtris. Spartacus, vt ſcribit Appianus lib. 1. Belloꝝ Ciuiliũ, Thrax gladiator fractis ergaſtulis, qui aliquãdo cũ Romanis meruerat, & in cuſtodia ac gladiatoriis ſpectaculis aſſeruabatur, tñ animi aſſumpſiſſe viſus, vt. lxx. viris comitatus pro libertate certarit, ſeruos ac liberos congregãs. Subpręetores habuit Oenomaum Acchryſum gladiatores. Aurũ ac argẽtũ caſtris ſuis inferri vetuit. Poſt multã ſtragẽ noſtrorũ tãdẽ a Craſſo, decimato tñ prius exercitu, ſuperatꝰ eſt. Marcellinus lib. 14. Eunus quidã ergaſtularius ſeruus ductauit in Sicilia fugitiuos. Quã multi Viriati genua ſunt amplexi vel Spartaci? Quinqꝫ pcelebres, Athenio, Oenomaus, Spartacus, Chryſus, Eunus, ſi rẽ recte teneo. Iſti mali) Milites. Tenera) Debili, ad reſiſtẽdũ fragili. Aut) Erade. Id me igit tu?) Ita cõiũctim ſcribẽdũ. Expone, vt faciã mones vel rogas. Os) Probũ ac ingenuũ, pudor, rubor. Negociatorẽ neminẽ) Eſſe Pręfectũ ac regere milites. Probamus) Lege probauimnus, hoc eſt, honeſtum id eſſe Bruto iudicauimus: mos loquẽdi eruditorũ. Habeat is turmas) Sũt Attici ad Cic. verba. Cur potius) Ciceronis verba reſpõdẽtis Attico. Scaptio ademi cohortes qbꝰ abutebatur, cur turmas habebit?

Spartaci ſocii

Athenion.

Oenomaus.

Eunus.

Os.

Sumptū iam poſſe vadit Scaptius) Elegātius Beroaldus & lepidius hūc locū q̄ cęteri corrigit. Sūptū iam ne poſcet ad id Scaptius? certe dem⁹ Scaptio cohortes & turmas, etiā ſumptu publico fœnus exerceat? Inquit) Scribendū inquis, reſpōdes, ſic placet Bruti principi ciuitatis, inter primores ſaltē nobili. Melius principes expones primarios & Senatores Salaminiorū propter verba ſequētia. Scio) Ironice. Quaternis) Supra. Non bono nomine quaternas centeſimas ſperabat. Ducant) Exigāt. Eos libros) Sex de Rep. Nos) Honorē noſtrū. Ne parū) Ames. Pammenia) Verbū grecū, menſtrui reditus, cōſultatio, quę fit ſingulis mēſib⁹. Menen Greci Lunā & menſem aiūt. ἐυθείαν) Rectitudinē vel ἐυήθειαν fatuā ſimplicitatē. Vrget turba) Prae foribus quae ſalutatū venit.

Pammenia.

Euthia.

ſumptū iam ne poſcet ad id Scaptius? Volūt inquis principes, ſcio: nam ad me Epheſum vſq; venerunt, flentesq; equitum ſcelera, & miſerias ſuas detulerūt. Itaq; ſtatim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certam diē decederent. Ob eāq; cauſam, tum ob cęteras, Salaminii nos in cęlū decretis ſuis ſuſtulerūt. Sed iā quid opus equitatu? ſoluūt enim Salaminii, niſi forte id volumus armis efficere, vt fœnus quaternis cēteſimis ducāt. Et ego audebo legere vnq̄, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale q̄d fecero? Nimis inquā in iſto Brutum amaſti, dulciſſime Attice. Nos vereor, ne parū, atq; hæc ſcripſi ego ad Brutum, ſcripſiſſe te ad me. Cognoſce nūc cætera. pro Appio nos hic omnia faciemus, honeſte tamē, ſed plane libenter. Nec enim ipſum odimus, & Brutū amamus. & Pōpeius a me mirifice contendit, quem mehercule plus, plusq; in dies diligo. C. Cęliū Queſtorem huc venire audiſti. Neſcio q̄d ſit, ſed Pammenia illa mihi nō placent. Ego me ſpero Athenis fore menſe Septēb. tuorū itinerū tēpora ſcire ſane velim. ἐυθείαν Sēpronii Rufi cognoui ex epiſtola tua Corcyrea. Quid queris? inuideo potentiæ Veſtorii. cupiebam etiam nūc plura garrire. ſed lucet, vrget turba, feſtinat Philogenes. Valebis igitur, & valere Piliam & Cęciliam noſtrā iubebis literis, & ſaluebis a meo Cicerone.

Philogenes) Nuncius & libertus Romā cito repedaturus. Piliā) vxorē vel Petiliā. Cęciliā) Filiā. Literis) Per literas tuas. Aberat enī Atticus a mulieribus. A Cicerone) Mandāte meo Cicerone ac ſalutem adſcribente. mos elegātiſſimus alieno nomine amicū ſalutandi.

Saluebis a Cicerone.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

ET ſi nil ſane habebam noui quod poſt accidiſſet, q̄ dediſſem ad te Philogeni liberto tuo literas, tamē cū Philotimū Romā remitterē, ſcribēdum ad te aliquid fuit. Ac primum illud, quod me maxime angebat, non quo me aliquid iuuare poſſes. Quippe res eſt in manibus, tu autē abes lōge gentiū

Argumentum. CXII.

DECESſurus prouincia Cilicia magni conſilii vir Cicero cū amico diſputat quēnā e ſuis relinquat, Fratrē nō putat propter cauſas nō cōtemnendas.

PIVS.

ILLVD) De Præſide in prouincia relinquendo. In manibus) In expeditionis articulo, in procinctu, nō longe querēdus auctor cōſilii, cū ſit in mūdo, in prōptu videlicet. Cicero in Bruto, Sed ecce in manibus vir & preſtātiſſimo ingenio, & flagrāte ſtudio, & doctus a puero, C. Graccus. Liuius, Cū tātū belli in manibus eſſet. Alias in manu eſſe ſignificat eſſe in poteſtate. In manus dare, incidere in manus, venire in manus, notę ſunt ſignificationis. Inter manus rapere, eſt collatis ſimul manib⁹ ſublimē habere. Plautus in Moſtellaria, Abripite hunc intro actutū inter manus. Ad manū eſt, ſignificat in prōptu eſt. Vitruui⁹, Alia ad manū ſpecies eſſe videtur. Venire ad man⁹ eſt prodire ad dimicandū. M. Tullius de Oratore, Nōnūq̄ etiam ea res ad manus atq; ad pugnā veniebat. Sub manus, ſignificat promptū eſſe, & in procliui. Plautus in Milite, Lepide hoc ſuccedit ſub manus negocium. Per manus ſignificat id quod vulgo dicitur de manu in manū. Prę manibus barbare dicitur q̄d habebā in manibus. Prę manu dare, prēſentē dare pecuniā. Terent. in Adelphis, Atq; huic paululū aliquid prę manu dederis vnde vtatur. Afferre manus, vulnerare. M. T. ad Octauiū, Ego Senatū afferre ſibi manus coegi. Dare manus eſt cedere, ac ſe victū fateri. Cicero ad Atticū, Ad extremū manus dediſſe. Tollere manus & oculos, ſignū lętitiæ. Plena manu, affluenter. Iniicere manus, fateri, mancipiū, ius, & (vt aiunt) proprietatē. Cicero in Oratione pro Roſcio Comœdo, Ipſa mihi veritas manū iniecit. Abſtinere manus, continere manus, cōprimere manus, im-

In manibus eſt.

In manus.

Ad manum

Ad manus.

Sub manus.

Per manus.

Prę manu dare.

Afferr̄ man⁹

Dare man⁹.

Toller̄ man⁹.

Plena manu.

Tendere manus. petum animi continere. Tendere manus, ſupplicare. Admouere manus, attingere. Liuius primo, Religioſe admouentes manus. πολλὰ δὲ) Multas autem in ſpatio medio Auſter voluit fluctus lati maris. Metechmyō. Improprie vtitur poeta voce μεταιχμίῳ. Eſt enim proprie metæchmion ſpatium quod eſt inter duos exercitus. Significant hæc verba, multa inter os & offam interuenire. Obrepſit) Furtiue tẽpus aduenit & tacito pede, vt ille, Tacitoq; gradu venit ægra ſenectus. Satyricus, Dum ſerta vnguẽta puellas Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus. Honos) Eſt mihi perhonorificum fratrem relinquere Priſci codices habent, bonus.

πολλὰ δὲ ἐν μεταιχμίῳ νότος κυλίνδει κύματ᾽ εὐρείης ἁλός. obrepſit dies, vt vides. Mihi enim ad. III. Calend. Sextil. de prouincia decedendum eſt, nec ſuccedítur. quem relinquam, qui prouinciȩ præſit? Ratio quidem, & opinio hominũ poſtulat fratrem. Primum q; videtur eſſe bonus: nemo igitur potior. deinde q; ſolum habeo prætorium. Pontinus enim ex pacto & conuentu (nam ea lege exierat) iam a me diſceſſerat. Quæſtorem nemo dignũ putat: etenim eſt leuis, libidinoſus, ſalax. De fratre autem illud eſt primum, perſuaderi ei non poſſe arbitror. odit enim Prouinciam, & hercule nihil odioſius, nihil moleſtius. Deinde vt mihi hic nolit negare, quidnam mei ſit officii, cum bellum eſſe in Syria magnum putetur, id videatur in hanc Prouinciam erupturum, hic præſidii nihil ſit, ſumptus annuus detritus ſit, videatur ne aut pietatis eſſe meæ fratrem relinquere? aut diligentiȩ nugarum aliquid relinquere? Magna igitur (vt vides) ſolicitudine afficior, magna inopia conſilii. Quid quæris? toto negocio nobis opus non fuit. Quanto tua prouincia melior? Decedes, cum voles, niſi forte iam deceſſiſti. quem videbitur, præficies Theſprotiæ, & Chaoniæ. Necdum ego tamen Quintum conueneram, vt ſi id iam placeret, ſcirem, poſſet ne ab eo impetrari: nec tamen, ſi poſſet, quid vellem, habebam. Hoc eſt igitur eiuſmodi. Reliqua plena adhuc & laudis & gratiȩ, digna iis libris, quos tu laudas. Cõſeruatȩ ciuitates, cumulate publicanis ſatiſfactũ, offenſus contumelia nemo, decreto iuſto & ſeuero perpauci, nec tamen quiſq̃ vt queri audeat. Res geſtæ dignæ triumpho: de quo ipſo nihil cupide agemus, ſine tuo quidem conſilio certe nihil. Clauſula eſt difficilis in tradenda prouincia, ſed hæc Deus aliquis gubernabit. De vrbanis rebus ſcilicet

Solum) Fratrem. Digniores relnquuntur) non habeo quem prȩficiã prȩter fratrẽ. Lege) Conditione pacto. Dignum putat) Relinquere. Illud eſt primum) Quo torqueor. Vt) Dato quod, Hic frater negare) Vices meas in prouincia gerere velit. Quidnam) Cogito an ſit officioſi fratris, fratrem ibi relinquere, vnde ego maioris metus cauſa diſcedo. Id) Bellum Syrium. Decretus) Scribe, detritus. id eſt cõſumptus. Relinquere) In prȩſidio prouinciæ famelicȩ. Diligentiæ) Diligentis hominis. Aliquid nugarum) Homunculos minimi precii. Toto) Scribe, tuto, prouincia quieta. Non) Lege nũc, in hac occidua ſenectute & hac quiete ſtudiorũ. Theſprotiæ) Theſprotia, hoc eſt Thesprotia. θεσπρωτία ciuitas & regio Ambracii ſinus gentile, θεσπρωτός. Chaoniæ) Epiroticæ. Conueneram.) Allocutus, percunctatus eram. Id) Reſiſtere in prouincia, donec ſucceſſor venerit. Poſſet impetrari) Ordo, vt ſcirem an ab Quinto poſſet impetrari, vt remaneret in prouincia. Nec tamen) Ordo. Nec tamen habebam quid vellem ſi poſſet impetrari. Nec tamen habebam) Neſciebam. Quid vellem) Expedita non erat volũtas mea nec rata. Si poſſet) Id impetrari a Quinto, vt remaneret, oſtendit ſe fuiſſe in freto ac æſtu animi. Hoc eſt) De Vicario prouinciæ res ita ſe habet. Cumulate) Abũde, affatim. Quiſq̃) Lȩſus eſt. De quo) Petẽdo. Clauſula. Clauſula) Exitus, finis. In tradenda) Præſidi, immo Vicario condigno.

ASCENSIVS. Toto negocio &c. Locus aſteriſco ſignandus, obſcurus enim eſt, & lacuna, quia videntur deeſſe verba: ex his autem quæ ſunt is a quibuſdam eruitur ſenſus. toto negocio non fuit nobis opus, ſcilicet magis conſilio tuo quàm nunc. Dices forte mihi aut dixiſti ſeu ſcripſiſti, Quanto tua prouincia, id eſt cura conſtituendæ prouinciæ melior ſupple eſt ac ſentis? Decedes cum voles &c.

plura tu ſcis, ſæpius & certiora audis. Equidē doleo non me tuis literis certiorē fieri, huc enim odioſa afferebātur, de Curione, de Paulo, non quo vllum periculū videam ſtante Pompeio, vel etiā ſedente, valeat, modo: ſed mehercule Curionis & Pauli meorū familiarium vicem doleo. Formam igitur mihi totius reipublicę, ſi iam es Romæ, aut cum eris, velim mittas, quæ mihi obuiā veniat, ex qua me fingere poſſim, & pręmeditari, quo animo accedam ad vrbē. Eſt enim quiddā, aduenientē non eſſe peregrinū atq; hoſpitem, &, quod pene pręterii, Bruti tui cauſa, vt ſępe ad te ſcripſi, feci omnia. Cyprii numerabant, ſed Scaptius centeſimis renouato in ſingulos annos fœnore cōtētus non fuit. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipſum, q̃ per me in Brutum, quem tamē ego pręſtare nō poterā. erat enī Rex perpauper, aberāq; ab eo ita longe, vt nihil poſſem niſi literis, quibus pugnare non deſtiti. Sūma eſt hęc pro ratione pecuniæ. Liberius eſt Brutus tractatus, q̃ Pōpeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter C. Pōpeio in ſex mēſes promiſſa. CC. Iam in Appii negocio quātū tribuerim Bruto, dici vix poteſt. Quid eſt igitur, quod laborē? amicos habet. meras nugas. Scaptium: qui, quia nō habuit a me turmas equitū, quibus Cyprum vexaret, vt ante me fecerat, fortaſſe ſuccenſet. aut quia præfectus non eſt, quod ego nemini tribui negociatori. nō C. Venonio meo familiari, non tuo M. Lemnio. & qđ tibi Romæ oſtēderā, me ſeruaturū, in eo perſeueraui. Sed quid poterit queri is, qui auferre pecuniam cum poſſet, noluit? Scaptius, qui in Cappadocia fuit? puto eſſe ſatiſfactū. Is a me cū Tribunatum accepiſſet, quē ego ex Bruti literis ei detuliſſem, poſtea ſcripſit ad me ſe vti nolle eo Tribunatu. Caius eſt quidā, cui cū præfecturam detuliſſem Bruti rogatu, multa & dixit & fecit cū quadā mea contumelia P. Clodii canis. Is me nec proficiſcētē Apameā proſecutus eſt, nec cū poſtea in caſtra veniſſet, atq; inde diſcederet, nunquid vellē rogauit: & fuit aperte mihi, neſcio quare, nō amicus. Hunc ego ſi in pręfectis habuiſſem, quē tu me hominē putares? qui vt ſcis, potentiſſimorum hominū contumaciā nūq̃ tulerim, ferrē huius aſſeclę? Et ſi hoc plus eſt, q̃ ferre, tribuere etiā beneficii aliq̃d, & honoris. Igitur Caius, cum Apameæ me nuper vidiſſet Romā proficiſcens, me ita appellauit. Culleolū vix auderem. Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? profecto reſpondi lenius, q̃ putabant oportuiſſe, qui

Deus) Huic qui ſupra nos eſt curę erit, vt alibi prouerbialiter infit Cic. Ouidius, Quæ diis votisque reliquit.

Vt ſcis) Scribe, tu ſcis. De Curione) qui in Tribunatu plebis a Pompeio deſciuerat.

De Paulo) qui deſignatus erat Conſul cū Marcello, qui auro Cæſaris emptus ædificauit Baſilicam notiſſimam, de qua ſupra. Sedēte) Ocioſo. Vicem) Sortem qui Pōpeium reliquerunt, quo cū in tenebris micare potuiſſent.

Fingere) Animum meum diſponere, præſtruere. Eſt quiddā) Magni intereſt. Cyprii) Salaminii. Numerabant) Pecuniam ſoluere volebant cum ſingulis etiā centeſimis. Contentus) Scaptius recuſauit accipe. Prolixior) Affluentior in ſoluendo. Per ipſum) Pompeiū, dum per eius regnum Pompeius ducit exercitum. Per me) interceſſione mea apud aures regias. In Brutum) In ſatiſfactionem Bruti, vt Bruto ſoluat. Præſtare.) Polliceri reſoluturum quod debebat. Familiaris dictio Ciceroni, nunc ſtare ante dicunt. Literis) Per literas perſuadere. Pugnare) Contente rogare, enixe ſuadere. — Pręſtare.

Pro ratione pecuniæ) Pro modulo, ſumma pecuniæ.

Menſibus) Scribe, menſes.

Tribuerim) Hodie dicitur reſpectum habuerim. propter Brutum nihil decreui in Appium prædeceſſorem.

Meras nugas) Appoſitio. nugigeram manum, nugatoriam turbam Ante me) Ante Procōſulatum meum.

Tribui) Conceſſi. Oſtenderam) Significaueram. In quo) Legendum, in eo. Is) Iunge cum Scaptius. Clodij cauſis) Lege, canis, inter operas ac ſatellites, immo caniculas (vt inquit Gellius) Clodianas. Nunquid vellem) Commeatum non expectauit. Ferrem) Ferre poſſem, quaſi dicat minime. — Canis.

Ita) Subruſtice. Culleolum) Nomen homunculi illaudati, machinatione, dolis ancillātib9. Moueri) in me. — Culleolus.

aderant, me non inſtituiſſe iis dare cibaria, quorum opera non eſſem vſus. Abiit iratus. Huius nebulonis operatione ſi Brutus moueri poteſt, licebit eum ſolus ames, me æmulum non habebis, ſed illum eũ futurũ eſſe puto, qui eſſe debet. Tibi tamen cauſam notam eſſe volui, & ad ipſum hæc perſcripſi diligentiſſime omnino. Soli enim ſumus, nullas vnq̃ ad me literas miſit Brutus, ne proxime quidẽ de Appio, in quibus non ineſſet arrogans, ἀκοινώνητον aliquid. Tibi autem valde ſolet in ore eſſe Ennianum id, Contemnere ſe, & Reges odiſſe ſuperbos. In quo tamen ille mihi riſum magis, q̃ ſtomachum mouere ſolet. Sed plane parum cogitat, quid ſcribat, aut ad quem. Q. Cicero puer legit (vt opinor) certe epiſtolam inſcriptã patri ſuo: ſolet enim aperire, idq; de meo conſilio, ſi quid forte ſit, quod opus ſit ſciri. In ea autem epiſtola erat illud idem de ſorore, quod ad me, mirifice conturbatũ vidi puerum, lachrymans mecũ eſt queſtus. Quid quęris? miram in eo pietatem, ſuauiuitatem, humanitatemq; perſpexi, quo maiorem ſpem habeo nihil fore aliter, ac deceat. Id te igitur ſcire volui, nec illud quidẽ prętermittam. Hortenſius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitioſe, & turpiter. Hunc ego patris cauſa vocaui ad cœnam, quo die venit, & eiuſdem patris cauſa, nihil amplius. Is mihi dixit ſe Athenis me expectaturum, vt mecum decederet. Recte inquam, quid enim dicerem? Omnino puto nihil eſſe, quod dixit. Nolo quidem, ne offendam patrem, quem me hercule valde diligo: Sin fuerit meus comes, moderabor ita, nequid eum offendam, quẽ minime volo. Hæc ſunt. Etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Seruiliũ. Literas mitte q̃ primum, ſi nihil fieri, vel per tuũ tabellarium. Piliæ, & filiæ ſalutem. Cura, vt valeas.

Accœnonetõ.

Soli enim ſumus) Mos loquẽdi perlepidus. Dicam tibi clam & ſecreto. Arrogans) Subintellige aliqd. ἀκοινώνητον) Nõ ſociale. Tibi) Lege ſibi. Grauius aũt nõ) Scribe meo periculo. Ennianum id, Cõtemnere ſe & reges odiſſe ſuperbos. Erant Ennij verba de Bruto ſeniore q Tarquiniũ Superbũ expulit. Brutus id Ennianũ ſubinde repetebat, & magis in cauſa Scaptiana, forte Ciceronẽ ſignificãs vt ſupra Clodius, q a Tullio Rege genus ducebat, & pro libidine indemnatos ciues necabat, vnde a Silio dictum, Regia progenies, & Tullo ſanguis ab alto. In quo) Morſu Satyrico cũ me regię dominantẽ taxauit. Stomachũ) Indignationẽ. Q. Cicero) Hoc argumẽtũ eſt a ſuperiori diuerſum. Et certe) Non opinor: ſed ſcio legiſſe. Solet) Iubẽte patre Quit⁹. Opus) Neceſſitas petit maturũ reſpõſum cũ pater abſit. De ſorore) Tua. Q̃d ad me) Scripſeras. Ac deceat) q̃ opus ſit & decorũ.

Hortẽſij fili⁹.

Hortẽſius filius) Hic Hortenſij oratoris filius fuit, q vt Ciceronis lõge a patre degenerauit. Cũ gladiatoribus) Inter gladiatores. Nihil ãplius) Nõ ampli⁹ eũ corripui & obiurgaui. Nihil eſſe) Vanũ eſſe. Comes) In reuertẽdo. Moderabor) Moderate me gerã. Hęc ſunt) Quę habeo ſcribere ad te. Etiã illud) Supeſt ſcribẽdũ. Si nihil fieri) Poteſt, mitte per publicos tabellarios.

Vel.

Vel) Saltẽ. Maxime) valde auget apd̃ Ciceronẽ & aureũ ſeculũ & affirmat, cui ſuccinit Epigrãmaticus poeta, Virgiliũq; tibi vel tua rura dabũt. Maronis id vulgatiſſimum, Carmina vel cęlo poſſunt deducere lunã. ASCENſius.

ASCEnſius.

Tibi tñ. Reciprocationis ratio nõ patit̃ vt cũ Pio legat̃ ſibi, qd̃ etiã id qd̃ ſequit̃ comprobat. Et ad ipſum hęc perſcripſi diligẽtiſſime oino. Addit cur tibi, hoc eſt Attico notũ eſſe voluerit: Soli eñi ſumus. i. pter te nullus hęc leget, & ita Bruti ſupbiã citra ei⁹ ſugillationẽ tibi indico &c.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

Tharſum venimus Non. Iun. ibi me multa mouerunt. magnum in Syria bellum, magna in Silicia latrocinia. mihi difficilis ratio adminiſtrandi, q. paucos dies habebam reliquos annui muneris. Illud autem difficillimum, relinquendus erat ex S. C. qui præeſſet. Nihil minus probari poterat, q̃ Quæſtor Meſſinius. nã de Cęlio nihil audiebamus. Rectiſſimum videbatur Q. Fratrem cũ imperio relinquere,

Argumentum. CXIII.

MINVTA rũ rerũ epiſtola plena. HABEBAM aliquos) emenda, habebã reliquos, hoc eſt pauci ſupererãt. Sexcenta) Innumera. Intelligis) Scribe, intelliges. Cuius de cõditione) De cuius nouis tędis, poſt mortẽ Piſonis nupſit Dolabellæ. μυστικώτερον) Secretius. τῆς δάμαρτος) Latine ſic, Vxoris meę libertus, noſti quẽ dico, viſus eſt mihi dudum e verbis, quę incõſiderate protulit, corrupiſſe calculos, ex coemptione, vel in vẽditione bonorum Crotoniatę tyrãnicidę. Timeo ne quid intelligar. Vnũ quidẽ hoc ſi cõſideraueris, reliqua tuto, & quę ſequuntur, vel vnũ hoc prouidẽs reliqua in tuto pone. Intelligas) Nõnulli codices habent, intelligat, Græce νοήσῃ, hoc eſt ſentiat libertus nequã, quare obſcuro de induſtria ſtylũ. Infra ſcribit Cicero in hoc eodẽ libro p̃ſentẽ epiſtolã ſcripſiſſe in ænigmatib⁹, & oſtẽdit ſe p Crotoniatã Tyrãnicidẽ, intelligere Milonẽ Romanũ, cognominẽ Miloni Crotoniatę luctatori primario. Tyrãnicidam vocat q̃m Clodiũ occidit in Appia via ad tyrãnidẽ adſpirantẽ. Non queo) Vereor ne liberto ſuboleat, ac protin⁹ ſe det in pedes. Volent) Celerrime prodeant. PIVS,

in quo multa moleſta. diſceſſus noſter, belli periculũ, militum improbitas, ſexcenta præterea alia. O rem totam odioſam. Sed hoc fortuna viderit, quoniã conſilio non multum vti licet. Tu quãdo Romam ſaluus (vt ſpero) veniſti: videbis (vt ſoles) omnia quæ intelliges noſtra intereſſe. In primis de Tullia mea cuius de conditione quid mihi placeret, ſcripſi ad Terentiam, cũ tu in Gręcia eſſes, deinde cum honore noſtro. Quod enim tu abfuiſti, vereor ne ſatis diligẽter actũ in Senatu ſit de literis meis. Illud præterea μυστικώτερον ad te ſcribã, tu ſagacius odorabere. τοῦ δάμαρτός μου ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, διεφθαρκέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ κροτωνιάτου, τυραννοκτόνου. δέδοικα δὴ μή τι νοήσῃ. ἐν δή που τοῦτο περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ δὲ ἀσφαλείας. Nõ queo tantũ, quantũ vereor ſcribere. Tu autem fac, vt mihi tuæ literæ volent obuiæ. Hæc feſtinans ſcripſi in itinere atq; agmine. Piliæ & puellæ Cęciliæ belliſſimæ ſalutem dices. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NVnc quidẽ profecto Romę es, quo te (ſi ita eſt) ſaluũ veniſſe gaudeo. Vnde q̃dẽ q̃diu abiſti, magis a me abeſſe videbare, q̃ ſi domi eſſes. Minus enim mihi meę notę res erant, minus etiam publicę. Quare velim (& ſi vt ſpero) te hęc legente aliquantũ tamen vię proceſſero, tamen obuias mihi literas, q̃ argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas. In primis de quo ſcripſi ad te antea τῆς ἀλόχου τῆς ἐμῆς ὁ ἀπελεύθερος ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων, καὶ ἀλύων τοῖς λογισμοῖς, καὶ ταῖς λέσχαις ὑπό τι διεφθαρκέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ κροτωνιάτου. Hoc tu indaga, vt ſoles. Aſt hoc magis ἐξ λόφους τειχῶν, παρέδωκεν αὐτὸν τε ὀφείλοντα μνᾶς ἐκ τῶν κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν χερρονησιακῶν, καὶ τινὰς προνομίας τῶν κλήρων, τοῦτον δὲ οὐδὲ ὀβολὸν διαλύσαντα πάντων ὀφληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ. τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ κόνωνος πατρὶ μηδὲν ὅλως οὐδὲ πεφροντικέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώσῃς, δεύτερον δὲ ἵνα μὴ δὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσῃς τῶν ἀπὸ τῆς προκειμένης ἡμέρας, ὅπως αὐτὸν ἠνέγκα-

Argumentũ. CXIIII.

SPERAbat Atticũ extra vrbẽ eſſe, illo in vrbe p̃ter ſpem reſidente, gaudet. VENISSE) In vrbẽ. Vnde) A qua vrbe Roma. Si domi eſſes) In Epiro. Aliqui legũt dormiſſes vt Epimenides. Dormiẽtes nec in viuorum, nec mortuorũ numero collocantur. Meę) Priuatę, domeſticę. In primis) Literas mitte. Indaga) An libertus iſte calculos corruperit, decoquere moliaẽ. Aſt hoc magis) Etiã hoc maxime indaga q̃d ſequiẽ. τῆς ἀλόχου) Vxoris meę libert⁹ viſus eſt mihi ſępe garriens & in cõciliabulis & ſeſſionibus nugantiũ aliq̃d, corrupiſſe calculos in bonis Crotoniatę. ἐξ λόφους τειχῶν) Latine ſic, Sex tumulos murorum, tradidit, ſeq; debentẽ mnas ex bonis Crotoniatarũ & Cherroneſitarũ, & quaſdã immunitate donãtẽ hęreditates. Hũc autẽ ne obolũ quidẽ diſſoluiſſe ex oĩbus debitis ſecũdi mẽſis Calẽdarũ. Libertũ aũt eius exiſtentẽ cognominẽ Cononis patri, nihil prorſus curaſſe. Hęc igiẽ primũ vt omnia cõſeruetis. Deinde vt neq; vſu- VPIS,

ras negligas eas,quę ſunt a pręcedēti die,quot dies ipſum tolerauim⁹.Vehemēter timeo,etenim aderat
apud nos exploraturus & aliqd prope ſperans. Deſperās autē ſine ratione deſtitit,fatus. Turpe diu ma-
nere,& inanē redire.Quidā pertinaciter aſſerūt legēdū Crotoniatę,vt de Milone intelligas.Crotoniatę
enim Ciceronis ditioni non ſuberāt. Superius legimus Ciceroni debuiſſe Milonē, quare fundo manū
iniecit,qui cū diuēderet anſam dedit liberto decoquēdi.nec obſtat libertū Cheroneſitarū.poſſeſſionū vi-
delicet in Cheroneſo poſitarū adminiſtraſſe calculos,vel nūmorū Cheroneſi populorū ſubditorꝫ Tullio,
de qbus ſupra,vbi docuimus
quatuor eſſe Cheroneſos .

μὴν, σφόδρα δέδοικα. ὁ γὰρ πῦρ πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καί τι σχεδὸν ἐλπίζας. ἀπογνοὺς διαλόγως ἀπέστη, ἐπειπών. αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. Meque obiurgauit vetere prouerbio, τὰ μοὶ διδόμενα. Reliqua vide, & quantū fieri poteſt, perſpiciamus, vt ſi annuū tēpus eſt, prope tamen meritū impleamus. dies enim. XXXIII. erant reliqui. ſolicitudine prouincię tamē vel maxime vrgebamur. Cū enim arderet Syria bello, & Bibulus in tāto mœrore ſuo maximā curā belli ſuſtineret, ad me q; Legati eius, & Quęſtor, & amici literas mitterēt, vt ſubſidio venirē, & ſi exercitū infirmū habebā, auxilia ſane bona, ſed ea Galatarū, Piſidarū, Lyciorum (hæc em̄ ſunt noſtra robora) tamē eſſe officiū meū putaui, exercitū habere q̄ proxime hoſtē, quoad mihi pręeſſe prouincię per Sen. Cōſ. liceret. Sed (quo ego maxime delectabar) Bibulus moleſtus mihi nō erat. de omnibus rebus ſcribebat ad me potius. & mihi deceſſionis dies λεληθότως obrepebat. Qui cū aduenerit, ἄλλο πρόβλημα quē ꝑficiā, niſi Cælius Quęſtor venerit, de quo adhuc nihil certi habemus. Cupiebā me hercule longiorē epiſtolam facere, ſed nec erat res de qua ſcriberē, nec iocari pręcura poterā. Valebis igitur, & puellę ſalutē articulate dices, noſtręq; Piliæ.

αἰσχρόν) Verſus Homeri
ex Odyſſea. τὰ μοὶ διδό-
μενα) Quę qdē danť, donā-
tur ſi ſoluēdo nō eſt. Iuxta il-
lud Epigrāmatici poetę, De-
bet em̄ ſi quis ſoluere Sexte
poteſt. Alibi, Qđ tibi nō poſ-
ſum ſoluere phœbe, meū eſt.
Subdit Eraſmus, Nō admo-
dū liquet qd ſibi velit, niſi ꝙ
cōiicere licet verſum eſſe poe
tę cuiuſpiā. Eſt em̄ hemiſti-
chiū iambicū, qđ admonet a
fortuna datū, id boni cōſulē-
dū eſſe & ęquo animo ferēdū
qđ mutari nō queat, vel quæ
dātur accipienda. Redarguit
Ciceronē qui nō cōputauit &
partē accepit. Neq; obiurga
uit) Scribe, Meq;. Vtere) Le-
gēdū, vetere. Cognominē Co
Timotheus. nonis patri) Timotheū voca
tū innuit. Sed ænigmatice
loquiť ne percipiať. Vir quidā
doct⁹ Vlpiani rhetoris aucto-
ritate fretus ita ſirpum hūc
explicat. Timotheus Athe-
nieſiū dux fuit, Cononis pa-
ter initio vel fortunatiſſim⁹,
ſiquis alius: memorię ſiquidē
proditur, ad quodcūq; mitte
retur bellū facilē ac perinde
certā retuliſſe victoriā, vnde
factū eſt, vt a pictoribus nō aliter per picturā exprimeretur, q̄ vt dormiēs aſſiſtētē ſibi haberet mulierē,
quā Fortunā intelligi volebāt, quę retia ferret, & id genus inſtrumēta alia, venationib⁹ accōmoda, hoc
figmēto prudētiorib⁹ īſinuātes. pro eo Fortunā oia pegiſſe, ipm vero nihil prorſum aliud q̄ dormitaſſe.
Cęterū vbi is graui⁹ hęc moleſtiusq; ferre cœpit, aſſeruit audacius ſuę ipſi⁹ virtuti & ingenio perſpicaci
victorias oēs acceptas referri par eſſe, procul fortunę aura ſequeſtrata. Indignata Dea dicti tumore, nūq̄
Timotheus. poſtea Timotheū ex hoſte potitū victoria. Plutarch⁹ pte quadā hoc cōprobat his fere. Timotheus, inqt,
fortunatus habebať Impator, quo noie extimulati qdā nō citra liuorē, ciuitates expingebāt, ſpōte ſe in
Cyrthus. cyrthū inſinuātes. (vas eſt id piſcatoriū) illo altius cōiopito. Ad q̄ Timotheus eludēs, Si tāta, inqt, dor-
miēs facio, qd excitatū me factūrū putabitis? Scribūt nōnulli ex Gręcis āpli⁹, in paupertatē eū recidiſſe.
Qui dū ſecūdiore vtereť Dea, ſolitā ſe illi fortunā offerre. Timotheū deniq; Cononis patrē Pauſanias cō
mōſtrat. Timothei turrim celebrat Ariſtophanes in Pluto. Et ſi) Vt ſi diuiſim, emēda. Habeam⁹) Le-
gas impleam⁹ ex veterib⁹ codicib⁹. Mœrore) Poſt hāc vocē in priſcis exēplarib⁹ eſt, ſuo. Qđ fortaſſis ex
obitu domeſtico mœrebat Bibulus, vel qđ ſolus in tāta clade nō dubia, ſed certa linqbať. Galatarū) Gal
Piſidia. logręcorꝫ. Piſidarū) Piſidia, vt auctor eſt Stephan⁹, dicta pri⁹ Solymi a Solymo Iouis & Chaldenes filio.
Solymi. Eſt gēs barbara habitās apud Aſpendū & Ciliciā. Lyciorū) Sūt duplices Lycii in Troade & Caria, de q-
Lycij. bus nūc agiť. Herodotus Lycios, q apud Cariā ſunt ex Creta aduenīſſe dicit duce Sarpedone Minois ac
Rhadamāti fratre, primo Solymi dicti, mox Lycii a Lyco Pādionis filio Athenarū Rege. Lycij capilli-
tiū ſtudioſius fouēt, q mulctā ſubire maluerūt q̄ comā deponere, vnde Lycia coma pro ꝓmiſſiore. Ro-
Lelethotos. bora) Firmamēta exercit⁹. λεληθότως) Furtim. Et nihil eſt ānis veloci⁹. Obrepebat) Quare a Gręcis
δόλιχος χρόνος appellať. ἄλλο) Aliud problema, qſtioq; emerget. Calchus) Cęli⁹ habēt priſci codices.
Habemus) Bona exēplaria, habebam⁹. Prę cura) Ob curā & ſeria, q̄ inſtabāt. Nō bn̄ fallaci riſus cōpo-
Articulate. niť ore, Nec bn̄ ſollicitis ebria verba ſonāt. Difficile eſt triſti fingere mēte iocū. Articulate) Plane ac apte.

Argumentum.CXV.

DOLABELLÆ Subito factus eſt ſocer. Liberalitate in Athenienſes eſt vſus. De Academiæ ornamento cogitat. Hortenſii mortem dolet. Cęlium prouincię præfecit, ac factum excuſat. Item cur fratrem nõ reliquit, excuſat ſe exẽplo Cæſaris & Pompeii. Ab amicis ad triumphũ vocatur nec recuſat, Atticũq; rogat vt idẽ ſperet ac optet, vt minus ineptus eſſe videatur. PIVS.

OMNIBVS rebus) Alii omnibus in rebus: minuta hæc & ſubfrigida. ſed tam prodenda q̃ ſunt prodita. A ccuſatoris) Dolabellæ. Qui de.) q̃ de. Cinerone) Nomẽ propriũ: vel qui de Cinerone ſubintellige audierat, qui hanc rem tractarat mecũ. Egerat) De hac re. Certos) Secernatur a ſuperioribus. ἐξακανθίζειν) Spinoſe ſcrutari. Exacanthizin. πυροὺς εἰς δῆμον) Frumenta in populum, ſubintellige, diuiſiſti, & inopiã Athenienſiũ ſubleuaſti. Largitum medimnos frumẽti Athenienſibus Atticũ teſtatur Cornelius Nepos. verũ hęc pręſens liberalitas ad Ciceronem referẽda eſt. Placet hoc tibi?) Liberalem eſſe in alumnã vrbem humanitatis hoſpitã, nec improbo. Videtur tamen hęc liberalitas fuiſſe Cicreonis glorię cupidiſſimi, ad ꝓuocãdas ad benedicendũ linguas hominũ acutiſſimoꝝ, vt ſubaudiatur diuiſi, & inopiã Athenienſiũ ſubleuaui. Et ſcribat, placet hoc tibi? per interrogationẽ. Libri) De Republica. Non enim largitus ſum corrũpendi ciues gratia, ſed reddendi vices hoſpitii. In ciues) Ad captandũ popellũ. προπυλαίῳ) Significat locũ ab vrbe procul, doctius tamẽ legetur propylæo. i. veſtibulo, vt Academicꝰ Cicero exornaret Academiã. Nõ cogitat) Atticus æmula virtutẽ ſtimulat Ciceronem. quoniã Appiꝰ prędeceſſor Ciceronis ornabat Eleuſinẽ, Cicero ornaret inuicẽ Academiã. Sed legatur, nũc cogitat. De Hortenſio) Obitu Hortẽſij, quẽ alibi M. Tullius felicẽ vocat, ciuilibus procellis benignitate fatorũ ereptũ. Cęliũ) Quęſtorem de quo ſupra. Puerum) Erat enim Cęlius moribus ac ætate deſpiciẽdus, minimeq; prefectura dignus. ἐπέχε) Animaduerte. Vide quid agas. Erant Attici verba ſuper Cęlii pręfectura, reſpondẽtia illis ſuperioribus, de Cælio relinquendo, dicebat Atticus. De Cęlio ἐπέχε. Interſcripſeras) Inter latina ſcripſeras. De relinquendo) Vt derelinquerẽ ea, quę cõtra honorẽ meũ erant. Impugnabãt) Dignitatẽ meã lędebant. Tibi) Iudicio tuo. ἐποχῆς) Hæſitationis, inhibitionis. Erant mihi) Occurrebant etiam mihi eædem cauſæ. Puero) Cęlio. Tradere) Priſci codices habent. ne traderẽ, prouinciã videlicet puero. Pręterea) Lege fratri. Fratri aũt tradere prouinciã nõ erat vtile nobis. Sine cõtumelia) Siue iniuria. Quęſtori) Cęlio.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EGo dum in prouincia omnibus in rebus Appium orno, ſubito ſum factus accuſatoris eius ſocer. Id quidẽ inquis Dii approbet. Ita velim, teq; ita cupere certo ſcio. Sed crede mihi, nihil minus putaram ego q̃ de Cinerone, qui mecum egerat, certos homines ad mulieres miſeram, qui Romam venerũt factis ſponſalibus, ſed hoc ſpero melius. Mulieres quidem valde intelligo delectari obſequio & comitate adoleſcentis. Cætera noli ἐξακανθίζειν. Sed heus tu, πυροὺς εἰς δῆμον Athenis. placet hoc tibi? Etſi non impediebant mei certe libri. non enim iſta largitio fuit in ciueis, ſed in hoſpites liberalitas. Me tamen de Academiæ προπυλαίῳ iubes cogitare, quoniam Appius de Eleuſine nunc cogitat. De Hortenſio te certo ſcio dolere. equidem excrucior. decreueram enim cum eo valde familiariter viuere. Nos prouincię prefecimus Cęlium. Puerum, inquies, & fortaſſe fatuum, & non grauem, & non continentẽ. Aſſentior. fieri nõ potuit aliter. nam quas multo ante tuas acceperã literas, in quibus ἐπέχε interſcripſeras, quid eſſet mihi faciẽdũ de relinquendo ea, quæ me impugnabant? Videbam enim, quę tibi eſſent ἐποχῆς cauſæ, & erãt eędem mihi, puero ne traderem: pręterea autem illud non vtile nobis. nã pręter fratrẽ nemo erat quẽ ſine cõtumelia Quæſtori, nobili præſertim anteferrem: tamen dum

ASCENſius

ASCENSIVS. Puero ne traderem &c. ſunt qui legerent potius, vt traderem, vt ſit ſenſus: eædem cauſæ quæ erant tibi dubitationis ne puero traderẽ, erant mihi vt traderem: & quod ſequitur, Pręterea autem, vbi Pius fratri autem, ſic exponerem, Pręterea illud quod ſcripſiſti de altero prefic iendo nõ erat vtile nobis, nam cum Cęlius puer nobilis mihi Quęſtor eſſet, non poteram illi honeſte præferre quẽq̃ pręter fratrem, quẽ pretuliſſem illi ſi rumor de Parthorum aduentu perpetuus fuiſſet, aut ipſe in prouincia manſiſſem, vt Reipublicæ cõſulerem, ſed vbi intellexi Parthos retroceſſiſſe, nolui fratrem relinquere ne in illo prouinciam prorogaſſe arguar.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Impendere) Bellum minari. Videbam) Audire videbar. metaphora a ſenſu ad ſenſum,vt lunę ſi-
Hui. lentia. Hui) Heus tu,improbantis vocula. Hoc) Relinquendo fratrem. Noluit) Scribe voluit. Scis Senatuſconſultũ factum eſſe,vt qui prouinciis prębfuiſſent,præfecti relinqui non poſſent. At hic) Frater meus. Trienniũ) Subintellige præfuit Aſiæ. Ad populũ) Apud populũ. Erant ferenda iſta mur-
Quid q. mura popularia. Quid quę) Scribe,Quid q. In hoc ſignificatu vulgus dicit,Quid tibi videtur? Cicero in Oratione pro Imperatore deligendo,Quid q ſalus ſocioꝝ in ſummũ periculũ ac diſcrimen vocatur. Idem pro Cluentio, Quid q Stalenus eſt condemnatus? Horati⁹,Quid q libelli Stoici inter ſericos iacere puluillos amant? Ouidius, Quid q auus nobis idẽ Pelopeius Atreus? Iracundius) Quintus in adminiſtratione feciſſet. Fortuita) Hodie caſualia dicunt. Caſus dominatur in reb⁹. Subintellige,ſint noſti. Si qd) Siniſtri patraret.
Puer) Filius Quinti. Bene) Valde. Ciceroniana phraſis. Sibi fidens) Prælicens.
Dimittebat) A ſe libenter.
Cenſere) Vt Athenas, vel alio mitteret. Laboro) Quid egerit, quoniam alienus, do-
His radicibus mesticus non eſt. His radicibus. ) Fundamentis altius actis. Sine ſorte) Sine electione Senatus. ex animi ſui ſententia,non miſſum a Senatu. Sorte) Optatũ a Senatu. Datum) Lege delatũ.
Offenderem) Iniuriam ipſi infligerem non ei, quem elegit Senatus,tradẽdo prouinciam. Vt etiam) Scribendũ aut. Inquirere) Emẽda inquirerem. In eum) Per interrogationem pronunciandum. quaſi dicat,minime inquirere deberẽ. Quem reliquiſſem) Interrogatiue, quẽ aliũ relinquere potui? Hoc
Palingeneſia melius) Fieri non potuit,q̃ iſtum relinqui. παλιγγενεσίαν) Regenerationem,renouationẽ generis. quoniam Cicero homo nouus erat. Hic nouus Arpinas,ignobilis, & modo Romæ municipalis eques.
Hoc cupere) Vt triumphemus. Quo) Vt. Minus inepti) Gloriolam iſtam captando,ac lauream in muſtaceo qnærendo. honeſtus error eſt magnos duces ſequentibus.

impendere Parthi videbantur, ſtatueram fratrem relinquere,aut etiam Reipublicæ cauſa cõtra S.C. ipſe remanere, qui poſteaq̃ incredibili felicitate diſceſſerũt,ſublata dubitatio eſt. Videbã ſermones, hui fratrem reliquit? Num eſt hoc nõ plus annum obtinere prouinciã? Quid q Senatus eos voluit præeſſe prouinciis,qui non præfuiſſent? At hic triennium. Ergo hæc ad populum. quid q tecũ? nunq̃ eſſem ſine cura, ſiquid iracundius,aut contumelioſius, aut negligentius. Quæ fortuita hominũ? qd ſi filius puer, & puer bene ſibi fidens, qui eſſet dolor? quem pater non dimittebat,teq; id cenſere moleſte ferebat. at nunc Cęlius non dico equidem quid egerit, ſed tamen multo minus laboro. Adde illud, Pompeius eo robore vir, his radicibus Q. Caſſium ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium. Ego ſorte delatum offenderem aut etiam inquirerem in eum? quem reliquiſſem? Hoc melius, & huius rei plura exempla. Senectuti quidem noſtræ profecto aptius, ac te apud eum, Dii boni,quanta in gratia poſui. eiq; legi literas non tuas,ſed librarii tui. Amicorum literæ me ad triumphum vocant. rem a nobis (vt ego arbitror) propter hanc παλιγγενεσίαν noſtram non negligendã. Quare tu quoq;,mi Attice, incipe hoc cupere, quo nos minus inepti videamur.

Vale.

Argumentũ. CXVI.

PIVS. RECONciliatũ Quintũ Fratrem opera filii eius Pomponiæ vxori nunciat,quo nihil Attico cõtingere potuit optatius. De Milonis nomine nonnulla. Rhodum accelerat puerorũ cauſa,& vt adſit Romæ vrgẽtibus triũphi fautoribus. Tyro in itinere ſubſedit ęgrot⁹.

QVINTVS) Ordo,Quintus filius animũ patris ſui,ſorori tuæ recõciliauit. Q. patri ſuo,ſuapte, pie ſane, me quidẽ certe multũ hortante,

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVintus filius (ſuapte pie ſane,me quidẽ certe multum hortante,ſed currentem) animũ patris ſui,ſorori tuę recõciliauit. Eum valde tuæ literæ excitarunt. Quid quæris? cõfido rem, vt volumus,eſſe. Bis ad te antea ſcripſi de re mea familiari,ſi modo tibi redditæ literę ſunt,græce, ἐν αἰνίγμασι, ſcilicet nihil mouendum, ſed tamen ἀφελῶς percunctando de nominibus Milonis, & vt expediat, vt mihi recepit, hortando, aliquid ita

ſed currentem. Suapte) Sponte videlicet motus erat. ſed tamen ſponte currētē hortabar. Iuxta illud, Acer, & ad pugnæ per ſe curſurus honores, Si tamē horteris, fortius ibit equus. Pie ſane fecit Quintus laudaui pietatem adoleſcentis in parentes. Hortante) Quintum ſed currentem adhortabar, per ſe videlicet facientem: addidi calcaria ſponte currenti, ignem camino, & ſulphur incendio. Rem) Confœderationem parentum. Græce) Iunge cum ſcripſi in epiſtola ſuperiori vbi agit de liberto vxoris. ἐν αἰνίγμασι.) In ænigmatibus, operte videlicet & obſcure, quo pacto qui loquitur ænigmaticus & ænigmatiſtes dicitur. Monēdū) Ænigmatiſtes.

tu proficies. Ego Laodiceæ Quæſtorem Meſſinium expectari iuſſi, vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates poſſim relinquere. Rhodum volo puerorum cauſa, inde q̃ primum Athenas, et ſi Eteſiæ valde reflauerint. Sed plane volo his magiſtratibus quorum volūtatem in ſupplicatione ſum expertus, tu tamen mitte mihi quæſo obuiam literas, nunquid putes Reipublicæ nomine tardandum eſſe nobis. Tyro ad te dediſſet literas, niſi eum grauiter ægrum Patris reliquiſſem. Sed nunciant melius eſſe ei. ego tamen angor. nihil enim illo adoleſcēte caſtius, nihil diligentius. Vale.

Lege mouēdū tētandū apte, omnia clanculum. Percunctando) Speculando, latenter indagādo, vt ſupra dictū eſt. ἀφελῶς) Simpliciter, prætendēdo ſimplicitatē, fingēdo te longius ire. Nominibus) De tabellis Milonis. Et vt expediat) Hortādo vt libertus expediat Milonis ratiões quas corrupit. Aliqd) Iūge cū ſequētibus, ita capies captatorē. Proficies) Ad optatū portū peruenies. Modo) Dū modo venerit Laodiceā, iſtud totū modo ipſe venerit, non eſt in priſca lectione. Eteſię) Eteſiæ.
Anniuerſarii vēti, de qbus lege quę copioſiſſime diſſeruimus ſuper illo verſu Lucretiano, Tēpore eo fiūt quo Eteſia flabra Aquilanū. Idē Cicero libro. 12. Epiſt. Famil. Ego tuorū cōſiliorū auctor, dignitatiſq; fautor iratus tēporibus in Gręciā deſperata libertate rapiebar, cū me Eteſię quaſi boni ciues relinquētē Rēp. proſeq noluerūt. Hieronymus cōtra Rufinū lib. 2. mēſe Auguſto flātibus Eteſiis. Plini⁹ lib. 11. Nat. hiſt. Solſtitiū ſentiunt maria multę vero & ferę. xviij. Cal. Auguſti, Ægypto Aquila occidit matutino, Eteſiarūq; prodromi flatus incipiūt. Ariſtoteles in libro de Mūdo, Vētorū qdā ſunt ratione flātes velut qui dicit̄ Cecias, & ii qdē in hyeme vt noti pręualent. Hi vero in æſtate, vt qui dicunt̄ Eteſiæ ex latis ab Aquilone & Zephyris. Scribit Marcellinus lib. 22. Eteſiarū flatus ꝑ dies quadragintaqnq; fuiſſe. Seneca lib. v. Naturaliū, Eteſię ob hoc ſomniculoſi a nautis & delicati vocant̄, q vt ait Gallio, mane neſciūt ſurgere. Volo) Venire. Alii codices. ſeruāt ſtolo, diuerſo ſenſu. In ſupplicatione) Senatus, q ſupplicauit vt Ciceroni triūphus daret̄. Lentulus Cōſul quo maius ſuū beneficiū faceret, ſimul atq; expediſſet q̃ eſſent neceſſaria de Rep. dixit ſe relaturū. Verba Ciceronis lib. 16. Epiſt. famil. Noie) Cauſa. Eſeæ) Quę & Eſiū Eſea.
vocat̄. eā Strabo ponit ante Spoletū. Nūc paſſim ita vocat̄. Codices antiqſſimi q fuere Ioannis Lamolæ Eſium.
Patris habēt. Cicero lib. 7. harū Epiſt. ad Atticū, Tyronē Patris ægrū reliqui, adoleſcētē vt noſti, & adde quiduis probū. Idē oſtendit M. idē lib. 16. Epiſt. Famil. Mox ſi intelliges opus eſſe te Patris conualeſcēdi cauſa paulum cōmorari, nihil me malle q̃ te valere. Patrę vrbs Achaię martyrio Diui Andreę nobilitata, ex quo Pauſanias ait, Hadriano ꝑmittēte Patris Heros Iudęus colebat̄, qd̄ de ipſo Apoſtolo nō dubiū eſt intelligere voluiſſe. Idē ſic ait, Hic regnauit Eumelus loci indigena, q Triptolemū habuit filiū, a quo terra culta Aroa dicta eſt, & ex eius filię noie Anthya ædificata. Meſatis quoq; vrbs tertia in medio Anthyę & Aroę extructa. Poſt hęc venit Patreus ex genere Agenoris, q Patras ciuitatē, quā incoluit nominauit. Per fines vrbis huius Glaucus fluui⁹ decurrit. Patrēſibus ſolis Auguſtus libertatē reſtituit, cū prius Achaia tota a L. Mūmio vna cū Corintho ſubiugata eſſet. Melius eſſe) Meliuſcule habere.
Patræ. Heros Iudę. Andręas. Eumelus. Glaucus flu.

ASCENſius. In ſupplicatione, ego intelligo in decernēda ſupplicatione pro rebus a Cicerone bene geſtis, non q ſupplicarint pro eo: eſt autē ſupplicatio quā nūc proceſſionē vocāt, & deorū in tēplis adoratio, qui in puluinaribus tunc deponebantur vt deoſcularentur. ASCENſius.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm inſtituiſſem ad te ſcribere, calamūq; ſumpſiſſem, Batonius e naui recta ad me venit, dum eſſem Epheſi, & epiſtolam tuam reddidit prid. Calend. Octobr. Lætatus ſum felicitate nauigationis tuę, opportunitate Piliæ, etiam mehercule ſermone eiuſdem de cōiugio Tulliæ meæ. Batonius autem miros

Argumentū. CXVII.

LÆTATVR Atticū feliciter nauigaſſe, q̃ritur de Eteſiis, a quib⁹ retardatus eſt. BATonius) Bato Sinopēſis de rebus Perſicis ſcripſit, Strabo auctor, Baton Comicus, cui⁹ fabulas nōnullas commemorat Suidas, ſed nihil ad Batoninum Ciceronis, quem fama obſcura recondit. Domū) Emēdadum eſſem. Piliæ) Vxoris, quæ tibi accommode affuit. PIVS. Bato.

Facere cum illo.

Terrores) Actiue, quos infert Cæſar & incutit. Dimiſſurum) Cæſarem niſi Pompeius dimitteret legiones. Cum illo facere) Fauere rebus Cæſaris. Horatius, Mecũ facit, & Ioue iudicat æquo. De illo) Bibulo. Anteferre ſe) Sæpe iactauerat Bibulus partum eſſe triũphũ & victoriã contra Parthos ductu ſuo & copiis. Quare tacite Ciceroni derogabat. Patruo) Mihi ænigmatice vt olim ſupra. Filio) Lege filij. Quinti Ciceronis adoleſcẽtis. Nimirũ patruus filii Pomponiæ eſt Cicero, Atticus auunculus. Victus) Legas euectus, quaſi dicat a noſtris. noſtri milites euexerunt eũ ac viribus noſtris radices egit, cũ ipſe milites amiſerit, nũc vero ſupbit vt victor.

Aphractus.

Aphractus) Nauis Pretoria immunita, qua vtũtur Rhodii, de quo ſupra. Cal. Octob. Quidam codices habẽt. Prid. Cal. Octob.

Conſcẽdere.

Conſcendẽtes) Verbum peculiare nauigãtibus. Cõſcẽdi ſimpliciter dicim⁹. i. nauigaui, quo ſcatent ſeculi felicis auctores. Cæteris lõgiſq;) Scribe, cęteriſq; lõgis.

Magis) Properari.

Rauduſculũ.

Rauduſculo) Priſci codices, rauduſculo habẽt. Raudũ antiqui æs dicebãt, & ab eo porta Rauduſculana.

Raudum.

Deſpicias) Emẽda diſpicias, hoc eſt conſideres. Ego) Ordo, Ego æquo animo eſſem, niſi Bibulus adniteret de triũpho. Senſus. æquo poſſem animo triũphũ cõtemnere, cuius ductu & auſpicio triũphus partus eſſet, niſi Bibulus de triũpho nullo ſuo merito cogitaret. Hoſpes) Nõ imperator.

Q̃ domo ſua) Quã nullã illic ſuã habebat. Admirare tur) Lege adniteretur. De triũpho) Triũphare. Æquo animo eſſem)) Alba ad triũphum linea eſſem, ſuſq; deq; triũphũ ducerem. ἀισχρόν) Integrũ eſt. ἀισχρὸν σιωπᾶν λαλοῦντος ἰσοκράτους) Turpe tacere loquente Iſocrate.

Turpe tacere

Fuerũt auctore Quitiliano, verba Ariſtotelis, cũ pomeridianis horis rhetoricã doceret, motus Iſocratis gloria.

At multa) Omiſi, nõ ſcripſi. Qui &) Alii codices, vt qui. Ei) Tibi. Cicero) Quitus nepos. Dices) Salutem articulatam.

ASCENſius

ASCENSIVS. Aphractis cæteris, longiſq; ſic legam, non cęteriſq; longis. quia ſic aphracti nauigia dicantur longa, qa vero prius ſe vſum dicit aphractis addit cæteris: & ne ſolis vti credatur, addit longiſq;.

terrores ad me attulit Cęſarianos. Cũ Lepta etiã plura locutus eſt. ſpero falſa, ſed certe horribilia. exercitũ nullo modo dimiſſurũ. Cum illo Pr. Deſs. Caſſium Pr. Lentulum Cos. facere. Pompeio in animo eſſe vrbem relinquere. Sed heus tu, nunquid moleſte fers de illo, qui ſe ſolet anteferre patruo ſororis tuæ filii? at a quibus euectus? Sed ad rem. Nos Eteſiæ vehemẽtiſſime tardarunt. Detraxit viginti ipſos dies etiam aphractus Rhodiorum. Calend. Octob. Epheſo cõſcendentes hanc epiſtolam dedimus L. Tarquinio ſimul e portu egredienti, ſed expeditius nauiganti, Nos Rhodiorum aphractis cæteris longiſq; nauibus trãquillitates aucupaturi eramus. Ita tamẽ properabamus, vt nõ poſſet magis. De Rauduſculo Puteolano gratũ. Nunc velim diſpicias res Romanas. Videas quid nobis de triumpho cogitandũ putes, ad quẽ amici me vocant. Ego, niſi Bibulus, qui dũ vnus hoſpes in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, q̃ domo ſua, adniterer de triumpho, æquo animo eſſem. Nunc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν. Sed explora rem totam, vt quo die congreſſi erimus, conſilium capere poſſimus. At multa, qui & properarem, & ei literas darem, qui aut mecum, aut paulo ante venturus eſſet. Cicero tibi plurimam ſalutẽ dicit. Tu dices vtriuſq; noſtrũ verbis & Piliæ tuæ & filiæ. Vale.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

IN Piræea cum exiſſem prid. Id. Octob. accepi ab Acaſto ſeruo meo ſtatim tuas literas, quas quidem cum expectaſſem iãdiu, admiratus ſum, vt vidi obſignatam epiſtolam, breuitatem eius: vt aperui rurſus, σύγχυσιν literarum, ꝙ ſolent tuæ compoſitiſſimæ, & clariſſimæ eſſe. Ac ne multa: cognoui ex eo, ꝙ ita ſcripſeras, te Romã veniſſe ad duode-

Argumentũ CXVIII.

ATTICVM febri perculſum dolet. Negat fratri prouinciam tradidiſſe. Filium Quintum non reliquit. De Tullia & Piſone nonnulla. De Cęſare & quatuor legionibus. Athenis ſtatio placet.

PIVS.

Piræeus.

DE PIRÆEA) Scribendum in Piræea. Piræeus portus & oppidum, vbi templum Iouis ſeruatoris, & Mineruæ Polliadis cum igne perpetuo & virginum domo. Muri Piræei deiecti fuere primum a Lacedæmoniis, deinde a Sulla, qui Piræeum per obſidionem expugnauit. Cum vidi) Subintellige admiratus ſum.

Synchyſis.

Σύγχυσιν) Confuſionem. Quæ ſolent) Legendum quod. Copioſiſſimæ)

Exemplaria priſca compoſitiſſime. Percuſſus) Veteres codices, perculſus. Nec magis) Lege, nec minꝰ. PIVS.
ASCENSIVS. Nec magis, ſic legam, non vt Pius, nec minus, quia mihi ſenſus eſt, Ego perculſus vehementer, nec tamen magis q̃ debui, quia debui vehemẽtiſſime ob tuã valetudinem percelli. ASCENſius
Ille) Acaſtus ait. Eſſet) Tibi. Incõmode) Siniſtre) Secus q̃ optares. Alibi incõmodi. Habentẽ) Patientẽ. Vernaculę linguę proxima locutio, qua & alibi M. Tullius vtiť. παραφύλαξον)) Obſerua. τὴν τοῦ φωρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα.. deprehẽſoris ambitionẽ ipſiſſime. Alii codices φραότου, hoc eſt obturãtis aures habẽt, φράσσω munio, ſepio. Alii codices nõ αὐτότατα, ſed αὐτοκράτορος qui ꝑ ſe põt, obſerua potentis hois audire negligẽtis ãbitionẽ. Sunt qui in paterno caſu αὐτοτάτου ſcribũt, qđ Plautꝰ ipſiſſimi cõuertit ex Ariſtophane. Ipſiſſima ãbitio ſignificat merã ãbitionẽ. Cęterũ ꝑ Phraoten Põpeiũ intelligit, vel ꝙ Ciceroni ſupplicanti propter terrores Clodianos, aures obſerauit, vel ꝙ obaudiuit Pompeius, qñ Cęſarẽ & Cæſaris amicitiã caueret admoneret. Quãtulacũq; eſt) Annecte ſequẽtibꝰ hoc ordine, Precianã hęreditatẽ, quãtulacũq; eſt, illã ne attingas. i. expẽdas, imminuas. κενόν) Vanũ, inanem. Expetẽdo) Triũphũ ãbiendo. ἄτυφον) Abiectũ, ſine vlla prorſus ãbitione & affectu glorię, q̃ lentitudo ac negligentia ſui eſt.

PIVS. Habere. Phrootes.

Autotatos. Ipſiſſimus.

Cenos.

cimũ Cal. Octob. cũ febre, perculſus vehemẽter, nec magis q̃ debui. ſtatim quęro ex Acaſto. Ille & tibi, & ſibi viſum, & ita ſe domi ex tuis audiſſe, vt nihil eſſet incõmode. id videbať approbare, ꝙ erat in extremo, febriculã tũ te habẽtẽ ſcripſiſſe. Sed clamaui tamen admiratusq; ſum, ꝙ nihilominꝰ ad me tuã manu ſcripſiſſes. Quare de hoc ſatis. Spero eñ, q̃ tua prudẽtia & tẽperãtia eſt, hercule, me iubet Acaſtus, confido te iã, vt volumus, valere. A Turãnio te accepiſſe meas literas gaudeo. παραφύλαξον, ſi me amas, τὴν τοῦ φωράτου φιλοτιμίαν αὐτότατα, hãc, quę mehercule mihi magno dolori eſt. Dilexi eñ hominẽ. ꝓcura (quãtulacũq; eſt) Precianã hęreditatẽ, prorſus illã ne attingas. Dices numos mihi opus eſſe ad apparatũ triumphi, in quo (vt ꝑcipis) nec me κενὸν in expetẽdo cognoſces, nec ἄτυφον in abiiciẽdo. Intellexi ex tuis literis te ex Turãnio audiſſe, a me prouinciam fratri traditã. Adeo ego nõ perſpexerã prudentiã literarũ tuarũ? ἔπειτα, vt ſcribebas, quid erat dubitatione dignũ? ſi eſſet quicq̃ cur placeret fratrem, & talemrelinqui, ἀθέτησις iſta mihi tua non ἐποχὴ videbatur, Monebas de Quinto Cicerone puero, vt eũ qdẽ neutiq̃ relinquerẽ. τοῦτο μὲν ἐρῶν ἐμοί, eadẽ omnia quaſi collocuti eſſemus, vidimꝰ. Nõ fuit faciẽdum aliter, meq; ἐπιχρονία ἐποχὴ tua dubitatione liberauit. Sed puto te accepiſſe de hac re epiſtolã ſcriptã accuratius. Ego tabellarios poſtero die ad vos erã miſſurus, quos puto ante vẽturos, q̃ noſtrũ Saufeium, ſed eũ ſine meis literis ad te venire vix rectũ erat. Tu mihi, vt polliceris, de Tulliola mea, id eſt de Dolabella, perſcribas, & de Rep. quã pręuideo in ſummis periculis. de Cenſoribus, maximeq; de ſignis, tabulis quid fiat, referatur ne. Id. Octobr. has literas dedi, quo die (vt ſcribis) Cæſar Placentiã quatuor legiones. Quęſo quid nobis futurũ eſt mature ſcribas. Athenis ſtatio mea nunc placet. Vale.

ἔπειτα) Deinde. In literis ſuis ſcripſerat Atticꝰ, nõ ꝓbare ꝙ Quinto Fratri dareť, & ſubditis nõnullis cauſis quare dãda nõ eſſet ſubdebat, verbũ, deinde, quaſi aliã cauſam ſubditurꝰ, vnde latẽter Cicero cognouit, Quinto nõ eſſe cõmittẽdã prouinciã propter cauſam nonnullã ſecretiorẽ, irã videlicet vel incõtinẽtiã. Quid erat) Nihil hoſtes repẽte dilapſos timebamꝰ, quare Quintũ relinqre rei militaris peritiorẽ neceſſũ nõ erat & ſi qd terroris ingrueret, cur in eo metu, fratrẽ relinquere volebamꝰ? Quidq̃) Dubitatione dignũ. Talẽ) Amãtiſſimũ mei. Relinquã) Lege relinqui. ἀθέτησις) Improbatio. Verba tua de relinquẽdo in prouincia ſucceſſore, improbabãt cõſiliũ de fratre reliquẽdo, nõ ſuſpẽdebãt. ἐποχὴ) Cũctatio. Neutiq̃) Nullatenꝰ. τοῦτο μόνον ἐρῶ μὲν ἐμε) Hoc ſolũ corroborabat me. Alij ſcribũt, ἐρῶν μοι, hoc eſt dicẽs mihi. Vidimꝰ) Eũdẽ ſcopon petiuimꝰ. ἐπιχρονία ἐποχὴ Diuturna dubitatio. Rectũ erat) Honeſtũ. Tabulis) Cõputationibꝰ prouincialis negocii & adminiſtratione vniuerſa prouĩcię. Referať) Proponať in Senatu necne. Has lr̃as) Subintellige dedi, celeritas defectũ patiẽs. In ꝓcinctu epiſtolã ſcripſit. Placẽtiæ) Subintellige eſt. Nobis) Triũphũ petẽtibꝰ tpe perintẽpeſtiuo, cũ iã claſſica ciuilia fremãt. Macte) Aio ac cõſilio vir. i. magis aucte, cumulate. Priſca exẽplaria maturehabẽt. Statio) Aliq exponũt armamẽtariũ Philonis architecti opus, nauiũ, cccc. capax. Sed qm

Athetesis.

Epoche. Neutiq.

Macte. Statio. Philonis armamẽtariũ.

addidit mea, videtur ſignificare ſe interiungere ac ſubſidere velle Athenis in procella temporũ. Plutarchus in Sylla, Nec diu poſt Pireus in Syllę poteſtatẽ venit, cuius pars maxima incendio vaſtata, vbi & Philonis armamẽtariũ opus ſiugulari admiratione proſequendũ. Nec mirum ſi ſtatio placet Athenis Ciceroni in hac tẽporũ procella. Quid enĩ fuit alicubi quod Athenis nõ pulcherrimũ viſeret, Gymnaſia Philoſophi, rhetores inaurara lingua, fulmina terrarũ, poetæ a ſideribus appellati, Academia Platonis, Lyciũ Ariſtotelis, Cynoſarges Diogenis, Viri in re militari cõſpicui, fora, porticus, theatra, templa, fontes, portus, munychia, macrotychi, hoc eſt longi muri, pireus, mare nauiũ capaciſſimũ, Athenę libris & liberis feliciſſimę fuerũt, adeo vt Romanus Imperator vere gręculos circũforaneos cõcaſtigauerit, q̃ cũ ſimias & ſatyros circũferrẽt, principũ ſuorũ vitas monimẽtis cõſcriptas, non Romã deferrẽt, qui geſta rũ rerũ claritate orbẽ terrarũ impleuerint. Illud Demoſthenis oratorũ principis ſemp iudicaui eſſe veriſſimũ, qui Athenas trophęũ ingenioꝝ erexiſſe ſcribit, cui ciuitati Sylla pepercit propter maiorũ & ciuiũ ſuoꝝ ſplẽdorẽ. Attica fides prouerbialiter dicebãt de illibata ac intemerata fide. Attici coacti patriã ſuã olim relinq̃re, dixerũt ſe bonũ cęlũ ac bonas ficus deſerere coactos. Nũc vero proh fatoꝝ pudor, Pãdionię quid ſunt, niſi nomina Athenę? Memini me legiſſe quẽdã egregiũ tñ pictorẽ, Dæmona ſiue Genium Atheniẽſiũ pinxiſſe, variũ, verſipellẽ, vagũ, incõſtãtẽ, grauẽ, leuẽ, celerẽ, multiuolũ, quos affectus picturæ cõcinnitas pręſeferebat. Virtutibus ſuoꝝ inuiderũt Atheniẽſes, vnde tot oſtraciſmi, petaliſmi, exiliorũ videlicet genera. Iudices togati vultures, apud quos Mars ſanguinarius abſolutus, & dãnatus Socrates.

Athenarum decora.

Athenarum Genius.

Argumentum. CXIX.

PIVS.

INCVLCAT iteratq; literas eiuſdẽ ꝓpoſiti quas Saufeio dederat, quoniã Saufeius ambulare, nõ peregrinari ſolet. Gaudet amicũ febricula leuatũ. De Cæſare nõnulla in ænigmatibus. Cõſilium de ſtatu ſuo futuro ab Attico petit, imminentem bellorum ciuilium tempeſtatem non ſine ſummo dolore videt, Cæſarem tamen & Põpeium ſe amplexum refert, Ciceronis amicitiam vterq; ambit. Locũ ſibi vlterius ad tergiuerſandũ non ſupereſſe. Quare etſi miſerum, tutum tamẽ fuiſſe in prouincia verſari. De triumpho ſuo ſubadmonet. Catonem triumpho ſuo adeſſe ſcribit, vult omnino a Cæſare diuelli. DEderam quidem) Scribendum equidẽ. Vt philoſophi ambulat) Quoniam philoſophi ociantur in itinere, non volant, vagãtur, circũeunt. Erat anim philoſophus Saufeius.

Philoſophi ambulant.

Has) præſentes literas. Alleuato) Exonerato, meliuſcule ſe habente. Nunciaret) Emenda, nũciarat. Cohorruiſſe) Extimuiſſe. Legionibus.) Quæ hoſtili animo Placentiam venerant. Φιλοτιμία) Ambitio. Bibulum ni fallor intelligit. Secus) Aliter. Per fortunas) Comprecatio per omnia bona Attici. phraſis Ciceroni familiaris, de qua nos alibi. Dimicationem) Contẽtionem inter Cæſarem & Põpeium.

Philotimia.

# M·T·CICERONIS
## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER SEPTIMVS.

### M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DEDERAM equidem L. Saufeio literas, & dederam ad te vnũ, q cum nõ eſſet temporis mihi ad ſcribendũ ſatis: tamen hominem tibi tam familiarem ſine meis literis ad te venire nolebam: ſed, vt philoſophi, ambulat, haud tibi redditũ iri putabam prius. Sin autẽ illas accepiſti, ſcis me Athenas veniſſe pridie Id. Octobr. E naui egreſſum in Piræeum, tuas ab Acaſto noſtro literas accepiſſe conturbatũ, quod cum febre Romã veniſſes: bono tamen animo eſſe cœpiſſe, quod Acaſtus ea, quæ vellẽ, de alleuato corpore tuo nũciaret: Cohorruiſſe autẽ me quod tuæ literæ de legionibus Cæſaris afferrent, & egiſſe tecum, vt videres, nequid φιλοτιμία eius, quẽ noſti, nobis noceret, & de quo iam pridem ad te ſcripſeram. Turanius autem ſecus tibi Brunduſii dixerat, quod ex his literis cognoui, quas a Zenone optimo viro accepi. Cur fratrẽ Prouinciæ non pręfeciſſem, expoſui breuiter. Hæc fere ſunt in illa epiſtola. Nunc autẽ reliqua. Per fortunas, omnẽ tuũ amorem quo me es amplexus, omnẽq; tuam prudentiam, quã mehercule in omni genere iudico ſingularem, confer te ad eã curã, vt de omni ſtatu meo cogites. Videre enim mihi videor tantã dimicationem,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Reſpexit)lege Reſpexerit. Sed tantū)Videre videor dimicationē. Hoc malum) Ciuile bellum. προβλημα) Quæſtionem. Suſcipe)Curandam. Te audiſſe) Obediuiſſe tibi. Admonentem) Ac dicentem, ἄλις δρυός. Ἀλλ' ἐμὸν) Sed meum nunq̄ animum in pectoribus perſuaſit patriæ. Significat verſus Homericus ex primo Odyſſeæ, Nunq̄ potuit vox tua ſapientiſſima intrare pectora mea, hoc eſt animi arcana, vt amplexarer ocium, deſerta Republica. Patriæ) Subintelligitur charin, hoc eſt gratia & amore patriæ. Alterum)Pompeium. Alterum)Cęſarem. Tātum valebat) Poterat, altiſſimis radicibus erat.

niſi idem deus, qui nos melius, q̄ optare auderemus, Parthico bello liberauit, reſpexerit Rempub. quanta nunq̄ fuit. Age hoc malum, quod mihi commune eſt omnibus, nihil tibi mādo, vt de eo cogites. Illud meū proprium πρόβλημα quæſo ſuſcipe. Vides ne, vt te authore ſim vtrunque complexus Pompeium & Cæſarem? At vellem a principio te audiſſe amiciſſime admonentem. ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσιν ἔπειθε πατρίδος. ſed aliquando tamen perſuaſiſti, vt alterum complecterer, quia de me erat optime meritus: alterum, quia tantum valebat. Feci igitur, atque effeci omni obſequio, vt neutri illorum quiſq̄ eſſet me charior. Hæc enim cogitabamus, nec mihi iuncto cum Pompeio fore neceſſe peccare in Rempub. aliquādo: nec cum Pompeio ſentienti pugnandum eſſe cū Cęſare: tanta erat coniunctio illorum. Nunc autem impendet, vt & tu oſtendis, & ego video, ſumma inter eos contentio: me autem vterque numerat ſuum: niſi forte ſimulat alter. Nam Pompeius non dubitat (vere enim iudicat) ea, quę de Repub. nunc ſentiat, mihi valde probari. Vtriuſque autem accepi eiuſmodi literas eodem tempore quo tuas, vt neuter quenq̄ omniū pluris facere, quàm me videretur. Verum quid agā, non quæro. Si enim caſtris res geretur, video cum altero vinci ſatius eſſe, quàm cum altero vincere. Sed illa, quæ tum agentur, cum venero: ne ratio abſentis habeatur, vt exercitum dimittat. Dic M. Tulli. Quid dicam? Expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. Non eſt locus ad tergiuerſandum contra Cæſarem. Vbi ſunt illæ denſæ dexteræ? nam vt illi hoc liceret adiuui rogatus ab ipſo Rauennæ de Cælio Trib. pleb. ab ipſo etiam Cn. noſtro in illo diuino tertio Cōſulatu, aliter ſenſero? αἰδέομαι non Pompeium modo, ſed Τρῶας, καὶ Τρῳάδας. Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχάω. Quis? Tu ipſe ſcilicet laudator & factorum, & ſcriptorum meorū. Hanc ego plagā effugi per duos

Itaq; effeci & omni) Scribe. Feci igitur atq; effeci omni obſequio. In Republica)In adminiſtratione Reipub. veteres codices in Rempublicā.

Nunc impendet)Priſca exēplaria, Nunc autem impendet. Quid agam?) Agendum ſit. Caſtris) Aperto marte, collatis ſignis. Cum altero) Pompeio. Sed illa) Subintellige, me mouent.

Tum agentur) Tunc cum venero, in Senatu tractabuntur. Pone, fac quod in concilio dicatur, feras ſuper hac re ſententiam Cicero. Abſentis) Ne Conſulatum abſens petere poſſit Cæſar. Dic M. Tulli) Sententiam ſuper rebus Pompeii vel Cæſaris.

Expecta)Cum dicturus ero ſententiam, continuo reſpondebo. Expecta dum conſulā Atticum, mature dicendum erit, pauſa non erit opus, tēpus ad aurem ſcalpendam nō erit, vt prouerbio fertur.

Tergiuerſandum)Diſſimulandum. Denſæ dextræ) Fides inuicem datæ Cæſari ab Pompeio, Pompeio ab Cæſare. Verum eſt illud, Non bene cum ſociis regna, veniſque manent. Vt illi) Abſenti Cæſari petere magiſtratum. Adiui) Emendandum Adiuui. Ab ipſo) Cæſare. De Cælio) A Cælio. Dicit ſe adiuuiſſe Cæſarem exoratum a Cęlio amico Cæſaris. Ab ipſo autem) Hæc vltima dictio vacat. Cn. noſtro) A Pompeio adiutus eſt Cæſar, cum fixit leges atque refixit, vt Cęſari abſēti vni integrum eſſet poſſe petere Conſulatum. Aliter)Si aliter ſenſero. Si nūc aliam ſententiam feram de Cæſare q̄ prius. Τρῶας) Romanorum linguas, ne me iure verſipellem dicant. Πουλυδάμας) Offenſam incurram Heroici viri Cæſaris, & vt apud Homerum Hector Polydamanta: ita ego ſinguli cuiuſque ignaui vires reformidabo. Polydamas me primus redarguet: de quo verſu ſupra dictum eſt affatim: cum ex Ariſtotele carmen huiuſmodi adducente, fortitudinis ſpecies excutiuntur. Quis?) Arguet. Plagam) Difficultatem, notā, honoris mei ſuggillationē.

Dēſę dextrę.

Stultus.

Superiorum) Antiqua exemplaria ſuperiores. Stultus) Aliquis. Stultus proprie loquendo rudem ſignificat: quem inconſideratum dicimus. Declarant hoc feriȩ ſtultorum, in quibus de forte præteritis diebus, fit inſtauratio. De triumpho) Subintellige, placet. Extra vrbem) Placet ne tibi, vt ſim extra vrbem captata aliqua iuſta cauſa. Opus fuit) Oppportunum fuerat. οὐδὲ πάρεργον.) Obiter.

Epitecta.

Ε᾿πίτηκτα) Aduentitia, non ingenita, non propria. Aliqui fluxa interpretantur. Ab ἐπὶ & τήκω liquefacio. Quare) Veteres codices, Quàm pro quantum q̃ eſt difficile Dij boni non poſſe benefacere, vel ſi non licet operari: latere ſaltem, & animum ſuũ abſcõdere.

Ebole Thucydidis.

Ε᾿κβολὴ λόγου) Digreſſio ſermonis Thucydidi peculiaris cum adoritur conciones illas luculentiſſimas grauitatem redolentes, ac ſanctioris ærarii facundiam.

Α᾿πόριστον) Facilem comparatu: certum, ſed legatur, εὐπόριστον. Supplicatione) Quam Lentulus impediuit, ſeu quiuis alius.

Lẽtuli vnde.

Lentuli nomen deriſit P. Oppius, quod aſſidue minores parentibus filij eſſent in naſcẽdo: Lentuli quaſi eſſent lentiores. Hinc

Lẽtuleitas.

Lentuleitatem Cicero dixit quaſi illudens nobilitatis ſuperbiam. Non decreuit) Iterentur voces, non decreuit. Qui non decreuit, non decreuit quaſi. Vel. Aduerſatus, nihil effecit, nihil quoq; in triũpho efficiet. Scribẽdo) Subſcribendo. De ſententia Catonis) Tanq̃ ſibi contraria, ſi geſtis Ciceronis cenſet Cato ſupplicationẽ indulgendã, tãto magis triũphũ debuiſſet. Sed de triũpho non aſſentit, de ſupplicatione cẽſet. Aliqui interpretant̃ triũphat. i. lætat̃ quod Cato perhonorifice de me locutus ſit. Nã vt refert Cicero libro. xv. epiſt. Famil. Cato Ciceroni togato ſupplicationẽ decreuit, & vt epiſtola Catonis ad Ciceronẽ ſcripta eodẽ lib. xv. ſignificat Catonẽ ob hoc bellũ decreuiſſe Ciceroni ſupplicationẽ. Sed non triũphũ: cui tñ tandẽ eſt aſſenſus. Catonis verba ſunt hæc, Itaq; quod pro meo iudicio facere potui, feci ſupplicationẽ decretã. Si tu qua in re nihil fortuito, & quȩ ſequuntur. Subdit, Quod ſi triumphi prȩrogatiuam putas ſupplicationẽ & idcirco caſum potius q̃ te laudari mauis, neq; ſupplicationẽ ſequitur ſemper triũphus, & triumpho multo clarius eſt Senatum iudicare potius mãſuetudine & innocẽtia imperatoris prouinciã, q̃ vi militũ aut benignitate deorũ retentã atq; conſeruatã eſſe. quod ego mea ſententia cenſebã. Subdit Cicero eodẽ in lib. Reſq; ipſa declarat tibi honorem noſtrũ ſupplicationis fuiſſe iocundũ, quod ſcribendo affuiſti. Hȩc enim S.C. non ignoro ab amiciſſimis eius, cuius de honore agitur, ſcribi ſolere. Patet ergo quare Cæſar inimicus Catonis triumphabat de ſententia Catonis, qui decreuiſſet ſupplicationẽ, nõ triumphum. Infra, Cato quid agat, qui dum in me quidem turpiter fuit maleuolus, dedit integritatis, iuſtitiæ, clementiæ, fidei mihi teſtimoniũ quod non quȩrebã, quod poſtulabã negauit. Id itaq; Cȩſar quomodo exultat Catonis in me ingratiſſimi iniuria? At hic idem Bibulo fauet. Ignoſce mihi, non poſſum hȩc ferre, nec ferã.

ſuperiores Marcellorum Conſulatus, cum eſt actum de Cȩſaris Prouincia. Nũc incido in diſcrimẽ ipſum. Itaq; vt ſtultus primus ſuam ſententiam dicat, mihi valde placet. De triumpho nos moliri aliquid: extra vrbem eſſe cum iuſtiſſima cauſa: tamen dabunt operam, vt eliciant ſententiam meam. Ridebis hoc loco fortaſſe, q̃ vellem etiam nunc in prouincia morari. Plane opus fuit, ſi hoc impendebat, & ſi nil miſerius. Nam οὐδὲ πάρεργον. velle te hoc ſcire: omnia illa prima, quæ etiam tuis literis in cœlum ferebas, ἐπίτηκτα fuerunt. Quàm eſt facilis virtus, quàm vero difficilis eius diuturna ſimulatio. Cum enim hoc rectum & glorioſum putarem, ex annuo ſumptu, qui mihi decretus eſſet, me C. Cælio Quȩſtori relinquere annuũ: referre in ærarium ad HS M. ingemuit noſtra cohors, omne illud putãs diſtribui ſibi oportere: vt ego amicior inuenirer Phrygum & Cilicum ȩrariis, quàm noſtro: ſed me non mouerunt. Nam & mea laus apud me plurimum valuit: nec tamen quicquàm honorifice in quenquàm fieri potuit, quod prætermiſerim. Sed hæc fuerit, vt ait Thucydides, ἐκβολὴ λόγου non inutilis. Tu autem de noſtro ſtatu cogitabis. Primum, quo artificio tueamur beneuolentiam Cæſaris. Deinde, de ipſo triumpho: quem video, niſi Reipub. tempora impedient, ἀπόριστον. Iudico autem cum ex literis amicorum, tum ex ſupplicatione, quam qui non decreuit, non decreuit quaſi omnis decreuiſſet triumphos. Ei porro aſſenſus eſt vnus familiaris meus Fauonius: alter iratus Hircius. Cato autem & ſcribendo affuit, & ad me de ſententia ſua iucundiſſimas literas miſit. Sed tamen gratulans mihi Cȩſar de ſupplicatione, triũphat de ſentẽtia Catonis, nec ſcribit quid

Illi ſententię) Contra illam ſententiam Catonis. Vel tacet Cęſar honorificam Catonis de me ſentẽtiam, quod Cæſar, pus ac venenum ſparſurus tacet. Lege infra, Cęſar Catonis inimicus in epiſtola ad Ciceronem improbat ſententiam Catonis, quod Ciceroni ſupplicationem decreuerit, ac triumphum denegauerit. tanquam ſupplicatio prerogatiua ſit triumphi, vt idem Cato in quadam ad M. Ciceronem epiſtola ſtomachanter (vt reor) innuit. Eum) Catonem. Non decreuiſſe) Catonẽ, ſed non oppugnaſſe decernentes: & affuiſſe ſcribendo neceſſitate potius q̃ amore. Habes Scropham) Amicum placa.

illi ſententię dixerit, ſed tamen ſupplicationem eum mihi non decreuiſſe. Redeo ad Hircium. Cœperas eũ mihi placare, perfice. Habes Scrofam, habes Syluiũ: ad eos ego etiã antea, & ad ipſum Hircium. Locutus enim erat cum iis: commode ſe potuiſſe impedire, ſed noluiſſe. Aſſenſum tamẽ eſſe Catoni amiciſſimo meo, cum is honorificentiſſimam in me ſentẽtiam dixiſſet, nec me ad ſe vllas literas miſiſſe, cum ad omneis mitterem. Verum dicebat. ad eũ enim ſolum, & ad Craſſipedem non ſcripſerã. Atq; hæc de rebus forẽſibus. Redeamus domum: diiũgere me ab illo volo. Mirus eſt φυράτης germanus Lartidius ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ. Reliqua expediamus. Hoc primum, ꝙ acceſſit cura dolori meo. Sed hoc tamẽ quicquid eſt precianũ cũ his rationibus, quas ille meas tractat admiſceri nolo. Scripſi ad Terẽtiã, ſcripſi etiã ad ipſũ me quicquid poſſet nũmorũ ad apparatũ ſperati triũphi ad te redacturũ. Ita puto fore, verum vt videbitur. Hanc quoq; ſuſcipe curam: quemadmodum experiamur. Id tu & oſtendiſti quibuſdam literis ex Epeiro Athenas datis, & in eo ego te adiuuabo. Vale.

Ego etiã ſcripſi) Vetuſta exẽplaria ſic. Ad eos ego etiã antea. Nec me) Ait Hircius. Dicebat) Hircius. Caſſii fidem) Lege Craſſipedẽ. Domũ) Ad propiora, & quę me attingũt maxime. Ab illo) Decoctore Germano Lartidio. φυράτης) Permiſtor. i. perturbator. φύ ω miſceo. Ἀλλὰ) Iſta moleſta quidẽ anteacta valere ſinamus. Citatur ex Agathonis ſententiis ab Ariſtotele lib. v. moraliũ, μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερεῖται, ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. hoc eſt. Et enim illud vnum ipſi negatũ eſt & deo, vt infecta reddat, facta quę fuerint ſemel. Nota eſt Phocylidis ſentẽtia, malis p̄teritis animũ nõ eſſe excruciandũ: qm̃ q̃d ſemel eſt factũ, infectũ fieri non queat. Expediamus) Iunge ſequẽtib⁹. Q̃d) Propter quod, vel quo. Pręcianũ) Pecuniã redactã ex p̄ciano fundo, nolo rationibus meis admiſcere cæteris, vſurus illa pecunia ad priuata atq; domeſtica. Ad ipſum) Rationatorẽ meum. Redacturũ) Redigere debere, redigat. Fore) Quod redi get & ita decet. Putat tñ Aldus hic deeſſe verbũ gręcum ἀμεμπτα. i. nõ accuſãda. Vt videbitur) Tibi fiat. Experiamur) Triũphũ tentare debeamus. Athenis) Quid ſi Athenas? vt innuat Atticũ ſcripſiſſe ex Epiro Athenas, vbi erat Cicero. Et in eo) Verba erant Attici ad Ciceronẽ quibus ſignificabat ſe in cauſa triũphi adiuturũ Ciceronem.

Phyrates.
Factũ infectũ eſſe nõ poteſt

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

BRunduſium venimus. VII. Calend. Decemb. vſi tua felicitate nauigãdi: ita belle nobis flauit ab Epeiro leniſſimus Auſter & mitis. Hunc σπουδάζοντα, ſi quo voles, τὸ σπουδάζοντα νεώτερον pro tuo vẽdito. Inualetudo tua me valde conturbat. Significant enim tuæ literę te prorſus laborare. Ego aũt cũ ſciã q̃ ſis fortis, vehementius eſſe quiddam ſuſpicor, quod te cogat cedere, & propemodũ infringat. et ſi alteram

Argumentum. CXX.

INVALETVDINE Attici torquetur. Tyronis laus. Amorem erga ſobolem eſſe naturalem. Gratulatio de ſermone Pompeij ad Ciceronis laudem vergente. Nonnulla de triumpho. Maleuolum fuiſſe Catonem. Inuehitur in Chryſippum. Angitur de imminentibus Reipublicæ periculis. PIVS.

BRVNDVSIVM) Alio nomine Brendam vocarunt. Tua) Tibi peculiari: identidem fauſte nauigauerat Atticus. Anches) Scribendum Auſter. Hunc σπουδάζοντα) Studentem hoc eſt obſequentem tibi habebis ventum. Si qui) Lege. Si quo. Voles) Subintellige, ire. τὸ σπουδάζοντα νεώτερον) Non vterer iſta dictione ſtudet ventus, niſi auctoritas tua mihi perſuaderet. Nam tu illo loquẽdi genere es vſus. νεωτέρων legit Aldus, id eſt iuniorum. Poteſt defendi in eadẽ ſignificatione νεώτερον hoc eſt iſtud neotericũ verbũ σπουδάζοντα, pro tuo vẽdito. Vẽdito) Vtor ac impertio auribus quiritum.

Studet vẽt⁹.
Vendito.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quartana)Lege Quartanam. Deceſſiſſe)Abijſſe,te reliquiſſe. Alteram leuiorẽm) Simplicem.
Trebula. Trebulano)Trebula in Sabinis,nunc Treuiũ dicta olim Mutiſcę & Trebulani ſuffenates. Iã) Alij
Mutiſcę. codices,eã. Animũ)Ingeniũ & induſtria,nõnulli codices manũ adhuc ſeruãt. Si quod vis)Legẽdũ,
Quiduis. Quid vis.i.vndecũq;.Cicero de Orat.Mũmiũ quiduis tẽporis hominẽ eſſe. Quã tu velles) q̃ tu mea
Autochthõ. omnia curas:pręſertim Tyronẽ mihi cariſſimũ.Sunt qui ſcribũt,Quantũ vellet. Αὐτόχθων) Ingeni-
Decretoriũ. ta,natiua. De tortorio)Veteres codices,Decretoriũ.Teſtamẽtũ decretoriũ de quo aliquis teſtator oſten
dit beneuolentiã inſtitutorũ
hęredum ab eo. Ex libella)
Libella. Duabus partibus. Libella ar-
gẽtea fuit, & valebat aſſem
æris. Cum minimã pecunio-
lã ſignificare volebant, aſſem
& libellã dicebant.Cicero pro
Roſcio Comœdo teſtis, &
Plaut⁹ in Pſeudolo,Si ſupre-
mi prõptas Theſauros Iouis,
tibi libellã argẽti nũq̃ credã.
Cic.in Verrẽ Actione tertia,
Ecqs Volcatio ſi ſua ſpõte ve-
niſſet, vnã libellam dediſſet?
Teruncia. Te vrnia) Legũt aliq terũ-
cia,hoc eſt trib⁹ partibus.Var
ro,Terũcius a trib⁹ vnciis di-
ctus q; ſit libellę quarta pars
quõ & quadrãs aſſis. Corcy-
rę)Teſtamẽtũ Corcyrę factũ
refert ſi ita legit.Cęterũ emẽ
datiſſimi codices ſic habent,
Corcylen Alexionque meos
opipare muneratus eſt.Signi
gnificat ſi ita legatur, Corcy-
len Ancillã & Alexiũ Cicero
nis amanuenſem egregie re-
muneratũ eſſe Tyronẽ. Opi
Opipare. pare)Affluẽter & laute. Thy
Thyamis. amin) Thyamis fluui⁹ & pro-
mõtoriũ in Epiro. Filiola)
Cęcilia. Στοργὴν) Natalem
eſſe amorẽ erga ſobolẽ. Bene
eueniat) Educare liberos &
tollere, cũ ſit in manu fortu-
nę malos an bonos educare.
Carneades,cũ ducis vxorem,
ait,rogãdos eſſe deos,vt felix
fauſtũq; ſit:qm̃ pater ſępe ex
Turdus pater. homine fit turdus, ſibi ma-
lũ cacat.Cicero ait optime ſpe
randũ eſſe, & vt ait Hierony-
mus:dicebãt vxorẽ eſſe ducẽ
dã ne Gamelius Iuppiter of-
fendatur.M. Tullius ſpurcã
hãc ait eſſe reſpõſionem.Bene
ſperandũ monet:vxorẽq; du-
cendã, conſulendũq; publicæ
rei. Aldus legit. bene cõue-
niat,hoc eſt,Vxorem ſi ducis
viderit vtilitas. Facito quod
in rẽ tuã ſit,vel ſit ſimilitudo
Carneades. morũ in cõtrahentibus. Carneades)Nouę Academię philoſophus,qui ter animã purgauit helleboro,
vt Zenonis argumẽtis ſufficere poſſet. Spurce)Abſurde. Lucius)Luceius. Patron)Epicureus Ad
ſe referãt)Propter vtilitatẽ ſuã pendãt. Quidq̃ alterius)Corrige,Nec quicq̃ alterius. Nõ putẽt)Era-
de inficientẽ particulã. Cũ)Emenda,& cũ. Ea re)In ea re,in hoc tm̃,vel propter id. Habeat) In ſe,nõ
propter aliud. Non quo)Non vt. Id)Benefacere,& alteri cõmodo eſſe.Bonũ nõ eſt natura bonum,niſi

quartanam Pãphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe:& alteram leuiorẽ accedere. Terẽtia vero,quę quidẽ eodẽ tempore ad portã Brunduſinã venit,quo ego in portum,mihiq; obuia in foro fuit,L.Põtinum ſibi in Trebulano dixiſſe narrabat etiam eã deceſſiſſe. Quod ſi ita eſt,quod maxime mehercule opto,id ſpero tua prudentia & temperantia te cõſecutum. Venio ad epiſtolas tuas,quas ego ſexcentas vno tempore accepi: aliã alia iucundiorem,quæ quidem erant tua manu. Nam Alexidis manum amabam, q; tam prope accedebat ad ſimilitudinem tuæ literæ: manum non amabam, quia indicabat te non valere. Cuius quoniam mentio iam facta eſt, Tyronem Patris ægrum reliqui: adoleſcentem (vt noſti) & adde quiduis probum. Nihil vidi melius. Itaq; careo ægre:quanq̃ videbatur ſe nõ grauiter habere, tamen ſum ſolicitus: maximamque ſpem habeo in M.Curii diligentia,de qua ad me ſcripſit Tyro, & multi nunciarunt. Curius autem ipſe ſenſit,quãtũ vellet a me diligi,& eo ſum admodũ delectatus, & mehercule eſt, quem facile diligas, αὐτόχθωρ in homine vrbanitas. Eius teſtamentum decretorium Ciceronum ſignis obſignatum, cohortisque prætoriæ: fecit palam te ex libella, me ex teruncia, Corcylen, Alexionq; meos opipare muneratus eſt. Q. Ciceroni obſiſti non potuit, quo minus Thyamin videret. Filiola tua te delectari lætor, & probari tibi ϛοργὴν φυσικὴν eſſe πρὸς τὰ τέκνα. Etenim ſi hæc non eſt, nulla poteſt homini eſſe ad hominem naturæ adiunctio, qua ſublata vitæ ſocietas tollitur. Bene conueniat,inquit Carneades, ſpurce,ſed tamen prudentius, q̃ Lucius noſter, & Patron,qui, cum omnia ad ſe referant,nec quicq̃ alterius cauſa fieri putent, & cũ ea re bonum virum oportere eſſe dicãt,ne malũ habeat, non quo id natura rectũ ſit,non intelligunt ſe de callido homine loqui,non de bono viro. Sed hæc opinor ſunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi

addidiſti. Redeo ad Remp. quomodo expectabã epiſtolam, quam Philoxeno dediſſes? (ſcripſeras enim eam eſſe de ſermone Pompeii Neapolitano) eam mihi Patro Brunduſii reddidit: Corcyræ (vt opinor) acceperat, nihil potuit eſſe iucundius. Erat enim de Repub. de opinione, quam is vir haberet integritatis meæ. De beneuolentia, quam oſtendit eo ſermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundiſſimum, ꝙ te intellexi ad eum veniſſe, vt eius animum erga me perſpiceres. Hoc mihi inquam accidit iucundiſſimum. De triumpho autem nulla me cupiditas vnq̃ tenuit ante Bibuli impudẽtiſſimas literas, quas ampliſſima ſupplicatio conſecuta eſt: a quo ſi ea geſta ſunt, quæ ſcripſit, gauderem, & honori fauerem. Nũc illum, qui pedem porta, quoad hoſtis cis Euphratem fuit, non extulerit: honore augeri, me in cuius exercitu ſpem illius exercitus habuit, idem non aſſequi: dedecus eſt noſtrum, noſtrum inquam te coniungens. Itaque omnia experiar: &, vt ſpero, aſſequar. Quod, ſi tu valeres, iam mihi quædam explorata eſſent, ſed (vt ſpero) valebis. De Rauduſculo Numeriano multum te amo. Hortenſius quid egerit, aueo ſcire. Cato quid agat: qui, dum quidem in me turpiter fuit maleuolus, dedit integritatis, iuſtitiæ, clementię, fidei, mihi teſtimonium, quod non quærebam: quod poſtulabam, negauit. Id itaque Cæſar his literis, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur: quomodo exultat Catonis in me ingratiſſimi iniuria? At hic idẽ Bibulo dierum. XX. Ignoſce mihi, non poſſum hæc ferre, nec feram. Cupio ad omnes tuas epiſtolas, ſed nihil neceſſe. Seſtiæ enim te videbo. Illud tamen de Chryſippo: nam de altero illo minus ſum admiratus operario homine, ſed tamen ne illo quidem quicq̃ improbius: Chryſippum vero, quem ego propter literularum neſcio quid libẽter vidi, in honore habui, diſcedere a puero inſciente me. Mitto alia, quę audio, multa. mitto furta. Fugam non fero, qua mihi nihil viſum eſt ſceleratius. Itaque vſurpaui vetus illud Druſi, vt ferunt, Pr. in eo, qui eadem liber non iuraret: me iſtos libertos non addixiſſe: præſertim cum adeſſet nemo: a quo recte vindicarentur. Id tu, vt videbitur, ita accipies. Ego tibi aſſentiar. Vni tuę diſertiſſimæ epiſtolę non reſcripſi, in qua eſt de periculis Reipub. Quid reſcriberem? valde eram perturbatus, ſed vt nihil magnopere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulũ ſemiuiuum reliquerunt. Vale.

inquantum tollit malũ. Ergo bonũ eſſe oportet, ne malum habeas. Abdidiſti) Scribe, addidiſti vt aliquando meliora mediter. Quo modo) Interrogatiue, quo deſiderio. Ea eſſe) Corrige, eam eſſe. Corcyræ) A Philoxeno. Is vir) Pompeius. Ampliſſime) Legendum ampliſſima. Ad idem) Ad vacat. Aſſequar) Cõſequar. Explorata) Percepta, certa. Eſſent) De rebus meis & triũpho. Numeriano) Veteres codices puteolano. Turpiter maleuolus) Triumphũ denegando, ſupplicationẽ decernẽdo. Cupio) Reſpõdere. Seſtię) Ciuitas Oenotriæ mediterranea. Chryſippo) Liberto. Diſcedere) Quid tibi videtur? patine potero? Vetus illud) Ita corrigo. Vet⁹ illud Druſi Prętoris ĩ eo, cui eadẽ nõ liberẽt. Iurarem me ad iſtos libertos nõ addixiſſe, id eſt idẽ dixiſſe & dicẽdo approbaſſe. Agebat eñ apud Druſum dominus de ingratitudine libertorũ. Addixiſſe ſignificat cõfirmaſſe, adiudicaſſe libertati. Virgilius libro. 3. Aeneid. Huic me quęcũq; fuiſſet, Addixi. Paulus Iuriſconſultus, Ea melior conditio dicitur, quã venditor approbauit, cui licuit non addicere. Vindicarentur) In libertatem reuocarentur. Si nihil mutas ſignificabit non addixiſſe liberos, id eſt filios non vendidiſſe præceptorib⁹ meliores inuenturum.

Seſtia.

Addicere.

Argumentum. CXXI.

APPELLENS Italiæ Cicero hanc vnam voluptatem capit ꝙ conualuiſſe Atticum conijcit. Declamat mox an in prouincia diutius eſſe debuiſſet. Altera ſpecies declamationis de Pompeio Cęſareq;. Triumphũ abijcere ſe paratum ait. De partibus probandis vel improbandis ἀδιαφορία nõ placet. Obiter errata Põpeij conſpergit. Concordia placet. Cæſarem corripit. Exitũ Põpeianum timet. De Philotimi rationibus. Excuſat ſe ꝙ Piręea ſcripſit. Laus Terentij poetę. Cæſar blandas literas mittit.

PIVS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dicearchus.
Practicus.

ESCVLANVM) Scribe Tuſculanum. De Diçearcho) Qui ſpeculatiuæ præponebat vitam practicam. Dixerat enim Cicero in ſuperiori quadam epiſtola, ſe propter tumultum, in quem incidit, maluiſſe Diçearchum ſequi, hoc eſt diutius fuiſſe in prouincia. Non probat Atticus, tamen dicit & ſi fuiſſet probabile, tu fuiſti cauſa reditus, quoniam quotidie interpellabas, ne quid inter cęſa & porrecta adijceretur. Et approbante te) Vetuſti codices, Et approbatum a te. Contentione) Efflagitatione reditus. Noſtrum) Caſſio aut Bibulo. Suſtineam) Non poteſt hæc in me reiici culpa. Si hoc melius) Deceſſiſſe. Videtur.) Melius hoc fuiſſe deceſſiſſe. In hoc ipſo) Tumultu, articulo, & cardine rerum. Vtrumuis) Scribendum vtriuſuis, vel concordię vel victoriæ. Ἀμεταμέλητος) Non pœnitenda.

Sexto) De Republica.

Informatus) Inchoatus, non omnino perfectus.

Quid faciam) Qualem me debeo erga te præſtare. Libros) De Republica. Deuorasti) Significat mirificum deſiderium, vt apud Catullum, viam vorare, Ipſum) Triumphum, Rem tãtam Appoſitiue. Alii legunt. Ob rem. Antiquius) Maioris ponderis. Iuxta illud Plauti, Moribus antiquis adoleſcẽs. In antiquis fuit omnis bonorum cumulus. Vtilius eſſe) Iunge cum illo, Me eſſe cum imperio. Deliberationem) In vtrãq; partem diſputationem, vtra pars tenenda ſit.

Deuorare.

Illud) Cum venis ad Pompeium. Illum) Pompeium

Pro meis officiis) Erga Põpeium. Pro ipſius) Pompeij

In alios) Gabinium, Vatinium ſtrumas purpuratas.

Effuſione) Prodigentia non modo liberalitate. Nonnulli illam liberalem fuiſſe ſcribũt, & ad Rempublicam referũt.

Eius rei) Parſimoniæ Pompeij vel Reipublicæ erga me. Placebat Attico illud Pindari dictum, qui cẽſebat virum a carceribus ad metas debere eſſe bonum. Sine conſtantia & æquabilitate nullam virtutem putes, inquit alibi Cicero. In ſacris literis ſapiens ſoli comparatur, lunæ fatuus: qui ſemper eſt in animi freto. Stare loco neſcit, modo meus, modo tuus, qua vẽtus flat, ita teſte Plauto, velum vertitur. Totumq; ſe ille) Quidam ad Remp. non ad Pompeium ſuperiora referunt, ac totam & illa ſcribũt.

In me) Exornandũ. Profudiſſet) Effudiſſet laxo & be-

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD. VIII. Iduum Decemb. Tuſculanum veni, & ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit: quibus hanc primo aſpectu voluptatem cepi, quòd erãt a te ipſo ſcriptæ: deinde earum accuratiſſima diligentia ſum mirum in modum delectatus, ac primum illud: in quo de Diçearcho mihi aſſentiri negas, & ſi cupidiſſime expreſſum & expetitum a me ſit, & approbatum a te, ne diutius anno in Prouincia eſſem, tamen non eſt noſtra contentione perfectũ. Sic enim ſcito verbum in Senatu factum eſſe nunq̃ de vllo noſtrũ, qui prouincias obtinuimus, quo in his diutius, q̃ ex S.C. maneremus, vt iam ne iſtius quidẽ rei culpam ſuſtineam, quo minus diu fuerim in Prouincia, quã fortaſſe fuerit vtile. Sed quid ſi hoc melius? opportune dici videtur, vt in hoc ipſo. Siue enim ad concordiam res adduci poteſt, ſiue ad bonorum victoriam, vtriuſuis rei me aut adiutorem velim eſſe, aut certe non expertem: ſin vincuntur boni, vbicunq; eſſem, vnà cum iis victus eſſem. Quare celeritas noſtri reditus ἀμεταμέλητος debet eſſe. Quod ſi iſta nobis cogitatio de triumpho iniecta non eſſet, quam tu quoq; approbas, nę tu haud multum requireres illum virum, qui in ſexto libro informatus eſt. Quid enim tibi faciam, qui illos libros deuoraſti? quin nunc ipſum non dubitabo ob rem tantã abiicere, ſi id erit rectius, vtrunq; vero ſimul agi non poteſt, & de triũpho ambitioſe, & de Rep. libere. Sed ne dubitaris, quin quod honeſtius, id mihi futurum ſit antiquius. Nam quod putas vtilius eſſe vel mihi, quod tutius ſit, vel etiam vt Reipublicę prodeſſe poſſim, me eſſe cum imperio, id coram conſiderabimus, quale ſit. Habet enim res deliberationem, & ſi ex parte magna tibi aſſentior. De animo autem meo erga Rempub. bene facis quòd non dubitas: & illud probe iudicas, nequaquàm ſatis pro meis officiis, pro ipſius in alios effuſione, illam in me liberalem fuiſſe: eiuſque rei cauſam vere explicas: & eis, quę de Fabio, Caninioq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nigno ſinu.plena manu. Cuſtos vrbis ἀστυοῦχος,& πολιοῦχος Pallas. Inſcriptionis) Hiſtoria eſt apud Plutarchum in vita Ciceronis. Alij Ciceronem abire ſuadebant,quod mox ſedata rabie Clodii,populus eius deſiderio eſſet flagraturus. Hæc eadem Cicero ipſe approbans Palladis ſignum,quod domi locatum non paruo tempore,ſummum in modum coluerat,in Capitolio obtulit:idq; ſubſcripſit,Palladi Romæ cuſtodi. Hocque pacto circiter noctem mediam vrbem egreditur. Volcatium ac Seruium) qui in agello ſuo viuentes,neutram partem ſequebantur. Quod quidem)Quiete viuere. Si liceret)Viro Conſulari, ac Ciceroni patrono vrbis atq; propugnatori.

Pallas cuſtos vrbis.

acta ſcribis,valde conſentiunt:quæ ſi ſecus eſſent, totumq; ſe ille in me profudiſſet, tamen illa, quam ſcribis cuſtos vrbis me preclaræ inſcriptionis memorem eſſe cogeret,nec mihi concederet,vt imitarer Volcatium,ac Seruium,quibus tu es contentus:ſed aliquid nos vellet nobis dignũ & ſentire, & defendere, quod quidem agerem,ſi liceret,alio modo,ac nunc agendũ eſt. De ſua potentia dimicant homines hoc tempore periculo ciuitatis. Nam ſi Reſpub. defenditur:cur ea Cos. iſto ipſo defenſa non eſt? Cur ego,in cuius cauſa Reipub.ſalus conſiſtebat, defenſus poſtero anno non ſum? cur imperium illi?aut cur illo modo prorogatũ eſt?cur tantopere pugnatum eſt, vt de eius abſentis ratione habenda decem Trib.Pl. ferrent? His ille rebus ita conualuit,vt nunc in vno ciue Reſpub.ad reſiſtendum imbecilla ſit. Quã mallem tantas ei vires nõ dediſſet,q̃ nunc tam valenti reſiſteret. Sed quoniam eo deducta eſt,non quæram, vt ſcribis,τοῦ σκάφος τῶν ἀτρειδῶν. Mihi σκάφος vnũ erit, quod a Põpeio gubernabitur. Illud ipſum,quod ais,quid fiet dũ erit dictũ? Dic M. Tulli σύντομα. Pompeio aſſentiar. Ipſum tamẽ Pompeium ſeparatim ad concordiam hortabor. Sic enim ſentio maximo in periculo rem eſſe. Vos ſcilicet plura,qui in vrbe eſtis. Veruntamen hoc iudico cum homine audaciſſimo,paratiſſimoque negocium eſſe. Omneis dãnatos,omneis ignominia affectos,omneis damnatione ignominiaq; dignos,illac facere. Omnẽ fere iuuentutem,omnem illam vrbanam ac perditam plebem: Tribunos valẽteis addito C.Caſſio, omneis, qui ære alieno premantur: quos plureis eſſe intelligo,q̃ putaram. Cauſam ſolum illa cauſa non habet:

At alio modo) Agere q̃ Volcatius. Agendum eſt)Certe ita eſſet agendũ vt egit Vulcatius,quoniam vtrã partem ſequeris,tyrãnis non Reſpub.defendetur. Homines)Cęſar & Pompeius. Cõſule iſto ipſo)Cur me Conſule non anniſi ſunt Senatores, qui extirpaſſem radices malorum, etiam Cæſarem.

Poſtero)Sequenti,inſtante Clodio. Illi)Cæſari. Illo modo) Prępoſtero, factioſe, per plebeſcitum. Ratione habenda)Gratia priuata:eximẽdo Cæſarẽ legibus. Ille) Cęſar. His rebus) Tot beneficijs.exordinariis. In vno ciue)Cęſare expugnando,ſaltẽ tem debilitando. Res) Publica verbum deeſt. Ad reſiſtendum) Fœde ac turpiter relicta eſt dictio imbecilla, quę huic verbo ſubeſt. Quã mallem) Quã melius fuiſſet. Mos loquendi illius aurei ſeculi. Alii ſcribunt,quę mallẽ, & ad Rẽpub. referunt. Tã valenti) Tam validis ac ſolidis radicibus homini. τοῦ σκάφος) Vbi Scapha ac nauigium Atridarum. Prouerbium fertur, cũ noua & quæ inſtant agimus & curamus, obliti veterum ac exoletorũ. Scapham pro Repub. ponũt vẽtis ac fluctibus obiecta,quo trahi poteſt illud Horatianũ. O nauis referent in mare te noui fluctus. Mihi) Finis deliberationis iſtius ſeruilis eſt, nec Cicerone dignus, ſignificans non recuſare dominum,vt vere Brutus infit,ſed amiciorem dominum cupere. Scaphos vnum erit) Vna Reſpub. reputabitur. Illud) Ad id reſpondeo,quod in deliberatione adducis tua. Quid fiet) Quo te vertes Cicero dum proclamabitur ad arma. Cum dicetur. Eamus in arma,in media arma ruamus. Σύντομα) Summã,compendium. Aſſentior)Scribendum aſſentiar. Reſpondet M. Tullius Attico,ſe cum proclamatum erit ad arma, aſſenſurum Pompeio, tamen ad concordiam cum Cęſare eum vocaturum.

Scapha Atridarum.

Syntoma.

Separatim)Seorſum,ſeductius a turba: in Senatu non idem facturum. Vos) Plura ſentitis. Negocium)Cum Cęſare hoſte paratiſſimo rem nobis eſſe. Illac)Ex illa parte Cęſaris. Facere)Congruere conſentire. Hor. Mecum facit,& Ioue iudicat æquo. Non deſunt qui ſcribere malint, illuc faceſſere.

Facere mecũ

Aere alieno) Aere dirutos,obęratos,ſubintellige illac facere,& cum Cęſare congruere. Cauſam)Colorem,honeſtatem. Interrogati cauſam quare faciunt,ignorare ſe dicunt. Solam)Lege ſolum. Illa cauſa)Cęſaris factio,cauſas bellorum ciuilium futiles adducens.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cæteris rebus)Copiis militaribus vniuerſoq; belli apparatiſſimo apparatu. Hic)In hoc cardine & articulo rebus poſitis. Omnis)Quiſq;. Nunc vero)Vetuſti codices. Nunc vero etiam. In alteram partem)Cæſaris. Timendi)Ne meliores exitus inclinent. Prouincia)Syria. Ornauit)Laudauit,& triumphum decreuit. Nihil aut non multum,vt nobis qui in arce glorię ſumus, qui non poſſumus fieri valde magni.Cæterum inuidere Cęſari & Pompeio,quorum magnitudo erat periculoſa, vt Cato maior ſuper Africano dicebat. His quę)Emenda,his quas. Sententiam moueat)Vt mihi perſuadere poſſit vt Cæſarem ſequar.

cæteris rebus abũdat. Sic oia facere omnis debet, ne armis decernatur,quorũ exitus ſemper incerti,nũc vero etiã in alterã partẽ magis timẽdi. Bibulus de Prouincia deceſſit. Valentonẽ præfecit: in decedẽdo erit (vt audio) tardior. Quẽ cũ ornauit Cato,declarauit iis ſe ſolis nõ inuidere,quibus nihil,aut non multũ ad dignitatẽ poſſet accedere. Nũc venio ad priuata. fere enim reſpõdi tuis literis de Rep. & iis,quas in ſuburbano: & iis,quas poſtea ſcripſiſti. Ad priuata venio, vnũ etiã de Cælio. Tantũ abeſt,vt ille meã ſententiã moueat, vt valde ego ipſi,ꝙ de ſua ſententia deceſſerit, pœnitendum putem. Sed quid eſt,quòd cuncti lucellis ſunt addicti? Hoc prætermiſiſti, miror. De Philotimo faciam quidem vt mones? ſed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit. Verum id reliquũ, quod ipſe in Tuſculano me referre in commentarium mea manu voluit, quodq; idem in Aſia mihi ſua manu ſcriptum dedit. Id ſi præſtaret,quantum mihi ęris alieni eſſe ibi edidit,tantum & plus etiam ipſe mihi deberet. Sed in hoc genere, ſi modo per Rempub. licebit, non accuſabimur poſthac: neq; hercule antea negligentes fuimus,ſed amicorum multitudine occupati.Ergo vtemur, vt pollicẽris, & opera, & cõſilio tuo, nec tibi erimus (vt ſpero) in eo moleſti. De Serperaſtris cohortis meæ, nihil eſt quò doleas: ipſi enim ſe collegerunt admiratione vitæ, integritatis meæ. Sed me mouerat nemo magis,quàm is, quem tu neminem putas: idem & in initio fuerat,& nunc eſt egregius: ſed in ipſa deceſſione ſignificauit ſperaſſe ſe aliquid: & id, quod animũ induxerat pauliſper, non tenuit, ſed cito ad ſe rediit, meisq; honorificentiſſimis erga ſe officiis victus: pluris ea duxit,quàm omnem pecuniam.Ego a Curio tabulas accepi, quas mecum porto. Hortenſii legata cognoui: nunc aueo ſcire, quid hominis ſit, & quarũ rerum rationem inſtituat. Neſcio enim cur, cum portam Flumentanam Cælius occuparit: ego Puteolos

Ipſi)Perſuaſerim. Deceſſerit) Sequi Pompeium. Luceis) Sunt qui lucellis ſcribunt. Cęſar enim ſibi ſtudiũ ac fauorem Senatus auro gallicano comparabat. Miror) Te. Alibi legitur. Hoc prætermiſiſti miror. Edidit) Demonſtrauit. In commentarium) Codicem & tabulas. Id)Quod mihi edidit cum eſſem in Aſia. Ibi)In Aſia. Edidit) In commentariis. In hoc genere)Nemo queretur de pecunia mutua ſi Reſpub. nõ periit. Poſthac) Negligentes nõ erimus,neq; vnq fuimus. Serperaſtris) Quod ad corrigendam vicioſam naturam cohorti meæ addidi ſerperaſtra, vt pueris adhibentur vaciis factis & cõpernibus, ad corrigẽdum vitium auctore Varrone de lingua latina. Si quis in conſuetudine ambulandi factus ſit vacia aut cõpernis, ſi eũ corrigi non concedat,non ſequitur vt ſtultum faciãt,qui pueris in geniculis alligant ſerperaſtra,vt eorũ deprauata corrigant crura,cum accuſandus non ſit medicus,qui e lõginqua mala conſuetudine ęgrũ in meliorem traduxit. Ariſtoteles in Politicis explicat adhibendam diligentiam,vt ambulare infantes doceãtur, exemplo quorundam populorum,ne membra, vt idem prodit Ariſtoteles, in tenera ætate deprauata ac diſtorta reddantur. Itaq; inſtrumẽtis & machinis quibuſdam vtũtur: quo puerorum corpus & validius & rectius ſeruetur. Aliqui ſerperaſtra nomen cohortis putant, vt rapacidę & argyraſpides, Alauda Cæſaris.Cæterum ſerperaſtra pueris immo infantibus adhiberi ſolita dicta volunt, ꝙ infantes primum ſerpere potius videntur q̃ ingredi. Collegerunt)Emendarunt,retraxerunt. Quam is)Scropham intelligit. Nemo putas)Scribe neminem,id eſt vituperas. Deceſſione)Diſceſſu. Animum induxerat. Sibi perſuaſerat. In iisq;) Scribendum. Meisq;. Quid hominis ſit)Quis homo ſit, ſed cum per genitiuum cum pronomine dicitur, deſpicit auctore Donato. Rationem) Quem de-

Serperaſtra.

Cohortiũ nomina.

Quid hoīs.

beat ſequi, Cęſarē ne an Pōpeiū. Quidā codices actionē habent. Flumentanā) Per portā Flumētanā Cęſarē intelligit, qui eſt in fluxu glorię & flore. Puteolos) Pōpeiū iā ſenē: cui⁹ gloria profūda eſt vt puteus, vel quod iā putet, vt in familiarib⁹ veternū dicit· ἀπαλῶς ac ſimpliciter nōnulli interpretātur, Hortēſiū reliquiſſe hęredē Ciceronē ex parte, & Cęliū, cūq; Cęlius occupaſſet fundū ꝓpe portā Flumētanā, Cicero cāpū Puteolanū optat inuadere. Flumētana porta vetus ignorat nūc flumētanā portā credūt vulgo populi dictā, vbi ſepulcrū Neronis, nūc diua Maria de populo. Noſtri) Romani Piręeū nō piręea dicētes.

Flumentana porta.

Puteoli.

nō faciā meos. Venio ad Piręea, in quo magis reprehēdendus ſum, ꝙ homo Romanus Piręea ſcripſerim, nō Piræeū. ſic enim omnes noſtri locuti ſunt, q̄ ꝙ in addiderim. Nō enim hoc vt oppido prępoſui, ſed vt loco, & tamē Dionyſius noſter, qui eſt nobiſcū, & Nicias Cous nomē rebatur oppidi eſſe Piræea, ſed de re videro. Noſtrū quidē ſi eſt peccatū, in eo eſt, quod nō vt de oppido locutus ſum, ſed vt de loco: ſecutuſq; ſū non dico Cęciliū, Mane vt ex portu in Piręeū (malus enim author latinitatis eſt) ſed Terentiū: cuius fabellę propter elegātiam ſermonis putabātur a C. Lælio ſcribi. Heri aliquot adoleſcētuli coimus in Piręeū. & idē, Mercator hęc addebat captā e Sunio. Qꝫ ſi oppida volum⁹ eſſe, tā eſt oppidū Suniū, q̄ Piręeus. Sed quoniā Grāmaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα perſolueris, magna me moleſtia liberaris. Ille mihi literas blādas mittit, facit idē pro eo Balbus. Mihi certū eſt ab honeſtiſſima ſententia digitū nuſq̄, ſed ſcis illi reliquum quantū ſit. Putas ne igitur verēdū eſſe, ne aut obiiciat id nobis aliquis, ſi lāguidius, aut repetat, ſi fortius, q̄d ad hęc repereris? Soluamus inquis. Age a Cælio mutuabimur. Hoc tu tn̄ cōſideres velim. Puto eñ in Senatu: ſiquādo præclare pro Rep. dixero. Tarteſſium iſtū tuū mihi exeunti vrbē iube ſodes nūmos curare, quod ſupereſt etiā gener eſt ſuauis mihi, Tulliæ ſatis, Terētię quantūuis vel ingenii, vel humanitatis: reliqua, quę noſti, ferēda. Scis eñ quos aperuerimus: qui oēs, pręter eū de quo per te egimus, reū me facere rentur: ipſis eñ expēſum nemo feret, ſed hæc corā. Nam iſta multi ſermonis ſunt. Tyronis reficiēdi ſpes eſt in M. Curio, cui ego ſcripſi tibi eū gratiſſimū facturum. Vale Data. V. Id. Decēb. a Pōtio ex Trebulano.

Quā q̄d addiderim) Scribe q̄ ꝙ i addiderim. Tanq̄ ꝓprio nomini, cui nō addit̄, i. Oppido) Cui nō addit̄ in. Loco) Vt nomini nō ꝓprio, cui addit̄ ad vel in. Exēpli gratia dicit̄, Venio Mutinā, venio in Tiburtinū. Nomē oppidi) Ergo in, fruſtra eſt additū. Piręeū Themiſtocles ędificare cœpit, nec vt Ariſtophanes Comic⁹ ait ad vrbē Piręeū adiūxit, ſed ad Piræeū vrbē. Auctor Plutarchus in Themiſtocle. De re videro) An ſit propriū, an appellatiuū nomē. De loco) Ergo, in, addidi. Cęciliū) De quo tn̄ Horati⁹, Vicere Cęcili⁹ grauitate, Terēt. arte. De quo Sedigit⁹. Cęcilio palmā ſtatuo de Comico. Plaut⁹ ſecūdus facile anteit cęteros. Heri) Carmen eſt Terētianū. Sunio) Vides Sunio additū, in, Sunion auctore Stephano gēs Leōtidis regionis, vnde Sunieus: alij dicūt ꝓmōtoriū eſſe Atticæ Liui⁹ li. 3. belli Maced. Circūuectę Suniū Atticę terrę ꝓmōtoriū Zetema) Quęſtionē. Ille) Cęſar. Digitū nuſq̄) Deflectere, mos loquēdi facundis tritus auctoribus cū verbi ſuppreſſione. Illi) Pōpeio. Quātū Pōpeio debeo. Lāguidi⁹) Frigidius, lētius me gerā in Pōpeiana cauſa. Repetat) Cęſar fidē reqrat meā ſi cōſtāti⁹ me gerā in cauſa Pōpeiana. Ad hęc) Problemata mea q̄ reſpōdeas. Repereris) Aueo ſcire. Soluamus) Nauigem⁹ Athenas vel in Epirū & qete viuamus. A Cælio mutuabimur) Cōſiliū, qui neutrarū partiū ſe futurū dicit. Puto) Fore neceſſum ſi quando in Republica libere dixero offendere Cęſarē vel Pōpeium. Tarteſſium) Balbū Corneliū Gaditanū aliqui intelligūt. Alij nomē diſpēſatoris Attici. Tarteſſos auctore Stephano ciuitas Iberiæ a Tarteſſo fluuio præterfluente, quę habuit Argāthoniū regem longęuū, de quo nomine ſuppreſſo meminit Anacreon, & Regē Tarteſſiū vocat. Exeūti) Vt ſoluā quēadmodū prędixiſti. Sodes) Hortātis vox. Qui ſupereſt) Quod ſupereſt, ſcribēdū videlicet. Genere) Scribe gener, ac ſequētibus annectæ, Tulliæ videlicet vir. Tullię) Priſci codices. Tullię ſatis, Terentię quantumuis vel ingenij. Satis reliqua) Eradendum verbum ſatis. Aperuerimus) A quibus mutuum acceperimus. Pręter eum) Hirtium cum quo per te reconciliatus ſum. Expenſum feret) Nemo dabit, quod expenſum ab illis eſt, ergo me reum facient, vt ſuum ęs redimant. Nam multi. Scribe, Nam iſta multi. Tyronis) Principium clauſulæ. Spes) Iunge ſuperioribus. Spero Tyronē poſſe refici ac priſtinā valetudinē recuperare, benignitate Curionis Curionē) Lege Curio. Curius iſte fuit, nō Curio. Futurū) Emenda facturū, ſi Tyronē non ſpreuerit

Piręeum.

Cęcilius.

Sunium.

Zetema.

Digitum nuſq̄.

Tarteſſius.

Tarteſſos.

Argumentum.CXXII.

PIVS. Dionyſii.

IAM incipit inter Ciceronem & Dionyſium tacitum fieri diuortium. Prȩter Dionyſios Siciliȩ tyrannos floruit Dionyſius Dialecticus Bithynus, de quo Strabo lib.xi. Memoratur Dionyſius Corinthius geographus, cuius libellus extat, quem conuertit Priſcianus. Peruenit ad tempora Traiani Dionyſius Alexandrinus grammaticus: cuius bibliothecȩ ac epiſtolis præfuit, Cheremonis ſucceſſor ac diſcipulus, auctore Suda. De Dionyſio Mileſio hiſtorico Philoſtratus meminit Hadriano Imperatori peraccepto. Ex his ꝙ in muſȩo epulabantur (Erat enim muſæum Ægyptia mēſa continens viros in toto terraꝝ orbe doctrina claros) fuit & Dionyſius Halicarnaſſeus qui memorias Romanas ſcripſit, qui tēpore Auguſti Romā venit. Scripſit characteras antiquorū oratorum, quō cōponatur oratio. De elocutiōe, qua arte Panegyrici ſtruantur, epithalamia & epitaphia laudant̃. Quȩ oīa Theodorꝰ Gaza ſol ſalubris Italiæ, latio trāſcripſit. Emicuit tādē vt ȩtherius ſol Dionyſius Areopagita Prȩſul Athenieſis ac Pauli diſcipulus. Hic vt ſcribit Sudas cū eſſet ĩ Ægypto, quo ſe diſciplinæ cauſa contulerat, videretq; tunc eclipſim minime naturalem, cū Chriſtus eſt paſſus, vna cū Apollophane prȩceptore ſuo, exclamauit, Aut Deꝰ naturȩ patitur, aut machina mūdi diſſoluetur. Hūc Galli euāgelicam ſanctionē detrectātes, martyrio tunc affecerūt: nunc vero pie venerātur, ac tutelare numen habēt: illud ſcitum forte memorātes, ſit diuus, dū non ſit viuus. Inter hos nō eſt locus Dionyſio Ciceronis furēter iraſcenti ac prope tranſfugȩ, cuius mores grauiſſimus orator minime togata grauitate dignos, ferre tandem non potuit. AEQVO animo) Libenter miſi. Concedendum) Repoſcenti. Sanctum) Cōmendatitiȩ literȩ plus deſiderio ferentis, q̄ veritati ſeruientes. Libertinum) Scribit enim Cicero frugalitatem virtutem eſſe boni, id eſt parci patriſfamilias, non aſcendere ſupra mediocrem fortunam.

Muſȩum.

Theodorus Gaza.

D'onyſius Areopagita.

Fortaſſe) Quaſi dicas, in priſca lectione non eſt hȩc dictio. Suſcipere) Me defendere qui ſum ſuus, vel ſuſciperem ſcilicet hortari, hoc eſt hortabatur vt ſuſciperem eum tuendum, de Pompeio & Cæſare. Iudicio &) Non ſunt eæ duæ voces in vetuſtis codicibus, non excludo tamen omnino, refero ad lectores.

Prolyxius. Conſtituo.

Prolyxius) Benigniꝰ, officioſius, maioris humanitatis. Non dubium) Certum. Illum) Cæſarē. Illi) Cæſari, nouerat curas naſcentes Cæſaris. Balbus) Cornelius. Conſtituiſſet) Aſſignaſſet locum ſermoni: in quo de pace agebatur. Iuuen. Hic vbi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ. Venire) Scribe, veniſſe. τεκμηριῶδις) Coniecturale. Argumentum coniectarium. Argumenta alia ſunt neceſſaria, quȩ aliter ſe habere non poſſunt, quæ Grȩci πκμήρια vocant. Alia quæ ſunt ἄλυτα σημεῖα, Barbari inſolubilia iactant, quȩ mihi vix pertinere ad prȩcepta artis videntur. Nam vbi eſt ſignum inſolubile, ibi ne lis quidem eſt. Alia ſunt ſigna non neceſſaria, quȩ ἐικαῖα Grȩci vocant, quȩ etiam ſi ad tollendam dubitationem ſola non ſufficiunt, tamen adiuncta cæteris plurimum valent, vt Harmagoras putat virginem non eſſe Atalantā quia cū iuuenibus per ſiluas vagetur. Hȩc omnia generaliter πίςεις appellantur, quod & ſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus, apertius veriſimilia interpretabimur. Ducūtur argumenta nō a confeſſis tm̄ verū etiam a fictione, quam Græci cathypotheſin vocant.

Tecmeriodes Tecmeria argumenta. Alyta ſimia Icæa. Argumentū Cathypotheſis.

ASCENSIVS. Dionyſium &c.) Non apparent in hac epiſtola diuortij Ciceronis a Dionyſio veſtigia, cum eum tam impenſe laudet ac inuitus dimittat. Vnde non eſt prȩtermittenda particula nec, vt ſit, nec ȩquo animo, id eſt non libenter miſi eum. Hanc autem laudationem Dionyſij ex animo ſe ſcripſiſſe epiſtola proxima ſic teſtabitur, Mihi autem nulla de eo palinodia detur &c.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DIonyſium flagrātē deſiderio tui miſi ad te, nec mehercule æquo animo, ſed fuit cōcedendū. Quē quidē cognoui cū doctū (quod mihi iā ante erat notū) tū ſanctū, plenūq; officii, ſtudioſum etiā meȩ laudis: frugi hominē, ac, ne libertinū laudare videar, plane virū bonū. Pompeiū vidi. IIII. Id. Decemb. fuimus vna horas duas. magna lætitia mihi viſus eſt affici meo aduentu. de triumpho hortari. ſuſcipere parteis ſuas. monere, ne ante in Senatū accederē, q̄ rem cōfeciſſem, ne dicendis ſentētiis aliquē Tribunū alienarē. Quid quȩris? in hoc iudicio, & officio ſermonis nihil potuit eſſe prolixius. De Rep. autē ita mecū locutus eſt, quaſi nō dubiū bellū haberemus, nihil ad ſpē concordiæ. Plane illū ab ſe alienatū cum ante intellligeret, tū vero proxime iudicaſſe, veniſſe Hircium a Cæſare qui eſſet illi familiariſſimus, ad ſe non acceſſiſſe. Et cum ille ad. VIII. Id. Decēb. veſperi veniſſet, Balbus de tota re cōſtituiſſet, ad. VII. Iduum ad Scipionem ante lucem veniſſe: multa de nocte profectū eſſe ad Cæſarem. hoc illi πκμκριῶδες videbatur eſſe alienationis. Quid multa? nihil me aliud conſolatur, niſi ꝙ

Illum, cui etiam inimici alterum Conſulatum, fortuna ſummam potentiam dederat: non arbitror fore tam amentem, vt hæc in diſcrimen adducat, quòd ſi ruere cœperit: næ ego multa timeo, quæ non audeo ſcribere, ſed vt nunc eſt ad. III. Non. Ian. ad vrbem cogito. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MVLTAS vno tempore accepi epiſtolas tuas, quæ mihi, quanq̃ recentiora audiebam ex iis, qui ad me veniebant, tamen erant iucundæ. Studium enim & beneuolentiam declarabant. Inualetudine tua moueor, & Piliam in idem genus morbi delapſam, curam tibi afferre maiorem ſentio. Date igitur operam, vt valeatis. De Tyrone video tibi curæ eſſe, quem quidem ego, & ſi mirabilis vtilitatis fructum mihi præbet, cum valet, in omni genere negociorum vel ſtudiorum meorum: tamen propter humanitatem, & modeſtiam, malo ſaluum, quàm propter vſum meum. Philogenes mecum nihil inquàm de Luſcenio locutus eſt: de cæteris rebus habes Dionyſium. Sororem tuam non veniſſe in Arcanum miror. De Chryſippo meum conſilium probari tibi non moleſte fero. Ego in Tuſculanum: nihil ſane hoc tempore deuium eſt τοῖς ἀπαντῶσιν, & habet alia δύσχρηστα. Sed de Formiano Taracinam pridie Calend. Ianuar. Inde Pontinum ſumam. inde Albanum Pompeii. Ita ad vrbem. III. Non. Natali meo. De Repub. quotidie magis timeo. Non enim boni, vt putant, conſentiunt: quos ego Equites Romanos, quos Senatores vidi? qui acerrime cum cętera, tum hoc iter Pompeii vituperarent. Pace opus eſt. Ex victoria cum multa mala, tum certe tyrannis exiſtet. Sed hæc propediem coram iam plane mihi deeſt quid ad te ſcribam. Nec enĩ de Repub. quod vterq; noſtrum ſcit, eadem & domeſtica nota ſunt ambobus. Reliquum eſt iocari, ſi hic ſinat. Nam ego is ſum, qui illi concedi putem vtilius eſſe, quod poſtulat, q̃ ſigna conferri. Sero enim reſiſtimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Quid ſentis igitur inquis? nihil ſcilicet niſi de ſententia tua, nec prius quidem, q̃ noſtrum negocium, aut confecerimus, aut depoſuerimus. Cura igitur, vt valeas. Aliquando ἀπότριψαι quartanam iſtam, diligẽtia, quæ in te ſumma eſt. Vale.

Illum) Cęſarem. Dederat) Quid ſi dederit? Vt hęc) Parta bona. Nę) Certe. Multa timeo) Ne nos ſecum trahat in pręceps. Pompeius enĩ veluti vaſta machina, ruere non poteſt quin plurima ſecum fundamenta trahat.

Vt nunc eſt) Pro conditione temporum. Vt nũc eſt.

Argumentum CXXIII.

IVCVNDAS literas Attici memorat, q; ſtudium & beneuolentiam declarabant. Attici tamen & Piliæ inualetudine cruciatur. Itinerum ſuorum ſeriem exponit. De Republica timet. Iter Põpeij vituperat. Pace eſt opus ne in victoria tyrannis exiſtat. Cæſari concedi putat vtilius q̃ ſigna conferre. Vir ſapiens exitum infauſtum Põpeij imparati pręuidebat.

INVALETVDINE) Eſt vna dictio, hoc eſt ęgritudinis tuę incommodo. Dicitur & inualities. Vel ſtudiorũ) Etiam ſtudiorum. Luſenio) Lege Luſcenio. Habes Dionyſium) Qui omnia tibi aperiet. Nihil hoc tempore) Sũ venturus. Deuium) Aberrans, ſiniſtrum. τοῖς ἀπαντῶσιν) Occurrẽtibus. Δύσχρηστα) Turpia, inutilia. Taracinam) Anxur. Sumam) Applicabo. Legam orã Pontinam. Tum hoc) Quod exceſſiſſet vrbẽ. Exiſtet) Emerget, enaſcetur. Victor Põpeius ſyllaturiet. Cęſar dominabitur. De Repub.) Scribam. Inualetudo. Inualities. Dyſchreſta. Taracina.

Nec de Repub.) Loqui placet vel ſcribã. Quod vterq; noſtrũ ſcit) Quæ mihi, tibiq; cognita ſunt, loqui non placet. Si hic) Cęſar, ſerio agens ac ferro cuncta vaſtans. Illi) Cęſari. Cõcedi. A Senatu, ne deteriora cõtingant. Signa conferri) Collatis ſignis dimicare. Ei) Cęſari. Sero) Vt ſero ſapiũt phryges. Nihil) Sentio. A conſilio tuo pendeo. Nec prius) Sententiam meam publice dicam. Noſtrum negocium) Triumphũ. Confecerimus) Triũphando. Depoſuerimus) Abijciẽdo quod fecit. Ἀπότριψαι) Abijce, abſterge, obtere.

Argumentum.CXXIIII.

PIVS. OMNIA rimatus latibula, nihil habeo quod ſcribam. Tamen neminem iſtinc euntem ſine literis relinquere audeo. Cæſari concedenda cuncta potius q̃ depugnandum. Quoniam cum quinquennium prorogauimus, aut cum abſentis ratio haberetur: annuimus, omnia conceſſimus, Non idem ſentiam quod dicam: cum Pompeio dicam, non ſentiam. SOLENNE) Anniuerſariũ, immo perpetuũ. Opinione valentior) Plus habet opinionis in dedecore q̃ rei. plus valet in accidēti q̃ in ſubſtantia, vel plus habet põderis & momenti q̃ rebar, hoc maius ſequetur malum. οὐ γὰρ ἂν) Neq; enim hoc maius ſequi poterit malum. Hoc) Bello ciuili. Hoc ciuile bellum cunctis erit infortuniis infortunatius, vel ſcribe potuit, q̃ cum quinquēnium. Prorogabamus) Cæſari, quo impetrato exclamauit, ſe inſultaturum inimicorum capitibus. Niſi forte) Hoſtilis conſilii deriſio. Senſurus) Sententiam dicturus.

Humili animo) Tanq̃ ſcurra vel mimus ſecundanus, ais aio. Sed rurſus) Dico & magna voce dico. Mihi) Eſt magnum malum, quem triumpho dignitate primaria & gloria priuat. Non actum) Scribe, Non aptum, vel non rectum. Diſſidere) Diſſentire, vbi de capite ac omnib⁹ amici fortunis agitur.

Argumentũ CXXV. PIVS. IAM Dionyſius male cogitabat, attulerat commẽdatitias Græca fraude ab Attico: in quibus nulla collatorum in eum a Cicerone beneficiorum mentio inerat. Hæc enim cuncta poſita in principio huius epiſtolę ſunt Attici verba ad Ciceronẽ illuc vſq;. Tot enim verba.

PVTATO) Scribe priuato vel priuate. Et tibi gratias egit) Nõ addidiſti O Attice. Dionyſius grate p acceptis a te o Cicero bñficiis plixe gratias egit vel agit. Debuit) Qm̃ in eũ multa bñficia cõtuli. Si eſſet factũ) Si gr̃as egiſſet Dionyſius. Aſcripſiſſes) Literis tuis addidiſſes. παλινῳδία) Retractatio, recantatio. Vide ad quẽ ſcopulũ ſum impactus, nõ poſſum obloqui de Dionyſio, quẽ valde in ſuperiori epiſtola laudaui, ne, qđ inqt Plaut⁹, ex eodẽ ore calidũ & frigidũ pdeat. Palinodia. Quoad liceret) Quoad i ęrariũ reponere volebã. Erat em̃ publica. Familię) Seruis meis. Igĩ inde) Prępoſter⁹ ordo, Inde igĩ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PLane deeſt quod ad te ſcribam. nota omnia tibi ſunt, nec ipſe habeo a te quid expectem. Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, vt ne quem iſtuc euntem ſine literis dimittamus. De Republica valde timeo, nec adhuc fere inueni, qui non concedendum putaret Cæſari quod poſtularet, potius quàm depugnandum. Eſt illa quidem impudens poſtulatio opinione valentior. Cur autem nunc primum ei reſiſtamus? οὐ γὰρ ἂν τοῦδε μεῖζον ἔστιν κακόν, quàm cum quinquennium prorogabamus: aut cum, vt abſentis ratio haberetur, ferebamus: niſi forte hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. Dices, quid tu igitur ſenſurus es? non idem, quod dicturus, ſentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur. Dicam idem, quod Põpeius, neq; id faciam humili animo. Sed rurſus hoc permagnum Reipub. malum eſt, & quodammodo mihi præter cæteros. Non aptum me in tantis rebus a Põpeio diſſidere. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DIonyſius vir optimus, vt mihi quoque eſt perſpectus, & doctiſſimus, tuique amantiſſimus, Romam venit. XV. Calend. Ianuar. & literas a te mihi reddidit. Tot enim verba ſunt de Dionyſio in epiſtola tua, illud priuate nõ aſcribis, & tibi gratias egit. Atqui certe ille agere debuit: &, ſi eſſet factum, (quę tua eſt humanitas) aſcripſiſſes. Mihi autẽ nulla de eo παλινῳδία detur propter ſuperioris epiſtolæ teſtimoniũ. Sit igitur ſane bonus vir. Hoc enim ipſum bene fecit, quòd mihi ſui cognoſcendi penitus etiam iſtã facultatem dedit. Philogenes recte ad te ſcripſit. Curauit enim, quod debuit. Eum ego vti ea pecunia voluì, quoad liceret, itaq; vſus eſt mẽſes. XIIII. Pontium cupio valere. & quod ſcribis in vrbẽ introiſſe, vereor quid ſit. Nam id niſi graui de cauſa non feciſſet. Ego, quoniam. IIII. Non. Ianuar. Compitalitius dies eſt, nolo eo die in Albanum venire moleſtus familię, veniã. III. Nonarũ. Igitur inde ad Vrbem prid. Non.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Tua ληνὶς)Tua baccha. Febris quę in corpus tuum bacchatur. Sunt qui κρίσις legũt pro critica die. Patet ex epiſtola ſuperiori ſic. Diem quoq; tuum ex epiſtola quadam tua, quam incipiente febricula ſcripſeras mihi notaueram. Honore) Triumpho. Per Tribunos ) Priſci codices, Per Tribunos ſuos. Febris lenis.

Æqui boni) Suſq; deq; facit, indifferens habet. Conſtitutum) Decreuiſſe Pompeium. Eius conſilio) Pompeii conſilio cuius vtitur Senatus. Ἀβδηριτικόν) Quod Pompeius facit me trudere in Siciliã eſt abderiticum: ſubintellige mihi dare conſilium, vt ad Siciliam tranſeam. Æqui boni. Abderiticon.

Tua κρίσις, quem in diem incurrat, neſcio, ſed prorſus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo. De honore noſtro, niſi quid occulte Cæſar per Tribunos ſuos molitus erit: cætera videntur eſſe tranquilla. Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totum iſtud æqui boni facit, & eo magis, ꝙ iam a multis audio conſtitutum eſſe Pompeio, & eius conſilio in Siciliam me mittere, quod imperium habeam, id eſt ἀβδηριτικόν. Nec enim Senatus decreuit, nec populus iuſſit me imperium in Sicilia habere. Sin hoc Reſpub. ad Pompeium refert, qui me magis, quàm priuatum aliquem mittat. Itaque ſi hoc imperium mihi moleſtum erit, vtar porta quamprimũ videro. Nam quod ſcribis mirificam expectationem eſſe mei, neq; tamen quenquam bonorum, aut ſatis bonorum dubitare, quid ſenſurus ſim: ego, quos tu bonos eſſe dicas, non intelligo: ipſe nullos noui, ſed ita, ſi ordines bonorum quærimus, nam ſingulares ſunt boni viri: verum in diſſenſionibus ordines bonorum, & genera quærenda ſunt. Senatum bonum putas, per quem ſine imperio Prouinciæ ſunt? Nunquam enim Curio ſuſtinuiſſet, ſi cum eo agi cœptum eſſet, quam ſententiam Senatus ſequi noluit. Ex quo factum eſt, vt Cæſari non ſuccederetur. An publicanos? qui nunquàm firmi, ſed nunc Cæſari ſunt amiciſſimi: an fœneratores? an agricolas? quibus optatiſſimum eſt ocium? niſi eos timere putas, ne ſub regno ſint, quod nunquam, dummodo ocioſi eſſent, recuſarunt. Quid ergo exercitum retinentis, cum legis dies tranſierit? rationem haberi placet? mihi vero ne abſentis quidem: ſed, cum id datum eſt, illud vna datum eſt. Annorum decem imperium,

Quoniam ſupra modum mihi pergit eſſe moleſtus. Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία, inquit prouerbium vetus. Abdera pulchra Teiorũ colonia. Scribit Strabo libro decimoquarto, Teios cum Perſarum iniurias ferre non poſſet, natali ſolo relicto Abderam in Thraciam commeaſſe, & inde peruulgatum eſſe, pulchram eſſe Abderam Teiorum coloniam. quo enigmatice ſignificamus, non deeſſe quo confugiamus, ſi quis in domeſticis exaſperare vexare ve pergit, quo trahi poteſt hoc Ciceronianum. Si dabunt imperium & in Siciliam mittẽt, erit abderiticon, hoc eſt mutatio patriæ per moleſta. Quãtum tamen ſentio, imprudẽs & ſtultum mihi hoc in loco abderiticon ſignificare videtur, vt Põpeius mihi det imperium ſine auctoritate Senatus. Sin ) Si vero. Ad Põpeium refert) Vtitur ſcilicet adminiſtro in omnibus Pompeio. Qui) Quomodo, cur. Vtar porta ) Statim vrbem egrediar. Teij.

Senſurus ) Cui ego ſim adhæſurus. Bonos ) Optimates. Rari quippe boni. Sed ita) Intelligis per bonos homines alicuius ordinis, vt hodie bonum virum, diuitẽ, aut aliquo in ordine conſcriptum appellamus. Singulares) Vnici immo vni, id eſt pauci. In diſſenſionibus ) In publica diſcordia ac ſeditione, magiſtratus publicos, vt Conſules ſequi debemus, vt quo illi eunt, nos eamus. Genera) Vniuerſalem partem, non particularem. Curio) Inimicus Cęſaris in principio clamabat vt Cęſari ſuccederetur, obaudire perſtiterunt, cui obedire debebant. Si cum eo) Curione. Si Pompeius Curionem declamãtem contra extraordinarias poteſtates adiuuiſſet. Agi ) De ſucceſſore mittendo Cæſari. Cœptum eſt) Scribe, cœptum eſſet. Quam ſententiam) Curionis de dando Cęſari ſucceſſore. An publicanos) Bonos putas. Zeugma a ſuperiori. Firmi) Sunt, modo mei, modo tui. An fœneratores) Bonos putas. Niſi eos ) Agricolas. Quid ergo) Dicet quis iniuſtum vocans Cæſarem. Retinentis) Scribe, Retinentis hoc eſt Cæſar. Legis) Quæ præſcribit diem Proconſulibus vel primi quinquennii diem pręterierit. Rationem) Cæſaris abſentis, placet ne tibi haberi o Cicero. Cum id ) Secundum quinquennium volebat Cicero præcauere, non autem poſt plagam mederi. Illud) Regnum potentia: radices profundiſſimæ. Vna) Simul. Imperium ) Apoſiopeſis figura grata ſtomachantes indignantibus, ſubintellige datum eſt. O amentiam ſingularem. Bonꝰ homo. Singulares.

Ita latum) Amplum, & ad tyrannidem vergens, vt regnum videatur. Patritium) Clodium. Enumerat iniurias ſibi illatas. Gaditanum) Cornelium Balbum. Mitylenęo) Theophane Pompeiano hiſtorico Pompeio peraccepto: a quo fortaſſis adeptus eſt nomen Balbus Gaditanus, vt Balbus Theophanes ſimul diceretur, quemadmodum ſuperius nos auctore hiſtorico Romano docuimus, quæ ſuperius affatim tradidimus lege. Labieni) Labienus Cæſaris in Gallia Legatus qui magnas ſub eo res geſſerat. Demum bello ciuili ad Pompeium tranſfugit: cui Cæſar bona quæ habebat in poteſtate remiſit. Hic ſuaſit Pompeio dubitanti inire pharſalicam pugnã. Lucanus, Dux fortis in armis Cęſareis Labienus erat, nunc tranſfuga vilis. Mamurrę) De quo ſic doct⁹ poeta,

Theophanes

Labienus.

Mamurra.

Quis hoc poteſt videre? Quis poteſt pati?
Niſi impudicus & vorax & aleo.
Mamurram habere quod comata gallia
Habebat cuncta, & vltima Britannia.
Cynęde Romule hæc videbis & feres?

Balbi) Cornelij. Fuerunt tamen duo Balbi patruus & nepos. Sed horum) Portentorum. Fons) Origo. Quinquennii protogatio. Imbecillo) Cęſari. Id) Reſiſtere naſcẽti malo. Plebes) Plebs. Lucan⁹, Plebes ieiuna timere. Tot. Trib. Pl) Cæſari fauentes, cum Cęſare & pro Cęſare pugnantes, quos Pompeius eiecerat vrbe, ſeq; ad Cæſarem contulerãt. Dux) Cęſar. E lege) Pro lege. Ratio) Quod ipſe rationabile putauerit, vel habenda ratio e lege, id eſt voluntate Cęſaris, quam præſcripſerit & nobis impoſuerit legem, ducẽdam iuſtam. Ducẽdum id cum ratione fieri quod Cęſar nos imponet. Vt quid) Semibarbare nunc dicimus, ad quid?

Plebes.

Vt quid.

& ita latum placet. Placet igitur etiam me expulſum, & agrum Campanum petiiſſe, & adoptatũ patriciũ a Plebeio. Gaditanum a Mitylenęo. Et Labieni diuitię, & Mamurrę placent, & Balbi horti, & Tuſculanum, ſed horum omnium fons vnus eſt. Imbecillo reſiſtendum fuit, & id erat facile. Nunc legiones. XI. equitatus tantus, quantum volet. Tranſpadani, plebs vrbana, tot Trib. pl. tam perdita iuuentus: tanta authoritate Dux, tanta audacia. Cum hoc aut depugnãdum eſt, aut habenda e lege ratio. Depugna inquis potius, quam ſeruias. Vt quid? ſi victus eris, proſcribare: ſi viceris tamen ſeruias. Quid ergo, inquis, acturus es? Idem quod pecudes, quæ diſpulſæ, ſui generis ſequuntur greges. Vt bos armenta, ſic ego bonos viros: aut eos, quicunque dicentur boni, ſequar, etiam ſi ruent. Quid ſit optimum male cõtractis rebus plane video: nemini eſt enim exploratum, cum ad arma ventum eſt, quid futurum ſit. At illud omnibus, ſi boni victi ſunt, nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit: nec moderatiorem, q̃ Sulla in pecuniis locupletium, ἐμπολιτεύομαί σοι iandudum, & facerem diutius niſi me lucerna deſereret. Ad ſummum dic M. Tulli, aſſentiar Cn. Põpeio, id eſt, T. Pomponio. Alexim humaniſſimum puerum, niſi forte, dum ego abſum, aduleſcens factus eſt (id enim agere videbatur) ſaluere iubeas velim. Vale.

Proſcribare) Mittaris in exilium a Cęſare. Si viceris) Cæſarem. Seruias) Pompeio, qui pro libertate noſtra non pugnat, ſed pro regno ſuo. Diſpulſę) Diſiectę in diuerſas partes pulſę. Sui generis) Vaccę boues deſiderant, ſic ego Conſularis Conſules & Conſulares viros comitabor. Optimum) Factu a nobis imparatis. Male contractis) Male diſpoſitis, pro cardine rerum. Video) Pacem videlicet optimum eſſe. Exploratum) Certum. Principum) Summatum. Hunc) Cęſarem. Error Ciceronis apparet. Fuit enim Cęſar clemens vſq; ad exitium, nedum pœnitentiam. Cinna) Qui fuit collega Marii animo ſanguinario & proſcriptorio. Pecuniis) Rapiendis. ἐμπολιτεύομαι) In Repub. verſor tibi. Tecum ſermones de Repub. libentiſſime ſero. Lucerna) Lucubratoria. Pompeio) Tandem militabo cum Pompeio, hoc eſt cum Pomponio, Pomponianam videlicet ſententiam ſequar. Monebat etenim ſemper Pomponius ne Cicero diſcederet a Pompeio Senatuq;. Id agere) Pubeſcere, veſticipem fieri.

Cinna.

Argumentum. CXXVI.

ATTICVS Ciceronis epiſtola perlecta de furentibus ac pœnitendis moribus Dionyſij, quodque non addebat Atticus Dionyſium Ciceroni gratias agere, ſuſpicabatur garrulitate Græcis peculiari obgãnuiſſe quidpiam. In hac Atticus epiſtola monet Ciceronem iterum ac iterum teſtatus Dionyſium, nec verbum quidem vllum in Ciceronem dixiſſe contumelioſum.

NVTVS) Minima quęq; affirmatio. Eo) Tanto magis. Conglutinare) Copulare, coniungere. Teſtimoniis) In hac re de Dionyſio tacuiſti. Illũ) Dionyſiũ. De nobis) Exiſtimationẽ noſtrã laceraſſe. In illũ) Dionyſiũ amãdũ. Diẽ tuũ) Tẽpus febris. Pro re nata) Pro ratiõe tp̃is, captata opportunitate.

Cõglutinare.
Pro re nata
Triens.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Suſpicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, quod & tu ſoles conglutinare amicitias teſtimoniis tuis, & illum aliter cum aliis de nobis locutū audiebam. Sed prorſus ita eſſe, vt ſcribis, mihi perſuades. Itaq; ego is in illum ſum, quē tu me eſſe vis. Diē tuum ego quoq; ex epiſtola quadam tua, quā incipiēte febricula ſcripſeras mihi notaueram, & animaduerterā poſſe, pro re nata, te non incōmode ad me in Albanum venire. III. Non. Ian. Sed amabo te nihil incōmodo valetudinis feceris. Quid enim eſt tantum in vno, aut altero die? Dolabellam video Liuię teſtamēto cum duobus cohęredibus eſſe in triente, ſed iuberi mutare nomen, eſt πολιτικὸν σκέμμα, rectum ne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento, ſed id φιλοσοφώτερον διακρινοῦμεν, cum ſciemus: quantum quaſi ſit in trientis triēte. Quod putaſti fore, vt ante, quàm iſtuc venirem, Pompeium viderem, factum eſt ita. Nā ſexto Calend. ad Lauiniū me conſecutus eſt. Vna Formias venimus, & ab hora octaua ad veſperū ſecreto collocuti ſumus. Quod quæris, ecquæ ſpes pacificationis ſit? Quātum ex Pompeii multo & accurato ſermone perſpexi, ne voluntas quidem eſt. Sic enim exiſtimat, ſi ille vel dimiſſo exercitu Cos. factus ſit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore: atq; etiam putat eum, cum audierit cōtra ſe parari diligenter, Conſulatū hoc anno neglecturū, ac potius exercitū Prouinciāq; retenturum. Sin autē ille fureret, vehementer hominē contēnebat, & ſuis, & Reip. copiis confidebat. Quid quæris? etſi mihi crebro ὕπνος νήδυμος obrepebat: tamen leuabar cura, virum fortem & peritum & plurimū authoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis ſimulatæ periculis diſſerentem. Habebamus autē in manibus Antonii cōcionē habitā. X. Cal. Ian. in qua erat accuſatio Pompeii vſq; a toga pura. querela de damnatis, terror armorum. In quibus ille quid cēſes, aiebat, facturū eſſe ipſum, ſi in poſſeſſionē Reip. venerit, cum hæc Quæſtor eius infirmus & inops audeat dicere? Quid multa? nō modo nō expetere pacē iſtā, ſed etiā timere viſus eſt. Ex illa autem ſententia ira relinquendę Vrbis mouet hominē, vt puto. Mihi autem illud moleſtiſſimum eſt, quòd ſoluēdi ſunt nummi Cæſari,

Incommodo) Cum incōmodo. Quid eſt tantum) Quid itereſt vno aut altero die venire. Eſſe in triente) Eſſe hęredem ex quarta parte. Trientalis aſpectus idem qui triquetrus. Trientes ſunt pocula a numero menſuræ quam capiūt appellata. Propertius, Cum fuerit multis exacta trientibus hora. Triētalis materia apud Vitruuiū & trientales aſſeres nomen habent a menſura, quod craſſitudine quatuor vnciarum eſſent. Quaternarium numerum continet triens. Sed ita vocatur quod eſt tertia pars aſſis. Trientalis herba a Plinio dicta quod trientem æquet amplitudine. Πολιτικὸν) Ciuilis conſideratio. Adoleſcenti) Dolabellæ. Διακρινοῦμεν) Sapientius deliberabimus. In trientis triente) In tertia parte tertiæ partis hæreditatis. Factum ita) Pōpeium vidi. Sexto Calend.) Ianuarias. Lauernium) Locus Campaniæ, vbi fortaſſe Lauerna colebatur furū dea, a qua Lauerniones appellati. Lauernalis inde vocata Romæ porta, quod Lauernæ tēplo propinqua fuit. In malum poetam & aliena pro ſuis recitātem exclamauit Auſonius Burdegalēſ, Bonorum mala carminum Lauerna. Emēdati codices non Lauerniū, ſed Lauinium habent. Pacificationis) Inter Cęſarem ac Pōpeiū. Ille) Cęſar. Σύγχυσιν) Cōfuſionē Reip. Eū) Cæſarem. Ille fureret) Cæſar pręter rationē ac ſumma cū amētia tumultuaret. Ὕπνος) Dulcis ſomnus, ſuauis, profundus. Πολιτικῶς) Ciuiliter.

Toga pura) Ab initio auſpiciorum eloquentiæ, cum exceſſit ex ephebis. De dānatis) Ademptis Marianorū poſſeſſionibus. Terror armorū) Quē incutiebat Pompeius cū armatis legionib⁹, vt metus Pompeii, actiue. Quęſtor) Antonius. Poſt hanc dictionem in priſcis exemplaribus eſt, eius. Ex illa) Pacis ineundę cum Cęſare. Cęſari) Quos ab eo accepi mutuos ad apparatum triumphi.

Trientalis. Triquetrus.

Lauernium.

Lauernana. Lauernalis porta.

Toga pura.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Inſtrumentum)Pecunia qua debebam triumphum inſtruere. Eo)Ad ſoluendũ Cæſari. Ἄμορφον)Deforme ac turpe eſt aduerſari in cauſa Reipub.creditori.Ingrati hoc ſpecimen eſſet.Deforme contraria in Republica ſentientem eſſe debitorem. Ades)Prope es. Buſtum Baſilij)Nomen eſt loci inglorij,de quo ſic meminit Aſconius in oratione pro Milone,Via Appia eſt prope Vrbem monimẽtum Baſilij,qui locus clarus Baſilij latrociniјsfuit. Διευκρινήσεως) Declarabis problema. Haberi comitia) Creari Conſules. Illo)Cæſare. Patiente)Deponente Conſulatum ac retinente Gallias cum exercitu.

Buſtũ Baſilij.

Patiatur)Creari Conſules operam dando vt aliquis Tribun⁹ intercedat. Quieſcat) Sinat. Interregnum)Tempus vacuũ Conſulibus. Adducat) Ad vrbẽ quoniã eius abſentis ſecundum beneficiũ populi ratio nõ habetur. Minus paratis) Ad reſiſtendum imparatis. Comitijs)In Cõſulum creatione. E lege)Plebiſcito. Ratio habeatur)Cęſaris abſentis. Ite autẽ)Erade dictionem aũt ac iunge ſuperioribus.Impetratum non ſit ire ad arma, ſupple ſit neceſſe. Aut) Vel,ſaltẽ ob hãc cauſam. Addita cauſa)Alia pręter hanc ſuperiorẽ. Tribunus Pl.) Volebat Cęſar iuſtã belli ciuilis cauſam aliquã prætẽdere, ſi forte in Põpeiũ Trib.pl.inuecti, expellerẽtur vrbe,hũc volebat eſſe iuſtum prętextũ belli ciuilis, quę ei tandẽ ſperata cõtigit occaſio. Incitans)Aduerſus Senatũ. Notatus)Ignominia affect⁹. Senatus cõſulto) Prohibẽte licẽtiã tribunitiã. Circũſcriptus)Iuriſdictione pręſcripta ꝓhibitus a plenitudine poteſtatis exercẽda. Sublat⁹)Interemptus vel exauctoratus. Ille)Põpeius. Commeatu) Alimẽtis vtẽſilibusq; neceſſariis ad victũ. Tradat) Deponat. Et omnino)Scribẽdũ, eſt omnino, deponere exercitũ. Ille)Cęſar. Eo) Ad eas cõditiones, vt exercitũ deponat. Obtinet. Quod ſequit̃, vt ratio habeatur retinentis exercitũ. Miror)Cur exercitũ nõ deponat miror,& deinde petat. alias eſſet inhoneſta petitio. Quã ille Cos.fiat) Vt ille Cõſul fiat. At ſic male)Vt Conſul fiat. Q̃ cũ exercitu)Sit. Certe)Optime,cõducit hoc. iſtud ſit) Conſul fiat. O magnũ malũ, ad quod temeritate noſtra cõpulſi ſumus. Putat aliquis) Scribe. Pudet inquis,nos huc eſſe impulſos. Cedendũ)Concedẽdũ erit Cęſari. Si volet id)Cõſu

& inſtrumentum triumphi eo conferẽdum. Eſt enim ἄμορφον ἀντιπολιτευόμενον χρεωφειλέτην eſſe. Sed hæc, & multa alia coram.Quotidie ne inquis a te accipiendę literæ ſunt? ſi habebo cui dem, quotidie: at iam ipſe ades. Tum igitur,cum venero,deſinam. Vnas video mihi a te non eſſe redditas, quas L. Quintius familiaris meus cum ferret, ad Buſtum Baſilii vulneratus & diſpoliatus eſt. Videbis igitur nunquid fuerit in his,quod me ſcire opus ſit.Etſi multo hoc διευκρινήσεως πρόβλημα ſane πολιτικόν,cum ſit neceſſe aut haberi Cæſaris rationem, illo exercitum vel per Senatum, vel per Trib.pleb. obtinente: aut perſuaderi Cæſari vt tradat Prouinciam, atque exercitum, & ita COS. fiat. Aut ſi id ei non perſuadeatur, haberi comitia ſine illius ratione illo patiente atq; obtinente Prouinciam:aut ſi per Trib.Pleb.non patiatur, tamen quieſcat rem adduci ad interregnum. Aut ſi ob eam cauſam,quòd ratio eius non habeatur, exercitum adducat,armis cum eo contendere. Illum autem initium facere armorum,aut ſtatim nobis minus paratis, aut tum cum Comitiis amicis eius poſtulantibus, vt e lege ratio haberetur, impetratum non ſit: ire ad arma, aut hanc vnam ob cauſam,ꝙ ratio non habeatur, aut addita cauſa,ſi forte Trib.pleb.Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut S.C. circunſcriptus,aut ſublatus,aut expulſus ſit,dicensve ſe expulſum ad illum confugerit. Suſcepto autem bello, aut tenenda ſit vrbs: aut ea relicta, ille a commeatu, & reliquis intercludendus. Quid horum malorum, quorum aliquod certe ſubeundum eſt,minimum putes? Dices profecto perſuaderi illi, vt tradat exercitũ, & ita COS.fiat. Eſt omnino id eiuſmodi, vt ſi ille eo deſcẽdat,contradici nihil poſſit:idq; eum ſi non obtinet,vt ratio habeatur retinentis exercitum,non facere miror. Nobis autem, vt quidam putant,nihil eſt timendum magis,q̃ ille COS. At ſic malo inquies, q̃ cum exercitu,certe. Sed iſtuc ipſum ſit. O magnum malum.pudet,inquis,neq; ei remedium eſt vllum: cedendum eſt,ſi volet id.Vide Cos.illum iterum,quem vidiſti Cõſulatu priore. At tũ imbecillus plus inquis

latum. Vide) Videbis. Cos.) Conſulem. Cæſar erit qui fuit ſemper. Conſulatu priore) Talem, tã præuaricantem leges, Catonem iubentẽ in carcerẽ trudi, qui Collegã Bibulum non eſt paſſus in Senatum venire. Tum) Tunc. Si in arido quid in viridi? Imbecillus) Si in Conſulatu priore quando imbecillus erat Cæſar, plus valuit q̃ reſpublica quid nũc putas eum facturũ? Quid nunc) Confirmatis viribus putas Cæſarẽ eſſe facturũ? Et eo Conſule) Donec durat annus Cæſaris cõſularis, Pompeius eſſe vult in Hiſpania. Ita per annũ perpetuũ columen Romanorũ amittemus. hoc iunge inferioribus.

valuit, q̃ tota reſpublica: quid nũc putas? & eo Cos. Pompeio certum eſt eſſe in Hiſpania. O rem miſerã. Siquidem idipſum deterrimũ eſt, quod recuſari non poteſt: & quod ille ſi faciat, iam cum bonis omnibus ſummam ineat gratiam. Tollamus igitur hoc, quo illum poſſe adduci negant. De reliquis, quod eſt deterrimum, illi concedere, quod (vt idem dicit) impudentiſſime poſtulat. nam quid impudentius? Tenuiſti prouinciã per decem annos non tibi a Senatu, ſed a te ipſo per vim & per factionem datos. Præteriit tempus legitimum, vt ſuccedatur decernitur: impedis, & ais, Habe mei rationem, habe noſtrũ. Exercitum tu habeas diutius, q̃ populus iuſſit inuito Senatu? Depugnes oportet, niſi cõcedis. cum bona quidem ſpe vt ait idem, vel vincendi, vel in libertate moriendi. Iam ſi pugnandum eſt, quo tempore, in caſu: quo conſilio, in temporibus ſitum eſt. Itaque te in ea quæſtione non exercuero. Ad ea quæ dixi, affer ſi quid habes. Equidem dies noctesq; torqueor. Vale.

Quod) Deponere exercitum, vel de Põpeio loquit̃ q ſi ſinit inire Cõſularũ Cæſarẽ & in Hiſpaniã abibit, faciet optimo quoq; volẽte & gratias agẽte. Iã iã) Scribe, iam cũ. Ineat gratiã) Amorẽ cõtrahat. Tollam⁹) Remoueam⁹ ſermonẽ ſuper hoc. Quo) Ad qđ & deponat exercitũ. Illi) Concedere. Quod ex iſtis peſſimũ putas? Illi cõcedere) Cæſari ne concedere vt in prouincia ſit cũ exercitu? Quod) Tenere prouinciam ſine ſucceſſore. Idem.) Pompeius. Impudentius) Reſpõſo Cæſaris, ſi ita interroget̃ Cæſar. Decernitur) Decretum ſit Senatu. Habe mei rationẽ) Fac vt abſens petere poſſim. Tu habeas) Verba Senatus caſtigantis Cæſarem qui habere exercitum vult inuito Senatu. Depugnes oportet) Niſi armis deponere cogar, recuſo. Cum bona) Prouocat ad conſerendum manus cum Cæſare ſpe optima, aut vincendi aut in libertate moriendi. Vt ait idem) Pompeius. Quo tempore) Pugnabitur. In caſu) Caſus ac fortuna dominabuntur. Quo conſilio) Depugnabitur. In temporibus) In occaſione & articulis temporum. Conditio temporis ſucceſſum aliquando & prudentiam impediet. Non exercuero) Non exercebo, non fatigabo male valentem. Integram altercationem ſubdit. Affer) Cõtra ea. Si quid habes) Argumenti in contrarium facientis.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

Argumentum. CXXVII. PIVS.

EXIRE cogitat anteq̃ luceat nequi cõſpect⁹ fiat laureatorũ lictorũ calamitoſiſſimo tẽpore. In reliquis qđ agat ignorat, ita cõturbatus eſt. A Põpeio ſtulte omnia & incaute agi iudicat.

Subito conſilium cepi, vt anteq̃ luceret, exirem, nequi conſpectus fieret aut ſermo, Lictoribus præſertim laureatis. De reliquo, neque hercule quid agam, nec acturus quid ſim, ſcio, ita ſum perturbatus temeritate noſtri amentiſſimi conſilii. Tibi vero quid ſuadeam, cuius ipſe conſiliũ expecto? Cneus noſter, quid conſilii ceperit, capiatve, neſcio: adhuc in oppidis coarctatus, ſed ſtupent omnes. Si in Italia cõſiſtet, erimus vna: ſin decedet, conſilii res eſt adhuc incerti. Niſi ego inſanio, ſtulte omnia, & incaute agi iudico. Tu quæſo ad me crebro ſcribe, vel quod in buccam venerit. Vale.

EXIREM) Ex hoc oppido in vrbẽ, vel loco vbi ſe cõtinebat. Sed exire de vrbe vel municipio dicit̃. Ne q) Ne quis me reſpicere poſſet. Laureatis) Triũphaturi laureatos miniſtros habebãt. Lege Plutarchum in Pompeio. Amẽtiſſimi) Qui de triũpho cogitaui. Stupent) De ducis huius impitia & veterno, vel celeritate Cæſariana. Cõſiſtet) Põpeius. Cedet) Priſci codices decedet, qđ eſt idem. In buccam venerit) Quæ tibi ſuccurrent.

Argumentum.CXXVIII.

PIVS. SCRIBITVR hęc epiſtola ad Atticũ in Lucretino ociantē. Celeritas ac rès geſtæ Cæſaris conſulere eum quiete non ſinũt, ab Attico conſiliũ petit. Inuehitur in Cæſaris amētiã, eiusq; ſexcenta ſcelera. Improbat conſiliũ Pompeii quod Vrbem reliquerit q̃uis Themiſtoclis cõſiliũ ſecutus ſit. Epiſcopon ſe factum orę Campanę ait Cicero, qui acquieſcit ſępiſſime literas Attici legens. TENEBRÆ) Oboriuntur animo meo, nihil video nullũ conſiliũ habeo.

Cingulum. Cingulum) Ciuitas Piceni notiſſima, vnde hodie muli cingulani optimi veniunt. De Cingulanis Plinius meminit libr.3.Nat. Hiſt. ſed prius de Campanis, mox de his, de quibus nunc Cicero ſic, Intus Auximates, Cingulani, Plynienſes, Ricinenſes, quos vulgo Recanatēſes appellamus.

Ancon. Anconē) Ciuitatē famigeratã Veneri dicatã, de qua Satyric⁹, Quã Dorica ſuſtinet Ancon. Ita

Thermus. ſcribebat Thermus ad Senatum illinc expulſus. de quo Lucanus, Iusq; ſui pulſo iam prodidit Vmbria Thermo.

Cæſare) Ergo hoſte & barbaro, vt a quo Legatus iuſte diſcedit. Alias nefarium eſſe ducē relinquere.

Vmbra. Vmbram non viderit) Nec in ſomnis quid ſit æquũ ac bonũ vidit, quare Plautus vmbrã amici, debilem amicum vocat. Plutarchus περὶ πολυφιλίας Menandrum citat, qui beatum dixerit eum, qui vel σκιὰν φίλου, id eſt amici vmbram habeat. Apud Atheneũ paraſitus quiſpiam panes rancidos & atros in conuiuiũ illatos ἄρτων σκιάς, quaſi vmbras panum non panes. τοῦ καλοῦ) Recti & boni. Dignitatis ſuæ tuendæ cauſa. Nam cum vidiſſet ſtratos in ciuili acie tot milites, exclamauit, ſic voluerũt. Ego imperator tot annorũ, niſi ab exercitu auxiliũ imploraſſem merita dignitate, triũphoq; fraudatus eſſem. Honeſtas) Nihil vtile & illuſtre ſine honeſtate. Num honeſtũ) Eſt o Cæſar. Diſputat ac euentilat cauſam Cæſaris, tanq̃ Cæſar adſit. Nullo publico cõſilio) Sine auctoritate Senatus ac populi. χρεῶν ἀποκοπὰς) Tabulas nouas, exulum reſtitutiones, ſubintellige. honeſta ne hæc putas?

Tyrannidis laus. τὴν θεῶν) Dearum maximã vt obtineat tyrãnida. Eſt ſenarius Euripidis in Phœniſſis.

Apricatio. Apricationem) Ambulationē in aprico, hoc eſt aperto ſole. Perſius ſenes vocat apricos quoniã inſolatione gaudent. Inſolari eſt ad ſolem exponi.

Apricari. Apricari verbũ. Lucretinũ) Lucrinenſe, ſi dici poteſt, Campaniæ, de quo ſic Horatius, Dulce & amœnũ ſæpe Lucretilem Mutat lycęo Bacchus. Iſtiuſmodi) Tyrannũculorũ & feliciũ infeliciũ. Illiuſmodi) Tale, quippiã ab omni abhorrens humanitate, ac politica honeſtaq; vita. Quid ſi tu velis?) Tacitę Attici obiectioni reſpondet inquiens. Eſto qđ velles O Cicero, Cæſar eſſe nõ poſſes tamen, ſtrutio natus es, nõ aquila. Atqui, inquit Cicero, nolo, cogitareq; & iſta velle, accedit ad inhumanitatē. Ea) Sola. Miſerior) Iſto velle deterior. Adipiſci) Conſequi tyrãnidē. Ita) Inhumane ac turpiter volueris. ἐνσχολάζω) Ociũ cõtero. Ad noſtrũ) Põpeiũ. Satis de Cæſare, ad Pompeiũ noſtrũ tranſeamus. Per fortunas) Adiurandi interrogatio Ciceroni familiaris, vt alia. Per opes tuas. Per geniũ, oculos, bonaq; tua rogo, peto Attice. Quod vrbem reliquerit. Themiſtoclęum ſecutus exēplũ. Vrbem) Lucanus, Pro qua pugnabitur vrbe? ἀπορῶ) Hęreo, ſubdubito de Põpeii conſilio. Tũ) Vetuſti codices tamē. Relinquas) O Põpei. Ergo idē faceres? vrbē relinq̃res? Cęſar enim vniuerſis Gallis eſt barbarior. At) Sed. Reſponſio Põpeii. Sunt in ſtatu deliberatiuo dialogi.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Quæſo quid hoc eſt, aut quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt. Cingulum inquit nos tenemus. Anconem amiſimus. Labienus diſceſſit ab Cæſare. Vtrum de Imperatore Po. Ro. an de Annibale loquũtur? O hominem amētem, & miſerũ, qui ne vmbram quidem vnq̃ τοῦ καλοῦ viderit. atq; hęc ait omnia ſe facere dignitatis cauſa. Vbi eſt autem dignitas, niſi vbi honeſtas? Num honeſtum igitur habere exercitum nullo publico conſilio? occupare vrbes ciuiũ, quo facilior ſit aditus ad patriam? χρεῶν ἀποκοπὰς, φυγάδων καθόδους, ſexcenta alia ſcelera moliri, τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα; Sibi habeat ſuam fortunam. Vnam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, q̃ omnia iſtiuſmodi regna, vel potius mori millies, quàm ſemel illiuſmodi quicq̃ cogitare. Quid ſi tu velis inquis? Age quis eſt, cui velle non liceat? Sed ego hoc ipſum velle miſerius eſſe duco, q̃ in crucem tolli. Vna res eſt ea miſerior, adipiſci, quod ita volueris. ſed hæc hactenus. Libentius enim in his moleſtiis ἐνσχολάζω. Redeamus ad noſtrum. per fortunas, quale tibi conſilium Pompeii videtur? Hoc quæro, quod vrbem reliquerit. Ego enim ἀπορῶ, tamen nihil abſurdius. Vrbem tu relinquas? Ergo idem ſi Galli venirent. Non eſt, inquit, in parietibus Reſpublica, at in aris & focis. Fecit idem

Themiſtocles) Perſis Xerxis auſpicio Græciam inuadētibus, Themiſtocles exemplum ſecutus oraculi, quo iubebantur Athenięſes mœnibus ligneis patriam circũdare, interpretatus eſt bello nauali eſſe pugnandum. apud Salamina pugnatum eſt cum Perſis, Themiſtocle duce, apud Athenienſes victoria ſtetit peritia ac fortitudine ducis. Quare dixit alibi Cicero, tempora & rem Romanā eguiſſe potius cōſilio Periclis q̃ Themiſtoclis. Fluctum) Impetum. Adducit rationem quare Themiſtocles Athenas reliquerit, ingreſſus mare. Ferre) Suſtinere. Idem) Quod Themiſtocles vrbem relinquere. Poſt quinquageſimũ) Inuadētib⁹ Athenas Peloponenſibus & Lacedæmoniis, perſtitit Pericles ac vrbem tutatus eſt cōſtanter & fortiter. Hiſtoriam Plutarchus explicatius enarrat in Pericle. Nihil) Agri ac oppidorũ. Noſtri) Maiores. Arcem) In quā ſeniores iuuētutem miſerũt aptā rei nauandę. οὕτω πȣ) Adeo nos pręteritorũ deſiderio tenemur, ſi maiorũ cōſilio Rēpublicā non adminiſtramus. Vel qđ magis arridet p̄terita Reſp. vt eſt iſta, quæ nũc eſt, diſplicere nō poſſit. Dolore municipali) Ex dolore ciuitatũ, quæ propter Pōpeii fugā diripiũtur. Cōuenio) Colloquor. Hoc cōſiliũ) Pōpeianũ Themiſtoclęũ. Neſcio iſtic) Quid hic in vrbe dicaꝛ. Eſſe) Eſt ne decorũ? Alia) Diuerſa a prima. Meliorē nũc cauſam Pōpeius habet. Cauſa) Multi Pōpeiũ credebant eſſe cauſam bellorũ ciuiliũ, nunc omnino vident eſſe Cæſarē. Nihil cōcedēdũ) Omnia iniuſto Cęſari denegāda cēſent. Pręſũ) Erat Epiſcopus orę

Themiſtocles. | Pericles.

Themiſtocles. fluctum enim totius barbariæ ferre vrbs vna non poterat. At idem Pericles non fecit annum fere poſt quinquageſimum, cum præter mœnia nihil teneret. Noſtri olim vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt. οὕτω πȣ τῶν ἔμπροσθεν ποθȣμȣ́μεθα. Rurſus autem ex dolore municipali, ſermonibusque eorum, quos conuenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum. Mira hominum querela eſt (neſcio iſtic. ſed facies, vt ſciam) ſine magiſtratibus vrbem eſſe, ſine Senatu. Fugiens denique Pompeius mirabiliter homines mouet. Quid quæris? alia cauſa facta: nihil iam concedendum putant Cæſari. Hæc tu mihi explica, qualia ſint. ego negocio pręſum non turbulento. Vult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & negocii ſumma referatur. Itaque vagus eſſe cogitabam. te puto iam videre, quæ ſit ratio vię Cæſaris. qui populus, qui totius negocii ſtatus. ea velim ſcribas ad me: & quoniam quidem mutabilia ſunt, q̃ ſępiſſime. acquieſco enim & ſcribens ad te, & legens tua. Vale.

Campanę. Non turbulento) Quieto potius. ἐπίσκοπον) Quos ad ſibi ſubditas obnoxiasq; ciuitates mitterēt Athenięſes ſpectatũ quid in quaq; re fieret, Epiſcopos fuiſſe vocatos ac Phylacas. ἐπίσκοπον ἐμῶν, Mercuriũ Epiſcopũ Leonidas poeta vocat. Epiſcopon & Scopon pro eodē accipit Euſtathius. Arcadius Epiſcopũ intelligit pani, & cęteris venalibus pręfectũ, quę ad quotidianũ victũ ſpectēt. Certaminũ pręſides inuenio appellatos modo ephoros, modo epoptas, nũc etiā epiſcopos. Harmoſyni, qđ obiter dictũ velim, Spartę fuere magiſtratus cōpeſcēdo muliebri mũdo creati. Delectus) Cōſcribēdorũ militũ ordo. Vagus) Ambulator, qđ officiũ epiſcopi eſſe ſolet. Oratio) Legēdũ, ratio: quo Cæſar diriget iter ſuũ. Mutabilia) Singulis horis, imo horarũ momētis, fortuna mutaꝛ in bellis. Adqeſco) Reſpiro.

Epiſcopos. | Phylaces. | Scopos. | Harmoſyni.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Argumentum. CXXIX.

ROGAT Atticũ vt q̃ veriſſime & q̃ ſæpiſſime ſcribat, acqeſcere ſe dicēs tm̃ plectis amici literis.

PIVS.

VNam adhuc a te epiſtolam acceperam datam. XII. Calend. Iun. in qua ſignificabatur, aliā te ante dediſſe, quam nō acceperam. Sed quæſo, vt ſcribas, q̃ ſępiſſime, non modo ſiquid ſcies, aut audies, ſed etiā ſiquid ſuſpicabere. maximeq; quid nobis faciundũ, aut non faciundũ putas. Nam quod rogas, curem vt ſcias quid Pompeius agat, ne ipſum quidē ſcire puto. noſtrũ quidē nemo. Vidi Lentulum Cos. Formiis. X. Calēd. Iun. vidi Libonem, plena timoris & erroris omnia. Ille iter Larinũ, ibi eñ cohortes, &

NEMO) Scit. Libonem) De quo Lucanus ita canit, Gēs Etruſca fuga trepidi nudata Libonis, Iusq; ſui pulſo iam perdidit Vmbria Thermo. Omnia) Pompeius facit. Larinũ.) Municipium Apuliæ parum mari diſtās a Theano. xviij. mil. vt ait Cicero ꝑ Flacco, adhuc durat regiturq; ab Vrſinorũ familia.

Libo. | Larinum.

Luceria.
Teanum.
Phalariſmos

Luceriæ) Dauniorum oppidum. Tu quoque commiſſæ nudatam deſeris arcem Scipio Luceriæ. Teani) Paulo infra de Teano plura leges. Vereor ne poſſit) Dubito ꝙ non habebit. Quo) Eundum. Qua) Via, ratione. Quid) An hunc an illum ſequar, an quietem mediter. φαλαρισμόν) Tyrannidem. De Phalaride Tyranno Agrigentinorum quis neſcit? Qui concurſu populi trucidatus eſt & lapidatione obrutus. Rerum prolatio) Aſportatio militum & hoſtium. Iuxta illud Plautinum in Captiuis, Res prolatæ ſunt noſtris dentibus, hoc eſt procul latæ. Nec ſperatur dilatio belli ciuilis Pōpeio iam ſe accingente, vel quod res ciuiles abductę ſunt fugiē te cedēteve Pompeio quem Cæſar perſequetur. Dimittam) Scribendū demittam .i. pręfractius immergam. In cauſam) In aleam belli. Deterreor) Terrore dimoueor.

Tergiuerſor.
Muginari.

Tergiuerſer) Diſſimulē. Muginari priſci dicebant Cicero inferius, Dū muginaris cœpi conſilium domeſticum. Iis me dem) Cęſari. αἰδέομαι) Vereor Troianos, hoc eſt populi in me latratus, ne timidiculum vel amicū Tyranni vocent. Apud Homerū lib. 6. Iliados, Hector diſſuaſus ab vxore ne cum aliis exiret vrbem ſic inquit, Iſta quidem omnia vxor, quæ connumeraſti, eadem ipſe cogito, eiſdē moueor, ſed Troianos Troianasq; erubeſcens vereor, ſi velut imbellis quidam eminus a cæteris ſubterfugiam pugnam: & nihilominus nō patitur animus ignauiæ ſibi eſſe conſcius, & ne mihi diſſimilis ſim, qui cōſueui ſemp gnauiter agere, & in primis ſtrenue pugnare, vt & mihi & patri magnę glorię eſſem.

Vereor
Troianos.

Amici) Pompeii. Officio) Amore. Reuocor) Retrahor a Cęſare fouēdo. Et ſi) Particula, ſi, ſupuacanea eſt. Puerorū) Charitatis domeſticæ, ne rebus Pōpeii fractis, liberi mei egeant, vt olim Themiſtoclis filii. Vt igitur) Scribēdum, tu. Eum finē) Sequi Pompeiū donec erit in Italia.

Explicari) Ordinari q̄ iſte triumphi apparatus. Nihil dum) Eſt parelcon dū. Videatur) Tibi. Erit deliberatio.

Aporia.

ἀπορίαν.) Hæſitationem.

Ab illo) Cæſare. Pœnitere) Quod ad Pompeium imparatiſſimū tranſiuit. Finibus) Curā rei domeſticæ nō egrederis. Scriptites) Frequentiſſime ſcribas, & ſi inaccurate & incompoſite. Sidonius, Magis loc⁹ erit vbi dormites, q̄ vbi dormias.

Scriptito.

Luceriæ, & Teani, reliquaque in Apulia. Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit, an mare tranſire, neſcitur. Si manet, vereor exercitum firmum habere ne poſſit: ſin diſcedit, quo, aut qua, aut quid nobis agendum ſit, neſcio. Nam iſtum quidem, cuius φαλαρισμὸν times, omnia teterrime facturum puto. Nec enim rerum prolatio, nec Senatus, magiſtratuūq; diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit. Sed hęc (vt ſcribis) cito ſciemus. Interim velim mihi ignoſcas, ꝙ ad te ſcribo tam multa toties. Acquieſco enim, & tuas volo elicere literas, maximeque conſilium quid agam, aut quo pacto geram. demittam ne me penitus in cauſam. Non deterreor periculo, ſed diſrumpor dolore: tam nullo conſilio, aut tam contra meum conſilium geſta eſſe omnia. An cuncter, & tergiuerſer, & iis me dem, qui tenent, qui potiuntur? αἰδέομαι Τρῶας. nec ſolum ciuis, ſed etiam amici officio reuocor. & ſic frangor ſæpe miſericordia puerorum. Tu igitur ita perturbato, et ſi te eadem ſolicitāt, ſcribe aliquid, & maxime, ſi Pompeius Italia cedit, quid nobis agendum putes. M. quidem Lepidus (nam fuimus vna) eum finem ſtatuit: L. Torquatus eundem. Me cū multa, tum etiā lictores impediunt. Nihil vidi vnq̄, quod minus explicari poſſit. Itaq; a te nihildum certi exquiro, ſed quid videatur. Deniq; ipſam ἀπορίαν tuam cupio cognoſcere. Labienū ab illo diſceſſiſſe propemodum conſtat. Si ita factum eſſet, vt ille Romam veniēs magiſtratum & Senatum Romæ offenderet, magno vſui cauſæ noſtræ fuiſſet. Damnaſſe enim ſceleris hominem amicum reipublicæ cauſa videretur, quod nunc quoq; videtur, ſed minus prodeſt. Non enim habet cui proſit, eumq; arbitror pœnitere: niſi forte id ipſum eſt falſum, diſceſſiſſe illum. nos quidē pro certo habebam⁹. & velim (quāq̄ (vt ſcribis) domeſticis te finibus tenes) formam mihi vrbis exponas, & quod Pompeii deſiderium, & quæ Cæſaris iniuria appareat, etiam quid cenſeas de Terentia & Tullia, Romæ eas eſſe, an mecū, an aliquo tuto loco. Et hæc, & ſi quid aliud, ad me ſcribas velim, vel potius ſcriptites. Vale.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.CXXX.

TRANſiuiſſe ad Pōpeiū Labienū gaudet,ſaltē qd Cæſari dolorē fcit. De ciuili bello nōnulla. Cæſaris violentiā improbat. Ignauiā Pōpeii damnat,& imperitiā rei militaris. Difficultate etiā delectus. De domeſticis emandandis cogitat. Dolabellę tamen confidit. Res Vēnonianas in principio huius epiſtolę vocat res cuiuſdā Vennonii paruas & ignotas. LABIENVM) Ad Pōpeiū trāſfugiſſe. Vt aliud nihil) Dato ꝙ ob aliud nō profecerit, ob hoc tñ profecit. Ad ſummā) Ad vniuerſæ cauſæ profectū. vt, agit̃ de ſumma rerum,rebellione Labieni ad euētū vniuerſę cauſę profecimus. Profectū aliqd) Nos aliqd feciſſe lucrū. Genero) Cæſare. Viſum ire) Scribat̃ iri.hoc eſt nō dubito quin videat̃. Graue) Ingratū. Quē nō dubito grauiter laturum Cæſaris impetū inciuilē. Ciuile) Ab vno perdito ciue Cęſare. Is) Cęſar. Oĩa) bona.

PIVS.

Vt aliud. Nihil.

# M.T. CICERO T.P.ATTICO S.

DE Vennonianis rebus tibi aſſentior. Labienum iudico, facinus iādiu nullum ciuile præclarius: qui, vt aliud nihil,hoc tamē profecit,dedit illi dolorem, ſed etiam ad ſummam profectum aliquid puto. Amo etiam Piſonem, cuius iudicium de genero ſuſpicor viſum iri graue, q̃q̃ genus belli, quod ſit,vides. Ita ciuile eſt, vt non ex ciuium diſſenſione, ſed ex vnius perditi ciuis audacia natum ſit. Is autem valet,exercitum tenet, multa ſpe & promiſſis,omnia omniū concupiuit. Huic tradita vrbs eſt,nuda ex præſidio, referta copiis. Quid eſt,quod ab eo non metuas? qui illa templa,& tecta non patriam, ſed prædam putet? Quid autem ſit acturus, aut quomodo,neſcio:ſine Senatu, ſine magiſtratu, ne ſomniare quidem poterit quicq̃ πολιτικῶς. Nos autem vbi exurgere poterimus, aut quando? quorum dux, quam ἀστρατήγητον, tu quoque animaduertis, cui ne Picena quidem nota fuerint, q̃ item ſine conſilio res ſtet. Vt etiam alia omittam decem annorum peccata, quæ cōditio non huic fugæ præſtitit? Nec vero nunc quid cogitet ſcio, ac non deſino per literas ſciſcitari? Nihil eſſe tardius cōſtat, nihil perturbatius. Itaque nec præſidium,cuius parandi cauſa ad vrbem retētus eſt,nec locum ac ſedem præſidii vllam video. Spes omnis in duabus inſidioſe retentis pene alienis legionibus, nam delectus adhuc quidem inuitorum eſt,& a pugnando abhorrentium. Conditionum autē amiſſum tempus eſt. Quid futurum ſit, non video. Commiſſum quidem a nobis certe eſt, ſiue a noſtro Duce,vt e portu,ſiue gubernaculis egreſſi,tempeſtati nos traderemus. Itaque de Ciceronibus noſtris dubito,quid agam. Nam mihi interdum emandandi videntur in Græciam. De Tullia autem,& Terentia, cum mihi barbarorum aduentus ad vrbem proponitur,omnia timeo. Cum autē Dolabellæ venit in mētem,paulum reſpiro. Sed velim cōſideres,quid faciēdum putes. Primum πρὸς τὸ ἀσφαλές. Aliter enim mihi

Cōcupiuit) Vetuſti codices, cupiūt. vtraq; lectio defendi poteſt. Sine Senatu) Principale verbū eſt. ne ſimulare q̄dē poterit. Ne ſimulare) Nō ſolum vere perficere: ſed nec vmbrā veritatis,ciuilisve ſtatus implere. Priſci codices nō habēt ſimulare,ſed ſomniare nec in ſomnis q̄dē iuſtā cauſam prætēdere. πολιτικῶς) Vbi Senatus ac ciues,ibi Roma. Animaduertes) ἀστρατήγητον eſſe Pōpeiū ac iacētē. Ne Picena) Res i Piceno geſtę. Rebellio) Piceni. Quā autē) Sūt q legūt,itē. Res) Reſpublica. Stet) Repete animaduertis. Quę cōditio) Melius fuit qualēcūq; conditionē accipere q̃ ita fugere. Pręſtitit) anteponēda fuit. Sciſcitari) Indagare. Timidius) Alii codices,tardius, hebetius,vtrūq; quadrat. Præſidiū) Video. Inuidioſe) Odioſe.alii codices, inſidioſe,quoniam ſimulauit Pompeius cum repetiuit a Cęſare ſe vti velle in bello Parthico, vel quia videbātur a Cæſare repeti,quoniā Pōpeius Cæſari inuidebat, ſi legimus inuidioſe. Conditionū) Ineūdæ pacis. E portu) Metaphora nauigantium. Sine gubernaculis) Bellicis inſtrumentis. Emandandi) Extra vrbem mittendi. Alii amandādi legunt: idem erit. Dolabella) Gener meus. legatur tamen in patrio caſu Dolabellæ. Eſt em̄ phraſis cultior atq; latinior. πρὸς τὸ) Ad ſecuritatem. Vicerit vtilitas.

Emandare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de illis, ac de me ipſo cõſulendũ eſt, deinde ad opiniones ne reprehendamur, ꝙ eas Romæ velimus eſſe in cõmuni bonorum fuga. quin etiam tibi, & Peduceo (ſcripſiſti em̃ ad me) quid faciatis videndũ eſt. Is em̃ ſplendor eſt veſtrũ, vt eadẽ poſtulentur a vobis, quæ ab ampliſſimis ciuibus. Sed de hoc tu videbis. quippe cũ de ipſo, ac de me iſta cõſiderare velim, reliquũ eſt, vt & quid agatur, quoad poteris, explores, ſcribasq; ad me & quid ipſe coniectura aſſequare, quod etiã a te magis expecto. nã acta, omnibus iis nũciãtibus, a te expecto futura. μάντις δ' ἄριστος, loquacitati ignoſces, quę & me leuat ad te quidẽ ſcribentẽ, & elicit tuas literas. Ænigma Oppioꝝ ex Velia plane nõ intellexi. eſt em̃ numero Platonis obſcurius. iam intellexi tuũ ænigma. Oppios enim de Velia, Sanctones dicis in eo æſtu fuiſſe, quo aperto reliqua patebãt, & cũ Terentię ſumma congruebãt. L. Cæſarẽ vidi Minturnis ad. VIII. Calẽ. Febr. mane cũ abſurdiſſimis mãdatis: non hominẽ, ſed ſcopas ſolutas, vt id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe, qui tantis de rebus huic mandata dederit, niſi forte non dedit, & hic ſermone aliquo arrepto pro mandatis abuſus ſit. Labienus vir mea ſentẽtia magnus, Teanũ venit ad. VIII. Calẽd. Febr. ibi Põpeiũ, Cõſul.ſq; cõuenit. qui ſermo fuerit, & quid actũ ſit, ſcribã ad te, cũ certũ ſciã. Pompeius ab Teano Larinũ verſus profectus eſt, ad. VIII. Calẽd. Eo die mãſit Venafri. Aliquãtũ animi videtur nobis attuliſſe Labienus. ſed ego nondũ habeo, quid ad te ex his locis ſcribã. iſta magis expecto, quid illinc afferatur, quo pacto de Labieno ferat. quid agat Domitius in Marſis. Tignii Thermus. P. Accius Cinguli. Quę ſit populi vrbani volũtas, quę tua coniectura de rebus futuris, hęc velim crebro: & quid tibi de mulieribus noſtris placeat, & qd acturus ipſe ſis, ſcribas. Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem. Vale.

De ipſis) Aliter cõſulendũ de pueris ac domeſticis infirmis. Grãmatici certãt an hic legatur, illis, an ipſis. Ac de me) q̃ de me. Ad opinionẽ) Ad effugiendũ infamiã hominũ male opinantiũ. Splẽdor) Fax pręcurrẽs. Eadẽ poſtulentur) Eadẽ vos optimates ſequi debeatis, quę Peduceus. Videbis) Legit & videris. Acta) Subintellige ſcio. μάντις) Optimus es vates. Ænigma Oppiorum) Oppii ciues Velienſes. Eſt em̃ Velia in Lucania, qui ſub Cæſare militarũt in Gallia Aquitanica, vbi ſunt populi Sãctones. Martialis, Sanctonica medicata dedit mihi pocula virga. Hodie epiſcopon Italũ habẽt, & eodem nomine vulgo dicũtur. In æſtu) Ciuiliũ bellorũ freto. Videbat̃ ſignificare Atticus Ciceroni, ne fideret his duobus fratribus Veliẽſibus. quoniã milites Cæſaris in Gallia fuerãt. Aut die) Lege cum priſcis exẽplarib⁹ fuiſſe. Quo aperte) Per Sanctones Velięte ſignificare fratres ſub Cęſare in Gallia militãtes. Patet ille Gryphus. Summa) Vniuerſo ordine. Numero) Platonis) Hyperbole prouerbialis, ꝙ Plato numeris Pythagoricis obſcurat ſuã philoſophiã, ꝑcipue in Timæo. Cicero de Legib⁹, Negat Plato mutari poſſe muſicas leges ſine immutatione legũ publicarũ. De numeris Platonicis meminit Magn⁹ Albertus in libro de Aĩalib⁹. & Boethius, Tu numeris elemẽta ligas, vbi doctus interpres multa ſcitu digna. Sũma) Vniuerſo ordine. Minturnis) Inter Sinueſſam & Formias Minturnę, nũc caſtellũ Traiecti dicit̃. Interluit amnis, Clanis dictus. Sacroſanctã vacationẽ habent ob cęli grauitatẽ. Liuius libr. x.

Nõ ad homines) Nõ videbatur ad Põpeiũ Cæſar ſcribere, ſed ad eos, quos tãti faciebat, quãti faciẽdę ſunt ſcopę ſolutę. Cicero in perfecto Oratore, Iſti cũ diſſoluũt orationẽ, in qua nec verbũ vllũ eſt, niſi abiectum, nõ clypeũ, ſed vt in prouerbio eſt, & ſi humilius dictũ eſt, tñ cõſimile eſt, ſcopas, vt ita dicã mihi vidẽtur diſſoluere. Scopę em̃ diſſolutę nullius ſunt vſus.

Ille) Cæſar. Huic) Homini nihili. Hęc dictio facit vt ſuperius legerim, nõ hominẽ, ſed ſcopas ſolutas. Arrepto) Per occaſionẽ. Teanũ) Sine aſpiratione, eſſe duplex, alterũ in Apulia nos nõ ꝑterit, alterũ cognomẽto Sidicinũ in Samnio. Nã Sidicini ſunt in Samnio iuxta Harpinos, Auſones & Arũcos. Venafri) In Volſcis. Sic hodie vocãt. Ferat) Æquanimiter an furẽter agat Cæſar de Labieni diſceſſu. Teranius) Sũt qui Thermus ſcribũt. Cæſar primo Cõmẽtario belli ciuilis, Interea certior factus Tigniũ, Thermũ Prętorẽ cohortib⁹ qnq; tenere, oppidũ munire, omniũq; Tigninorũ optimã erga ſe voluntatẽ. Aliqui ſcribũt, Thermus Tignii. Nũc Tignium Sancta Maria in

Velia.
Sanctones.
Numerus Platonis.
Minturnę.
Clanis.
Scopę ſolutæ
Teanum.
Tignium.

Georgio vocatur. Cingulum) in Vmbria,lege Strabonē libro. v. Geographiæ pro monte.

Argumentum .CXXXI.

CONDItiones pacis affert,quæ cum ſæpe fuerint iteratæ, non ſteterunt. CALIBVS) Oppidū in Hirpinis. Iter populo non debetur) Ager eius limitibus fuerat aſſignatus. Poſtea iuſſu Cæſaris Auguſti militibus nominis ſui eſt renormatus. Auſones hoc oppidum prius habitarūt. Originem habuit a Calai Boreæ filio poſt curſum Argonautarum illuc applicantium, auctore Silio, cuius ij ſunt verſus. Quem genuere Cales (non paruus conditor vrbi, Vt fama eſt) Calais. Illū) Cæſarē. Hūc noſtrum) Pompeium, Copiarum) Exigui exercitus. Suppœnitet) Modice pœnitet. Capuam) Lucanus, Interea trepido diſcedens agmine Magn⁹ Mœnia Darnij tenuit Campana coloni. Parum prolixe) Non copioſe. Scutorum) Alii, ſecutorum legunt. genus eſt gladiatorum, de quibus Satyrus, Gracco iuſſus pugnare ſecutor. Eruptionem fuiſſe) Vetuſti codices, Bis eruptionem feciſſe. Videas vt) Videas vtrum. Vlla dignitate) Quę ſunt in aliquo gradu poſitæ. Pro re nata.) Prout contigerit. Offendimus) Pompeium. In genere) Scribe, In genero, hoc eſt Dolabella, qui eſt apud Cæſarem. Quod quidem ego præſtare non debeo) Dicūtur per parentheſim, pręſtare vox Ciceronis in hoc loco ſignificat ꝓmittere pro aliena fide, lingua vernacula ſtare ante dicit. Fit maius) Si delictum aliquod meum eſt in Dolabella, augetur ſecuritate mea, quia tanquam credere Cęſari familiam meam videor, quam Romæ reliqui. Alii codices habent, ſit maius, hoc eſt fieret, eſſet. Exeundo) Roma vel Italia. Sed hæc) Feremus. Vt ſors tulerir) Pro conditione temporum,

PIVS.
Cales.
Suppœnitet.
Secutores.
Pręſtare.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD.VI. Calend. Febr.Capuam Calibus proficiſcēs,cū leuiter lippirem,has literas dedi.L. Cæſar mādata Cæſaris detulit ad Pōpeiū ad. VIII. Calend. cū is eſſet cū Coſs. Teani. Probata conditio eſt,ſed ita,vt ille de his oppidis,quę extra ſuā prouinciam occupauiſſet, pręſidia deduceret. Id ſi feciſſet, reſponſum eſt ad vrbē nos redituros eſſe, & rem per Senatū cōfecturos. Spero etiā in præſentia pacē nos habere. nā & illū furoris,& hūc noſtrū copiarū ſuppœnitet. Me Pōpeius Capuā venire voluit, & adiuuare delectum, quo parū prolixe reſpōdent Campani coloni. Gladiatores Cæſaris Capuę ſunt, de quibus ante ad te falſum ex Torquati literis ſcripſerā. Sane cōmode Pōpeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarū.Secutorū in ludo M fuerūt, bis eruptionē feciſſe dicebātur. Sane multū in eo Reip.prouiſum eſt.De mulieribus noſtris,in qbus eſt tua ſoror,quęſo videas vtrū ſatis honeſtū nobis ſit,eas Romę eſſe, cū cętere vlla dignitate diſceſſerint. Hoc ſcripſi ad eas,& ad te ipſū antea:velim eas cohortere,vt exeant, pręſertim cū ea pręſidia in ora maritima habeamus, cui ego pręſum, vt in his pro re nata nō incommode poſſint eſſe. Nā ſi quid offendimus in genero noſtro (quod quidē ego pręſtare nō debeo) id fit maius, ꝙ mulieres noſtrę pręter cęteras Romæ remanſerunt. Tu ipſe cū Sexto ſcire velim,quid cogites de exeūdo, de totaq; re quid exiſtimes.Pacem quidē hortari non deſino, quæ vel iniuſta vtilior eſt, q̄ iuſtiſſimū bellū in ciuibus.Sed hęc,vt fors tulerit. Vale.

Argumentum.CXXXII.

VT AB vrbe) Ait ſe Capuæ Conſules cōueniſſe,Cōſulares Senatores cupere pacem cum Cæſare præter Fauonium. Cato pugnare non vult.Fānius in Siciliam mititur. Cæſarem non ſtaturum cōditionibus pacis. QVO mihi) Quo iucūdius nihil eſt mihi,cum corā id nō liceret.

PIVS.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VT ab vrbe diſceſſi nullū adhuc intermiſi diem,quin aliquid ad te literarum darem, non ꝙ haberē magnopere quid ſcriberem, ſed vt loquerer tecū abſens, quo mihi cū corā id nō liceret,nihil eſt iucūdius.Capuā cū veniſſem ad.VI. Calēd.pridie,q̄ has lr̄as dedi, Coſs.conueni,multoſq; noſtri ordinis. Omnes cupiebant Cæſarem abductis præſidiis ſtare

cõditionibus his,quas tuliſſet. Vni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat, ſed is auditus nõ eſt in cõſilio. Cato em̃ ipſe iã ſeruire, q̃ pugnare mauult: ſed tamẽ ait in Senatu ſe abeſſe velle,cũ de cõditionibus agatur. Si Cæſar adductus ſit,vt pręſidia deducat,ita qđ maxime opus eſt,in Siciliã ire nõ curat, ꝗ metuit,ne abſit. In Senatu eſſe vult. Poſthumius aũt, de quo nominatim Senatus decreuit, vt ſtatim in Siciliam iret, Fuſanoq; ſuccederet, is negat ſe iturũ ſine Catone, & ſuã in Senatu operã authoritatẽq; magni æſtimat. Ita res ad Fanniũ peruenit . Is cũ imperio in Siciliã pręmittitur. In diſputationibꝰ noſtris ſumma varietas eſt. Pleriq; negãt Cæſarẽ in cõditione mãſurũ,poſtulataq; hęc ab eo interpoſita eſſe,quo minus, qđ opus eſſet ad bellũ,a nobis paretur. Ego autẽ eũ puto facturũ,vt pręſidia deducat . vicerit em̃ ſi Cos. factus fuerit , & minori ſcelere vicerit . q̃ quo eſt ingreſſus. ſed accipiẽda plaga eſt. Sumus em̃ flagitioſe imparati cũ a militibus,tũ a pecunia,quã quidẽ oẽm, nõ modo priuatã (quę in Vrbe eſt) ſed etiã publicã, (quę in ærario eſt) illi reliquimus . Pompeius ad legiones Actianas eſt profectus . Labienũ ſecũ habet. Ego tuas opiniones de his rebus expecto . Formias me continuo recipere cogitabam, Vale.

## M.T. CICERO T. P. ATTICO S.

OMneis arbitror mihi tuas literas redditas eſſe,ſed primas prępoſtere, reliquas ordine,quo ſunt miſſę per Terẽtiã . De mandatis Cæſaris,aduẽtuq; Labieni,& reſpõſis Coss. ad Põpeiũ ſcripſi ad te literis his,quas ad. V. Calẽ. Capua dedi . pluraq; pręterea in eãdẽ epiſtolã conieci. Nũc has expectationes habemus duas. Vnã,quid Cęſar acturus ſit, cũ acceperit ea,quę referẽda ad illũ data ſunt L. Cæſari. Alterã,quid Põpeius agat,qui quidẽ ad me ſcribit,paucis diebus ſe firmũ exercitũ habiturũ:ſpemq; affert,ſi in Picenũ agrũ ipſe venerit,nos Romã redituros eſſe. Labienũ ſecum habet non dubitantẽ de imbecillitate Cæſaris copiarũ,cuius aduẽtu Cn. noſter multo animi plus habet. Nos a Coss. Capuam venire iuſſi ſumus ad Non. Febr . Capua profectus ſum Formias ad. III. Calend. eo die,cum Calibus tuas literas hora fere nona accepiſſem , has ſtatim dedi . De Terentia & Tullia tibi aſſentior , ad quas ſcripſeram,

Tuliſſet)Obtuliſſet. Fauonio) Æmulo Catonis. Auditus in cõſilio)Vetuſti codices ſed is adhibitus nõ eſt in cõſilio. Seruire)Tẽporibus.

Adductꝰ) Perſuaſus. Ita qđ maximũ opꝰ eſt) Parẽtheſis. Qđ ita fore maxime eſt opꝰ, nobis videlicet vt p̃ſidia deducat. Nõ curat)Cato. Quã magni) Maximi facit . priſci codices nõ habẽt,q̃. Ita res) Prouĩcia Sicilia. Vicerit eũ) Legẽdũ,enim.pręſidia deducet Cæſar,ac ei ſatis erit viciſſe. Quo eſt igreſſus)Quo cœpit. Flagitioſe) Deterrime vel ꝑpter ſcelera quorũdã. In ærario) Propter fugã Lẽtuli Cõſulis.lege Cęſarem primo Cõmẽt. Ciuil. hęc eſt cauſa quare flagitioſe dixit.

Flagitioſe.

Actianã)Quas habet Actiꝰ. Cęſar in. I. Cõmẽtario dicit ſe hũc Actiũ Varũ apud Auximũ iueniſſe & inuaſiſſe in eũ: ille aũt fugit. ſed cũ modicũ diſceſſiſſet,reliqrũt eũ copiæ. Captꝰ igit̃ erat,poſtea miſſus Põpeius pro iis accipiẽdis copiis iuerat,de quo nũc meminit Cicero. Vel itelligit de legionibꝰ quas Actiꝰ Varꝰ pręſes Auximi delectũ toto Piceno circũmiſſis Senatoribus hñdo coegerat. Nã Auximũ Actiꝰ tenebat cohortibꝰ , nõ legionibꝰ,quas cohortes amiſit Auximo amiſſo. Fugiens .n. ActiꝰVarꝰ a militibꝰ deſertus eſt q ad Cęſarẽ defecerũt.

Actius Varus.

Argumentũ. CXXXIII.

OMNEIS) Literas ab Attico puerſo ordine accepit . Expectat̃ qd acturus ſit Cęſar,cũ L. mãdata Cõſulũ ad eũ tulerit. Pompeiũ breui ſe firmũ exercitũ habiturũ ſpõdet. Accuſat Põpeiũ q cũ ſcriptor luculentus eſſet,Seſtio homini minime eloquẽti geſta ſua ſcribenda mãdauerit. Ex literis Põpeii colligit Cæſari nihil eorũ q̃ petit negari,quę tamẽ nõ accipiet. Qui per Trebatiũ Ciceronem monet vt ſit ad vrbem . Seponere pueros ſuos in Græcia vult ſi bellũ erit.

PIVS.

CAPVÆ) Alii legũt Capua. Pręter ea) Iũctim ſcribe,præterea. Referẽda) Per Roſciũ Prętorẽ & L. Cęſarẽ.

Ad te referrent) Te conſulerent. Quo loco) Priſci codices,quo loci hoc priore latinius.

Argumentum. CXXXIIII.

NONNVLLI volũt hoc eſſe alterius epiſtolę principiũ,cuius in ſuperiori argumẽtũ explicatũ eſt. HÆC) Scribendũ,hoc. Ire videlicet in Hiſpaniam. Nemo vnq̃ de vrbanis) Scribẽdũ,Nemo vnq̃ tantum de vrbanis.quoniam Atticus Terentiam & reliquas fœminas Ciceronis abire iuſſerat.locus per contrarium.nulli præſidio ſunt fœminæ ad impediendum natæ. Iocari) Dolor bellos facit & facetos. Scriptor luculentus) Ex eius literis apparet, ac Plutarchi aliorũq; teſtimonio. Σεσιωδέςερον) Magis ſeſtiane. Fuit enim Seſtius Pompeij ſcriptor,ſed infantiſſimus ſi Pompeio cõparetur. Neſcio an hũc Seſtiũ Plinius intelligat ita ſcribẽs libro duodeuigeſimo Natur. Hiſt. Democritus coempto oleo diues euaſit, ſed diuitias ſpreuit,contentus ita probaſſe opes ſibi,cum vellet, in facili fore. hoc Seſtiu poſtea e Romanis ſapientiæ ſectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta literarum occaſio eſt. Quis) Agon ac declamatoria Ciceronis diſputatio cum Cæſare, qua concludit M. Tullius, inuerecundiſſima eſſe poſtulata Cęſaris. Quis tu es? Rex, ne tu Cæſar aut Dictator populi Romani qui habeas dicere, Sic volo, ſic iubeo? Præſidia) Duas legiones, quarũ præſidio etiã in toga Pompeius vtebatur. Nunc quidem) Conceditur quod petit Cæſar. quoniam nunc armis coacti facere iubemur. Ratione) Triumpho. Vt ſit) Hæc particula vario ac multifario dic ndi colore per orationem latinam ſerpit, & ne ſignificat, iungiturque in hoc ſignificatu cum metuo, vereor, timeo. Terentius, Metuo vt ſubſtet hoſpes. Cæſar in Commentariis, Vt ſatis cõm de ſupportari poſſet, timere dicebant. Cicero pro Milone, Accepi a te literas,quibus vereri videris, vt epiſtolas illas acceperim. Horatius, O puer vt ſis Vitalis metuo.

PIVS.

Seſtiodeſteron. Seſtius.

Vt pro me.

ad te vt referrẽt. ſi nõdũ profectę ſunt,nihil eſt,quod ſe moueant, quoad perſpiciamus, quo loci ſit res. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TVę literę mihi gratę,iucũdęq; ſunt. De pueris in Gręciã trãſportãdis, tũ cogitabã cũ fuga ex Italia queri videbatur. nos enim Hiſpaniã peteremus, illis hoc ęque cõmodũ nõ erat. Tu ipſe cũ Seſtio etiã nũc mihi videris Romę recte eſſe poſſe. Etenim minime amici Põpeio noſtro eſſe debetis. Nemo eñ vnq̃ tãtũ de vrbanis pręſidiis detraxit. Vides ne me etiã iocari? Scire te iã oportet L. Cæſar quę reſponſa referat a Põpeio,quasq; ab eodẽ ad Cęſarẽ ferat literas. Scriptę enim & ita datę ſunt,vt proponerẽtur in publico. In quo accuſaui mecũ ipſe Põpeiũ,qui cum ſcriptor lucultẽtus eſſet,tãtas res, atq; eas q̃ in omniũ manus venturæ eſſent,Seſtio noſtro ſcribẽdas dederit. Itaq; nihil vnq̃ legi ſcriptũ σεσιωδέςερον. Perſpici tñ ex literis Põpeii poteſt,nihil Cæſari negari, omniaq;, & cumulate,quę poſtulet dari, quę ille amẽtiſſimus fuerit,niſi acceperit,pręſertim cũ impudẽtiſſime poſtularit. Quis eñ tu es,qui dicas,ſi in Hiſpaniã profectus erit,ſi pręſidia dimiſerit? tñ cõceditur,minus honeſte nũc qdẽ,violata iã ab illo Rep. illatoq; bello q̃ ſi olim de ratione habẽda impetraſſet, & tamẽ vereor,vt his ipſis cõtẽtus ſit. nã cũ iſta mãdata dediſſet L. Cæſari, debuit eſſe paulo quietior,dũ reſponſa referrẽtur. Dicit autẽ nũc eſſe acerrimus. Trebatius quidẽ ſcripſit,ſe ab illo. IX. Cal. Febr. rogatũ eſſe, vt ſcriberet ad me,vt eſſem ad vrbẽ, nihil ei me gratius facere poſſe. Hæc verbis pluribus intellexi ex dierũ ratione, vt primũ de diſceſſu noſtro Cæſar audiſſet, laborare eũ cœpiſſe,ne omnes abeſſemus. Itaq; non dubito,quin ad Piſonem,quin ad Seruium ſcripſerit. Illud admiror nõ ipſum ad me ſcripſiſſe, nõ per Dolabellam, non per Cælium egiſſe,quãq̃ non aſpernor Trebatii literas,a quo me vnice diligi ſcio. Reſcripſi ad Trebatium (nam ad ipſum Cæſarem, qui mihi nihil ſcripſiſſet,nolui) quàm illud hoc tempore eſſet

ASCENSIVS. Tuę literæ &c. Nihil certius eſt q̃ hãc epiſtolam diuerſam eſſe a ſuperiore, nam quod in illa dubitarat, nunc iocando aſſerit Terentiam & filiam ex vrbe profectas &c.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Difficile) Adeſſe, Romam concedere. ἐπεκθέμενος) Exponens ſiue ſeponẽs. Illius) Cæſaris. Inducię) Pax ſequeſtra ac temporaria.

Argumentum. CXXXV.

PIVS.

MVLIERES & Cicerones M. Tullius in loco tutiſſimo eſſe voluit. in Formiano videlicet. Ipſe cum fratre Capuam ad Cõſules tetendit. Cæſar acerrime delectum habet, q̃uis mãdata de pace L. Cæſari dederit, cui⁹ perdita latrocinia deteſtatur. De gręculo Dionyſio nõnulla. De nominibus Quinti cum Attico nõ pauca. TVRPE) Turpi ſcribendum vel cæci vident. Miſere) Plures codices habent, miſero. Quæ quidem ille. Turpe mendum) Lege, Quæ quidem ſi ille. Tacebit) Martialis, Ordea quæ non det tacituris accipe mulis. Si repudiarit) Subintellige, volabit, miſcebit cuncta ferro & igne. Eſt figura Anã tapodoton, vno ſchemate defecta, de qua alibi multa.

Anantapodoton.

Reſponderem) De conditionibus, me has probare vel improbare. Anconæ) Scribendũ Ancone pro Ancona. A nobis) Nomine rei publicæ. Negocium vtile) Anconam tenere. Cæſarẽ) Tranſit ad alia) Miror Cæſarem. Tamẽ) Nihilominus. Vinciri) Muniri. ſunt qui ſcribunt vincire, quoniam dixit habere. Vix vllo ocio) Vllo veterno deſidiæ, vlla pace deſide & ocioſa. id eſt nulla pax impetrata a Cæſare hanc poſſet delere notam. In malis) Inter duo mala hoc eſt minus. Alterum) Primum, quo radices egit ac Galliam ſortitus eſt. Ne data quidem occaſione. Bibulo Conſule, qui tunc infirmũ Cæſarem deturbare nitebatur, populumq; & Senatum ad id hortabatur.

ASCENſius

ASCENSIVS. Si ille repudiarit, ſubaudio, exclamabit debacchabitur, mare cęlo cõfundet, quia ſequitur, tacebit ſi acceperit, vt contraria ex contrariis ſequantur.

difficile, me tamen in prædiis meis eſſe, neq; delectũ vllum, neque negocium ſuſcepiſſe. In quo quidem manebo dum ſpes pacis erit. Sin bellum geretur, nõ deero officio nec dignitati meæ, pueros ἐπεκθέμενος in Gręciam. Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. Tantum malum excitatum partim ex improbis, partim ex inuidis ciuibus. Sed hæc paucis diebus ex illius ad noſtra reſponſa reſponſis intelligẽtur, quorſum euaſura ſint. Tum ad te ſcribã plura, ſi erit bellum. Sin autem etiam induciæ, te ipſum (vt ſpero) videbo. Ego. IIII. Non. Febr. quo die has literas dedi in Formiano, quo Capua redieram mulieres expectabam, quibus quidem ſcripſeram, tuis literis admonitus, vt Romæ manerẽt. Sed audio maiorem quẽdam in vrbe timorem eſſe. Capuæ Non. Feb. eſſe volebam, quia Coſs. iuſſerant. Quicquid huc erit a Pompeio allatum, ſtatim ad te ſcribã, tuaſq; de iſtis rebus literas expectabo. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVarto Non. Feb. mulieres noſtræ Formias venerunt, tuaque erga ſe officia plena tui ſuauiſſimi ſtudii attulerunt, eas ergo quoad ſciremus vtrum turpi pace nobis, an miſero bello eſſet vtendum, in Formiano eſſe volui, & vna Cicerones. Ipſe cum fratre Capuam ad Coſs. (Nonis enim adeſſe iuſſi ſumus.) tertio Non. profectus ſum, cum has literas dedi. Reſponſa Pompeii grata populo, & probata concioni eſſe dicuntur. Ita putaram, quę quidem ſi ille repudiarit, tacebit: ſi acceperit. Vtrũ igitur inquies, mauis? reſponderem, ſi quemadmodum parati eſſemus, ſcirem. Caſſium erat hic auditum, expulſum Ancone, eamque vrbem a nobis teneri. Si bellum futurum eſt, negociũ vtile. Cæſarem quidem L. Cæſare cũ mandatis de pace miſſo, tamen aiunt acerrime delectum habere, loca occupare, vincire præſidiis. O perditum latronem? vix vllo ocio compẽſandam hanc reipublicę turpitudinẽ. Sed ſtomachari deſinamus. tempori pareamus. cũ Põpeio in Hiſpaniam eamus. Hęc opto in malis quoniã illius alterum Conſulatũ a republica ne data quidẽ occaſione, repulimus. Sed hæc hactenus. De Dionyſio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Fugit) Excidit. Rogatus) Vt cũ filio remaneret. A Græcis) Perfidis, omniũ vitiorũ genitoribus, quorũ, vt inquit Tacitus, ingenia temporaria ſunt. Si erit) Dionyſius. Moleſtiſſimus) Mihi ob leuitatem græculam. Inuitus) Stultitia eſt, auctore Plauto, venatum ducere inuitas canes. Vt quod debet) Scribendũ, vt quod tibi debet Ab Egnatio) Aere Egnatij debitoris. Tale) Periculoſum. τεὐ- ἡσιόδειον) Falſo adſcriptum Heſiodo. μὴ δὲ δίκην) Integrũ eſt, μὴ δὲ δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, Ne cauſam ante iudicaueris q̃ vtriuſq; partis ſermonẽ audiueris. Phocylidẽ auctorem adducit Lucianus in libello de Calumnia, Ariſtophanes in Veſpis, ἦ που σοφὸς ἦν, ὅς ἔφασκε πρὶν ἂν ἀμφοῖν ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσαις, Sapiẽs fuit is quiſquis dixit, anteq̃ partẽ audieris vtrãq;, ne iudica. Eadem ſentẽtia eſt apud Euripidẽ in Heraclidis. Inter græcas ſentẽtias eſt hic ſenarius, ne quẽpiã punito, rẽ ni expẽderis. Aliqui ſcribũt, μὴ δέδοικα, hoc eſt non timui. Nullius) Nec quidem fratris. alij codices, ne illius. Mouebar) A neceſſitudine ac amore noſtro.

*Cauſa nõ iudicanda ante partẽ auditã.*

fugit me ad te ãtea ſcribere. ſed ita cõſtitui expectare reſponſa Cæſaris, vt ſi ad vrbem rediremus, ibi nos expectaret: ſin tardius id fieret, tum eũ accerſeremus. Omnino quid ille facere debuerit in noſtra illa fuga. quid docto homine, & amico dignũ fuerit, cũ præſertim rogatus eſſet. Sed hæc nõ nimis exquiro a Græcis. Tu tamen videbis, ſi erit (quod nolim) accerſendus, ne ſit moleſtiſſimus, inuitoq; fratre. Frater laborat, vt q̃d tibi debet, ab Egnatio ſoluat, nec Egnatio volũtas deeſt, nec parũ locuples eſt, ſed cũ tale tẽpus ſit, vt Q. Ticinius (multũ eñ nobiſcũ eſt) viaticũ ſe neget habere, ideq; debitoribus ſuis denũciarit, vt eodem fœnore vterentur, atq; hoc idẽ etiã L. Ligus feciſſe dicatur, nec hoc tẽpore, aut domi numos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut verſurã vſq̃ facere poſſit, miratur te nõ habuiſſe rationem huius publicæ difficultatis. Ego autẽ, etſi illud ἡσιόδειον, μὴ δὲ δίκην (ita enim putatur) obſeruo, præſertim in te, a quo nihil vnq̃ vidi temere fieri, tamen ne illius quidem querela mouebar. Hoc quicquid eſt, te ſcire volui. Cura, vt valeas.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Argumentũ. CXXXVI.

DESPErationis epiſtola plena, Lucio Cæſare cõtempto, ac pacis conditionibus ſpretis.

*PIVS.*

NIhil habeo quod ad te ſcribã, quinetiam eã epiſtolam, quã erã elucubratus, ad te non dedi, erat enim plena ſpei bonæ, ꝙ & concionis volũtatẽ audierã, & illum conditionibus vſurũ putabã, præſertim ſuis. Ecce tibi. IIII. Non. Febr. mane accepi literas tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furium. quibus irrident L. Cæſaris legationẽ. Plane oppreſſi videmur, nec quid conſilii capiã, ſcio, nec mehercule de me laboro: de pueris quid agam, nõ habeo. Capuã tamen proficiſcebar hæc ſcribens, quo facilius de Pompeii rebus cognoſcerem. Vale.

ERAM elucubratus) Elucubraueram, ante lucẽ videlicet ſcripſerã. Cõcionis) Populi de pace. Putarã) Alij putabam. Suis) Quas ipſe Cæſar attulerat, & Lucio cõmiſerat. Ecce) Nouũ ſignificat, improuiſum, inſperatũ. Tibi) Parelcon. vt illud apđ Plautum in Comœdia Amphitryone, ſuo ſibi telo malitia abegit a foribus. Vernãt hæc parelca in latinis vocib⁹, ac dulciſſime recinũt, vt ſpreto in tempore grammatico rigore, emergat ſuauitas incredibilis.

*Elucubrari.*

*Ecce.*

*Tibi. Parelcon.*

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Argumentũ. XXXVII.

BREVI ſcito pacẽ eſſe deſperatã. Ducis Pompeij ſũma eſt ignauia. Cõſules nihili ſunt, inanes, imparati. Põpeius eſt Luceriæ cum cohorticulis. Cæſar ruit. Paratus eſt cõmori Põpeio in Italia. Extra vero Italiam conſulit Atticũ. Cicerones cũ mulieribus in Formiano ſunt. BREVIloquẽtem ſignificat multa in pauca referentem. Tẽpus) Impacatũ ac turbulentũ. Bellũ) Nõ ꝑparãt bellũ, & in ſpe pacis nõ verſantur. Minoris) Precij, magis floccifaciẽdos.

*PIVS.*

BReuiloquẽtẽ iam me tẽpus ipſum facit: pacem enim deſperaui. Bellum noſtri nullum adminiſtrant. Caue enim putes quicq̃ eſſe minoris his Coss. quorum

Illum) Cæſarem. Ruere) Alibi. Cæſar volare dicitur. hoc monſtrum mira celeritate prẹditum eſt. Manũ conſerat) Pugnet. Qui cum) Cum quo manũ conſerat cũ relictiis omnibus Pompeius fugæ ſe cõmiſerit. Fugam) Pompeii. Intercludat) Ne in Græciam tranſire poſſit. In Italia) Niſi Põpeius Italiam deſerat. Subintellige volo vel poſſum. καὶ συναποθανεῖν) Etiam cõmori poſſum. Conſulo) Non peto a te ſi Pompeius erit in Italia quid agere debeam. Sin extra) Italiam Põpeius erit, a te peto quid acturus ſim. Quid ago?) Quid agere debeo? Ad manendum) In Italia hortantur. Amicitia Cnæus.) Scribe, Cneii, hoc Põpeii, vel amicitiæ ac fidei numina & amic⁹ Cnẹus ſingulari virtute. Phalarim) Violentiſſimũ, optimatũ hoſtẽ.

Piſiſtratus.

Piſiſtratũ) Ciuilẽ virũ & amicũ nobilitatis in tyrãnide, eloquentia qua fulgebat incredibili populũ deleniuit, vt eũ ad vltionẽ inimicorũ fictis vulneribus iritauerit. Pepercit iuueni, auctore Maximo Valerio, qui publice filiã oſculatus eſſet, dicẽs amãtibus nõ eſſe iniurĩã inferendã ſed hoſtib⁹. Literas enixe fouit, bibliothecã publicauit, & Homerũ in partes, formãq; quã habemus digeſſit. Si plura de Piſiſtrato audire expetis, lege Trogũ lib. 2 Hiſtoriarũ. Regnauit ãnos. xxxiij. Tempore Seruij, docẽte Gellio. Explices) Extrices, aperias, enodes. Iſtic) Romæ. Carere) Cõſilio in reb⁹ turbidiſſimis. Quãtũ poteris) Parũ vel multũ conſilij mihi impertito. Scies) Ad te ſcribã. Suas nonas) Indictas, quæ vere nonẹ fuerũt, hoc eſt ferales. Ad has) Hodie ſcriptas. Cicerones) Nepotem tuũ & filium meum.

ego ſpe audiendi aliquid, & cognoſcẽdi noſtri apparatus, maximo imbri Capuam veni prid. Non. vt erã iuſſus. Illi autem nondũ venerant, ſed erant venturi, inanes, imparati. Cn. autem Luceriæ dicebatur eſſe, & adire cohorteis legionum vicinarum non firmiſſimarum. At illum ruere nunciant, & iam iãq; adeſſe, non vt manũ cõſerat (quicum enim?) ſed, ſed vt fugã intercludat. Ego autem in Italia καὶ συναποθανεῖν. nec te id conſulo, ſin extra, quid ago? ad manẽdũ hyems, lictores improuidi, & negligentes Duces. ad fugam hortatur amicitia Cnẹii, cauſa bonorum, turpitudo coniungendi cum Tyranno. Qui quidem incertũ eſt Phalarim ne, an Piſiſtratũ ſit imitaturus. Hæc velim explices, & me iuues conſilio. etſi teipſum iſtic iam carere puto. ſed tamen quantum poteris. Ego ſiquid hic hodie noui cognoro, ſcies. iã enim aderunt Coſs. ad ſuas nonas. Tuas quotidie literas expectabo. Ad has autem, cum poteris, reſcribas. Mulieres, & Cicerones in Formiano reliqui. Vale.

Argumentũ. CXXXVIII.

PIVS.

CICERO Capuã cõuolat Nonis ad Conſules inanes rerum omniũ, nullũ delectũ, nullos cõquiſitores habere. In optimatib⁹ deficit nõ modo volũtas, ſed etiã ſpes. Totus iacet Põpei⁹ turpiſſime cũcta ac timidiſſime agit, ignorat non modo hoſtiles copias, ſed ſuas. Conſules reuocantur ad vrbẽ, vt pecunias ex ſanctiore ærario auferãt. Picenũ iã eſſe amiſſum narrat. Cn. trans mare fugere cogitat. Conſiliũ petit in tanta rerũ omniũ perturbatione.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE malis noſtris tu prius audis, q̃ nos, iſtinc enim manant, boni autem hinc quod expectes, nihil eſt. Veni Capuã ad Nonas Feb. ita vt iuſſerant Coſs. Eo die Lentulus venit ſero, alter Cos. omnino non venerat. VII. Iduũ. Eo enim die ego Capua diſceſſi, & manſi Calibus. Inde has literas poſtri die ante lucem dedi. Hẹc Capuæ dum fui cognoui. Nihil in Coſs. nullũ vſq̃ delectũ, nec enim conquiſitores φαινοπροσωπεῖν audent, cũ ille adſit, cõtra quem noſter dux nuſquam ſit, nihil agat: nec nomina dant. deficit enim non voluntas, ſed ſpes. Cn. autem noſter (O rem miſeram & incredibilem) vt totus iacet.

ISTINC) Ab vrbe. Hinc a partib⁹ optimatũ ac Senatus oĩa deſperãtis. Nihil in Cõſulibus) Subintellige ſpei eſt. Delectũ) Cõſcriptionẽ militũ.

Phænoproſopin.

φαινοπροσωπεῖν) Faciẽ lẹtã oſtẽdere, apparere, prodire, vt hodie dicũt. Prouerbialiter eñi dicit ἐν ὀφθαλμοῖς ἡ αἰδώς,

In oculis pudor.

In oculis pudor. Quẹ cẹca ſunt, pudore vacãt, ac erubeſcentes oculos tegunt. Cauſam refert Ariſtoteles in Problematis.

Conqſitores.

Cõquiſitores) Qui delectui p̃erãt, dimiſſiq; fuerãt ad cõſcribẽdos milites. Plautus in Amphitryone, Vt conqſitores ſinguli in ſubſellia eant p totã caueã, in alia tñ ſed nota ſignificatione. Iſte) Cẹſar. Adſit) Prẹuenerit aduẽtũ noſtrorũ. Noſter dux) Põpeius. Nuſq̃ ſit) Deficiat virib⁹ ac aĩo. Nec noĩa dãt) In militiã. Vt) Suſpẽſim legẽdũ. O q̃tũ exanimatus. Iacet)

Torpet. Copię) Milites. Hoc eiuſmodi eſt?) Quid tibi videtur? Sanctiore) Secretiore, primo iam bellis ciuilibus exhauſto. hos Cæſar pręuenerat. Sanctũ incorruptũ. Turnus lib. 12. Æn. Tuq; o ſanctiſſima coniunx Felix morte tua. Vnde ſanctę leges, quę pœnę ſanctione corrũpi vetãtur. Eodem modo ſanctius ærariũ ab antiquis dictũ eſt, quod prorſus intactum erat, ex quo nihil promi licebat ob annuas neceſſitates. Liuius libro. 7. ſe. ũdi Punici belli. Aurũ vigeſimariũ, qđ in ſanctiore ærario ad vltimos caſus ſeruabaẽ, promi placuit. Cicero in Verrẽ Actione. v. Sic Quintilianus ſanctius ærarium vocat, vnde ciuilẽ ſciẽtiã rem ſanctiſſimã dixit Vlpian⁹, Neſcio an ſanctius ærariũ ſit, qđ Iuſtinian⁹ Cimeliarchium. id eſt ſancti⁹ cõditoriũ rerũ toto orbe eximiarũ, appellet.

Sanctius ærarium.

Cimeliarchiũ quid locus iuriſperitorũ.

Non animus eſt, non cõſiliũ, non copię, nõ diligẽtia. Mitto illã fugã ab vrbe turpiſſimã, timidiſſimas in oppidis cõciones, ignorationẽ nõ ſolũ aduerſarii, ſed etiã ſuarũ copiarum. Hoc cuiuſmodi eſt? VII. Iduũ Feb. Capuã, C. Caſſius Tr. pl. venit, attulit mandata ad Coſs. vt Romã venirẽt, pecuniã de ſanctiore ærario auferrẽt, ſtatim exirent vrbe relicta. redeant, quo pręſidio? deinde exeãt, quis ſinat? Cos. ei reſcripſit. vt prius ipſe in Picenũ. At illud totũ erat amiſſum. ſciebat nemo pręter me ex literis Dolabellæ. Mihi dubium non erat, quin ille iam iãq; foret in Apulia, Cn. noſter in naui. Ego quid agam? σκέμμα magnum, neq; mehercule mihi quidẽ vllũ, niſi omnia eſſe acta turpiſſime. Neq; ego vllius cõſilii particeps, ſed tamẽ quod me deceat. Ipſe me Cæſar ad pacẽ hortatur. ſed antiquiores literę, q̃ ruere cœpit. Dolabella, Cælius me illi valde ſatiſfacere, mira me ἀπρία torquet. Iuua me conſilio, ſi potes, & tamen iſta quãtũ potes, peruide. Nihil habeo tanta rerũ perturbatione, quod ſcribam. Tuas literas expecto. Vale.

Redeant) Interrogatio plena ſtomachi ac irriſionis in Pompeiũ, qui vrbem ab aduerſariis teneri ignorabat. Quo præſidio) Redeãt, cũ omnia teneantur ab hoſtibus. Sinat) Exire. Ei) Põpeio. In Picenũ) Iret ac milites cõſcriberet. Ille) Cęſar. In naui) Vt in Gręciã trãſiret. Σκέψις) Cõſideratio. Vllũ) Subintellige, verbũ vnq̃ crediderim. Acta) À Põpeio. Quod me deceat) Quę res meę pſonę quadrat. Literę) Quę me ad pacem hortantur, ſunt. Ruere) Vi pręcipiti ac maxima venire. Satiſfacere) Cæſari ſcribũt. ἀπρία) Hęſitatio.

Aporia.

Argumentũ. CXXXIX.

CONQVEritur iam totam ſub nutu Cæſaris eſſe Italiã. excludiq; turpiſſime Põpeiũ. EXCEptũ iri puto) Excipieẽ, fugiẽs arripietur. Huius autẽ noſtri) Eſt Anantapodoton figura, vt illa ſuperior. Reſpõſa Põpeii grata populo & probata cõcioni, quę quidẽ & reliqua. Eſt ſchema Gręcũ, qđ Anantapodoton diciẽ, Atticę linguę ꝓpriũ, oratio ſcilicet vno ſchemate defecta. Ariſtophanes in Pluto vtiẽ, hoc quoq; Cicero in Bruto, hoc ſchema trib⁹ modis vſurpaẽ, in principio, in medio, & fine, vt docet interpres Ariſtophanis in Pluto. In ſupiori ad Atticũ exẽplo eſt Anãtapodoton a fine. hic in medio. hac figura vſus eſt Lucas Euãgeliſta. Hui⁹ noſtri) ſubintelligaẽ, veternum merum ignoratio infinita. Eũ) Põpeiũ, quẽ tm̃ amo. Nõ quo) Non vt. Ad diuturnitatẽ) Si vult diuturnus in regno viuere) Nullũ violẽtũ ꝑpetuũ. Quorũ) Maloꝝ, ſanguinarioꝝ. Adeo) Significat hic etiã, aliq̃ñ potius. Cicero pro Cluẽtio, Clamore hominũ de foro, atq; adeo de ciuitate eſſe ſublatũ. In Catilina) Eoꝝ caſtroꝝ imꝑatorẽ, ducẽq; hoſtiũ itra mœnia, atq; adeo in Senatu videm⁹. Plautus in Caſina, Eſurio atq; adeo nũc haud parũ ſitio. Liui⁹, Nõ petẽtem, atq; adeo abſentẽ, etiã reatũ credere. Fac) Pone caſum hodie barbare dicunt. Tuto) Eſſe.

PIVS.

Anantapodoton.

Adeo.

Fac.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

PEdem in Italia video nullũ eſſe, qui nõ in iſtius poteſtate ſit. De Põpeio ſcio nihil, eũq; niſi in nauim ſe cõtulerit, exceptũ iri puto. O celeritatẽ incredibilẽ. Huius autẽ noſtri. Sed nõ poſſum ſine dolore accuſare eũ, de quo angor & crucior. Tu cędẽ nõ ſine cauſa times, nõ quo minus quicq̃ Cęſari expediat ad diuturnitatẽ victorię, & dñationis, ſed video quoꝝ arbitrio ſit actur⁹. Recte ſic cẽſeo cedẽdũ de oppidis iis. Egeo cõſilii, qđ optimũ factu videbitur, facies, cũ Philotimo loquere. atq; adeo Terẽtiã habebis Idibus. Ego qd agã? qua aut terra, aut mari perſequar eũ, qui vbi ſit, neſcio? Et ſi terra qdẽ, q poſſum? Mari, quo traiiciã? Igitur iſtic me fac poſſe tuto.

Multi enim hortantur) Parentheſis. Num honeſte) Traiiciam. Ipſe) Tu ſcribe.

Argumentum. CXL.

PIVS. EXERCITVM firmũ Domitius habuit,ſed amiſit,q̃uis fruſtra reuocatus ſit a Põpeio prouidentiſſimo duce,vt confluerent,ac communi conſilio rem gererent. EVM) Cæſarem. Idem) Veteres codices habent,id.Super hoc Cæſar primo Cõmẽtario Ciuilium. Re cognita Domitius ad Pompeiũ in Apuliam peritos regionũ,magno propoſito pręmio cum literis mittit,qui petant atq; orẽt vt ſibi ſubueniat. Cæſarẽ duobus exercitibus, & locorum anguſtiis facile intercludi poſſe,frumẽtoq; prohiberi.qđ niſi fecerit,ſe cohorteſq; amplius triginta, magnũq; numerũ Senatorum, atq; Equitum Romanorum in periculum eſſe vẽturum.

Perſequi) Epiphonema ſtomachanter prolatũ.ſubintellige expedit credibile nõ eſt?

Quid. Vt quid. Quid)Vt quid,ad quid hodie dicũt, & aliquãdo Cicero.

Opponimus)Pro ſalute viri maximi. Sed mihi) Pro quin,certe,more Gręcorum, apud quos ἀλλὰ eſt aliquãdo principiũ dialogi Luciani Samoſatę. Iudiciũ) Pręiudiciũ pręuidiſſe cladẽ publicã. De cauſa publica) De bello iſto & optimatib⁹ de Senatu. Dicit ſe nõ remiſſurũ mulieres vt deſtinauerat, ne p̄iudiciũ de cauſa publica feciſſe videať

Qua)Cauſa publica. Eſſe) Credũt hoies. Gradũ) Introitũ,argumẽtũ,p̄cedẽdi tenorẽ. Reditus mei)Qđ ego reuerti volo cauſa publica deſperata. Quod)Qm̃. Cum pie)Partim pie. Pietas nõ deſperatio vel crudelitas eſſet oppetere pro amico. Manebo) In Italia. Et ſi viuere nõ licet) Qm̃ acerbitas dolorũ me torquet. Priſci codices habẽt. Et ſi triſte ſit v uere. Iacet) Friget. Niſi qd ei⁹ fuerit. Niſi aliqd tale ſuccedit hodie diciť.nõnulli ſcribũt, Niſi qd deus iuuerit. L.Cęſaris) Alii codices.C.Cęſaris. Cui) Cæſari. Qđ facile patior) Satiſfacere Cæſari quiete viuendo ac bene operãdo. Vt adhuc) Eſt a me factum.

Argumentum.CXLI.

PIVS. LITERÆ a Philotimo optimam ſpem attulerũt,Caſſianæ peſſimam. Vibullium videlicet Cæſarem perſequentem fugere. Domitius vim militum non habet. Cicero eſt in fuga. Cicer. fugere recuſat.

Multi enim hortãtur,num etiã honeſte? Nullo modo quidem a te petam conſilium,vt ſoleo. Explicari res non poteſt: ſed tamen ſiquid in mentem venit, velim ſcribas, & ipſe quid ſis acturus. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVinto Iduum Febr. veſperi e Philotimo literas accepi. Domitium exercitũ firmum habere. Cohortes ex Piceno, Lentulo & Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu coniũctas eſſe. Cæſarem intercludi poſſe,eũq; id timere, bonorum animos recreatos, Romæ improbos quaſi perculſos. Hęc metuo equidem,ne ſint inſomnia. Sed tamen M.Lepidũ L.Torquatum,C.Caſſium Trib.pleb. (Ii enim ſunt nobiſcum, id eſt in Formiano) Philotimi literæ ad vitam reuocarunt. Ego autem illa metuo,ne veriora ſint,nos omnes pene iam captos eſſe. Pompeiũ Italia cedere, quem quidem (O rem acerbam) perſequi Cæſar dicitur. Perſequi Cæſar Pompeium? Quid? vt interficiat? O me miſerum,& non omnes noſtra corpora opponimus? In quo tu quoq; ingemiſcis. ſed quid faciamus? victi,oppreſſi,capti plane ſumus. ego tamen Philotimi literis lectis mutaui conſilium de mulieribus, quas (vt ſcripſeram ad te) Romam remittebam: ſed mihi venit in mentem,multũ fore ſermonem,me iudiciũ iam de cauſa publica feciſſe, qua deſperata,quaſi hunc gradũ mei reditus eſſe, ꝙ mulieres reuertiſſent. De me autẽ ipſe tibi aſſentior,ne me dem incertę & periculoſę fugę, cum Reip. nihil proſim,nihil Pompeio,pro quo emori tũ pie poſſum, tũ libenter. Manebo igitur,etſi viuere triſte ſit. Quod quęris,hic quid agatur,tota Capua,& omnis hic delectus iacet. deſperata res eſt,in fuga omnes ſunt,niſi quid eiuſmodi fuerit,vt Pompeius iſtas Domitii copias cũ ſuis coniungat. Sed videbamur omnia biduo triduove ſcituri. L.Cæſaris literarum exemplum tibi miſi. rogaras enim cui nos valde ſatiſfacere multi ad me ſcripſerunt. Quod patior facile, dum, vt adhuc, nihil faciam turpiter. Vale.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PHilotimi literæ me quidem non nimis, ſed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Ecce poſtridie Caſſii literæ Capua a Lucretio familiari eius, Nigidium a Domitio Capuam veniſſe, eum dicere, Vibulliũ cũ paucis militibus e Piceno currere ad Cn. confeſtim inſequi Cæſarẽ. Domitiũ nõ habere militũ vim. Idem ſcripſit Coss. Capua diſceſſiſſe. Nõ dubito quin Cn. in fuga ſit, modo effugiat. A cõſilio fugiendi, vt tu cenſes, abſum. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm dediſſem ad te literas triſteis, & metuo ne veras de Lucretii ad Caſſiũ literis Capuam miſſis, Cephalio venit a vobis. attulit etiã a te literas hilariores nec tamen firmas, vt ſoles. Omnia facilius credere poſſum, q̃ quod ſcribis, Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaq; quę nolim. Rem miſeram, malas cauſas ſemper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam, niſi illud, eum neſciſſe. Neq; enim erat difficile hoc neſciſſe. Erat enim ars difficilis recte rẽpublicã regere. Sed iam iãq; omnia ſciemus, & ſcribemus ad te ſtatim. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NVnc venit idem vſu mihi, quod tu tibi ſcribis, quoties exorior. ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem his literis, quæ Roma afferuntur, de Domitio, de Picenũ cohortibus, omnia erant facta hoc biduo lætiora. Itaque fuga, quæ parabatur repreſſa eſt. Cæſaris interdicta, Si te ſecũdo lumine hic offendero, reſpuentur. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama eſt. Quod me amiciſſime admones, vt me integrum (quoad poſſim) ſeruem, gratum eſt. Quod addis, ne propenſior ad turpem cauſam videar, certe videri nõ poſſum. Ego me Ducẽ in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui eſſe, non quin rectum eſſet, ſed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Plane eum cum noſter de altero Cõſulatu referret, & triũpho (at quibꝰ verbis? prorſus geſtis ampliſſimis) inimicũ habere noluerã.

NON nimis) Delectarũt. Caſſii) Qui tũc erat in partibus Cæſaris, cui ſcribebat a Lucretio. Caſſius audit a Lucretio, Lucretius a Nigidio. Eũ) Nigidiũ. Currere) Fugere. Vim) Magnũ numerũ vel vires militũ tãq̃ cohortes Domitii eſſent ex tyronibus. Idẽ) Caſſius. Modo) Dũmodo, vtinam.

Argumentum. CXLII.

HILARIS Attici ac lęta nũciantibus literis nõ credit Cicero, dicẽs cũ Ouidio, Perſtat eñ fortuna tenax noſtriſq; malignũ Opponit votis iſidioſa pedẽ. PIVS.

AD NOS) Vetuſti codices a vobis. Quę nolim) Afferũtur. Malas) Iniuſtas cauſas Põpeius. In optima) Dũ fouet optimates. Eũ) Põpeiũ. Sciſſe) Huc iſta eruptura, ſed voluit aperire viã fatis, vt ſolꝰ oppſſo Cæſare regnaret. Difficilis) Sciebat Põpeius & neſciebat. Sciebat Cæſarẽ moliturũ noua, ſed prouidere neſciebat.

Argumentũ. CXLIII.

DICIT ſe naſci quotidie pluries, & pluries quotidie mori, imitari hęrbã Plautinã ſolſtitialẽ. PIVS.

EXORIOR) Spiritũ recipio rebꝰ ſecũdis auditis. Romę) Scribe, Roma. Picẽtũ) Quæ Vibullius trahebat a Spinthere. Cęſaris interdicta) Prohibitiones vt oẽs ſibi caueãt. Si te) Quicũq; fugã explicas. Secundo lumine) Die. Beroaldus, limine legit. Hic) In fuga. Offendero. Reperero. Reſpuũtur) Neglig ũt. oia ſpei plena. Integrũ) Neutralẽ hodie vocant. Integer. Ad turpẽ) Cæſarianã. Rectius fuit) Cũ Catilianos oppreſſi. Fraudẽ) Dãnũ. Liuiꝰ libr. 3. Plebs ſciuit, ne cui fraudi eſſet ſeceſſio. Fraus. Plane eũ quin noſter) Scribe, Plane eũ cum noſter, de altero Cõſulatu referret & triũpho. At quibus verbis? Subintellige, retulit. Geſtis ampliſſimis inimicũ) Irridet Põpeiũ qui hoſtẽ armauit cum quo poſtea pugnaret & vinceret. Noluerã) Ornatũ a Põpeio & inſtructum, & ſua virtute victorẽ.

Ego ſcio & quem metuam,& quam ob rem. Sin erit bellũ (vt video fore) partes meę nõ deſiderabũtur. De HS.XX.millibus Terentia tibi reſcripſit. Dionyſio dũ exiſtimabã vagos nos fore, nolui moleſtus eſſe. Tibi autẽ crebro ad me ſcribenti de eius officio, nihil reſcripſi, q̃ diem ex die expectabam. vt ſtatuerẽ, quid eſſet faciendum. Nunc, vt video, pueri certe in Formiano videntur hyematuri: num vt ego? neſcio. Si enim erit bellum, cũ Pompeio eſſe conſtitui. quod habebo certi, faciam vt ſcias. Ego bellum fœdiſſimũ futurum puto, niſi qui (vt tu ſcis) Parthicus caſus extiterit. Vale.

Partes) Officia mea. Deſiderabunt) A Põpeio & a rep. Et ego) An hyematurus illic ſim. Quid) Quicqd vel ſi qd. Fœdiſſimũ) Pernefariũ. Parthicus) Niſi Parthi irrũpãt in imperiũ Romanũ, & neceſſaria pax timore hoſtiũ ſequat, quos Parthos ſcis eſſe in armis. Si Põpeius mittat in Parthos, res cõponi poterit. Immo ſi bellũ oſtentet, & ſtatim ſepeliat, vt de Parthis cõtigit, q bellũ minati ſunt, mox euanuerunt. Idẽ Cicero lib.8. harũ Epiſtolarũ, Vtinã aliqd ſimile Parthicis rebus faciat Cæſaris per Apuliam trãſitus Malo tñ legere panicus, hoc eſt repẽtina cõſternatio incerto auctore, cuius Pan credit eſſe ſemper impulſor. De qbus panicis terroribus nos latiſſime in noſtris Cõmẽtariis in Flaccum.

# M·T·CICERONIS

## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum, LIBER OCTAVVS.

### M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Argumentum. CXLIIII.

PIVS. A POMPEIO ſe ſcribit euocatũ Luceriã, quo ire neglexit, eũq; hortatus eſt ne hãc orã contẽneret, vt res frumẽtaria ſibi ex improuiſo ſuppeditaret. Tãdẽ ad Põpeiũ tẽpeſtiue trãſiturũ ſe affirmat.

CVM Ad te literas dediſſem, redditę mihi literę ſunt a Pompeio. Cætera de rebus in Piceno geſtis, quæ ad te Vibullius ſcripſiſſet de delectu Domitii, quæ ſunt vobis nota, nec tam læta erant in his literis, quas ad me Philotimus ſcripſerat. Ipſam tibi epiſtolam miſiſſem, ſed tã ſubito fratris puer proficiſcebatur. cras igitur mittam. Sed in eo Pompeii epiſtola erat in extremo ipſius manu, Tu cenſeo Luceriam venias, nuſq̃ eris tutius. Id ego in eam partem accepi. Hęc oppida, atq; oram maritimam illum pro derelicto habere, nec ſum miratus eũ, qui caput ipſum reliquiſſet, reliquis membris non parcere. Ei ſtatim reſcripſi, hominẽq; certũ miſi de comitibus meis, non me quęrere, vbi tutiſſime eſſem, ſi me vellet ſua, aut Reipublicæ cauſa Luceriã venire, ſtatim eſſe venturũ. hortatusq; ſum, vt oram maritimam retineret, ſi rem frumentariam ſibi ex prouinciis ſuppeditari vellet. Hæc me fruſtra ſcribere videbam: ſed vti in vrbe retinenda tunc, ſic nũc in Italia non relinquenda teſtificabar ſentẽtiam meã. Sic enim parari video, vt Luceriam omnes copię contrahantur. Et ne is quidẽ locus ſtabilis, ſed ex eo, ipſi ſi vrgeamur, paretur fuga. Quo minus mirere, ſi inuitus in eã cauſam deſcendo,

CÆTEra) Vetuſti codices certa, ſubintellige erãt in literis Pompeii. Ad ſe) Põpeiũ. De delectu) Militibus ſcribẽdis. Scriptũ erat in literis Pompeii. Sed iã) Lege, Sed tã. Puer) Stator, curſor. Subintellige vt dare nõ poſſem. Ipſius) Põpeii. Tu) O Cicero. Illũ) Põpeiũ. Pro derelicto). Pro poſſeſſis ab hoſte. Eũ) Pompeiũ. Caput) Vrbẽ Romã. Reliquis mẽbris) Ciuitatibus. Ei) Pompeio. Certũ) Ob hoc ſolũ negociũ. Non quęrere) Priſci codices, me nõ quęrere. Nũ relinquẽda) Q; eã relinqre non debebat. Sic parari) Hęc via a Pompeio muniri. Is locus) Luceria. Sed) Luceriã hoc animo copias contrahit. Ipſi) Iũge cũ paret. Ab ipſo Põpeio paretur fuga. Si vrgeamur) Nos optimates, qui cũ populo militamus. In eam cauſam) Ad ſequendũ Põpeiũ.

in qua neq; pacis, neq; victorię ratio quę ſita ſit vnq̄, ſed ſemper flagitioſæ & calamitoſæ fugę, Eundum, vt quęcunq; fors tulerit caſum: ſubeam potius cũ iis, qui dicũtur eſſe boni, q̄ videar a bonis diſſentire. Etſi propediẽ video bonorũ, id eſt lautorũ, & locupletum vrbẽ refertã fore: municipiis vero his relictis, refertiſſimã, quo ego in numero eſſem, ſi hos Lictores moleſtiſſimos nõ haberẽ. Nec me A. Lepidi, Luceii, Volcatii, Ser. Sulpitii comitũ pœniteret, quorum nemo nec ſtultior eſt, q̄ L. Domitiꝰ: nec incõſtãtior, q̄ Ap. Claudius. Vnus Põpeius me mouet beneficio, nõ authoritate. Quã enim ille habeat authoritatẽ in hac cauſa, qui cũ omnes Cęſarẽ metuebamus, ipſe eũ diligebat? Poſtq̄ vero ipſe metuere cœpit, putat oẽs hoſtes illi oportere eſſe. Ibimus tamẽ Luceriã, nec eũ fortaſſe delectabit noſter aduẽtus: diſſimulare enim non potero mihi, quę adhuc acta ſunt, diſplicere. Ego, ſi ſomnũ capere poſſem, tã lõgis te epiſtolis nõ obtũderem. Tu, ſi tibi eadẽ cauſa eſt, me remunerere ſane velim. Vale.

Flagitioſę) Turpis, inhoneſtę. Eũdũ) Erit. Boni) Optimates. Bonorũ) Cõſuetudine vernacula, vulgatiorique bonos interpretamur diuites. Refertam) Cõuocato a Cęſare Senatu. Refertiſſimam) Ciuibus Romanis, qui hæc municipia relinquent. *Boni.*

Quorũ nemo) Horum nemo nõ ſequẽdo Pompeium ſtultus appellatur quod fecit L. Domitius, nec incõſtanter haberetur deſerendo Põpeiũ quod fecit Appius. Beneficio) Ope priuata, qua me adiuuit. Habeat) Habere debeat.

Omnes) Nos. Eadẽ cauſa) Si ſomnũ capere non potes

Remunerere ) Impertiare pręgnantes ac ponderoſas.

Argumentum. CXLV.

ATTICO non placuit Ciceronem ad Cęſarẽ ſcripſiſſe, reſpondet M. Tullius ſe nõ ſcripſiſſe, ſed reſcripſiſſe cũ magna laude Põpeij. DILIGENTIA) Prudentia, quę non negligit famã ac bonorũ amicitiã. Breuis) Breues illas vnas campanas. Sententia) Sententia & cõcluſio illarũ literarũ erat ſimilis literis meis, quibꝰ hortabar eũ ad cõcordiã cũ Pompeio. Politicos loquebantur. PIVS.

Eas ſi quo ille miſit) Verba ſunt ex epiſtola Attici, ſupple periculũ immineret o Cicero. In publico proponat velim) Verba Ciceronis reſpondentia ſuperiori ſemiclauſulæ. Alteras) Literas ad Cæſarem dedi. Quo) Die. Ad te) Subintellige dedi. Ipſe) Cæſar. Earum ) Mearum ad Cæſarem. Si qua erunt) Reprehendenda. Effugere) Detractores, qui innocentiſſimos allatrant. Inquies) Hoc pacto linguas effugere poteris. Fingere ) Fucare veritatem atque pręuertere.

Facturum ) Ne heroica facta mea turpiter viuendo decolorem. Scriptorum) Pręſertim de Repub. Ne ſibi turpiter oratio diſſentiat, ſi vixerimus aliter atque loquimur.

Atque) q̄. Amico ) Pompeio.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MIHI vero omnia grata, & ꝙ ſcripſiſti ad me, quæ audieras: & ꝙ non credis ea, quæ digna diligentia mea non eſſent, & ꝙ monuiſti, quod ſentiebas. Ego ad Cæſarem vnas Capua literas dedi: quibus ad ea reſcripſi, quę mecum ille de gladiatoribus ſuis egerat, breueis, ſed beneuolentiam ſignificantes, non modo ſine cõtumelia, ſed etiam cum maxima laude Pompeii. Idem enim illa ſententia poſtulabat, qua illum ad concordiã hortabar. Eas ſi quo ille miſit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te, non potui non dare, cum & ipſe ad me ſcripſiſſet, & Balbus. Earum exemplum ad te miſi: nihil arbitror fore, quod reprehendas: ſiqua erunt doce me. Quomodo enim effugere poſſim? nihil inquies omnino ſcripſeris: quo magis effugias eos, qui volẽt fingere. Veruntamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, ſcriptorum etiam meorum: facis amice tu quidem, mihique gratiſſimum, ſed mihi videris aliud tu honeſtum, meq; dignum in hac cauſa iudicare, atq; ego exiſtimem. Mihi enim nihil vlla in gente ab vllo auctore Reipublicę ac Duce turpius eſſe videtur factum, quàm a noſtro amico factum eſt: cuius ego

Vicem) Caſum. Inuitis) quoniam nolunt miniſtri Conſulum ac Pompeij. Cogeris ſequi bonos, quoniam proclamatum eſt, vt qui neutrarum partium eſſe velit, Conſulesve ſequi rebellis iudicetur ac hoſtis. Quicquàm) Excogitari poteſt? Quotannis) Propter febrem Campanam, de qua Satyrus, Prouida Pompeio dederat Campania febres Optandas. Euocati) Ab homine profugo. Nobiſcum ſunt) In fuga. Et ſi ſunt) Scribe. Et ſi nunc ſunt, Si ſunt aliqui nunc in ſuburbanis & in hortis. Non erunt) Paulopoſt. Ne Capuæ quidem) Erimus, quę ciuitas auctore alibi Cicerone, locum imperio præſtare potuit, ob naturales opes ac dotes. Luceriæ) Erimus. Expectauimus) Fruſtra. Alij codices habent expectabimus. Hic) Nunc. In me. Vt ex profeſſo pugnem contra Cęſarem. & ſequar bonos. Nihil) Loquamur de alijs, non de nobis. Viderint) De me. Hic quidem) Scrbēdum, hoc, quid ſibi vult hic ſermo. Boni) Cū vnuſquiſq; bonꝰ ſit domi ſuæ, & bellum fugiat, hortantur tamen me ad arripiendam cum Pompeio fugam.

Quis tum) Ante bellum, cum de belli conſtitutionibus agebatur, oſtendebant omnes, ac ſe proferebant.

Quis nunc) Cum re ac animo pręſenti eſt opus. Animaduertito) Conſiderato.

Illum locum) Illam partem. Vbi erit ipſe) Superbe & arroganter dictū. Scribere debuit, veni Cicero vbi Conſules erunt, ſcripſit Pōpeius erit, vel ex verbis Pompeij animaduertes vbi erit ipſe Cæſar, q̄ prope nos. Vibulius) Qui Pompeium in his literis non videtur maximum ducem ſignificare. Spē habeo in eo tantam, quantū amorē. Secus) Aliter. quoniam Atticus vt infra videbis, ſemper dixit Italia Ciceroni non cedendum. Locupletior) Grauior. Triginta tyranni) De quibus paulopoſt dicetur. Porta) Domeſtica. Non extulit) Ne tyranno vt portento occurreret. adeo illi res inuiſa tyrannis fuerat. Pręcipua) Peculiaris & domeſtica. Lucerna) Lucubratoria. Inflammaſſem) Exuſſeram ne forte quid emanaret. De rebus erat ſcripta grauiſſimis. Formijs profectus) Diſceſſeram Formijs ad Pompeium iturus.

Profectus) Deeſt verbum eram. De bello) Si agetur.

Quid erit) Priſci codices habent, videro. diligentius conſiderabo. Alij qui pro aliquid interpretantur, id eſt aliquid erit, vt quis pro aliquis ſæpe a Cicerone & alijs ponitur.

Socratis exē-plum.

vicem doleo, qui vrbem reliquit, id eſt patriam, pro qua, & in qua mori præclarum fuit. Ignorare mihi videris, hæc quanta ſit clades. Es enim etiam nunc domi tuę, ſed inuitis perditiſſimis hominibus eſſe diutius non potes. Hoc miſerius, hoc turpius quicquàm? Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. In vnius hominis quotannis periculoſe ægrotantis anima, poſitas omneis noſtras ſpes habemus. Non expulſi, ſed euocati e patria, quam non ſeruandam ad reditum noſtrum, ſed diripiendam & inflammandam reliquimus. Ita multi nobiſcum ſunt non in ſuburbanis, non in hortis, nō in ipſa vrbe. Et ſi nūc ſunt, non erunt. Nos interea ne Capuæ quidem, ſed Luceriæ, & oram quidem maritimam iam relinquemus. Afranium expectabimus, & Petreium: nā in Labieno parum eſt dignitatis. Hic tu in me illud deſideras: nihil de me dico: alii viderint. Hoc quidem quid eſt? domi veſtræ eſtis, & eritis omnes boni. Quis tum ſe mihi non oſtendit? quis nunc adeſt hoc bello? ſic iam enim appellādum eſt. Vibullii res geſtę ſunt adhuc maximæ, id ex Pompeii literis cognoſces: in quibus animaduertito illum locum, vbi erit ipſe. Videbis, de Cn. noſtro ipſe Vibullius quid exiſtimet. Quo igitur hæc ſpectat oratio? Ego pro Pompeio libenter emori poſſum: facio pluris omnium hominum neminem, ſed non tamen ita meo iudicio ſpem de ſalute Reip. Significas enim aliquanto ſecus, q̄ ſolebas, vt etiam Italia ſi ille cedat, putes cedendum: quod ego nec Reipub. puto eſſe vtile, nec liberis meis. Prętérea neq; rectum, neq; honeſtum. Sed cur? poteris ne videre tyrannum? quaſi interſit, audiam, an videā, aut locupletior mihi ſit quærendus author, q̄ Socrates, qui cum triginta tyrāni eſſent, pedem porta non extulit. Eſt mihi præterea præcipua cauſa manendi: de qua vtinam aliquando tecum loquar. Ego. XIIII. Cal. cū eadem lucerna hanc epiſtolam ſcripſiſſem, qua inflāmaram tuam, Formiis ad Pompeium, ſi de pace ageretur, profecturus: ſi de bello, videro. Vale.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.CXLVI.

DELIBERAT cum Attico viro ſapientiſſimo ac prudentiſſimo, vtrum Pompeium Italia decedentem ſequi nec ne oporteat. ORDO) perturbatus ſum, cum mihi deliberãdi poteſtas coram te non datur de maximis & miſerrimis rebus. Vti) Ad Cęſarem tanq̃ ad turpẽ cauſam non inclinare. Deliberatio) De conſilio capeſſendo conſultatio, quę pendet adhuc, ac ſub incude formatur. In vtranq; partem) Cedendum mihi ſit Italia nec ne. Cũ) Partim. Cauſas adducit quare Italia cedẽtẽ Põpeiũ ſequi debet.

PIVS.

Deliberatio.

# M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MAximis, & miſerrimis rebus perturbatus ſum, coram tecum mihi poteſtas deliberandi non eſt, ſed vti tamẽ tuo cõſilio volui. Deliberatio autem omnis hæc eſt. Si Põpeius Italia excedat, quod eum facturũ eſſe ſuſpicor, quid mihi agendum putes, & quo facilius conſilium dare poſſis, quid in vtranq; partem mihi in mentẽ veniat, explicabo breui. Cũ merita Põpeii ſumma erga ſalutẽ meã, familiaritatisq;, quę mihi cũ eo eſt, tũ ipſa Reip. cauſa me adducit, vt mihi vel conſiliũ meũ cũ illius conſilio, vel fortuna cõiungenda eſſe videatur. Accedit illud, ſi maneo, & illũ comitatum optimorũ, & clariſſimorũ ciuium deſero: cadendum eſt in vnius poteſtatẽ, qui, & ſi multis rebus ſignificat ſe nobis eſſe amicũ, & vt eſſet, a me eſt (tute ſcis) propter ſuſpitionẽ huius impendẽtis tẽpeſtatis multo ante prouiſum: tamen vtrũq; conſiderandũ eſt, & quanta ei fides ſit habẽda: & ſi maxime exploratũ ſit, eũ nobis amicũ fore, ſit ne viri fortis & boni ciuis eſſe in ea vrbe, in qua cũ ſummis honoribus imperiiſq; vſus ſit, res maximas geſſerit, ſacerdotio ſit ampliſſimo prędĩtus, nõ futurus ſit ſui iuris: ſubeundũq; periculũ ſit cum aliquo forte dedecore: ſiquãdo Pompeius Rẽp. recuperauerit. In hac parte hęc ſunt. Vide nunc, quæ ſunt in altero. Nihil actum eſt a Pompeio noſtro ſapiẽter, nihil fortiter: adde etiã nihil, niſi contra conſilium, authoritatemq; meam. Omitto illa vetera, q; iſtum in Remp. ille aluit, auxit, armauit: ille legibus Cæcilii Metelli contra auſpicia ferendis author: ille Gallię vlterioris adiunctor, ille gener, ille in adoptando P. Clodio augur: ille reſtituendi mei, q̃ retinendi ſtudioſior: ille Prouinciæ propagator, ille abſentis in omnibus adiutor. Idem etiam tertio Conſulatu, poſtquàm eſſe defenſor Reip. cœpit, contendit, vt decẽ Trib. pl. ferrẽt, vt abſentis ratio haberetur. Quod idẽ ipſe ſanxit lege

Cadendũ) Pręcipitanter ac miſere veniẽdũ. Si maneo) In Italia ſubſiſto. Vnius) Cęſaris, qui nunc Italia potitur.

Tẽpeſtatis) Belli ciuilis, qđ Cicero altiꝰ vt e ſpecula pręuidit. Ei) Cęſari. Adhibẽda) Quoniã tyrãnus amorem neceſſitate ac vtilitate metit. Alii codices, habẽda ſeruant.

Et ſi) Quis nobis exploratũ & cõpertũ ſit de amore Cæſaris, de quo merito vt tyrannico dubitari poteſt & debet.

Eũ) Cęſarem. Sit ne viri) Conſiderãdũ eſt nũquid pertineat ad virũ fortem qualẽ me populꝰ iactat ab anteacta vita diſcedere. Vſus ſit) Vir ille fortis ac bonus ciuis qualis ego ſum. Sacerdotio) Auguratu. Erat enĩ augur Cicero. Sui iuris) Sed Cęſariana in tyrãnide. Iſtũ) Cęſarem.

Ille) Põpeius, quando iratus optimatibus q; nolebãt decreta Põpeij cõfirmare. Auxit) Conſulatu. Armauit) Proconſulatu gallicano cum renouatione quinquẽnij. Serui mei) Scribendum. Cęcilij Metelli. Suetonius in Cęſare Dictatore. Cęterum Cæcilio Metello Tribuno plebis turbulentiſſimas leges aduerſus collegarũ interceſſionẽ ferenti, auctorẽ propugnatoremq; ſe pertinaciſſime pręſtitit, donec ãbo adminiſtratiõe Reip. decreto patrũ ſummouerent.

Cæcilius.

Metellus.

Adiũctor) Citeriori. Ille) Pompeius gener Iulij Cęſaris ducta in matrimoniũ Iulia Cęſaris filia, q̃ mox abortu perijt. Optãdo) Adoptãdo inimico meo, vnde Cicero in fortunis omnibus grauiſſimã aleam ſubiit. Augur) Pro augure, vt auſpicato arrogatio teneret. Clodius a C. Herẽnio fuit adoptatꝰ. Retinẽdi) In vrbe. malum dedit Ciceroni Põpeius, vt pręſtare beneficiũ poſſet. Ille) Põpeiꝰ.

Prouincię) Galliæ. Prorogator) Propagator in alterum quinquennium. Tertio Conſulatu) Suo, Pompeiano videlicet. Abſentis) Cæſaris. Ratio) De petendo Conſulatu. Sanxit) In ęs incidit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quadam)Peculiari. Cum auctore Tranquillo modum Proconſulibus Pompeius impoſuiſſet, nec Ceſare quidem legibus exempto, lege iam in æs inciſa, addidit preter Ceſarem. Finienti)Limitāti tēpus ne diutius Cæſar eſſet in Gallia, cetericꝫ magiſtratus prouinciales, Marcellum Pompeius impediuit, ac Cæſarem in Gallia confirmauit: vnde fons ac fomes mali. Male conditiones) Que offerebātur a Ceſare vtpote victore nobis victis. Hoc)Fuga. Recuperabit) Per hypophoram & antypophoram, interrogationem videlicet ac reſponſionem iſta dicuntur. Rempub.) Pompeius armis. Quando?) Cicero Attico reſpondet.

quadam ſua, Marcoqꝫ Marcello Cos. finienti Prouincias Gallias Cal. Martii reſtitit. Sed vt hec omittam, quid fœdius? quid perturbatius hoc ab vrbe diſceſſu? ſiue potius turpiſſima fuga? Que cōditio non accipiēda fuit potius, q̄ relinquenda patria? Malæ conditiones erāt, fateor, ſed nunquid nō hoc peius? At recuperabit Rēp. Quando? aut quid ad eam ſpem eſt parati? Non ager Picenus amiſſus? non patefactum iter ad vrbem? non pecunia omnis & publica & priuata aduerſario tradita? Deniqꝫ nulla cauſa, nullæ vires, nulla ſedes, quo concurrant? qui Remp. defenſam velint? Apulia delecta eſt inaniſſima pars Italie, & ab impetu huius belli remotiſſima. Fuga, & maritima opportunitas viſa queri deſperatione. Inuite cepi Capuam: nō quo munus illud defugerem, ſed ſine cauſa, in qua nullus eſſet ordinum, nullus apertus priuatorum dolor. Bonorum autem erat aliquis, ſed hebes, vt ſolet: & vt ipſe ſenſi rem, multitudo, & infimus quiſqꝫ propenſus in alteram partem. Multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipſi me nihil ſuſcepturum ſine præſidio, & ſine pecunia. Itaqꝫ habui nihil om̄ino negocii, quod ab initio vidi, nihil quæri præter fugam. eum ſi nunc ſequor, quo nam? cum illo nō, ad quem cū eſſem profectus cognoui in his locis eſſe Cæſarem, vt tuto Luceriam venire non poſſem? Infero mari nobis incerto curſu, hyeme maxima nauigandum eſt. Age iam cum fratre, an ſine? cum filio? an quomodo? In vtraqꝫ enim re ſumma difficultas erit, ſummus animi dolor. Qui autem impetus illius erit in nos abſentes, fortunaſqꝫ noſtras? acrior, quàm in cæterorum, quòd putabit fortaſſe in nobis violandis aliquid ſe habere populare. Age iam has compedes, faſces inquam hos laureatos, hæc ferre ex Italia q̄ moleſtum eſt? Qui autem

Ad eam ſpem) Vt recuperare poſſit Remp. Pompeius.

Eſt parati) Virium preſentium. Publica)Sanctiore erario Ceſari relicto ſuper qua re extant luculenti apud ardentem poetam verſus. Priuata) Cum vrbs Roma ac Romani omnes a Pompeio fugiente deſtituti ſint in manu Ceſaris. Aduerſario)Cæſari. Cauſa)Color iuris. Sedes)Preſidiū. Delecta)A Pōpeio. Inaniſſima)Vacua, paſtoritia. Impetu)Cōiectu telorū, cum neceſſe ſit in propinquis locis eſſe ad Cæſarianos impetus retūdendos, Pōpeius in deſerta refugiet.

Opportunitas) Loca portuoſa. Pompeio exploratum erat eum fore victorem, qui dominus maris fuiſſet: intercluderecꝫ ſtudebat commeatus. Queri) A Pompeio.

Deſperatione) Abſentium virium. Cepi)Elegi. Capuā)Epiſcopiū Cāpanie. Munus)Prefecturā. Sine cauſa) Nulla vtilitate, ſine neceſſitate vel effectu. Null⁹) Dolor. Nemo qui vicē ordinis Senatorij doleret. Dolor)Sympathia Pōpeii ruētis. Oderunt oēs veternū vrbis. Eſſet)In qua eſſet. Aliqs)Capue. Hebes)Integrū ſe ad vtraſqꝫ conſeruās partes, non acutus aut prōptus ad partes Pōpeianas. nos tepidū vocamus. Vt ſolet)Eſſe quis vir bonus. Sēſiſſem) Scribendū, ſenſi rē, vt ego acute introſpexi. Alterā)Ceſaris. Iuxta illud Papinianū, Et q mos populis venturus amatur. Preſidio)militibus. Suſcepturū) Munus publicū obeundū. Habuit)Legendū habui. Vidi)Me nō habiturū Pōpeio fugā parāte. Eā)Scribat eū, Pompeiū videlicet. Quo nā)Sequar. Cū illo? Fugiā ne? Reſpōdet, Nō, ſcilicet fugiā, qm̄ nō poſſum nec decet. Alij codices habēt. Cū illo nū? ſubintellige fugiendū eſt? Infero)Tuſco. Superū eſt Hadriaticū.

Hebes.

Inferum. Superū mare

Age)Dic. Cū fratre)Ire ne debeo? Illius)Cæſaris In ceterorū)Fortunas. In nobis)Senatorib⁹ ac optimatibus. Populare)Acceptū populo, qui ab ineunte euo ſemper nobilitatē odit. Compedes) Onera, inſtrumenta triumphi, que Ciceronē a fortiſſimo conſilio retardabāt, ſed tandē retinere nō potuerūt. Ferre) Trāſportare. Vtamur) Dato & poſito quod vtamur nauigatiōe ſecūda. Locus tut⁹) Portus non infeſtus. Qua)Via ſoluemus ad Pōpeiū? Quo)Quoniā Pompeius modo hic, modo alibi eſt. Sciemus)Cū erim⁹ in articulo nauigādi. Scim⁹ habēt vetuſti codices. Reſtitero)i Italia māſero.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Locus) Acceſſus. Admittat, elegerimus hanc partem ſeruare nos integros. In Cinnæ damnatione) Legendum, in Cinnæ dominatione & Marij tyrannide Philippus. C. Cornelius Cinna cum turbulentas leges in Tribunatu ferret, pulſus eſt armis ab Octauio collega, abrogato imperio profugit ab vrbe: in quam mox a ruinis Carthaginis mendicante Mario accerſito, bellum nefarium focis ac patriæ intulit: receptuſque intra vrbem, cuncta cædibus impleuit. Octauium Conſulem, M. Antonium oratorem, L. Cæſarem & Craſſum trucidauit. Philippus) Orator acerrimus, qui cum Flacco ac Mutio Scęuola dicere ſolebat ſe cernere victore Cinna cędem bonorum, tamen Cinnam recipiendum, ne reſiſtendo vel fugiendo pręſentes impetus cum armis veniendum eſſet ad oppugnandam, vt Cinnæ reſiſterent, patriam.

De Cinna & Octauio.

Philippus.

locus erit nobis tutus, vt iam placatis vtamur fluctibus, ante q̃ ad illum venerimus? Qua autem, aut quo, nihil ſcimus. At ſi reſtitero, & fuerit nobis in hac parte locus: idem fecero, quod in Cinnæ dominatione, & Marii tyrannide Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mutius: quoquomodo ea res huic quidem cecidit, qui tamen ita dicere ſolebat, ſe id fere videre, quod factum eſt, ſed hoc malle, quàm armatum ad patriæ mœnia accedere. Aliter Thraſibulus, & fortaſſe melius, ſed eſt certa quædam illa Mutii ratio, atque ſententia: eſt etiam illa Philippi. Et cum ſit neceſſe ſeruire tempori, & non amittere tempus, cum ſit durum, ſed in hoc ipſo habent tamen iidem faſces moleſtiam. Sit enim nobis amicus, quod incertum eſt: ſed ſit, deferet triumphum, non accipere ne periculoſum ſit? an accipere inuidioſum ad bonos? O rem inquis difficilem, & inexplicabilem. Atqui explicanda eſt. Qui enim fieri poteſt? ac ne me exiſtimaris ad manẽdum eſſe propenſiorem, ꝙ plura in eam partem verba fecerim: poteſt fieri, quod ſit in multis quæſtionibus, vt res verboſior hæc fuerit, illa verior. Quam ob rem vt maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des conſilium velim. Nauis & in Caieta eſt parata nobis, & Brũduſii. Sed ecce nuncii ſcribente me hæc ipſa noctu in Calleno: ecce literæ Cæſarem ad

Quoquomodo) Vel bono vel malo. Ea res) Materia ciuilis. Huic) Philippo. Cecidit) Caſu euenit. Philippi opinio tandem habuit aliquem exitum qualemcunq;. Reſtitit tamen in vrbe quomodocunque, Nos adhuc inopes conſilij pendemus, nec certe viui, nec certe mortui.

Fere videre) Quaſi præſagire. Id) Crudelitatem Cinnanam ſi intromitteretur.

Sed malle) Scribatur. Sed hoc male, intromittere videlicet Cinnam, & ſi caſum qualem qualẽ vel acerbũ timeat.

Armatum) Philippum, Mutium, & Flaccum. Mœnia) Oppugnanda vt Cinna excluderetur. Thraſybulus) Hic Athenienſis exul comparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit, iuuante Lyſandro Lacedęmoniorum duce, exuleſque reduxit. Inſuper plebiſcito tulit quã ἀμνηστείαν vocãt, qua iniuriarum memoria deleretur, exulibus iureiurando adactis: cuius Valerius, & Cicero Philippica prima ita meminit. Quantum in me fuit ieci fundamenta pacis, Athenienſiumque renouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum vſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordiis vſurpauerat ciuitas illa. Melius) Qui ad optimum opus ad patriæ mœnia ruit armatus. Certe) Tamen cum Philippo ſic ſenſit Mutius Scæuola: potius ciues armatos intromittendos, quàm cum armis ad patriam oppugnandam ruere. Sunt qui legunt certa. Eſt tamen firma & vnica illa Mutij ſententia, nunc barbare dicimus aliqualis. Eſt etiam) Certa. Et non amittere) Subintellige certum eſt. Tempus) Opportunitatem. In hoc ipſo) In Arripienda occaſione fugę. Iidem faſces) Proconſulares, cum lictoribus laureatis. Moleſtiam) Turba, vt fertur, turbulenta eſt Sit enim) Si maneo in Italia, Romam commeandum erit iubente Cæſare. fac eum nobis offerre triumphum, oblatum ſi accipimus, bonos offendimus, vnaque Pompeium, ſi non accipimus Cæſarem. Sit, expone fac vt ſit. Amicus) Cæſar. Sed ſit) Eſto, fac quòd ſit. Deferet) Mihi vt amicus. Ne periculoſum ſit) Subintellige videndum. Inuidioſum) Odioſum. Paſſiue inuidia, inuidentia actiue auctore M Tullio in Tuſculanis. Fortunę facies inuidioſa tuæ. Atqui) Sed. Qui enim fieri poteſt?) Vt explicetur, quomodo fieri poteſt, & tamen explicanda eſt. Iuxta illud Horatianum, Qui fit Mœcenas. Ad manendum) In Italia. In ea parte) Scribe, In eam partem. Manendi videlicet in Italia. Res) Materia, manendi ſententia. Illa) Pars abeundi ac Italia decedendi. Verboſior) Pluribus verbis explicata. Aequo animo) Nec in hanc, nec in illam partem, magis odio vel amicitia propenſo. Nauis) Ne me magis ad manendum in Italia eſſe propenſum putes.

Thraſybulus

Amneſtia.

Inuidia.
Inuidentia,
Qui,

Corſinium. Sulmo. Cęſaris i Domitiꝰ clementia.

Corſinium) Oppidum in Pelignis, quinimmo Pelignorum Metropolis. Hodie mons nigèr appellatur. Corſinium ideo dictum putant ꝙ ſit veluti confinium Pelignorum. Hoc oppidum in bello Marſico quod Italicum appellatũ, vniuerſis Italicis ciuitatibus a matre Roma deſciſcẽtibus, receptaculũ, propugnaculumq;. Prope eſt Sulmo Ouidij patria. Sulmonenſes Antonio Duci Cęſaris portas aparuerunt. Domitius, auctore Cæſare libro primo bellorum ciuilium, per ſe circiter viginti cohortes, ex Alba & Marſis & Pelignis & finitimis ab regionibus coegerat. Seceſſione militum Domitius traditur Cæſari, quem clementiſſimus princeps dimittit incolumẽ: aurumq; quod adduxerat, atque in publicum diſpoſuerat, allatum ad ſe ab ijs viris Corfinienſibus Domitio reddidit, ne incontinentior in vita hominum q̃ in pecunia fuiſſe videretur. Et ſi eam pecuniam publicam eſſe conſtabat, datamq; a Pompeio in ſtipendium. Milites Domitianos ſacramentum apud ſe dicere iubet, atque eo die caſtra mouet. Trebonio) Duce Cęſaris. Sic fama ferebat. Suum) Lege ſumma, vt ſummatim loquar. Leptã) Nomen proprium. Miſi literas) Legitur. Miſi & literas. Sunt qui Letam ſcribũt pro ciuitate Macedonię ex Stephano. Ne quo inciderem) Ne in aliquẽ caſum inciderẽ.

Corſinium, Domitium Corſinii cum firmo exercitu, & pugnare cupientem. Non puto etiam hoc Cn. noſtrum commiſſurum, vt Domitium relinquat: etſi Brũduſium Scipionem cum cohortibus duabus pręmiſerat: legionem Fauſto conſcriptã in Siciliam ſibi placere ab Coſs. duci, ſcripſerat ad Coſs. Sed turpe Domitium erit deſerere implorantem eius auxilium: & quædam ſpes mihi quidem non magna, ſed in his locis firma, Afranium in Pyreneo cum Trebonio pugnaſſe, pulſum Treboniũ, etiam Fabium tuũ trãſiſſe cum cohortibus. Summa autem, Afranium cum magnis copiis aduentare. Id ſi eſt, in Italia fortaſſe manebitur. Ego autem, cum eſſet incertum iter Cæſaris, ꝙ vel ad Capuam, vel ad Luceriã iturus putabatur, Leptam ad Pompeium miſi & literas, ipſe nequo inciderem, reuerti Formias. Hæc te ſcire volui, ſcripſique ſedatiore animo, q̃ proxime ſcripſeram: nullum meũ iudicium interponens, ſed exquirens tuum. Vale.

Argumentum. CXLVII.

PIVS.

TANDEM mores Dionyſij Pędagogi detegit ac execratur hominem infidum, græculum, ingenii temporarij.

TVI teſtimonii) Scribe Tuum teſtimonium. Sẽſus, Vide homũculum nequam, qui non eſt veritus teſtimonium tuum apud me, de moribus ſuis, immo quod te pręſtare vitæ integritatem eius dixiſti, hoc contempſit perfidia in me vſus plusq̃ Punica. Quod) Teſtimonium. Ei) Pro eo. In fortuna) Optimatum partibus aduerſa. Quam putauit noſtrã) Cuius aduerſæ fortunæ putauit nos fore participes. Cuius motum) Cuius fortunæ vices alternas ac mobiles. Cui) Dionyſio defuit. Commemorat beneficia in Dionyſium collocata. Qui) Quantus illi habitus. Cuiuſdam) Neſcio cuius Dionyſii. Commendabam eum tanquàm virum maximum. Vt mallem) Commendabam Dionyſium fratri malens iudicium meum damnari quàm illum viuere inhonoratum. Subdoceri) Proparte erudiri. Potius fungar in pueris noſtris erudiendis hypodidaſcali officio, quàm alium magiſtrum quærerem. Quærere) Viderer, tanquàm vel de eius doctrina vel officio dubitarem. Quas literas) Quàm honorificas.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DIonyſius quidem tuus, potius quàm noſter: cuius ego cum ſatis cognoſſem mores, tuo tamen potius ſtabam iudicio, q̃ meo: ne tuum quidem teſtimonium, quod ei ſæpe apud me dederas, veritus: ſuperbum ſe præbuit in fortuna, quam putauit noſtram fore: cuius fortunæ nos, quantum humano conſilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cui qui noſter honos? quod obſequium? quæ etiam ad cęteros cõtempti cuiuſdã hominis commendatio defuit? vt meũ iudiciũ reprehendi a Q. Fratre, vulgoq; ab omnibus mallem, q̃ illũ non efferre laudibus. Ciceronesq; noſtros meo potius labore ſubdoceri, q̃ me aliũ magiſtrũ q̃rere. Ad quẽ ego quas literas

Dijimmortales)Epiphonema ſtomachi plenum. Ariſtoxenum. Auctore Suda Græco interprete,duo fuerunt Ariſtoxeni,Tarentinus prior,Philoſophus & medicus nobiliſſimus.Præceptorem Ariſtotelem poſt obitum conuiciatus eſt,quod ei Theophraſtum in ſcholæ ſucceſſione præpoſuit. Muſica ſcripſit.Hic animam dixit eſſe harmonicam Cicerone in Tuſculanis auctore. Secundusfuit Cyrenæus adeo delicatus,vt lactucas mulſo irrigaret. Aptum) Quoniam furenter iraſcitur, quod vitium auctore Hieronymo,eruditioni ac inſtitutioni pernicioſum eſt. Sed eſt memoria bona) Verba Attici. — Ariſtoxenus

Dii immortales miſeram? quantum honoris ſignificātes? quantum amoris? Dicæarchum mehercule , aut Ariſtoxenum diceres accerſiri:non vnum omnium loquaciſſimum,& minime aptum ad docendum,ſed eſt memoria bona,me decet eſſe meliore. Quibus literis ita reſpondit,vt ego nemini,cuius cauſam non reciperem(ſemper enim ſi potero,ſi ante ſuſcepta cauſa non impediar)nunq̄ reo cuiquam tam humili,tam ſordido,tam nocenti,tam alieno,tam præciſe negaui,q̄ hic mihi. Plane ſine vlla exceptione præcidit. Nihil cognoui ingratius,in quo vitio nihil mali non ineſt.Sed de hoc nimis multa. Ego nauem paraui, tuas literas tamen expecto, vt ſciam,quid reſpondeant conſultationi meę. Sulmone C.Accium Pelignum aperuiſſe Antonio portas,cum eſſent cohortes quinq;.Q.Lucetium inde effugiſſe ſcis.Quo Cn.noſter? Brunduſium deſertum.Confecta res eſt. Vale.

Me decet) Eſſe meliore, quoniam fidelius iniurias meminero. Alij,dicet,emendāt. Faxo dicet. Quibꝰ literis)Meis. Inquit Cicero ſe dediſſe literas perhonorificas Dionyſio vt aduolaret ad puerorū ſuorum pædian , oſtendit homo græculus præfracte, ſe nolle venire,quoniā vt dicere Staniſilaus Sarmata flos hominum ſolebat, non placeret. — Staniſilaus.

Vt ego nemini)Non reſpōdeo,qn̄ ab aliquo reo etiā humillimo rogor vt eiꝰ cauſam ſuſpiciā,nunq̄ rn̄deo nolo patrocinari.Sed videro,ſi potero faciā,vel aliqd tale.At ruſticulꝰ homūcio grecul9,rn̄dit p̄fracte,ſe nolle. Cuiꝰ cauſā)Patrociniū meū ab aduerſario p̄uētū. Præciſe)Præfracte:abrupte. Exceptiōe)Excuſatione,ſi potero,ſi dabitur. Præcidit) Spē meā ſubſtulit. In quo vitio) Ingratitudine.

Ingratus fontē benignitatis exhaurit,vt Cicero in quadā oratiōe teſtat̃,vbi docet ſe nihil malle q̄ gratū eſſe & videri. Nihil mali non)Omne malum. Ingratum Aegyptij ſignificare volentes columbulum pingebant,qui cum adoleuerit in oculos matris inuadebat. Duas) Scribe, Tuas, quę ad tuas reſpondeant, binas diceretur de literis non duas:niſi duo elementa ſignificaremus. Actium Pelignum)Cæſaris verba ſunt hæc libro primo Comment.ciuilium,Interim Cęſari nunciatur Sulmonenſes, cupere ea facere quæ vellet.Sed a Q.Lucetio Senatore & Actio Peligno prohiberi,qui id oppidum ſeptum cohortum pręſidio tenebant.Mittit eo,M. Antonium cum legionis octauæ cohortibus quinq;. Sulmonenſes portas aperuerunt,Lucetius & Actius de muro ſe deiecerunt. Cęſar Actium ad eum perductū incolumem dimiſit . Lucetium) In Commentariis Cæſaris eſt Lucretius , vt in alterutro ſit error. Quo Cn.noſter)Abijt ex improuiſo. Deſertum)Ab eo. Confecta res eſt)Actum de partibus. — Ingratus. — Actius.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVM ante lucem. VIII.Calend.ad te literas dediſſem, veſperi eodē die ad nos venit ipſe Dionyſius authoritate tua permotus, vt ſuſpicor. Quid enim putem aliud? & ſi ſolet eum , cum aliquid furioſe fecit, pœnitere. Nunquàm autem certior fui, quàm in hoc negocio. Nam quod ad te non ſcripſeram,poſtea audiui a tertio miliario : tū eum eſſe πολλὰ μαθεῖν καὶ ῥαθυμεῖν δῆτα. Multa inquam mala cum dixiſſet ſuo capiti(vt aiunt)ſed meę māſuetudinis cōieceram in faſciculū vna cū tua venientem ad illū epiſtolā. hanc ad me referri volo: nec vllam ob aliā cauſam

Argumentum.148.

DE REDITV Dionyſij, qui veluti faceret artem ludicram, modo ibat,modo redibat, vt verum ſit illud, nullum eſſe maximum ingenium, ſine mixtura dementiæ. — PIVS.

QVId enim putem aliud) De homine inofficioſo, q tā pręfracte negauerat. πολλὰ) Multa diſcere & ſegnem poſt id eē. Capite)Lege capiti.Se deuotauerat, quod ita furenter ac præfracte reſpondit.

Meæ manſuetudinis) Scripſeram ad eum epiſtolam māſuetiſſimę naturę indicē,perſonam potius meam reſpiciens, q̄ mores præcipitis ac furentis homunculi.

A pedibus. Ad frenum miniſtrare. Circūpedes.

Pollicem) Alibi Pollex ſeruile nomen. Pollex, inquit de hoc Cicero, non index. A pedibus) Hodie parafrenarios vocant. Hoc eſt quod in Canonicis, ad frenum miniſtrare dicunt. Mart. Cur non menſa tibi ponitur a pedibus. Circūpedes Cicero vocat. Noui) Ordo, Scripſiſſem aliquid noui, ſi quid eſſet. Corfinienſi) De exitu Domitij Ænobarbi. Deſcriptus) Inſcriptus, directus vt hodie dicunt. Tironem) Ægrotum. Curio) De quo ſupra ſæpiuſcule. Peti) A Curio, vt Curium petat. roga ſi quid Tironi opus erit in ſumptum & alimenta.

Pollicem ſeruum a pedibus, Romam miſi. Eo autem ad te ſcripſi: vt, ſi tibi forte reddita eſſet, mihi curares referendam: ne in illius manus perueniret. Noui ſi quid eſſet, ſcripſiſſem. Pēdeo animi expectatione Corfinienſi: in qua de ſalute Reipub. decernitur. Tu faſciculum, qui eſt M. Decurioni deſcriptus, velim cures ad eum perferendum. Tironemq; Curio commendes, vt ei ſi quid opus erit, in ſumptum, roges. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

OBſignata iā epiſtola, quam de nocte daturus eram, ſicut dedi (nā eā veſperi ſcripſerā) C. Soſius Pr. in Formianū venit ad M. Lepidum vicinum noſtrū: cuius Queſtor fuit. Pompeii literarū ad Coſs. exemplū attulit. Literę mihi a L. Domitio ad . VIII. Calendarum Martii allatæ ſunt. Earum exemplū infra ſcripſi. Nūc (vt ego nō neſciebā te tua ſpōte intelligere) ſcio quanti Reip. ſit omnes copias in vnū locum primo quoq; tēpore cōuenire. Tu ſi tibi videbitur, dabis operā, q̃ primū ad nos venias. Præſidii Capuæ, quantū conſtitueris eſſe ſatis, relinquas. Vale. Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitii, quod ego ad te pridie miſerā. Dii immortales, qui me horror perfudit: q̃ ſū ſolicitus, quidnā futurū ſit. Hoc tamen ſpero, magnum nomen Imperatoris fore, magnū in aduētu terrorem. Spero etiā, quoniam adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutaſſe, in negligētia hoc quod tū fortiter ac diligēter nūc fert, etiā herculee. Modo etiā audiui quartanā a te diſceſſiſſe: moriar ſi magis gauderē, ſi id mihi accidiſſet. Piliæ dic, non eſſe æquū, eā diutius habere, nec id eſſe veſtrę cōcordiæ. Tironem noſtrum ab altera relictū audio, ſed eū video in ſumptum ab aliis mutuatum. Ego autem Curium noſtrū, ſi quid opus eſſet, rogaram. Malo Tironis verecūdiā in cauſa fuiſſe, q̃ illiberalitatem Curii. Vale.

Argumentum. CXLIX.

PIVS.

AIT ſe legiſſe exēplū literarū Pōpeij, quib9 Domitiū rogabat q̃ primū omneis copias in vnū locū cōtraheret, qd reſcripſerit Domiti9 ſe legiſſe refert. Tacite curij in Tyronē illiberalitatē vellicat. OBSIGNATA) Annulo ſignatorio impſſa.

Literæ mihi) Literarum Pōpeij ad Cōſules, hoc principiū eſt. Nūc vt ego) Emēda. Nūc (vt ego non neſciebā tua ſpōte intelligere) ſcio quāti, & reliqua. Ordo. Nūc ſcio quāti Reip. ſit oēs copias in vnū locū cōuenire, vt ego nō neſciebam te tua ſpōte intelligere.

Primo quoq; tpe) Q̃ primū. Phraſis ſaporē vrbis vernaculū redolēs. Horror) Timor imanis. Magnū nomē) Famā Pōpeianā. In aduētu) Domitij cōiūgētis ſe Pōpeio. Terrorē) Hoſtib9. Obfuit) Pompeius Reip. Nihil mutaſſet) Scribēdū mutaſſe, hoc eſt degeneraſſe. Nec tegentia. Lectio vetus habet, negligētia. Rn̄det tacitæ obiectioni ſic, Pōpei9 ſēp fortē operā Reip. nauauit, q̄ ſi i re Cęſaris, eiuſque fortunis nō modo alēdis, ſed etiā augēdis peccauit, negligētia peccauit & cōniuētia, nō infirmitate: nunc vero qn̄ herculeis viribus opus erit, ſe pſtabit herculē. Hoc) Parauit malū. Mehercule) Emēda. Fert herculee, vel herculanee. Pōpeius aſciā ppriis crurib9 impegit, cū Cęſarē armauit. mira Pōpeii fortitudo apparet, q̄ errorē ſuū, vnde fōs tāti mali emerſit, fortiſſime fert, vt i tot ęrūnis, alter Hercules videat̄. Adiuuat qđ ſcribit Appian9 Herculaneos dictos fuiſſe Pōpeianos, Cæſarianos vero venereos.

Herculanei. Venerei.

Habere febrē.

Eā) Piliam vxorem. Habere) Pati febrem. Nec id) Vt tu ſis febris immunis, vxor vero vnanimis ac indiuidua, febricula æſtuet. Eſſe) Pertinere. Veſtrę concordię) Ad veſtram concordiam. Si concordes ac pares ſunt vir & vxor pariter conualeſcere debent, nec diſcordi fato tabeſcere. Altera) Febri. Fortaſſis duplicata febri vexabatur. In ſumptum) Ad ſumptum & alimenta. Ab alio) Non a Curio. Mutuatum) Mutuam accepiſſe pecuniam. Rogaram) Mutuaretur Tironi. Tironis) Non facile reſpoſcentis. Liberalitatem) Scribendum illiberalitatem, hoc eſt illiberalem Curij naturam.

Argumentum. CL.

MIRATVR Pompeium in anguſtiſſimis rebus non ſubuenire Domitio, quod timoris & virium imbecillium ſignum eſſe putat. Sed perperam cum Pompeius adhuc copiis Cęſari paratiſſimo impar eſſet. AD OMNE dedecus) Ad omnem infamiam ſubeundam, vt a nulla turpitudine vacet. Non puto) Venturum, quoniam in paratiſſimos, quare vt ait Cęſar in Commentariis, Cato iratus erat Pompeio ꝙ intempeſtiuo tempore ac imparatiſſimus ad bellum ſe accingeret. Eos) Nobiles Romanos de quibus ſupra. Ex ipſo) Ex Pompeianis militibus, vel ære Domitij priuato conſcriptas: publico tamen ſupra oſtendimus ære comparatas. Quem fugiam) Cęſarem. Quem ſequar) Quoniam Pompeius torpet. Iactatur hęc Ciceroniana ſententia, qua audita Pompeius exclamauit, Vellem M. Cicero ad Cſarem trãſiret, vt nos timeret. Cum hoc) Pompeio nõ Pompeio, ſed ſimulacro Pompeiano. PIVS. Pompeij dicterium.

Quo) In quam partem fugiat. Si malui) Vinci tunc cum Pompeio. Contigit tunc) Tunc dicere illud poteram, quoniam Pompeium agebat, non fugitiuum, vel tũc cum dixi, malo vinci &c. Tunc contigit & victus ſum cũ Pompeio, cũ Põpeius vrbem reliquit. Bis cum Pompeio nolo vinci. Satis eſt ſemel eſſe victum. Scripſi) Pecuniam pro itinere mittat. A moneta) Vbi pecunię cuduntur. Vnde monetarius monetam cudens, & monetale ab Ambroſio quod ad monetam attinet. Et triumuiri monetales apud iuriſperitos ni memoria labor. Appoſita) Quę tu addidiſti in epiſtola tua. Alij legunt appoſite aduerbialiter. Moneta. Monetales.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

VNVM etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio non ſubueniat: at nemo dubitat, quin ſubſidio venturus ſit. Ego non puto. Deſeret igitur talem ciuem? & eos vna, quos is ſecum habeat? præſertim ex ipſo cohorteis triginta? Domitius (niſi me omnia fallunt) de ſe incredibiliter pertimuit. Nihil ſpectat, niſi fugam: cui tu (video enim quid ſentias) me comitem putas debere eſſe. Ego vero quem fugiam, habeo: quem ſequar, non habeo. Quod enim tu meum conſilium laudas, & memorandum dicis, malle quod dixerim, me cũ Pompeio vinci, quàm cum iſtis vincere: ego vero malo, ſed cum illo Pompeio, qui tũ erat, aut qui mihi eſſe videbatur. Cum hoc vero, qui ante fugit, quàm ſciat quem fugiat, aut quo, qui noſtra tradidit, qui patriã reliquit, Italiam deſeruit, ſi malui, contigit tunc, victus ſum. Quid ſupereſt? nec iſta videre poſſum, quæ nunquàm timui ne viderem, nec mehercule iſtum, propter quem mihi nõ modo meis, ſed memetipſo carendum eſt. Ad Philotimum ſcripſi de viatico, ſiue a Moneta, nemo enim ſoluit: ſiue ab Oppiis tuis contubernalibus. Cætera appoſite tibi mandabo. Vale.

Argumentum. CLI.

POMPEII negligentiã accuſat in hoſte Cęſare alendo, vt cum fortiore pugnaret. PIVS.

EA RE MISERAM) Alij ſcribunt, Ter miſeram. Alij & eam rem miſeram. Culpa) Sua non perfidia. Compegerat) Vi per Cæſarem illata coniecerat. Impingo & compingo violenta verba, vt impactus in carcerem.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

OREM turpem, & ea re miſerã. Sic eñi ſentio, id demum, aut potius id ſolum, eſſe miſerum, quod turpe ſit. Aluerat Cæſarem, eundem repente timere cœperat: conditionem pacis nullam probarat, nihil ad bellum pararat, Vrbem reliquerat, Picenum amiſerat culpa, in Apuliam ſe compegerat, ibat in Græciam, omnes nos ἀπροσηγορήτους, expertes ſui tanti ac tam inuſitati conſilii reliquerat. Ecce ſubito

Ἀπροσηγορήτους) Inſalutatos. Expertes) Nõ participes. Sui cõſilij) Vrbẽ deſerẽdi. Tã inuſitati) Inſoliti, memoriaq; hoim inauditi. Quis fãdo audiuit patriã reliq plenã auri, & oim clariſſimorũ ordinũ. Aproſegoriti

ASCEN. Et ea re miſeram) vt facillima intellectu eſt litera ita veriſſima, & a Cicerone ipſo expoſita, Orem turpem & miſeram ea re, id eſt propterea ꝙ turpis eſt. Sic enim ſentio &c.

Calon. Fulſiſſe) Affulſiſſe, incipere iam cernere quid ſibi vellet honeſtum, & in Italia velle perſiſtere. καλὸν) Honeſtum vel rectum, natura dictãte vt propria prius tuearis: dein aliena oppugnatum eas. Ad oculos) Priſca exemplaria, ob oculos, id eſt circa. ποιήσω) Faciam quod opus eſt, & cõminiſcar mecum

De prudẽte. & fabricabo, quod enim bene eſt mecum eſt. Erant hęc verba alicuius viri commonentis, prudentem virum debere quod aiunt, omnem lapidem mouere anteq̃ deſiſtat ab opere. Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus enſe recidendum eſt. Ille) Pompeius vero contrarium ſententiolæ adductæ molitus. πολλὰ) Longum valere honeſtati dixit. Hoc eſt calcato honeſto turpiſſimam fugam cepit. Dices) Scribendum cum Beroaldo dicens.

Tradidiſſe) Cæſari, immo traditi ſunt vincti a perfidis militibus & oppidanis. Intercludor) Reſpirare non poſſum. Quo) Quare.

Literæ Domitii ad illum, ipſius ad Coſs. fulſiſſe mihi videbatur τὸ καλὸν ob oculos eius, & exclamaſſe ille vir, qui eſſe debuit πρήσσω ὅ τι χρὴ, καὶ παλαμάσω, καὶ πᾶν ἐστ᾽ ἐμοὶ, καὶ πεκτανῶ. τὸ γὰρ εὖ μετ᾽ ἐμοῦ. at ille πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ dicens, pergit Brunduſium. Domitium autem aiunt re audita, & eos qui vna eſſent tradidiſſe. O rem lugubrem, itaque intercludor dolore. Quo ad te plura ſcribam, non habeo: tuas literas expecto. Vale.

Argumentum. CLII.

PIVS. CICERONIS epiſtolã ad Cæſarem miſſam ſuperius nõ probauit Atticus, dicens ſi forte inuulgaretur periculum ei inſtare. Promulgatam nunc eſſe refert, tm̃ abeſt vt Cicero doleat, vt etiam teſtetur multis eam dediſſe deſcribẽdam.

Deſcribere. PERVVLGATAM) Publicatam. Deſcribendam) Tranſcribendam vt aiunt. Ea) Talia. Impendent) Inſtant futura. Eam) Cæſaris ſapientiam. Quo) In eo quo. Hortabar) Cęſarem ad pacem epiſtolari ſermone. Tali in re) Pro impetrãda pace. Abieciſſem) Accidiſſem. Qua autẽ eſt) In ea parte epiſtolę qua dicebam. Cæſar in hac re pẽſitanda, aliquid temporis impertias. Non loquebar vt eam animi curam in hac pace defigeret, ſed officium meum conſideraret. Aliquid impertias temporis) Erant verba in epiſtola, M. Tullij poſita. Non eſt) Verbum illud impertias. De pace) Vt Cęſar ſe totum huic paci conſiderandę indulgeat. De me ipſo) De rebus meis erat ſermo. Officio) quod erga eum officioſus eram. Cogitet) Cæſar de me, qui in rebus honeſtis ad eius nutum ſum paratus. Expertem) Immunem Belli) A ſuadendo bello. Id) Me fuiſſe expertem belli. Eo) Ideo. Quo) Vt. Haberem) Docilem auditorem reddendo, quod eſt artis noſtræ. Eodem) Ad idem propoſitum. Quod probo) Non improbo.

Cauſam eius) Quod arma ſumpſit, non in Rempublicam. Sed quid. Sed cur nunc iſta apologia vtor in bono opere. Laudem meruiſſe arbitror, nedum vacare culpa. Aliquid) De pace.

Profectum) Impetratum. Næ) Certe, Cum diphthongo. Literas) De pace. In concione) Coram populo. Ille) Pompeius. Cur meam epiſtolam in laudem Cæſaris ſcriptam Pompeius improbaret. qui de conditionibus pacis ad Cæſarem reſponderem, illum Africano præponit, vt verum ſit illud Ouidianum, Magne tuum nomen rerum eſt menſura tuarum: Sed qui te vicit Maxime, maior erat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EPiſtolam meam quod peruulgatam ſcribis eſſe, non fero moleſte: quinetiam ipſe multis dedi deſcribendam. Ea enim & acciderant iam, & impendent, vt teſtatum eſſe velim, de pace quid ſenſerim. Cum autem ad eam hortarer eum præſertim hominem, non videbar vllo modo facilius moturus: quàm ſi id, ad quod eum hortarer, conuenire eius ſapientiæ dicerem. Eam ſi admirabilem dixi, quo eum ad ſalutem patriæ hortabar: non ſum veritus, ne viderer aſſentari: cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. Qua autem eſt aliquid, impertias temporis: non vt de pace, ſed de me ipſo, & de meo officio vt aliquid cogitet. Nam quod teſtificor, me expertem belli fuiſſe: etſi id ne perſpectum eſt, tamen ea ſcripſi, quo in ſuadendo plus authoritatis haberem: eodem pertinet, quòd cauſam eius probo. Sed quid hæc nunc? vtinam aliquid profectum eſſet: næ ego iſtius literas in concione recitari velim. Siquidem ille ipſe ad eundẽ ſcribẽs in publico

Illam)De conditionibus pacis. Pro tuis rebus)Verba ſunt Pompeii ad Cæſarem, cur nos vitupe‑remus? Suis)Scribe.Meis,id eſt Pompeianis. Ferebat)Requirebat,repoſcebat neceſſitas.Noſcendũ eſt tempus & occaſio,quam Pompeius arripuerat Cæſarem laudans. Non improbandus ergo Pompei‑us,nec ego pariter. Si quidem)Reprenſus ab Attico nomine Senatus Cicero nomine ſuo Senatũ caſtigat,qui Cęſari venienti Romam & cuncta turbaturo duos Senatorios viros obuiam miſerat. Vos) Magni orbis Domini. Duos Taleis)Subintellige viros Senatorios obuiam miſiſtis Cæſari ad quin‑tum lapidẽ. Quid ad hunc ipſũ) Cur ad Cæſarem miſi‑ſtis? Vnde) A ferro,flãma, cęde, oppidorum ac villarum noſtrarũ incẽdio. Recipiẽti) Reuertenti obuiam miſiſtis.

Senat⁹ duos Cęſari obuiã miſit.

propoſuit epiſtolam illam: in qua eſt, pro tuis rebus geſtis ampliſſimis,amplioribusve, q̃ meis, q̃ Africani. Ita tempus ferebat. Siquidem etiam vos duos taleis ad quintum miliarium, quid ad hunc ipſum,vnde ſe recipienti,quid agenti,quid acturo. Quanto autem ferocius ille cauſæ ſuæ confidet,cum vos, cũ veſtri ſimiles non modo frequenteis,ſed lęto vultu gratulanteis viderit? Num igitur peccauimus? minime, vos quidem.Sed tamen ſigna conturbantur, quibus voluntas a ſimulatione diſtingui poſſet. Quæ vero S. C. video? ſed apertius q̃ propoſueram. Ego Arpini volo eſſe pridie Calendarum: deinde circum villulas noſtras errare,quas me viſurum poſtea deſperaui. εὐγενῆ tua conſilia, & tamen pro temporibus non incauta,mihi valde probantur. Lepido quidem (nam fere συνδιημερεύομεν,quod gratiſſimum illi eſt,nunquàm placuit ex Italia exire vllo modo: multo minus mouebant minæ. Crebro enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum ſententiæ minus mouebant: minus multa dederant illi Reipub. pignora. Tua mehercule authoritas vehementer mouet. Affert enim & reliqui temporis recuperandi rationem, & præſentis tuendi. Sed obſecro te, quid hoc miſerius, q̃ alterum plauſus in fœdiſſima cauſa quærere? alterum autẽ offenſiones in optima? alterum exiſtimari cõſeruatorem inimicorum? alterum deſertorem amicorum? Et mehercule quanuis amemus Cn. noſtrum, vt & facimus, & debemus: tamen hoc, quòd

Quid agẽti) Miſcẽti aquam igni. Quid acturo)Romam ac Italiã depopulaturo. Quãto)Vos togati longe peccaſtis inconſultius,quoniam cũ videbit Cęſar ſe dignum habitum legatione Romana,tãq̃ tacite probata cauſa ſua,exultabit, nec finem proſequendi optimates faciet. Frequentes) Magno agmine. Viderit)In vrbe. Peccamus)Emẽda peccauimus nos illã de pace epiſtolam mittentes. Vos quidẽ)Peccaſtis. Signa)Argumenta,indicia. Senſus eſt, Si Cęſari lęti occurrimus,fuerunt illa ſigna feſti animi,nõ tamen erat lętitia in animo. Aliud eſt ſignificare ac pręferre lętitiã,aliud eſt eſſe lętum.

Conturbantur) Velantur ac teguntur, vt auro ferrum obducitur & incruſtatur, vt ferrum aurum videatur, nec tamen eſt aurum. Volũtas) Veſtra. Poſſet diſtingui) Diuerſa haberi. A ſimulatione)Ab inuolucris ac tegumẽtis animi. Signa illa amoris fuere, non amor, Simulata omnia non voluntaria, cogẽte metu,qui in conſtantẽ hominẽ cadit & fortem. Senatus conſulta)Laudis congeſtę in Cæſarem. Illa)Omittere potuiſtis. Apertius)Tracto.Cœperam molli brachio rem tangere & innuere,acerbius inſto. Ego)Verba ſtomachi plena,tacite ſignificantia propter fugam Pompeii non eſſe maximis viris in vrbe locum. PR.) Lege pridie Calẽd. Villulas)Ocellos Italię. Poſtea)q̃ Cæſaris aduentum audiui. εὐγενῆ)Generoſa. Pro temporibus)Pro tempore,iuxta conditiones temporum. συνδιημερεύομεν)Simul diem traducimus,vel terimus. Quod)Terere diem ſimul. Illi)Lepido. Iuuat Lepidum mecum viuere. Mouebant)Minę Pompeij in illum. Illius)Pompeii. Ab alijs)Ad quos Pompeius ſcribit,vel qui ad Ciceronem ſcribunt. Illorum)Qui nolebant Italia excedere. Cicero inquit ſe Italia non excedere,ꝙ alii non excedãt. Minus)q̃ nos.Illos ego æmulari non debeo, qui ſi aliquod,vt hoc,patrię ſignum dent,ſingulare & vnum dederunt. Illi)Qui vt aliquod dent Reipub. pignus,ſe in fugam cum Pompeio dare volunt. Reliqui temporis)Amiſſi dum in Campania ſubſiſto. Recuperandi)Lucrandi,reuocandi a nota infamię ab bonam famam. Tuendi) Suſtinendi, defendendi. Alterum)Cęſarem. Plauſus)Laudes:conuocando Senatum,ac mille huiuſmodi factitando. Alterum)Pompeium. Offenſiones) iras hominum ac inimicitias,hunc & illum inuitos trahendo in bellum.Hoc dictum eſt propter hęc verba Cæſaris libro primo Cõment.ciuiliũ. Põpeius diſcedẽs ab vrbe in Senatu dixerat,eodem ſe habiturũ loco,qui Romę remãſiſſet,& qui in caſtris Cęſaris fuiſſet. Contra Cęſar ſuarũ partiũ edicit,qui neutras ſequerẽtur. Alterũ exiſtimari)Cęſarẽ q pcebat inimicis,

Villulæ.

Pro tẽporib⁹.

talibus viris nõ ſubuenit, laudare nõ poſſum. Nã ſiue timuit, quid ignauius? ſiue, vt quidam putant, meliorem ſuam cauſam illorum cæde fore putauit, quid iniuſtius? Sed hęc omittamus, augemus enim dolorem retractando. VI. Calend. veſperi Balbus minor ad me venit: occultauit occurrens ad Lentulum Cos. iuſſu Cæſaris, cum literis, cum mandatis, cum promiſſione Prouinciæ, Romam vt redeat: cui perſuaderi poſſe non arbitror, niſi erit cõuẽtus. Idẽ aiebat, nihil malle Cæſarẽ, q̃ vt Põpeium aſſequeretur. Id credo vt rediret in gratiam, id non credo: & metuo ne omnis hæc clementia ad vnam illam crudelitatem colligatur. Balbus quidem maior ad me ſcribit, nihil malle Cæſarem, q̃ principe Pompeio, ſine metu viuere. Tu puto hæc credis? ſed cum hęc ſcribebam. V. Calend. Pompeius iam Brunduſium poterat veniſſe. Expeditus enim anteceſſerat legiones. XI. Luceria. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia eſt plenum. Quid futurum ſit, neſcio. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DIonyſius cum ad me præter opinionem meam veniſſet, locutus ſum cum eo liberrime. Tempora expoſui, rogaui, vt diceret, quid haberet in animo: me nihil ab ipſo inuito contendere. Reſpondit: ſe, quod in nummis haberet, neſcire quo loci eſſet: alios non ſoluere, aliorum diem nondum venire. Dixit eñ alia quædam de ſeruulis ſuis, quare nobiſcum eſſe non poſſet: morem geſſi, dimiſi a me, vt magiſtrum Ciceronum non libenter, vt hominem ingratum, non inuitus. Volui te ſcire, quid ego de eius facto iudicarem. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVOD me magno animi motu perturbatum putas: ſum equidẽ, ſed non tã magno, q̃ tibi fortaſſe videor. Leuatur eñ omnis cura, cum aut cõſiſtit cõſiliũ, aut cogitãdo nihil explicatur. Lamẽtari aũt nõ licet, illud tamẽ totos dies. Sed vereor, ne nihil cũ proficiã, etiã dedecori ſim. In ſtudiis ac literis noſtris conſumo omne tempus: conſiderans quanta vis ſit

---

Talibus) Vt Domitio & Lẽtulo. Minor) Nepos. Erat & patruus auctore Plinio lib. 5. nat. hiſt. Occultauit) Noluit quicq̃ mihi aperire. Vt redeat) Dũmodo redeat. Cõuentus) Niſi Romã cęteri cõuenient optimates. Alii codices habent circunuentus.

Cęſarẽ) In hoc Cæſar conatũ poſtremũ experitur. Aſſequeretur) Cõtinuaret, adiungeret potius. Id credo) Cæſar Pompeiũ aſſequetur. Q m̃ volare dicitur. Crudelitatẽ) Vtitur clementia in cæteros Cæſar, vt credenti Põpeio impoſturam faciat, ac in eum ſit fœdiſſime crudelis. Maior) Patruus. Expeditus) Cũ leui armatura.

Teras. τέρας) Mõſtrũ hoc eſt Cæſar, ex variis naturę rebus compaginatus.

Monſtrum. Monſtrum quandoq; in bonã partẽ. Monſtrũ Ariſtoteles ob inſignem doctrinam ab Hieronymo dictus.

Argumentum. CLIII

PIVS, ECCE Dionyſius iterũ ad repotia, quẽ Cicero tandem libentiſſime dimittit vt hominem ingratum ac merum Callipidem.

LIBERALISSIME) Vetuſti codices liberrime. Tẽpora) Dura ac minime muſis amica. In animo) Manendi an abeũdi. Cõtẽdere) Petere.

In nũmis haberet) Fœnerator erat Quo loci) In qua cõditione, pecuniã nõ bene collocaſſe. Hoc accidit his qui nõ ſunt vſuris ſemiſſibus cõtenti. Eſſe) Veniſſe. Seruulis. Hęc diminutio ætatis nõ placet. Pudori notam infligit.

Morẽ geſſi) Indulſi abire volẽti. Facto.) Ingratũ iudico.

Argumẽtũ CLIIII.

PIVS. QVOD me) Perturbatur Cicero orbe turbato, nõ omnino tamẽ. Cõſiſtit cõſiliũ) Nõ titubat animus, ſed mẽs quieta ac ordinata viget. Nihil explicat̃) Impedimẽta nõ tollũt, iuxta illud eiuſdẽ Ciceronis, habẽt hunc finẽ q̃relę qd q̃ri pudet.

ASCENS. Lamentari autem licet, lego non licet, quia ſequitur: illud tamen totos dies, ſubauditur facio: nõ autẽ licet, ne indicet ſibi quæ fiant non placere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illius viri) Iuſti, quẽ lib. Æneid. 1. ſic pinxit, Ac veluti magno in populo ſi forte coorta eſt Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus, & quæ ſequuntur. Ille regit dictis animos, ac pectora mulcet. vbi auctore Fabio oratorem deſcribit. Libris) De Rep. Rep.) Scribe, Reipublicæ. Quo) Ad quam vtilitatem Reip. Huius operis) Salutis Reip. Illum) Politicum virum. Perfectiorem) Lege perfectorem, moſitorem & operarium. Hoc) Officium boni moderatoris a me deſcriptum in Rep. cui beata ciuium vita propoſita eſt. Pompeius contrarium fecit vagamur egentes cum vxoribus. Dominatio) Tyrãnis.

Orator.

Perfector.

illius viri, q̃ noſtris libris ſatis diligenter (vt quidem videremus) expreſſimus. Tenes ne igitur moderatorem illum Reip. quo referre volumus omnia? nam ſic quinto, vt opinor, in libro loquitur Scipio. Vt enim Gubernatori curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori victoria: ſic huic moderatori Reip. beata ciuium vita propoſita eſt, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit. Huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum eſſe perfectorem volo. Hoc Cn. noſter, cum antea nunquàm, tum in hac cauſa minime cogitauit. Dominatio quęſita ab vtroq; eſt: non id actum, beata & honeſta ciuitas vt eſſet. Nec vero ille vrbem reliquit, ꝙ eam tueri non poſſet: nec Italiam, ꝙ ea pelleretur: ſed hoc a primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere, Reges barbaros incitare, genteis feras armatas in Italiã adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni iampridem appetitur multis, qui vna ſunt, cupientibus. An cenſes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuiſſe? Hodie poteſt, ſed neutri σκοπὸς eſt ille, vt nos beati ſimus: vterq; regnare vult. Hæc a te inuitatus breuiter expoſui. Voluiſti enim me, quid de his malis ſentirem, oſtendere. προθεσπίζω igitur noſter Attice, non ariolans vt illa, cui nemo credidit, ſed coniectura proſpiciẽs. Iamq; maiora magno tumultu non multo inquam ſecus poſſum vaticinari: tanta malorum impendet ἰλιάς. Atq; hoc noſtra grauior eſt cauſa, qui domi ſumus: quàm illorum, qui tranſierunt, quòd illi quidem alterum metuunt, nos vtrunq;. Cur igitur inquis remanſimus? Vel tibi paruimus, vel non occurrimus, vel hoc fuit rectius. Conculcari inquam miſeram Italiam videbis proxima æſtate, ab vtriuſq; mancipiis ex omni genere collectis. Nec tam irruptio pertimeſcẽda, quę Luceriæ multis ſermonibus denunciata eſt, quàm vniuerſæ interitus. Tantas in obligando vtriuſque vires video futuras. Habes cõiecturam meã. Tu autẽ cõſolationis fortaſſe aliquid expectaſti. Nihil inuenio,

Nõ id actũ) Nõ illud cõſiderarunt. Ille) Pompeius, qm̃ neceſſitati, vt gręco inoleuit adagio, neq; dei repugnãt. A primo) A principio. Mos loquendi Ciceroni familiaris.

A primo.

Syllani) Syllã Põpeius imitari vult, Cęſar Phalarim vel Cinnã. Cupientibus) Syllanas proſcriptiões. Inter eos) Cęſarẽ & Põpeiũ. Σκοπός) Obiectũ, intẽtio. Inuitat⁹) Immo laceſſitus, quę libẽter tacuiſſe velim. Προθεσπίζω) Pręſagio, ariolor. Ariolans) Vaticinãs. Arioli diuinaculi ac minuti vates. Vt illa) Emẽda piculo meo, vt illa hoc eſt Caſſãdra de quo Maro Æneid. 2. Tũc etiã fatis aperit Caſſandra futuris ora dei iuſſũ nonnunq̃ credita Teucris. Vaticinabatur premente Phœbo, os aperiente, ac euoluente futura. Cõiectura) Quę humana prudẽtię eſt. Proſpiciẽs) Procul aſpiciẽs. ἰλιάς) Cõtextus, materia qualis Homerica fuit ſup Ilio hoc eſt Troiano bello. Ouidi⁹, Ilias eſt fati magna futura mei. Nõ abludit id Propertianũ, Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria. Mox, Magnã cõdimus Iliadę. Scitu digna ſunt quę Plutarchus i Alexãdro ſcribit. Alexãder & dicẽdi & legendi cupidus Iliadẽ, quã rei familiaris viaticũ exiſtimare ac appellare ſolebat, Ariſtotele exponente perdidicit. Eam ſemper vna cum pugione ſub puluino iacẽs tenere ſolitus. Scribit idem Cheroneus ſapientiſſimũ poetam in Iliade corpis vires, i Odyſſea animi virtutes executũ. Hoc) Eo magis. Noſtra) Optimatũ. Grauior) Difficilior. Illi) Qui ad Pompeium enauigarunt. Alterum) Cæſarem. Aut vtriuſq;) Legendum ab vtriuſque. Mancipiis) Cæſar primo belli ciuilis Cõmentario. Pompeius copias vndique omnes ex nouis delectibus ad ſe cogi iubet ſeruos, paſtores armat atque his equos attribuit. Irruptio) In Italiam. Obligando) Circũligando, ac Italiam ſtrangulando: vnde obligare plantas

Scopos.

Ariolor.

Caſſandra.

Ilias.

Alexandri exemplum.

Obligare.

Obligatio. èpigrammatico in hanc ſententiam. Obligare linguas & obligatio apud Firmicum in hoc ſignificatu.

Perditius. Perditius) Qui ſe noſque vna perdidit.

Quierim) Quieuerim, ne me in vtraſuis partes implicuerim. In eo) Quieſcendi propoſito. Dat ) Mihi vt quieſcam. Reuertiſſet) Lentulus. Rationem) Cum tẽpus computo. Tranſmiſſurum) Lentulum. Tranſmittere eſt mare traiicere. Conueniri) A Balbo. Parthicis) Qui venerunt & euanuerũt. in fine libri ſeptimi, Ego bellum fœdiſſimum futurum puto, niſi qui (vt ſcis) Parthicus caſus extiterit. Velim) Reſcribas. Bonorum) Optimatum in laudem modo Cęſaris, modo Pompeii, hoc mihi ſignifica quid tibi videaẽ.

Homonæia. περὶ ὁμονοίας) De concordia, appoſite quadrabat hic liber concordiam procuranti.

Quam cauſam) Concordiã ducum, me plurimum liber hic adiuuare poterit.

Argumentum. CLV.

PIVS. EPISTOLA Pompeiana perelegans aurei ſeculi flores redolens ac odores hymettios, in qua Pompeius Ciceronem monet vt Luceriam ad eum veniat cum cohortibus Domitianis.

VIBVLLIVS) De hoc Vibullio lege Cæſarem primo Commentario ciuili. Proficiſci) Diſcedere.

Argumentum. CLVI.

PIVS. RESPONSIO Ciceronis ſuperiori epiſtolæ Pompeianæ, in qua Vibullij, virtutem dilaudat & induſtriam. Significat ſe Põpeianum conſilium qualecunque fuerit ſecuturum. Vt oram maritimam teneat, diutius ibi futurum. Tamen mandato Pompeiano non defuturum.

COMMODIORA) Proſperiora. Teano) De quo ſupra. Sidicino) Cognomẽtum erat Teani Sidicinum. Aliqui tamen diſtingunt

nihil fieri poteſt miſerius, nihil ꝑditius, nihil fœdius. Quod quæris, quid Cæſar ad me ſcripſerit, quod ſæpe: gratiſſimũ ſibi eſſe, ꝙ quierim: oratq; in eo vt perſeuerem. Balbus minor hęc eadẽ mandata dat. iter autem eius erat ad Lẽtulũ Cos. cum literis Cęſaris, prę miorũq; promiſſis, ſi Romã reuertiſſet. Verum, cũ habeo rationẽ dierum, ante puto tranſmiſſurũ, q̃ potuerit conueniri. Epiſtolarũ Põpeii duarum, quas ad me miſit, negligentiã, meãq; in reſcribendo diligentiã volui tibi notã eſſe: earum exẽpla ad te miſi. Cęſaris hic per Apuliã ad Brũduſiũ curſus quid efficiat, expecto: vtinam aliquid ſimile Parthicis rebus. Simul atq; aliquid audiero, ſcribã ad te: tu ad me velim. Bonorũ ſermones Romę frequentes eſſe dicuntur. Scio equidem te in publicum non prodire, ſed tamen audire te multa neceſſe eſt. Memini tibi librum afferri a Demetrio Magnete. ad te miſſum ſcio περὶ ὁμονοίας, eum mihi velim mittas. Vides, quam cauſam mediter. Vale.

CN. POM. Procoſ. M. T. Ciceroni Imp. S.

QVintus Fabius ad me venit ad. IIII. Id. Feb. Is nũciat L. Domitiũ cũ ſuis cohortibus. XI. & cũ cohortibus. XIIII. quas Vibulio adduxit ad me iter habere, habuiſſe in aio ꝓficiſci Corfinio, & ad. V. Id. Feb. C. Hirtiũ cũ. V. cohortibus ſubſeq. Cẽſeo ad nos Luceriã venias: nã te hic tutiſſime puto fore. Vale.

M. T. CICERO CN. POM. PROCOS. S.

AD. XV. Calend. Martii Formiis accepi tuas literas: ex quibus ea, quę in agro Piceno geſta erant, cognoui cõmodiora eſſe multo, q̃ vt erat nobis nũciatũ, Vibulliiq; virtutẽ, induſtriamq; libẽter agnoui. Nos adhuc in ea ora, vbi præpoſiti ſumus: ita fuimus, vt nauẽ paratã haberemus. Ea enim audiebamus, & ea verebamur, vt quodcũq; tu conſilium percepiſſes, id nobis perſequendũ putaremus. Nũc quoniã authoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus, ſi teneri poſſe putas Taracinã & oram maritimam, in ea manebo, etſi præſidia in oppidis nulla ſunt. Nemo enim noſtri ordinis in his locis eſt, præter M. Oppiũ, quẽ ego Minturnis eſſe volui: vigilantem hominem, & induſtrium. Nam L. Torquatum virum fortem, & cum authoritate Formiis non habemus, ad te profectum arbitramur. Ego omnino, vt proxime tibi placuerat, Capuam veni eo ipſo die, quo tu Teano Si-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicino es profectus. Volueras enim me cum M. Conſidio Proprętore illa negocia tueri. Cum eo veniſſem, vidi amplum delectum habere diligentiſſime, ab eo accipere, Libonem ſumma item diligentia, & in illa colonia, authoritate. Fui Capuæ, quoad Coss. iterū, vt erat dictum, ad Coss. veni Capuā ad Nonas Feb. Cum fuiſſem triduum, recepi me Formias. Nūc quod tuum conſilium, aut quæ ratio belli ſit, ignoro. Si tenendam hanc oram putas, quæ opportunitatem, & dignitatem habet, & egregios ciues, & (vt arbitror) teneri poteſt: opus eſt eſſe, qui præſit: ſin omnia in vnum locum contrahenda ſunt, non dubito, quin ad te ſtatim veniā, quo mihi nihil optatius eſt: idq; tecū quo die ab vrbe diſceſſimus locutus ſum. Ego, ſi cui adhuc videor ſegnior fuiſſe, dum ne tibi videar, non laboro, & tamen ſi (vt video) bellum gerendum eſt, confido me omnibus facile ſatiſfacturum. M. Tulliū meum neceſſarium ad te miſi: cui tu, ſi tibi videretur, ad me literas dares. Vale.

## CN. POMP. Procos. M. T. Ciceroni Imp. S.

TVAS literas libenter legi. Recognoui enim tuam priſtinam virtutem etiam in ſalute communi. Coss. ad eum exercitū, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hortor pro tuo ſingulari perpetuoq; ſtudio in Rempub. vt te ad nos conferas, vt communi conſilio Reip. afflictæ opem atq; conſilium feramus. Cenſeo via Appia iter facias, & celeriter Brunduſium venias. Cura, vt valeas.

## M. T. CICERO CN. POMP. PROCOS. S.

CVM ad te literas miſiſſem, quę tibi Canuſii redditæ ſūt ſuſpicionē nullā habebā, te Reip. cauſa mare trāſiturū: erāq; in ſpe magna, fore, vt in Italia poſſemus aut cōcordiā cōſtituere (qua mihi nihil vtilius videbatur) aut Rēp. ſumma cū dignitate defendere. Interim nondū meis literis ad te perlatis, ex his mandatis, quæ D. Aelio ad Coss. dederas, certior tui cōſilii factus, nō expectaui, dū mihi a te literę redderentur. confeſtimq; cū Q. Fratre, & cū liberis noſtris iter ad te ī Apuliā facere cœpi. Cū Teanū Sidicinum veniſſem C. Miſſius familiaris tuus, aliiq; cōplures attulerūt Cæſarē iter habere Capuā, & eo ipſo die manſuū eſſe Eſernię. Sane ſum cōmotus. quod ſi ita eſſet, nō modo iter meū interclusum, ſed me ipſum plane

vt duo loca intelligātur. Probo tamen priorem ſententiam, quoniam Teanum eſt duplex, in Samnio alterum, alterum in Apulia. hęc colonia deducta a Cęſare Auguſto. iter populo debetur ped. lxxx. Ager eius limitib[9] auguſteis eſt aſſignatus. Delectum) Milites Cōſidium conſcribere. Diligētiſſime) Oēs videlicet ab eo ſtipēdiū. Quo) Vt. Ad Cōſules iterū) Subintellige venire. Vt erat dictum ad Coss) Vt edixerant Cōſules vt illuc cōuenirentur. Ne tibi videor) Lege videar.

Argumentum. CLVII.

RESPONSIVA Ciceronis ad Pompeium, in qua tacite hortatur eum vt in Italia morari velit, vel vt domi cōcordia procuraretur, aut Reſpub. ſumma cum dignitate defenderetur, cum tamen Pompeium diſcedendi & traiiciendi in Gręciam cupidum videret, ſe perſequi certum ſcribit, & feciſſet iam pridem, niſi Cæſar obſtitiſſet, & exceptum ſe putaſſet. Interponit exemplum literarum Pompeij ad Lentulum Conſulem, quibus eum ad Corfinium venturum ad opem Domitio ferendam prędicabat. Interſerit cauſas & metum quo perculſus Pompeium ſequi non potuit. Hortatur ad pacem vel iniqua conditione accipiendam. Hoc ciuile bellum maxime cunctos afficere, ſe in primis, qui in hoc bello plurima amiſit, non tamen officio in Rempublicam defuturum, nec priuatæ amicitiæ ſpondet. PIVS.

DI ALIO) Antiqui codices. D. Ælio habent. Dum) Vt, donec, quoad. Eſerniæ) Eſernia colonia adhuc durat, quę vna cum Alba deducta eſt. Auctor Liuius lib. vii. In libro Coloniarum, Eſernia Colonia deducta eſt lege Iulia. iter populo debetur ped. x. Limitibus auguſteis eſt aſſignatus. Teanum & Sidicinū iunge duo vocabula & dele copulatiuā, eſt enim Teanū ſidicinum vnum non duo opida in Samnio, in Apulia. Eſernia. Coloniarum liber.

exceptum putabā. Itaq; tū Cales proceſſi, vt ibi potiſſimum conſiſterē, dū certum nobis ab Eſernia de eo, quod audierā, referretur. At mihi cū Calibus eſſem, affertur literarum exemplū, quas tu ad Lentulū Cos. miſiſſes. Hę ſic ſcriptæ erant. Literas tibi a L. Domitio ad. XIII. Calend. Martii allatas eſſe: earumq; exēplum ſubſcripſeras: magniq; intereſſe Reipub. ſcripſeras, omneis copias primo quoq; tempore in vnum locum cōuenire, & vt pręſidii quod ſatis eſſet, Capuę relinqueretur. His ego literis lectis, in eadē opinione fui, qua reliqui omnes: te cū omnibus copiis ad Corfinium eſſe venturum: quo mihi, cum Cæſar ad oppidum caſtra haberet, tutum iter non arbitrabar. Cum res in ſumma expectatione eſſet, vtrunq; ſimul audimus, & quę Corfinii acta eſſent, & te iter Brunduſiū facere cœpiſſe. Cumq; nec mihi, nec fratri meo dubiū eſſet, quin Brunduſium contenderemus: a multis, qui e Samnio Apuliaq; veniebant admoniti ſumus, vt caueremus ne exciperemur a Cæſare, quod is in eadem loca, quæ nos petebamus, profectus: celerius etiam q̃ nos poſſemus: eo, quo intēderat, vēturus eſſet. Quod cum ita eſſet, nec mihi, nec fratri meo, nec cuiq̃ amicorum placuit committere, vt temeritas noſtra non ſolum nobis, ſed etiam Reipub. noceret. Cum præſertim non dubitaremus, quin ſi etiam tutum nobis iter fuiſſet: te tamen iam conſequi non poſſemus. Inde primo accepimus tuas literas Canuſio ad. X. Calendarum Martii datas: quibus nos hortaris, vt celerius Brunduſium veniamus, quas cum accepiſſemus ad. III. Calend. Martii, non dubitauimus, quin tu iā Brunduſium perueniſſes. Nobiſq; iter illud omnino interclusum videbatur: neq; minus nos eſſe captos, q̃ qui Corfinium veniſſent. Neq; enim eos ſolos arbitrabamur capi, qui in armatorū manus incidiſſent, ſed eos nihilominus, qui regionibus excluſi, intra præſidia, atq; intra arma aliena veniſſent. Quod cū ita ſit, maxime vellem primum tecum ſemper fuiſſe, quod quidem tibi oſtēderam, cum a me Capuā reiiciebā. quod feci non vitandi oneris cauſa, ſed ꝙ videbam teneri illam vrbem ſine exercitu non poſſe. Accidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fortiſſimis accidiſſe. Quoniam autem, tecum vt eſſem, non contigit: vtinā tui conſilii certior factus eſſem. Nam ſuſpitione aſſequi non potui, ꝙ omnia prius arbitratus ſum fore, q̃ vt hęc Reipub. cauſa in Italia non poſſet Duce te conſiſtere. Neque vero nunc conſilium tuum repre-

Exceptum) Deprenſum. Hodie captiuatum dicunt.

Literas) Epiſtola Pompeij ad Lētulum, a qua veluti ab

Embolio. haſtę Achillis embolio, nitor ac eruditio luculentiſſimi viri cognoſcitur. Reliqui ois) Scribendum omnes. Profectus) Sunt qui profecturus malunt. Salio) Legendū Sa-

Samnites. mnio ac de Samnitibus intelligendum. Samnitum populi in Appennino ſunt qui & Sabelli dicti diminutiuo vocabulo ꝙ a Sabinis orti ſūt auctorib⁹ Plinio Straboneq; qui ait duce Tauro in hęc loca veniſſe Opicis eiectis. De his Flor⁹ libro primo ſic ait, Samnitum populos valentes attamen fœdifragos vt qui ſępius a Romanis rebellauerint cladibus ipſis animoſiores, quinquaginta annos per Fabios & Papirios patres eorumq; liberos vrbs Romana ſubegit. Poſtremo, primos ad Annibalem deficientes iterum perdomuit. Igitur a Septētrione cum Apulis a meridie cum Campanis & Lucanis terminant, Caput eorum Boianum Ptolemęo, Bouianum Plinio, quod adhuc extat. de quo Liuius in nono. In libro Coloniarum ſic ſcribitur, Bobianum oppidum lege Iulia milites deduxerūt, populo iter amplius non debetur q̃ pedum. x. Ager eius per centurias & ſcamna eſt aſſignatus. Capua) Cāpana exploratione, ac epiſcopi magiſtratu. Reiiciebam) Abdicabam. Fortiſſimis) Domitio, Vibullio. Suſpicione) Coniectura in hoc loco. Hęc cauſa) Optimatum conſpiratio iuſtiſſima. Formam) Faciem funeſtam Conſulum ac Senatus fugientium. Secu-rus) Emenda ſecutus, quid in hoc cōſilio fugæ potiſſimum elegeris. Pace iunge cū reti-

Pax. nēdo. Iuxta illud Italici, Pax optima rerum Quas homini nouiſſe datum eſt. Vel iniqua conditione) Etiam pactis non æquis, ſed pręgraui Cæſare. De vrbe) Retinenda. Vrbem cenſebā non eſſe deſerendam. Oſtenderas) Inter ſermones quid de Italia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hendo, ſed formam Reipublicæ lugeo. Nec, ſi ego quid tu ſis, ſecurus non perſpicio, idcirco minus exiſtimo, te mihi, niſi ſumma ratione feciſſe, meaq; ſemper fuerit ſententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbe. Nam de Italia quidem nihil mihi vnquam oſtenderas, meminiſſe te arbitror. Sed mihi non ſumo, vt meum conſilium valere debuerit, ſecutus ſum tuum. Neque id Reipublicæ cauſa, de qua deſperaui, quæ & nunc afflicta eſt, nec excitari ſine ciuili pernicioſiſſimo bello poteſt. Sed te quærebam, tecum eſſe cupiebam. Neq; eius rei facultatem (ſi qua erit) prætermittam. Ego me in hac omni cauſa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non ſatiſfacere. Primum enim præ me tuli, me nihil malle, quàm pacem, non quin eadem timerem, quæ illi, ſed ea bello ciuili leuiora ducebam. Inde ſuſcepto bello, cum pacis conditiones ad te afferri, atque ad ea honorifice & tarde reſponderi viderem, dixi meam tecum rationem, quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Memineram me eſſe vnum, qui pro meis maximis in Rempublicam meritis, ſupplicia miſerrima, & crudeliſſima pertuliſſem: me eſſe vnum, qui ſi offendiſſem eius animum, cui tum, cum iam in armis eſſemus, Conſulatus tamen alter, & triumphus ampliſſimus deferebatur, ſubiicerer eiſdem præliis, vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare. Atque hæc non ego prius ſum ſuſpicatus, q̃ mihi palam denunciata ſunt, neque ea tam pertimui, ſi ſubeundo eſſent, q̃ declinanda putaui, ſi honeſte vitare poſſem. Quoniam breuem illius temporis, dum in ſpe pax fuit, rationem noſtram vides, reliqui facultatē res ademit. Iis autem, quibus non ſatiſfacio, facile reſpondeo. Neq; enim ego amicior C. Cæſari vnq̃ fui, q̃ illi: neq; illi amiciores Reipublicæ, q̃ ego. Hoc inter me, & illos intereſt, quod cum & illi ciues optimi ſint, & ego ab iſta laude non abſim, ego cōditionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis diſceptari maluerūt. quæ quoniam ratio omiſſa eſt, perficiam profecto, vt neq; Reſpub. ciuis a me animū, neq; tu amici deſideres, Vale.

decerneres. Arbitror.) Te non latere, quod nihil mecū decreueris. Non ſumo) Non tantum adſcribo aut video. Phraſis Ciceroni ac aureo ſeculo familiaris, dicitur & aſſumo, nunc barbare præſumo. Excitari) Alleuari, in priſtinas vires erigi. Excitata perinde dicuntur ædificia cū emergūt. Omni) omnino. per totum, hodie dicitur. In hac cauſa) Pace. Præ me tuli) Oſtendi, ſignificaui. Leuiora.) Non æque grauia, minus moleſta. Duxi tecum) Retuli ad conſilium ac voluntatem tuam, vt idē vellem & ſentirem ac tu. Iuxta tecum rem belli ac pacis haberem. Quā) Rationem meam. Tibi probaturum) Oſtenſurū tibi nō eſſe omnino improbabilem. Subiiceret) Scribe ſubiicerer. Perſona) Conditio dignitatis ac vitæ meæ. In homine vt ſentit Vallenſis perſona ſignificat qualitatem qua alius ab alio differt, tum in animo, tum in corpore, tum in extrapoſitis, quæ a Rhetoricis enumerant in attributis perſonæ. Ideo figuræ & ſigilla quædam, quæ roſtris aut alia corporis parte aquam fontanam emittunt, quia referūt varias hominū facies & geſtus, perſonæ dicuntur. Vnde Lucretius, Exuitur perſona, manet res. Vt ille induit perſonā liberalis, ſordidi, ſenis, amatoris. Reprendit Boethium Laurentius qui prodidit perſonā ſignificare ſubſtātiam, qui ſermo antea fuit inauditus. Sed quid O elegātiſſime Valla reſpondebis ad hæc Tranquilli verba in Cęſare Dictatore? Lecticarum vſum, item conchiliatæ veſtis & margaritarum, niſi certis perſonis & ętatibus, perq; certos dies ademit. In eodē ſignificatu Iuriſcōſulti ſunt vſi.

Sumo.

Perſona.

In Vallēſem.

Argumentum. CLVII.

QVAMVIS Lippiret Cicero, officiū tamen cum Attico non poteſt omittere. Conſilium amici per literas petit, vt decernat tandem an eundum, an ſtandum ſit. omnia ſibi eſſe integra ait, peccaſſe nihil. per mare tranſire non potuit. Calculis & ſententiæ Attici ſtare decernit, & ſalubribus conſiliis eius adhęrere, quem nouit coniecturæ eſſe nunq̃ fallacis.

PIVS.

MIHI moleſtior) Ita legendum eſt excluſo verbo nihil,nec te offendat verbum tamẽ.Senſus eſt Ciceronis,Non libenter ad te aliena manu ſcripſi,tamen veniente ad te tam certo nuncio , malui dictare hoc quãtulũcũq;,q̃ ſermones noſtros interrũpere,vel omittere ſtatos ac ſolẽnes. Sumeres) Tẽpuſculi
Integra. ſubſiciui occaſionem aucupareris. Integra) Reſeruata,vt hodie dicunt,barbare tamen.Non ſum inimicus Pompeij nec Cæſaris. Ignauiæ) Legendum,ignauiam. noluit Cicero confidere delectui Campano ſegni & ocioſo.Nam inde milites ſuos fœminas eduxit Annibal,quos viros ad hyemandum introduxerat , vnde alibi Cicero in Oratione cõtra Piſonẽ, Dign⁹ Capua.ſed illa vetere.
Cupua. Capua a Capy Troiano dicta vel a cãpeſtri planitie,ſumen eſt & delicię Italię. De ſumine patet,illic enĩ fuit,vt Plinij verbis vtar, Liberi Cereriſq; cettamẽ: tãta ſoli vbertas vt vna nocte pertica ſubnaſcẽtibus herbis velaretur: facilitas ſoli mira , cũ qua colono luctari neceſſe nõ erat. de qua pene illud Ouidianũ dici poterat , Per ſe parit oĩa tellus. Delicię innumerę.Roſa pręcox peſtana, vireta, citreta, vngenta loco peculiaria,prę́ſertim in foro ſeplaſia. vnde Latini ſeplaſiariũ κατὰ ἐξοχὴν vnguẽtariũ appellant,equis,alimẽtis exquiſitiſſimis abũdãs: quę quoniã ſignũ imperio propter dotes natiuas dare potuit,a Romanis deleta eſt. Superbiſſimi inſolẽtiſſimiq; fuerũt, auſiq; duris tẽporib⁹, afflicto ſtrage Canenſi populo Romano,alterũ Conſulẽ vt Romæ crearent petere,quod cũ minime impetraſſent,ad Annibalem deſciuerunt. Eius) Cæſaris.

Deliberationis) In deliberatione mea poſitũ. Obire) Perficere . Suſpicari.) Eſſe trans mare Põpeiũ . Ecquę) Nũquid aliqua in me. Perſona) Qualitas,induſtria,animi tenor. In bellatore) In armis.Bellator tãtũ deſideret Mars,nõ Mercurius pacificator, Officio metior) Ad officiũ ac virtutẽ redigo. Illorũ tempoꝝ) Clodianorũ,vt me ſeruarem integrũ. id eſt neutralem monebas. Calculos) Priſtinas rationes,ſeruemus nos incolumes. Quos) Rationem viuendi.

ASCENſius ASCENſius. Ignauiæ delectus. Bene legit̃ ſi ſit ordo, Ego cũ fugiẽs nõ ſolũ ſuſpicionẽ ignauię delectus.i.quæ in delectu habẽdo habeat̃,ſed etiã perfidiæ, nolui accipere Capuã iam imparatam.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MIhi moleſtior lippitudo erat,etiã q̃ ante fuerat , dictare tamen hanc epiſtolam malui , q̃ Gallo Fabio amatiſſimo vtriuſq; noſtrum nihil ad te literarum dare . Nam pridie quidem quoquo modo potueram,ſcripſeram ipſe eas literas, quarum vaticinationem falſam eſſe cupio . Huius autem epiſtolæ non ſolum ea cauſa eſt, vt nequis a me dies intermittatur , quin dem ad te literas , ſed etiam hæc iuſtior, vt a te impetrarem,vt ſumeres aliquid temporis,quo quia tibi perexiguo opus eſt,explicari mihi tuum cõſilium plane volo,vt penitus intelligam. Omnia ſunt integra nobis. nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapiẽtem excuſationem,non modo probabilem . Nam certe neque tum peccaui, cum imparatam iam Capuam,nõ ſolum ignauiæ delectus, ſed etiam perfidiæ ſuſpitionem fugiens,accipere nolui. Neq; cum poſt conditiones pacis per L . Cæſarem , & Fabium allatas , caui , ne animũ eius offenderem , cui Pompeius iam armatus armato Conſulatum, triumphũq; deferret. Nec vero hæc extrema quiſq̃ poteſt iure reprehẽdere, ꝙ mare non tranſierim . id enim,& ſi erat deliberationis,tamen obire non potui. Neq; enĩ ſuſpicari debui, præſertim cũ ex ipſius Põpeii literis, idẽ, quod te video exiſtimaſſe,non dubitarim, q̃n is Domitio ſubuenturus eſſet. Et plane quid rectũ,& quid faciendum mihi eſſet,diutius cogitari malui . Primũ igitur hæc,qualia tibi eſſe videãtur,& ſi ſepius ſignificata ſunt a te,tamen accuratius mihi perſcribas velim. Deinde aliquid etiam in poſterum proſpicias,fingaſq;, quem me eſſe deceat , & vbi me plurimũ prodeſſe reipublicę ſentias. Ecquę pacifica perſona deſideretur,an in bellatore ſint omnia. Atq; ego,q omnia officio metior:recordor tamen tua cõſilia , quibus ſi paruiſſem , triſtitiam illorũ temporũ non ſubiiſſem. Memini quid mihi tum ſuaſeris per Theophanem Culeonem,idque ſæpe ingemiſcens, ſum recordatus. Quare nunc ſaltẽ ad illos calculos reuertamur,quos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum abiecimus, vt non ſolum glorioſis conſiliis vtamur, ſed etiã paulo ſalubrioribus. Sed nihil pręſcribo, accurate velim perſcribas tuam ad me ſentẽtiã. Volo etiã exquiras q̃ diligẽtiſſime poteris (habebis autem per quos poſſis) quid Lentulus noſter, quid Domitius agat, quid acturus ſit, quemadmodũ nunc ſe gerant, num quem accuſent, num cui ſuccenſeant. Quod dico num cui, id eſt num Pompeio. Omnino culpam omnẽ Pompeius in Domitium confert, quod ipſius literis cognoſci poteſt, quarũ exemplum ad te mitto. Hęc igitur videbis, & quod ad te ante ſcripſi. Demetrii Magnetis librum, quem ad te miſit de cõcordia, velim mihi mittas. Vale.

## Cn.Pom.Mag.Marcello, & L.Lentulo Coss.S.

EGo, ꝙ exiſtimabam diſperſos nos, neq; reipublicę vtiles, neque nobis pręſidio eſſe poſſe, idcirco ad L. Domitiũ literas miſi: primũ, vti cum omni copia ad nos veniret, ſi de ſe dubitaret, & cohorteis XIX. quę ex Piceno ad me iter habebãt, ad nos mitteret. Quod veritus ſum, factũ eſt, vt Domitius implicaretur, neq; ipſe ſatis firmus eſſet ad caſtra faciẽda, quod meas. XIX. & ſuas. XII. cohorteis tribus in oppidis diſtributas haberet. Nam partim Albę, partim Sulmone collocauit: neq;, ſi vellet, expedire poſſet: nunc ſcitote me eſſe in ſumma ſolicitudine. nã & tot & taleis viros periculo obſidionis liberare cupio, neq; ſubſidio ire poſſum, ꝙ his duabus legionibus nõ puto eſſe cõmittẽdũ, vt illuc ducãtur. Ex q̃bus tamẽ non amplius. XIIII. cohortes contrahere potui, quas Brũduſiũ miſi, neq; Canuſiũ ſine pręſidio, dũ abeſſem putaui eſſe immittẽdũ. Duellio mãdauerã, ꝙ maiores copias ſperabã nos habituros: vt, ſi vobis videretur, alteruter veſtrũ ad me veniret, alter in Siciliã cũ ea copia, quã Capuę, & circũ Capuã cõparaſtis, & cũ iis militibus, quos Fauſtus legit, proficiſceretur. Domitius cum. XII. ſuis cohortibus eodẽ adiungeretur, reliquiæ omnes Brunduſium cogerentur, & inde nauibus Dyrrachium tranſportarẽtur. Nunc, cum hoc tempore nihilo magis ego, q̃ vos ſubſidio Domitio ire poſſim, ſeu per monteis explicare, non eſt nobis dimittẽdum, vt has. XIIII. cohortes, quas dubio animo habeo, hoſtis accidere, aut itinere me cõſequi poſſit. Quam ob rem placitum eſt mihi. Aliter video

PIVS.

Tum) Cum feruebant animi ante experientiam mali. Abiecimus) Spreuimus, ſeu qui recuſauimus. Glorioſis) Ad ſpeciem. Præſcribo) Tibi ac tuo conſilio aſſigno, limito. Videbis) Conſiderabis. Miſit) Neſcio quis gręculus, nec ſuperius mittẽtis nomen poſuit.

Argumentum. CLVIII.

EXCVSATIO Pompeij ad Conſules de L. Domitio & de conſilio belli. DISPERSOS) Vnde manauit adagium, ſcopæ ſolutæ. Copia) Pro copiis.

Copia.

Phraſis militaris) Cæſar primo Gallico Commentario, Totidem numero pedites velociſſimi ac fortiſſimi, quos ex omni copia, ſinguli ſingulos, ſuę ſalutis cauſa delegerant. Albæ) De Alba Marſorum intelligit. Eſt enĩ Eluiorum Alba, Marſorum & Latinorũ. Illuc) Ad manifeſtum exitium contra Cęſarem iuſtructiſſimum. Canuſium) Oppidum Apuliæ, vnde lanæ precioſiſſimæ veniebãt, quas miratus eſt epigrammatiſta, qui Canuſinatum Canuſinam lanam indutum vocat, his propemodum verbis, Et Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

Alba Marſorum.

Duellio) Deducit originẽ ab eo Duellio bellicoſo, cui a ferocitate bellica nomen eſt inditum, quaſi bellio. vnde Duellona Bellona, duellare bellare. Committendũ) Scribe, dimittendum. Alteruter.) Vel Lentulus vel Marcellus. Copia) Delectu, apparatu. Dyrrachium) Ciuitas notiſſima, eodem hodie nomine dicta. quoniam peninſulam habet confragoſam inſtar ſpinæ humanæ ſphondylis aſperæ, ideo Dyrrachium quaſi dyſrachiũ dicitur, Rachis enim ſpina huiuſmodi vocitatur. Trãſportarentur) Traiicerentur.

Dyrrachiũ.

Rachis.

Explicare) Expedire ad Domitium tranſire. Accedere) Scribendum accidere, hoc eſt concidere. Placitum.) Nõ ducere copias pro defendendo Domitio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cenſeri) Iudicari a Marcello vt non iuuarem Domitium, ſed copias Brūduſium tranſportarem. Superabūt) Supererūt. Militum quod haberent) Milites oēs quos conſcripſiſſent.

### Argumentum. CLIX.

PIVS.

DOMITIVM Pompeius hortatur vt ad ipſum propere ſcribat, ac copias conferat. quoniam, inquit, diſiecti pares eſſe non poſſumus. DISIECTA manu) Copiis diuiſis. Contractis) Coactis & conuocatis. Vibullus) Lege Vibullius, de quo Cæſar primo belli ciuilis Commentario. Firmo) Ciuitate Italiæ Firmana. Progreſſu) Lege progreſſum, Caſtrum) Caſtellum. Truentinum) De fluuio Truento cum oppido eiuſdem nominis quod ſolū Liburnorum in Italia reliquum eſt, de quo ſic ſcribitur in libro Coloniarum. Ager Cuprenſis, Truentinus, Caſtranus, Aternenſis lege Auguſtæ ſunt adſignati. Eo agēdum) Tanto magis ſtudendum. Primo quoque die) Confeſtim, q̄ primum. Copias) Copiæ veteres codices. Fortunas) Vt mihi ſeruirent. Miſſum facias) Miſſas facias, commeatum des.

Truentum.

Caſtranus ager.

### Argumentum. CLX.

PIVS.

EPISTOla Pompeiana ad eundem Domitium ſcripta eiuſdem pene argumenti cum ſuperiori, qua peritiſſimus ſcientiæ militaris dux colligitur Pōpeius. SECVNDVM) Iuxta. Hærebis) Implicaberis, attonitus redderis. Satyricus, Hæret, Et dubitat alta Chionem deducere ſella. Prouerbium apd eūdem M. Tullium, Hæret in ſalebra. Anni tempus) fortaſſe pluuioſum. Ruit hymbriferū ver.

Hęrère.

Receptum) Præſidū quo me recipiam omnibus præſidiis abductis. vnde natum eſt, Canere receptui, pro eo quod eſt reuocare exercitum

Receptus.

Canere receptui.

cēſeri Marcello, & cęteris noſtri ordinis, qui hic ſunt, vt Brūduſiū ducerē hāc copiā, quā ego habeo mecū. Vos hortor, vt quotcūq; militū contrahere poteritis, cōtrahatis, & eodē Brūduſiū veniatis q̄primū. Arma quę ad me miſſuri eratis, iis cenſeo armetis milites, quos vobiſcū habetis: quę arma ſuperabūt, ea ſi Brūduſiū iumentis deportaueritis, vehemēter Reip. profueritis. De hac re vellem noſtros certiores faceretis. Ego ad P. Lupū, & C. Coponiū Prętores miſi, vt ſe nobis coniūgerēt, & militū quod haberēt, ad nos deducerent. Vale.

### CN. POM. Procos. L. Domitio Procos. S.

MIror te ad me nihil ſcribere, & potius ab aliis, q̄ a te de rep. certiorē me fieri. Nos diſiecta manu pares aduerſariis eſſe nō poſſumus, cōtractis noſtris copiis, ſpero nos & Reip. & ſaluti cōmuni prodeſſe poſſe. Quā ob rē cū conſtituiſſes, vt Vibullius mihi ſcripſerat, ad. V. Id. Feb. Corfinio proficiſci cū exercitu, & ad me venire, miror, q̄d cauſę fuerit, quare cōſiliū mutaris. Nā illa cauſa, quā mihi Vibullius ſcribit, leuis eſt, te propterea moratū eſſe, ꝙ audieris Cæſarē Firmo progreſſum in caſtrū Truētinū veniſſe. Quāto em̄ magis appropinquare aduerſarius cœperat, eo tibi celerius agēdū erat, vt te mecū cōiūgeres, prius, q̄ Cęſar aut tuū iter impedire, aut me abs te excludere poſſet. Quā ob rē etiā rogo, & hortor, id quod nō deſtiti ſuperioribus literis a te petere, vt primo quoq; die Luceriā aduenires ante q̄ copię (quas inſtituit Cęſar cōtrahere) in vnū locū coactę, nos a nobis diſtrahāt. ſed ſi erunt, q̄ te impediāt, vt illas ſuas ſeruēt, æquū eſt me a te impetrare, vt cohortes, quę ex Piceno & Camerino venerūt, quę fortunas ſuas reliquerūt, ad me miſſum facias. Vale.

### CN. POM. Domitio Procos. S.

LIteras abs te M. Calenius ad me attulit ad. XIIII. Calendarum Martii, in q̄bus literis ſcribis tibi in animo eſſe obſeruare Cæſarē, et ſi ſecundū mare ad me ire cœpiſſet, cōfeſtim in Sāniū ad me vēturū. Sin autē ille circū iſtęc loca cōmoraretur, te ei, ſi propius acceſſiſſet, reſiſtere velle. Te animo magno & forti iſtā rē agere exiſtimo, ſed diligentius nobis eſt videndū, ne diſtracti, pares aduerſario eſſe nō poſſimus, cum ille magnas copias habeat, &

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maiores breui habiturus ſit. Non eñ pro tua prudẽtia debes illud ſolũ animaduertere, quot in pręſentia cohorteis cõtra te habeat Cæſar: ſed quãtas breui tẽpore equitũ, & peditũ copias cõtracturus ſit. Cui rei teſtimonio ſunt literę, quas Buſſenius ad me miſit, in quibus ſcribit, id quod ab aliis quoq; mihi ſcribitur, pręſidia Curionẽ, quę in Vmbria & Thuſcis erant, cõtrahere: & ad Cæſarẽ iter facere. Quæ ſi copiæ in vnũ locũ fuerint coactę, vt pars exercitus ad Balbũ mittatur, pars ad te accedat, vt non pugnet, ſed locis ſuis repugnet, hęrebis: neq; ſolus cũ iſta copia, tãtam multitudinẽ ſuſtinere poteris, vt frumẽtatũ eas. Quã ob rẽ te magnopere hortor, vt q̃ primũ cũ omnibus copiis huc venias. Coss. cõſtituerunt idẽ facere. Ego Vetuſtileo ad te mãdata dedi, prouidẽdũ eſſe, ne duę legiones ſine Picẽtinis cohortibus in cõſpectũ Cæſaris cõmitterẽtur. Quã ob rẽ nolito cõmoueri, ſi audieris me regredi, ſi forte Cæſar ad me veniet. Cauendũ enim puto eſſe, ne implicatus hęreã. Nã neq; caſtra propter anni tẽpus, & militũ animos, facere poſſum, neq; ex omnibus oppidis cõtrahere copias expedit, ne receptũ amittã. Itaq; nõ amplius. XIIII. cohortes Luceriam coegi. Coss. pręſidia omnia deducturi ſunt, aut in Siciliã ituri, nã aut exercitũ firmũ habere oportet, quo cõfidamus perrũpere nos poſſe, aut regiones eiuſmodi obtinere, e qbus repugnemus, id quod neutrũ nobis hoc tẽpore cõtingit, ꝙ & magnã partẽ Italię Cæſar occupauit, & nos nõ habemus exercitũ tã amplũ, neq; tã magnũ q̃ ille. Itaq; nobis prouidendũ eſt, vt ſummã Reip. rationẽ habeamus. Etiã atq; etiã te hortor, vt cum omni copia, q̃ primũ ad me venias. Poſſumus etiã nũc Rẽpublicã erigere ſi cõmuni cõſilio negociũ adminiſtrabimus: ſi diſtrahemur, infirmi erim9. mihi hoc cõſtitutũ eſt. His literis ſcriptis, Sica a te mihi literas attulit & mandata: ꝙ me hortare, vt iſtuc veniã, id me facere nõ arbitror poſſe, ꝙ nõ magnopere his legionibus confido. Vale.

Cn. Pomp. L. Domitio. S.

Literæ mihi a te redditę ſunt. ad. XIIII. Cal. Mart. in quibus ſcribis. Cæſarem apud Corfiniũ caſtra poſuiſſe. Qđ putaui, & pręmonui fit, vt nec in pręſẽtia cõmittere tecũ pręliũ velit, & omnib9 copiis cõ ductis, te implicet, ne ad me iter expeditum tibi ſit, atq; iſtas copias coniũgere optimorum ciuiũ

in loca tutiora. Fit id etiam cum bello in veſpertinum temp9 tracto nox quietis pa rẽs admonet laſſis militibus iubẽdum vt corpora curent, hoc ſcilicet canere receptui milites factitare ſolent cum repẽtina aduerſatiorum impreſſione ordines ſuorum labare vident. Cum ſudore & marte noſtro ſatis & affatim aduerſarium cõtriuimus, in quam ſignificationem vergit illud Ouidianum, Cane muſa receptu Hoc vti prouerbialiter poſſumus cum fecimus ſatis deſiderio noſtro, nec officio defuimus: tunc enim admonituri ceſſandũ iam eſſe, dicere poſſumus, cane muſa receptu. q̃uis in polutis ingenioſi poetæ codicibus receſſu non receptu legatur, quod ex latiniſſimę dictionis inſcitia cõtingere ſolet. Deſcribunt̃ hodie libri & mẽdoſiſſimi vęneunt, ſimiæ togatæ purpuram induunt, & cameli ſaltant, docti irrũpẽtibus indoctis prouinciam emendandi defugerunt, grãmaticulis & pędagogis patet hic campus, qui quod non intelligunt, eradunt, & ſtultitiam ſuam perdocent: adeoq; creſcit in dies hoc malum, vt malo fuerit hæc premendorum noua librorum induſtria. Coercendi ſunt bibliopolę vt literatos, et ſi fieri poſſet Ariſtarchos adhibeãt deſcribendorum librorum cenſores non ferularum plagaſos orbilios. Perrumpere) Egredi ad procinctum. Cõſtitutum) Decretum vt ad nos venias. His legionibus) Nouis & infidis. — Ouidij locus.

Argumentum. CLXI. — PIVS.

VIS Cõſilij expers mole ruit ſua, factum eſt quod ſæpe monuerat Pompeius, Domitius hæſit in luto. FIT) Veteres codices, ſic fit, vel iunge ſuperiori clauſulæ, quod putaui & p̃monui fit, vt, & reliqua. In p̃ſentia) Exercitũ firmiorẽ expectans. Cõductis) In vnũ retractis. Iſtas copias) Tibi nõ ſit integrũ tuas copias & Actianas nobiſcũ cõiũ-

gerè. Legionib⁹) Quas habemus. Volũtati) Lege volũtate. Explices) Ex his locis Corfinieñib⁹ euoles. Huc) Corfiniũ. Homines) Turba mea militatis. Cõmittẽdũ) Credendum. Ne noti ſunt) Corrige, Ne noti quidẽ ſunt. Præterit) Latet. Ducẽ ſuũ ignorãt & ignorãtur a duce.

Argumentum. CLXII.

PIVS. DE BELLO cõiecturę) Si Põpeius mare nõ trãſiit, aliqua ſpes pacis affertur, ſed dubia. EADEM) Lippitudo eſt cauſa breuitatis. Nactus) Inueniſſet nũcius Cæſ. forte Balbus. Hic) Brũduſij. Dubia) Licet dubia. Ille) Pompeius. Tranſmiſiſſet) Traieciſſet. Hominẽ) Cæſarem. Acutũ) Animo celeri, non acie mentis hebeti vel obeſa, Plin. lib. 7. Nat. hiſt. Celeritatem in Cæſ. quodã igne volucrẽ admiratur qui cũcta præueniebat, etiã de ſeipſo nuncios. Alibi Cicer. Iſtud τέρας qua celeritate prǽditum eſt? Cato ex omnibus qui ad occupãdã rẽpublicã vllo in tẽpore irruerũt, ſolũ Cæſarẽ ſobriũ fuiſſe refert. quem tñ in Oratione pro Marcello plauſibiliter admiratur, Animus tu⁹ his anguſtiis, quas nobis natura dedit ad vidẽdũ nũq̃ potuit eſſe cõtẽtus, ſemp immortalitatis amore flagrauit. Inciderit) Incurſauerit, cõploſerit. Multũ) In laude Cæſ. Cõuerſa) Mutata. Illum) Põpeiũ. Quo) In quo. Hũc) Cęſ. Peccatis) Erratis, qui deſeruimus Italiam. Impẽdere) Ingruere mali.

Argumentum. CLXIII.

PIVS. EXCVSAtio q̧ ſcribit vel poti⁹ ſcriptitat de rebus eiſdẽ inaniter. Rem ſępius repetitã iterũ cũ Attico, repetit ac euentilat, & quoniã ſępe idẽ factitauerat excuſat nõ ex parua cauſa, ſed omniũ maxima animũ ancipitẽ, & cõtraria modo ſentiẽtẽ, quoniã cũ Attico loquitur tãq̃ ſecũ. Mox Cęſarẽ malę cauſę auctorẽ paratiorẽ eſſe fateť. REQVIeſco) Reſpiro aures nactus tuas, quibus tuto cuncta depono.

poſſis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus, quo magis etiam tuis literis ſum cõmotus. Neq; enim eorum militum, quos mecũ habeo, voluntati ſatis confido, vt de omnibus fortunis reipublicæ dimicem. Ne que etiam, qui ex delectibus conſcripti ſunt a Coss. conuenerunt. Quare da operam, ſi vlla ratione etiã nunc efficere potes, vt te explices, & huc q̃primũ venias, anteq̃ omnes copiæ aduerſariorum conueniant. Neq; enim celeriter, huc homines conuenire poſſunt, et ſi conuenirent, quantũ iis cõmittẽdũ ſit, ꝙ inter ſe ne noti quidem ſunt, contra veteranas legiones, non te præterit. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Lippitudinis meæ ſignũ tibi ſit librarii manus, & eadem cauſa breuitatis, etſi nũc quidem, quod ſcriberem, nihil erat. omnis expectatio noſtra erat in nunciis Brunduſinis. ſi nactus hic eſſet Cn. noſtrum, ſpes dubia pacis: ſin ille ante trãſmiſiſſet, exitioſi belli metus. Sed vides ne, in quem hominem inciderit reſpublica q̃ acutum? q̃ vigilantem? q̃ paratum? Si mehercule neminẽ occiderit, nec cuiq̃ quicq̃ ademerit? ab iis, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum ruſticani. Nihil prorſus aliud curant, niſi agros, niſi villulas, niſi nummulos ſuos. Et vide q̃ cõuerſa res eſt, illum, quo antea confidebant, metuunt: hunc amant, quem timebant. Id quãtis noſtris peccatis vitiiſq; venerit non poſſum ſine moleſtia cogitare. Quæ autẽ impendere putarem, ſcripſeram ad te, & iam tuas literas expectabam. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Non dubito, quin tibi odioſæ ſint epiſtolæ quotidianæ, cum præſertim, neque noua de re aliqua certiorem te faciam, neque nouam denique iam reperiam ſcribendi vllam ſententiam. Sed ſi dedita opera, cum cauſa nulla eſſet, tabellarios ad te cum inanibus epiſtolis mitterem, facerem inepte. euntibus vero domeſticis præſertim, vt nihil ad te dem literarum, facere non poſſum, & ſimul (crede mihi) requieſco paululum in his miſeriis, cũ quaſi tecum loquor, Cum vero tuas epiſtolas lego,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

multo etiā magis omnino intelligo, nullū fuiſſe tempus poſt has fugas, & formidines, quod magis debuerit mutū eſſe a literis, propterea ꝙ neq; Romę quicꝗ auditur noui, nec in his locis, quę a Brūduſio abſunt propius ꝗ tu, biduū aut triduū. Brūduſii autē omne certamen vertitur huius primi tēporis. qua quidem expectatione torqueor, ſed omnia ante nos ſciemus. Eodē eñ die video Cæſarē a Corfinio poſt meridiem profectū eſſe, id eſt feralibus quo Canuſio mane Pōpeiū. Eo modo autē ambulat Cæſar, & his dictis militū celeritatē incitat, vt timeā, ne citius Brūduſiū, ꝗ opus ſit, acceſſerit. Dices, Quid igitur proficis, qui anticipes eius rei moleſtiam, quā triduo ſciturus ſis? Nihil eqdē, ſed vt ſupra dixi, tecū perlibēter loquor. & ſimul ſcito labare meū conſiliū illud, quod iā ſatis fixū videbatur. nō mihi ſatis idonei ſunt authores ii, qui a te probantur. Quod eñ vnꝗ eorū in Rep. forte factū extitit, aut quis ab iis vllā rē laude dignā deſiderat? Nec mehercule laudandos exiſtimo, qui trans mare belli parādi cauſa profecti ſunt, ꝗꝗ hęc ferenda nō erāt. Video eñ quātū id bellū, & ꝗ peſtiferū futurū ſit, ſed me mouet vnus vir, cuius fugientis, comes Remp. recuperātis, ſocius videor eſſe debere. Toties ne igitur ſentētiā mutas? Ego tecū tāꝗ mecū loquor. Quis autē eſt, tāta quidē de re, quin varie ſecum ipſe diſputet? ſimul & elicere cupio ſentētiā tuā, ſi manet, vt firmior ſim, ſi mutata eſt, vt tibi aſſentior. Omnino ad id, de quo dubito, pertinet me ſcire, qd Domitius acturus ſit, quid noſter Lentulus. De Domitio varia audimus, modo eſſe in Tiburti Lepidi, cū quo Lepidus acceſſiſſet ad vrbē, quod itē falſum eſſe video. Sed eñ Lepidus, cū neſcio quo penetraſſe itineribus occultandi ſui cauſa, an maris adipiſcēdi, ne id quidē ſcit. ignorat eñ de filio. Addidit illud ſane moleſtū, pecuniā Domitio ſatis grādē, quā is Coroni habuerit, non eſſe redditā. De Lentulo autē nihil audimus. Hęc velim exquiras, ad meq; perſcribas. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD quintum Non. Mart. epiſtolas tuas Ægypta reddidit, vnā veterē ad. IIII. Cal. quā te ſcribis dediſſe Pinario, quē nō vidimus, in qua expectas quidnam pręmiſſus agat Vibullius, qui omnino nō eſt viſus a Cæſare. in altera epiſtola video te ſcire ita eſſe, & quēadmodū redeuntē excipiā Cæſarē, quē

Multo magis) Requieſco. Debuerit) Naturaliter cōtigerit. Et ſic ſcribit Beroaldꝰ. Multū) Scribe, mutū ex Beroaldo. Catullꝰ, Muta oīa ſūt deſerta, oſtentāt omnia letū. Propius) Sumus. Biduū) Spatio bidui. Vertit̄) Inclinatur in primū ver. Primi) Verni. Video) Colligo vel audio. Feralibꝰ) Parētalibꝰ in Februario, vnde nomen inditū mēſi. Iuxta illud Ouidianū. Februa Romani dixere piamina patres. Februariꝰ habet ſolē in Aquario. Eſt in tutela Neptuni. Segetes ſarriūtur: vinearū ſuperficiū colitur, harūdo incēditur, Lupercal, parental. Cara cognatorū, Terminalia, Feral. parētalia dicunt̄ ꝙ ea die mortuis parētatur, nūc dies mortuorū dicit̄. Ambulat) Vagatur ex libidine ſua. His dictis) Talibus ꝑſuaſionibꝰ. Nihil) Proficio. Ferēda) Tolerāda a nobis. Nos ſequi nō debuimus. Alij ſerēda ſcribūt. hæc verba nūc habēda nō fuerūt.

Quis eſt) Tā firmo pectore tā rigidus, tā Stoicus, vt in his fortunę vicibus animū ac ſentētiā nō mutet? Manet) Perſeuerat ſententia tua. Si tu in ſententia perſtas. Vices fortunę variant ſentētiā noſtrā, ac ſępe virtutē lubricare cogūt. Pericles prius ſatis forticulus vicibꝰ fortunę quaſſatꝰ etiā faſcinū ac philtra muliercularū amuletaq; morbi collo ferebat. In Tiburti aut Lepidi) Lege in Tiburti Lepidi, vt, Sū in Tuſculano Ciceronis. Adipiſcēdi) Maritimi itineris. Coreni) Coroni ſcribe. in Laconia. Alij coronā vocāt, vt Srabo in. 8.

Argumentū. CLXIIII.

RESPONdet ad epiſtolas nonnullas Attici. De Vibullio nōnulla. De Cæſare quē vitare cogitat, Verſari ſe in periculo qm̄ victoria eſt incerta, & ad cauſam deteriorē pronior eſt. Nō moueri auctoritate cōſulum. Officij deliberatio tātū cruciat, qm̄ honeſtior ꝗ cautior eē deſiderat. Cōſules traiecerūt. Se a Balbo derideri. PRÆmiſſus Vibullius) Cæſar in

Feralia. Februa.

Superficiū.

Parental. Cara cognatorum.

Periclis infamatio.

Corona.

PIVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cõmentariis, Lentulus Spinter relictus a ſuis militibus in itinere incidit in Vibulliũ miſſum a Põpeio in agrũ Picenũ cõfirmãdorũ hominũ cauſa. Hemonis fugã) Sũt qui ſcribũt, hæmoniã fuga tẽdit. eſt em̃ Hęmonia ciuitas in Phrygia. Nõnulli nimis audacter, Anthedonis Phycon tẽdis emẽdãt, & de Glauco intelligũt, qui alga vorata, ſeu alia hęrba, quã vocãt fucũ, naturã cõmutauit, & factus eſt deus, de quo ſic Ouidius, Miraq; quę ſubito fecerat hęrba deũ. hiſtoria eſt apud Honoratũ grãmaticũ. Significãt hęc verba, Atticũ terrã pro terra quęrere, vt fecit Glaucus Anthedonis piſcator, quẽ perteſum vitę prioris guſtata hęrba in mare deſiliiſſe prodũt, ac viuẽdi cõſuetudinẽ cõmutaſſe, qđ Attic⁹ optabat. Cõuellerũt) Remouerũt. Cõuelli dicim⁹ & cõuulſi. Statu) Cõſilio in quo ſtabã. Io nupſi, meũ) Aldus emẽdat. μεμψίμοιρον .i. q̃rulũ ac vituperatorẽ, vel qđ magis placet, ὁ ιωνὖ μεμψίμοιρον, hoc eſt infauſti ingenij q̃rimonia, ſignificat Atticus Ciceronẽ fruſtra, Cęſarẽ modo, modo Põpeiũ vituperare, q̃ri ſemp & dolere, nihilq; aliud hac quer monia proficere q̃ qđ infauſtũ ſibi exitũ ſtruit. Defendi quoq; poteſt priſci codicis lectio, q̃ habet ιὼ nupſi. meũ. Quid o Cicero tãtũ affligeris. Fac qđ circũſpecta motrona, q̃ poſt nuptias qualẽcũq; ſortita maritũ, exclamat, ιὼ nupſi. meũ virũ habeo. hic vir meus eſt. vlterius quęrere nõ debeo qđ inueni. Itaq; tu alterũ eligito, & viue & vale. ιὼ. Vox in matrimoniis vſurpata auctore Plauto & Catullo, etiã adeptorũ qđ optabãt, Ouidio teſte de arte Amandi, Dicite ιὼ pęan & ιὼ bis dicite pæan,

Decidit in caſſes pręda petita meos. Meum) Habeo maritũ, Reſpõdet Cicero nõ eſſe idẽ quoniã mala electio poſſet illũ pdere. Deterior) Cęſariana. Paratior) Munitior, inſtructior. Officij mei) Quid ad me ptineat. Deliberatio) Cõſultatio. Traiectio) Trãſmittere ac trãſire ad Põpeiũ. Pauci) Pręponit honeſtum vtili. Vox heroica, principeq; Senatus Cicerone digna, ac literarũ virtutiſq; duce. Cõgreſſum) Cæſaris ac Põpeij, vultu familiari, illoq; ſermone domeſtico cuncta putas ſanari poſſe. Trãſeunt) Ad Põpeiũ. Quo modo nũc eſt) Prout nunc res ſe habent. Setonas Faunius.) Scribe, Serranus, Fannius vel Fauonius. Eorum) Conſulum. Deſero) Lege, decerno. Potero) Liber ero a Cæſare in caſtris Pompeianis. Vicem) Sortem.

Glaucus.

Conuelli.

omnino vitare cogito, & Anthedonis Phycon tẽdis, cõmutationẽq; vitę tuę, quod tibi puto eſſe faciẽdũ, & ignoras, Domitius cũ faſcibus ne ſit, quod cũ ſcies facies, vt ſciamus. Habes ad primã epiſtolam, ſecutę ſunt duę prid. Cal. ambę datę, quę me cõuellerũt de priſtino ſtatu, iã tñ, vt ante ad te ſcripſi, labantẽ. Nec me mouet qđ ſcribis ιὼ nupſi, meũ. Nã periculũ in vtriuſq; iracũdia poſitũ eſt. Victoria autẽ ita incerta, vt deterior cauſa paratior mihi eſſe videatur. Nec me Coſs. mouẽt, qui ipſi pluma aut folio facilius mouẽtur. Officii mei deliberatio cruciat, cruciauitq; adhuc. Cautior certe eſt manſio. Honeſtior exiſtimatur traiectio. Malo interdũ multi me non caute, q̃ pauci nõ honeſte feciſſe exiſtimẽt. De Lepido, & Tullio qđ quęris: illi vero nõ dubitãt, qn Cæſari pręſto futuri, in Senatũq; venturi ſint. Recẽtiſſima tua eſt epiſtola Cal. data, in qua optas cõgreſſum, pacẽ nõ deſperas. Sed ego, cũ hęc ſcribebã, nec illos cõgreſſuros: nec, ſi cõgreſſi eſſent, Põpeiũ ad vllã cõditionẽ acceſſurum putabã. Qđ videris nõ dubitare, ſi Coſs. tranſeãt, qd nos facere oporteat, certe tranſeũt, vel, quomodo nũc eſt, trãſierũt. Sed memẽto p̃ter Appiũ, neminẽ eſſe fere, qui nõ ius habeat trãſeundi. nã cũ imperio ſunt, vt Pompeius, vt Scipio, Serranus, Fauonius, Voconius, Seſtius. Ipſi Coſs. quibus more maiorũ cõceſſum eſt vel oẽs adire prouincias, aut Legati ſũt eorũ. Sed nihil decerno. Quid placeat tibi, & qd ꝓpemodũ rectũ ſit, intelligo. Plura ſcriberẽ, ſi ipſe poſſem: ſed, vt mihi videor, potero biduo. Balbi Cornelii literarũ exẽplũ, quas eodẽ die accepi, quo tuas, miſi ad te, vt meã vicẽ doleres, cum me derideri videres. Vale.

L. COR. Balbus. M. T. Ciceroni Imp. S.

OBſecro te Cicero, ſuſcipe curã & cogitationem digniſſimã tuę virtutis, vt Cęſarẽ & Pompeiũ perfidia hominũ diſtractos, rurſus in priſtinã cõcordiã reducas. Crede mihi, Cæſarẽ nõ ſolũ

Argumentum. CLXV.

HORTATVR Ciceronẽ Balbus vt duces ad pacem reuocet, quo Cæſari nihil acceptius facere

poterit.Se tamen irrideri putat Arpinas orator. HVC) Ad hanc pacis procurãdę curam. Reiicis) Conuertis,Gaditanũ verbũ,hoc eſt verbi improprietas. Timere) Quoniã generoſus animus magis mori vult q̃ victus ſupplicare.Victi a Pœnis,a Pyrrho Romani,pacẽ reſpuerũt,quã victores nõ pernegarũt,quia tũc accipere,,nũc dare videbãtur. Qui nõ) Vt nõ. Miſer) Quoniã amico Põpeio maxime afficiebatur. Ante me) Me longe magis. In Conſulatu) Procõſulatu potius,niſi Conſul creatus nũc erat vel ſaltem deſignatus.hic tamen ex inferioribus Marcellus aut Lentulus intelligitur. Cõſulem) Pompeio ambitioſiſſime honores alienos occupante,qui ſecum Cõſules,vt purpurata mãcipia trahebat,priuatę curia vocis teſtis erat. hyperbolicos & operte Corneli⁹ Balb⁹ in potentiã Põpeii vellicat,q Cõſulari dignitate primaria in vrbe Roma abutebaẽ , vt Sylla ad propulſanda propria incõmoda, & odia priuata explẽda,nõ ad decus ac honorẽ publicũ augendũ,aut recuperãdũ. Vterqꝫ Põpei⁹ . Scilicet ac Cæſar regnare volebãt,nõ vrbẽ defendere. Illo) Marcello. Relatore) Qui ad Senatũ referet de pace, quod ad Cõſulẽ ptinet. Sciet) Lege Scito.qm̃ bellũ fuit incruẽtũ qd̃ Gręci anæmaton. Cadere) Euenire. Balbi me) Beroaldus, Te ſcribit. Ego ſentio mei, hoc eſt nepotis, eſſe ſcribẽdũ. Duo Balbi fuere,patruus & nepos,alij pater & filius. Illius) Cæſaris,vel potius illud ad Põpeiũ vel Cõſulẽ Lentulũ, vt p̃miis eũ ad Cæſarẽ cõuerteret. Probabit) Pręſtabit. Eius) Rei & conatus ad pacẽ. Sũme) Lege, ſummę , hoc eſt cumulo amoris mei erga te,vel ſũme .i.valde velis,vel ſummatim. ASCEN. Velis ſumme,videan ne melius legaẽ,velis.i. cenſeas ipſum me ſcripſiſſe.

Balbi.

ASCENſius

in tua fore poteſtate,ſed etiã maximũ beneficiũ te ſibi dediſſe iudicaturũ,ſi te huc reiicis . Velim idẽ Pompeius faciat, qui vt adduci tali tẽpore ad vllã conditionẽ poſſit,magis opto,q̃ ſpero.Sed cũ cõſtiterit,& timere deſierit,tũ incipiã nõ deſperare, & tuã authoritatẽ plurimũ apud eum valiturã.Qꝫ Lentulũ Cos. meũ voluiſti hic remanere,Cæſari gratum,mihi vero gratiſſimũ mediuſfidius feciſti. Nam illũ tãti facio, qui nõ Cæſarẽ magis diligam.qui ſi paſſus eſſet,nos ſecũ,vt cõſueueramus,loqui,& nõ ſe totũ etiã & etiã ab ſermone noſtro auertiſſet,minus miſer,q̃ ſum , eſſem.Nã caue putes,hoc tẽpore plus me queq̃ cruciari,quod eũ,quem ante me diligo , video in Cõſulatu, quiduis potius eſſe, q̃ Cos. Qꝫ ſi voluerit tibi obtẽperare,& nobis de Cæſare credere , & Conſulatũ reliquũ Romæ peragere, incipiã ſperare, etiã conſilio Senatus authore te,illo relatore,Pompeiũ & Cæſarẽ coniungi poſſe. Quod ſi factum erit, me ſatis vixiſſe putabo.Factum Cæſaris de Corfinio totum me probaturũ ſcito,& quomodo in huiuſmodi re cõmodius cadere non potuit,q̃ vt res ſine ſanguine cõficeretur . Balbi mei,illiuſqꝫ aduentu delectatũ eſſe valde gaudeo.Is quęcũqꝫ tibi de Cęſare dixit,quęqꝫ Cæſar ſcripſit,ſi re tibi probabit,quęcunqꝫ fortuna eius fuerit, velis ſumme ſcripſiſſe. Vale.

Argumentum. CLXVI.

CONSVLTat de fuga, & omnis maris angulos cõquirit, ſermones voculaſqꝫ malorũ & maledicorũ veritus.

PIVS.

## M.T.Cicero T.P.ATTICO S.

OMnia mihi prouiſa ſunt pręter occultũ metũ.Iter ad mare ſuperum. Hoc enim mari vti nõ poſſumus hoc tẽpore anni.

OCCVLtũ) Si quis erũpere poſſet aliũde,cũ ſint omnia inſidiarũ pleniſſima. Iter) Prouiſum eſt. Superũ) Adriaticũ.Italia gemino mari cingitur plurimũ,ab oriẽte Adriatico ſiue ſupero: a meridie occaſuqꝫ Tyrrheno ſiue infero.Liuius lib.v.ab Vrbe cõdita,Tuſcorũ late terra mariqꝫ opes patuere,mari ſupero inferoqꝫ quibus Italia inſulę modo cingiẽ,quãtũ potuerint nomina ſunt argumẽto,qd̃ alterũ Tuſcum,cõmuni vocabulo gẽtis,alterũ Adriaticũ mare,ab Adria Tuſcorũ colonia vocauere Italicę gẽtes. Græci autem Tyrrhenũ atqꝫ Adriaticũ vocãt.Omniũ optime Plinius libro.3.Nat.hiſt.ſic, Hiſpanũ quatenus Hiſpanias alluit.Ab aliis Ibericũ aut Balearicũ.Mox Gallicũ ante Narbonẽſem prouinciã. hinc Liguſticum. Ab eo ad Siciliã inſulã Thuſcũ,qd̃ ex Gręcis alij Notiũ,alij Tyrrhenũ,ex noſtris plurimi inferũ vocãt. Idẽ in calce & qdẽ tertij,In Italię & Illyrici ambitu duo maria , inferũ ſiue Ioniũ in prima pte.Interius Adriaticũ,qd̃ ſuperũ vocãt.Cicero libro.2.de Oratore,Hæc autẽ vt ex Appenino,fluminũ,ſic ex cõmuni ſapientiũ iugo ſunt doctrinarum facta diuortia,vt Philoſophi tãq̃ in ſuperum mare Ioniũ defluerẽt Gręcũ quoddã & portuoſum:Oratores aũt in inferũ,hoc eſt Tuſcũ & barbarũ ſcopuloſum atqꝫ infeſtũ laberẽtur,in quo & ipſe Vlyxes erraſſet.Qd̃ obiter dictũ volo,Igin⁹ ſeptingẽtas Italię vrbes fuiſſe prodit,

Superum mare.
Inferum.

Hiſpanum mare.
Balearicum.
Gallicum.
Tuſcum.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ciuitatũ Italię numerus.
Apoliticotatos.
Aſtrageticotatos.

Illuc) Ad Põpeiũ. Spectat) Vergit, inclinat. Res) Neceſſitas. Qua) Via. Qua in re) In aliquo fortunæ cardine. Ille) Põpeius. Ducit) Inuitat ad hoc iter. Qui videt) Aliis me inuitare. ἀπολιτικώτατον) Inciuiliſſimum. ἀστρατηγικώτατον) Indigniſſimũ imperio. Sermo) De me, in quo ſolitam in patriã pietatẽ requirũt. Cõſcindi) Lacerari. Quibus) Qui nulli ſunt. Dij boni) Exclamatio plena irę ac ſtomachi. Occurrũt) Cæſari. Vendicãt) Aſſerũt ſe Cæſaris amicos. Alij legũt venditãt. Municipia) In quibus eſt Cæſar. Vt) Simulabãt. De illo ægroto) Põpeio. Vota faciebant) Hoc aperit Satyrus his verſib⁹, Prouida Põpeio dederat Cãpania febres Optandas, ſed multæ vrbes & publica vota, Vicerunt.

Piſiſtratus.

Piſiſtratus) Cæſar in hoc loco ſignificat. mutauit hoc nomẽ Cicero. quoniã mutata erat natura Cæſaris ab eo qđ ſperabatur. Piſiſtratus clemens Tyrãnus fuit. Aliũ) Põpeiũ, quẽ populus, vt ait ſu ra, timere cœperat, a contrario declamãdo Cæſarem, quẽ pri⁹ oderat, amare. Hũc) Cæſarem. Illum) Pompeiũ. ἀπαντήσεις.) Occurſus. Metuũt) Cæſarem, ideo ſimulãt amare. Sed metus nõ diuturni eſt magiſter officij. Illum) Pompeium. Huius) Cęſaris. Illius) Põpeij. Iudices) Quos ſuperius ex municipiis Cãpanis cõſcripſiſſe Põpeiũ legimus. Horrent) Adire formidãt. Exturbẽt) cõſcendere cõpellant. Quicũq; ſunt) Boni vel mali. αἰδέομαι) Vereor Troianos, hoc eſt hominũ ſermones. Et ſi) Quãuis. Qua ſpe) Nulla. Homine) Põpeio. Domum) Vetuſti codices, Domitũ, quem iam victum audire videor. Aliquid) Cladis Pompeianæ. Qđ turpiter) Quãtũ turpi fuga. Inde) A Brunduſio. Victor) Cæſar Qua) Via. Quod) Iter Cæſarianũ. Ille) Cæſar. Arpinũ) Diuertere ne Cęſari occurrerem.

ASCENſius

ASCENſius. Eius Lucerias, quia Pius nocti huic nullã facẽ admouet, legã lucernas. i. clara iudicia.

Illuc autẽ, quo ſpectat animus, & quo res vocat, qua veniã? Cedẽdũ eñ celeriter eſt, ne forte qua in re impediar atq; alliger. Nec vero ille me ducit, q̄ videtur, quẽ ego hominẽ ἀπολιτικώτατον omniũ iã ante cognorã. nũc vero etiã ἀστρατηγικώτατον. Non me igitur is ducit, ſed ſermo hominũ, q̄ ad me a Philotimo ſcribitur. is eñ me ab Optimatibus ait cõſcindi. quibus Optimatibus Dii boni? q̄ nũc quomodo occurrũt? quomodo autẽ ſe vẽditãt Cęſari? Municipia vero adeũt, nec ſimulãt, vt cũ de illo ægroto vota faciebãt. Sed plane quicq̄d mali hic Piſiſtratus nõ fecerit, tã gratũ eſt, q̄ ſi aliũ facere prohibuerit, hũc propitiũ ſperãt, illũ iratũ putãt. Quas fieri cẽſes ἀπαντήσεις ex oppidis? quos honores? Metuũt inquies, credo. ſed mehercule illũ magis. Huius inſidioſa clementia delectantur: illius iracũdiã formidãt. Iudices. DCCCL. q̄ p̄cipue Cn. noſtro delectabãtur, ex q̄bus quotidie aliquẽ video, neſcio quas eius Lucerias horrẽt. Itaq; quæro, q̄ ſint iſti Optimates, q̄ me exturbẽt, cũ ipſi domi maneãt. Sed tñ quicũq; ſunt αἰδέομαι Τρῶας, et ſi qua ſpe proficiſcar video, cõiũgoq; me cũ homine magis ad vaſtãdũ Italiã q̄ ad vincẽdũ parato, domitũ quẽ expecto. Et q̄dẽ cũ hęc ſcribebã. IIII. Non. iã expectabã aliq̄d a Brũduſio. Quid autẽ aliq̄d? q̄ inde turpiter fugiſſet, & victor hic qua ſe referret, & quo? Quod vbi audiſſem, ſi ille Appia veniret, ego Arpinũ cogitabam. Vale.

# M. T. CICERONIS
## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER NONVS.

### M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

ETSI cũ tu has literas legeres, putabam fore, vt ſcirẽ iam quid Brunduſii actum eſſet, nam Canuſio. VIII. Calend. profectus erat Cn. hæc autem ſcribebam pridie Non. XIIII. die poſtq̄ ille Canuſio mouerat, tamen angebar ſingularum curarum expe-

Argumentũ. CLXVII.

PIVS.

HAVRIT & aucupatur M. Tullius rumuſculos omneis & auras & a Pompeio & a Cæſare certus iam iam conſcendere, quod vni Pompeio ſe dare profitetur, pro quo emori poteſt tum pie, tum libenter.

ctatione, mirabarq; nihil allatum eſſe, ne rumoris quidem, nam erat mirum ſilentium, ſed hæc fortaſſe κενόσπουδα ſunt, quæ tamen iam ſciantur, neceſſe eſt. Illud moleſtum, me adhuc inueſtigare non poſſe, vbi P. Lentulus noſter ſit, vbi Domitius. Quæro autem, quo facilius ſcire poſſim, quid acturi ſint, ituri ne ad Pompeium, & ſi ſint, qua, quãdove ituri ſint. Vrbem quidem iam refertam eſſe optimatium audio. Soſiũ & Lupum, quos Cn. noſter ante putabat Brũduſium venturos eſſe, q̃ ſe ius dicere. Hinc vero vulgo vadũt, etiam M. Lepidus, quo cum diem conterere ſolebam, cras cogitabat. Nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus, deinde Arpinum volebamus, inde iter qua maxime ἀναπάντητον eſſet ad mare ſuperum, remotis, ſiue omnino miſſis lictoribus. audio enim a bonis viris, qui & nunc, & ſæpe antea magno præſidio Reipublicæ fuerunt, hanc cunctationem noſtram non probari, multaque in me, & ſeuere in conuiuiis tempeſtiuis quidem diſputari. Cedamus igitur, &, vt boni ciues ſimus, bellum Italiæ terra mariq; inferamus, & odia improborum rurſus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus, & Luceii conſilia, ac Theophanis perſequamur. Nam Scipio vel in Syriam proficiſcitur ſorte, vel cum genero honeſte, vel Cæſarem fugit iratũ. Marcelli quidẽ niſi gladium Cæſaris timuiſſent, manerent. Appius eſt eodem timore, & inimicitiarum recentium, & tamen præter hunc, & C. Caſſium reliqui Legati. prope ego vnus cui vtrũuis licet, frater acceſſerit, quem ſocium huius fortunæ eſſe non erat æquum. cui magis etiam Cæſar iraſcetur, ſed impetrare nõ poſſum, vt maneat. Dabimus hoc Pompeio, quod debemus, nam me quidem alius nemo mouet. non ſermo bonorum, qui nulli ſunt. non cauſa, quæ acta timide eſt, agetur improbe. vni vni hoc damus, nec id quidem roganti, nec ſuam cauſam, vt ait, agenti, ſed publicam. Tu quid cogites de tranſeundo in Epeirum, ſcire ſane velim. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ET ſi Non. Martiis, die tuo (vt opinor) expectabam a te epiſtolam longiorem, tamen ad eam ipſam breuem, quam. III. Non. Martii ὑπὸ τὴν δείλην dediſti, reſcribendum putaui. Gaudere ais te, mãſiſſe

κενόσπουδα) Inanis ſtudii plena. Cogitabat.) Ire Romam. Quo citius) Vt citius. Volebamns) Aſcendere. Quam maxime) Scribe qua maxime viam videt. — Cenoſpuda.

ἀναπάντητον) Solitarium, in quo nemo obuiam fieret. Miſſis) Dimiſſis. Cõuiciis) Inter conuiciandum, vel cõuiuiis. iuxta illud Propertianum, Riſuſeram poſitis inter conuiuia menſis. Theophanis) Balbi. Manerent) In vrbe. Sed odium fore inſepultum verentur. Prope ego vnus) Subintellige, ſuperſum. Vtrũuis.) Sequi ambos vel non ſequi. Acceſſerit) Accedet mecum ad Pompeium. — Anapanteton. — Theophanes.

Argumentũ. CLXVIII.

ATTICO non dubitanti quin Cicero maneret in Italia cedente Pompeio hac epiſtola reſpondet, quod ſuperius contrarium ſuaſerat, quando in altero ſcelus eſt, in altero ſupplicium. Eandem rem propoſitis multis rationib⁹ euẽtilat. Affirmat ſe non eſſe in offenſa apud Pompeiũ. Eundum eſt igitur vt fugæ ſocii ſimus. TERT. Non. Martinde) Scribe. III. Non. ὑπὸ τὴν δείλην) Veſpi videlicet, — PIVS.

me,& ſcribis in ſententia te manere. Mihi autem ſu-
perioribus literis videbare non dubitare,quin cederẽ
ita, ſi & Cn. bene comitatus conſcendiſſet, & Coſs.
tranſiſſent. vtrum hoc tu parum meminiſti? an ego
non ſatis intellexi? an mutaſti ſententtiam? Sed aut
ex epiſtola,quã expecto,perſpiciam quid ſentias, aut
alias abs te epiſtolas eliciam. Brunduſio nihildum
erat allatum. O rem difficilem,planeq; perditam. q̃
nihil prætermittis in conſilio dando, q̃ tamen nihil
quod tibi ipſi placeat,explicas. Non eſſe me vnà cum
Pompeio gaudes,ac proponis, q̃ ſit turpe me adeſſe,
cum quid de illo detrahatur nefas eſſe approbare.
Certe,contra igitur? Dii,inquis,auerruncent. Quid
igitur fiet? ſi in altero ſcelus eſt, in altero ſuppliciũ?
Impetrabis inquis a Cæſare, vt tibi abeſſe liceat, &
eſſe ocioſum. Supplicandũ igitur? miſerũ. Quid ſi nõ
impetraro? & de triũpho erit inquis integrũ. Quid
ſi hoc ipſo premar, accipiam? quid fœdius? negẽ? re-
pudiari ſe totũ,magis etiã,q̃ olim in Quinqueuiratu
putabit,ac ſolet,cũ ſe purgat,in me conferre omnem
illorũ tẽporũ culpã,ita me ſibi fuiſſe inimicum, vt ne
honorẽ quidẽ a ſe recipere vellẽ,quãto nũc hoc idem
accipiet aſperius? tãto ſcilicet,quãto & honor hic illo
eſt amplior,& ipſe robuſtior. Nã quod negas te du-
bitare, quin magna in offenſa ſim apud Põpeiũ hoc
tempore, non video cauſam cur ita ſit hoc quidẽ tẽ-
pore. Qui eñ amiſſo Corfinio, deniq; certiorẽ me ſui
conſilii fecit, is queritur Brunduſiũ me nõ veniſſe,cũ
inter me & Brunduſiũ Cæſar eſſet? Deinde etiã ſcit
ἀπαῤῥησίαστον eſſe in ea cauſa querelã ſuã. Me putat de
municipiorũ imbecillitate,de delectibus, de pace, de
vrbe,de pecunia,de Piceno occupando plus vidiſſe,q̃
ſe. Sin cũ potuero, nõ venero, tũ erit inimicus, quod
ego non eo vereor,ne mihi noceat. (Quid eñ faciet?
τίσ δ᾽ ἐστι δοῦλος, τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν) ſed quia ingrati ani-
mi crimen horreo. Confido igitur aduentũ noſtrum
illi,quoquo tẽpore fuerit,vt ſcribis, ἀσφαλέστερον fore.
Nã quod ais,ſi hic tẽperãtius egerit,cõſideratius cõ
ſiliũ te daturum,qui hic poteſt ſe gerere nõ perditę?
vita,mores,ante facta,ratio ſuſcepti negocii,ſocii, vi-
res bonorũ? aut etiã conſtãtia? Vixdũ epiſtolã tuam
legerã,cũ ad me,currens ad illũ Poſthumus Curtius
venit,nihil niſi claſſeis loquẽs & exercitus. Eripiebat
Hiſpanias,tenebat Aſiam, Siciliã, Africã, Sardiniã,
cõfeſtim in Græciã perſequebatur. Eundũ igitur eſt,
nec tã, vt belli, q̃ vt fugę ſocii ſimus. Nec enim ferre

vel prope, ſub crepuſculum.
Conſcendiſſet) Nauigaſ-
ſet, verbum peculiare Cice-
ronis. Nihildum) Nihil ad-
huc. Contra igitur) Pom-
peium ibimus? Annue-
runt.) Scribe, auerruncent, (Auerrũcare.)
prohibeant, ſic habent anti-
qui, & Veneti codices. Dij
meliora piis. Dij omen ob-
ruant,& vt eſt in Antonia-
nis, hoc quidem deteſtabile
omen auertat Iupiter. In
altero) Cæſare. In altero)
Pompeio. Suppliciũ) Pœ-
na poſt perditam cauſam.
Quando Cæſar victor excla-
mabit, Ve victis. Quod ſi
hoc ipſo) Lege, Quid. Pre-
mar) Inſtet Cæſar vt ab eo
triumphũ accipiam. Quid
enim) Debuit ne iraſci mihi
Pompeius, ſi non ad eum
tranſimus Corfinio amiſſo?
quaſi dicat, non debuit. ἀ-
παῤῥησίαστον) Spem hone- (Aparrhiſiaſton.)
ſti carentem, non licentio-
ſam & liberam, hoc eſt, ſcit
ſe non poſſe audacter de me
queri. melius hanc vocem
græcam vno verbo interpre
taberis, inuerecundiſſimam.
Eſt enim Parrhiſia quædam (Parrhiſia.)
imperterrita loquendi licen-
tia,qua in diſputando hodie
ſophiſtæ abutũtur qui ſe Par
rhiſinos hodie vocant, non (In Parrhiſinos.)
tantum ab vrbe Parrhiſio-
rum Lutecia, quæ alit huiuſ
modi ranas coaxantes, gar-
ryre optimos, loqui ineptiſſi-
mos, qui aſinos alatos faciũt,
lapidem extra mundum po-
nunt, trepidationis nouum
motum inueniunt, quotidie
humanos faciunt Apuleios
ſine aniculæ Milonianæ ar-
culis, vuam in labruſcam
conuertentes. Ex hac naſſa
anguillarum plena, bufo-
num & bubonum cauea, euo
larunt onocephali, plagæ
Pharaonis, Strodi, Burlei,
Ochanes & Forabrichi, q gar
rytibus quotidianis & diſpu-
ratiunculis hircoſis ſubbaſi-
licanos abigunt in forum.
τίς δ᾽ ἐστι δοῦλος) Seruus
non eſt qui mortem non ti- (Nõ ſeruus eſt qui non timet.)
met. Eſt Euripidis iambi-
cus. huc illud Lucani ver-
git, Non cogitur vllus Velle
mori.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

potero ſermones iſtorũ,quicũq; ſunt. Non ſunt enim certe, vt appellantur, boni, ſed tamen id ipſum ſcire cupio,quid loquãtur,idq; vt exquiras, meq; certiorẽ facias,te vehemẽter rogo. Nos adhuc quid Brũduſii actũ eſſet, plane neſciebamus,cũ ſciemus, tum ex re, & ex tẽpore cõſiliũ capiemus,ſed vtemur tuo. Vale.

## M.T.C. T.P. ATTICO S.

DOmitii filius tranſiit Formias. VIII. Id. currens ad matrem Neapolim, mihiq; nũciari iuſſit,patrem ad vrbẽ iſſe, cum ex eo curioſe quæſiſſet ſeruus noſter Dionyſius. Nos autem audieramus eũ profectum ſiue ad Pompeium,ſiue in Hiſpaniam : id cuiuſmodi ſit,ſcire ſane velim : nam ad id quod delibero, pertinet. ſi ille certe nuſq̃ deceſſit, intelligeret Cn.non eſſe faciles nobis ex Italia exitus,cũ ea tota armis preſidiiſq; teneatur,hyeme præſertim.Nam ſi commodius anni tempus eſſet,vel infero mari liceret vti,nunc nihil poteſt, niſi ſupero tranſmitti, quo iter interclusum eſt. Queres igitur & de Domitio, & de Lentulo, a Brunduſio nulla adhuc fama venerat, & erat hic dies. VII. Id. quo die ſuſpicabamur, aut pridie Brunduſium veniſſe Cæſarem:nam Calen. Arpis manſerat.ſed ſi Poſthumum audire velles,perſecuturus erat Cn. Tranſiſſe enim iam putabat coniectura tempeſtatũ,ac dierum. Ego nautas eum non putabã habiturũ. Ille confidebat, & eo magis, ꝙ audita nauiculariis hominis liberalitas eſſet.Sed tota res Brũduſina iã quoquomodo habeat ſe,diutius neſcire non poſſum.Ego & ſi tã diu requieſco,q̃ diu aut ad te ſcribo,aut tuas literas lego, tamen & ipſe egeo argumẽto epiſtolarũ,& tibi idẽ accidere certe ſcio. Quę eñ ſoluto animo familiariter ſcribi ſolent, temporibus his excluduntur. quæ autẽ ſunt horũ tẽporũ, ea iam cõtriuimus.Sed tamen ne me totum ægritudini dedam,ſumpſi mihi quaſdam, tanq̃ θέσεις, quæ & politicæ ſunt, & temporum harum, vt & abducam animũ ab querelis,& in eo ipſo,de quo agitur,exercear. Hæ ſunt huiuſmodi, εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι, τυραννουμένης δὲ αὐτῆς ἐν παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πρακτέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν, εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς ἂν πάθῃ, ἢ πειρατέον ἀρύγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ μᾶλλον ἢ ἐν πολέμῳ. εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχω-

Argumentum. CLXIX.

DOMItius Ænobarbus captus a Cæſare abire pmiſſus,ad Põpeiũ tẽdit, quare eo victo interclusus eſt exitus Ciceroni. Declamat an manẽdũ in patria ſub tyrãno,an deiiciendi tyrãni. Ita abducit animũ a moleſtiis. Ad matrẽ Neapolim nũciaturus aduentũ patris,qui potitus hoſtiũ clemẽtiaq; Cæſaris ſeruatus ad Põpeiũ forte properabat,in qua magna ſequentis fortunę varietas fuit,cũ eñ ſe infido oppido collocaſſet, proditus ab oppidanis, deſertus a militibus ſuis de cõciſcẽda ſibi morte cogitauit : tãdẽ pharmacũ bibit,venenũ hauſiſſe ratus, qđ ex induſtria mores domini callẽs ſeruus pręparauerat ſomnificã videlicet potionẽ, mox vero pœnitẽtia ductus audita Cæſaris clemẽtia oñi conatu viuere ſatagebat, cui ſubridẽs ſeruus prudẽtię vir minime ſeruilis rẽ detexit, vitã condonauit, ac dominũ prorſus exhilarauit: is tamẽ Domitius ad Põpeianas partes ilico ſe cõtulit pro patria certus pro Latioq; mori,& a Cæſare eodẽ obtruncatur dicẽte, Inſani eſſe hominis bis eidẽ parcere, quando ruſticitas nullo vincitur obſequio. Deceſſit abiit,nec Romã nec ad Pompeium tranſmittere Domitius potuit, anxie vt colligo, M.T. exquirit occaſionẽ purgandi ſe nobilitati. & optimatibus ꝙ hoc pręſertim tẽpore ad Pompeiũ non traiicit. Ænobarbi exemplũ adducit, qui diu ſe torſerat vt ad Pompeium tranſiret, nec inueniebat effugium. Nauiculariis)nautis. Θέσεις) Infinitas cauſas. Cic. in Topicis ad Trebatium, Queſtionum duo ſunt genera,alterũ infinitum,alterum definitũ. Definitum eſt, quod ὑπόθεσιν, Gręci,nos cauſam. Infinitum, quod θέσιν illi appellant,nos propoſitũ poſſumus nominare. de his Quintilianus, Cic. de Oratore, Fortunatianus & cęteri. Theſis, an ducẽda ſit vxor, hypotheſis, an Lęlia ducẽda. εἰ μενετέον)

PIVS.

Nauiculariis.

Theſis.

Hypotheſis.

An manendum in patria ex tyrannide oppreſſa, an quouis modo tyrannidis deſtructio facienda ſit, etiam ſi ciuitas de ſumma rerum periculum ſubitura ſit. vtrum cauendum ſit tyrannidem deſtruenti, ne quid ipſe patiatur, an tentandum ferre opem patriæ tyrannide potius oppreſſæ, quàm bello. vtrum ciuile ſit ſecedentem aliquo, quieſcere, oppreſſa a tyranno patria, an quodcunque ſubeundum diſcrimen pro libertate. An bellum inferendum patriæ, eamque obſidendam a tyranno oppreſſam. vtrum cuilibet non probanti diſtractionem tyrannidis per bellum, ſimul tamen cum optimatibus auertenda ſit ipſa, ſcilicet tyrannis. An cum benefactoribus & amicis vna periclitandum in adminiſtratione reipublicæ etiam ſi non videantur recte de ſumma rerum iniſſe conſilium. vtrum de patria benemeritus, ob eamque cauſam grauiſſima quæque paſſus & inuiſus, vltro pro patria diſcrimẽ ſubire debeat, an permittẽdum ſibi, vt ſuiipſius interdum & familiarium prouidentiam habeat, dimiſſis aduerſus potentes Reipublicæ concertationibus. τῶν προὔργου) Quæ ſunt ex re vtiliter. ἄκαιρος.) Intempeſtiuus. In tuum diem.) Periodicæ tuæ febris. melius referetur ad diem natalem, tum quòd iam Atticum quartana fere reliquerat, tum q id indicat epiſtolæ ſequentis initium.

ρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης, ἢ διὰ παντὸς κινδύνου ἰτέον τῆς ἐλευθερίας πέρι. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον αὐτὴν τυραννουμένην. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς εὐεργέταις, ἢ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἢ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε, καὶ τῶν οἰκείων αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπάλας.

In his ego me cõſultationibus exercẽs, & diſſerens in vtrãq; partẽ, tũ græce, tũ latine, & abduco parũper animũ a moleſtiis, & τῶν προὔργου delibero. ſed vereor, ne tibi ἄκαιρος ſim. Si enim recte ambulauit is qui hãc epiſtolam tulit, in ipſum tuũ diem incidit. Vale.

Argumentum. CLXX.

PIVS.

DIFFICVLTATem traiſcere volenti Ciceroni obiecerat Atticus. quoniam tamen neq; Cæſarem nec Cęſarianos videre poteſt, traiicere auet. Pompeio ſuccẽſet. Optimatibus non confidit. Interclu ſum ſe dolet. Pompeium ſignificat tranſiſſe mare, cum Conſulibus & Trib. pl. quod non tranſierit dolet turpitudinis imagine. NE HVnc fugiſſe) Videamur Cæſarem. Gratulationi) Municipaliũ Cæſarem victorem excipiẽtium. εὐστομάχως) Bono ſtomacho. Cauſæ euentorum) Propter quas malum euentum aliquod conſecutum eſt. quoniam euentum eſt in manu fortunæ, vnde priſci bonũ euentum coluere, quod Varro in re Ruſtica, Plinius & Apuleius docuere, & nos in noſtris annotamentis.

Euſtomachos.

Euenta.

## M.T.C. T.P. ATTICO S.

NA tali die tuo ſcripſiſti epiſtolam ad me plenã cõſilii, ſummeq; tũ beneuolentiæ, tum etiã prudẽtię. Eã mihi Philotimus poſtridie q̃ acceperat, reddidit. Sunt iſta quidem, quæ diſputas, difficillima, iter ad ſuperũ, & nauigatio infero, diſceſſus Arpinũ, ne hũc fugiſſe: manſio Formiis, ne obtuliſſe nos gratulationi videamur. Sed miſerius nihil, q̃ ea videre, quę tamẽ iã, iam inquam videnda erũt. Fuit apud me Poſthumius, ſcripſi ad te, q̃ grauis. Venit ad me etiã Q. Fuſius, quo vultu, quo ſpiritu, properãs Brũduſiũ, ſcelus accuſans Põpeii, leuitatẽ & ſtultitiã Senatus. Hęc qui in mea villa nõ ferã, quomodo tũ in Curia potero ferre? Age finge me, quãuis εὐστομάχως hæc ferentẽ. Quid illa? dic M. Tulli, quẽ habebũt exitũ? Et omitto cauſam reipublicę quã ego amiſſam puto cũ vulneribus ſuis, tũ medicamẽtis his, quę parãtur. De Põpeio quid agã? cui plane? quid eñ negem, ſucceſui. Semper eñ cauſæ euentorũ magis mouet, q̃ ipſa euẽta. Hæc igitur mala, quibus maiora eſſe quę poſſunt? cõſiderãs, vel potius iudicãs eius opera accidiſſe & culpa, immitior eram huic, q̃ ipſi Cæſari. Vt maiores noſtr funeſtiorem diem eſſe voluerunt

Allienſis) Quando victi ſunt Tribuni Romani magna ac inſigni ſtrage apud Alliam fluuiũ. Hoc malum) Captam eſſe a Gallis vrbem. Ex illo) Allienſi bello originem traxit. Religioſus) Ater, diro omine infamis. Alter) Vrbis captæ. Sed ea iam) Mox ſtatim mutato conſilio amore ſuadente, adhæret Pompeio. Exciderunt) Odia in Pompeium obliteraui. Cum & mater) Scribendum, Cum ei & mater & dea. Dixiſſet) Deeſt hic verſus, νῦν δ᾽ ἅμα τ᾽ ὠκύμορος καὶ ὀϊζυρὸς περὶ πάντων ἔπλεο. Nũc autem, ſimul breui moriturus, & ærumnoſus ſupra oẽs. Matri ipſe reſpondit, αὐτίκα) Vt ſtatim obeam poſteaq̃ non eram ſocio interfecto ſuppetias laturus. Talem cauſam) Publicam. Ei) Pompeio, ſuppleeſt. Candida vita) Benigna, non maligna. Inſeruio) Amore optimatum nihil ago aut conſcendo, ſed amore Pompeij. Quicq̃.) Minima pars. Caue putes quicquam fuiſſe cum vota fecerunt de valetudine Pompeij, præ his quæ pleno ore gratulabantur Cæſari victori. De victoria) Quòd Cæſar victoria potitus eſſet

Allienſis dies.

Tranſmiſiſſe me) Scribe mare. Munitia) Aliqui Numitia, an a Numitio fluuio nõ ſatis compertum habeo. Quando.) Conueniendus Cæſar. Certum) Scribendum Cercum, qua voce Cæſar intelligitur, qui clementia ſimulata vtebatur & velata. Cercum vocabant quaſi caudam leporis qua lippitudo extergebatur pilo molliori, Auctor Ariſtophanes. Alibi Cicero blanditias Cæſaris ſuſpectas habet, etiam Balbi. Alij quoniam cerco hoc eſt cauda vulpis eum punitum dicimus vulgo, qui leuiter ac molliter verberaturi ita Cæſar a ſimulata clementia ac blanda victoria cercus appellabitur. Sũt qui circum malunt q̃ cercum ſcribere, quo ſignificatur ab Ariſtotele tertiũ genus accipitrum, de quo & Plinius libro. x. nõ tacuit, vt Marc. Tullius per hoc verbum innuere velit omnia rapere cupidum Cæſaris ingenium. Alij cercom conuouulum volunt, alij nitedulam murem, nonnulli gallum, cui forte alludit Ciceronis ęnigma, quod Gallos ſecum Cęſar traxerat vel domuerat. Nõ abludit a Cæſare quod de nitedula prędixim⁹ propter illud Ciceronis. Nitedula e vepręculis erũpens rempublicã conatur arrodere, quod Cæſar moliebatur.

Munitia via.

Cercus Cęſar

Circus.

Alliẽſis pugnę, q̃ Vrbis captę, ꝙ hoc malum ex illo, itaq; alter religioſus, etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus. Sic ego decem annorum peccata recordãs, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos hoc defendente, ne dicam grauius, afflixerat, præſentisq; temporis cognoſcens temeritatem, ignauiam, negligentiam, ſuccenſebam. Sed ea iam mihi exciderunt, beneficia eiuſdem cogito, cogito etiam dignitatem. Intelligo ſerius equidem, q̃ vellem, propter epiſtolas, ſermonesq; Balbi. Sed video plane nihil aliud agi, nihil actum ab initio, q̃ vt hunc occideret. Ego igitur, ſi quis apud Homerum, cũ ei & mater & dea dixiſſet, νῦν δ᾽ ἅμα τ᾽ ὠκύμορος, καὶ ὀϊζυρὸς πέρι πάντων ἔπλεο. Matri ipſe reſpondit, αὐτίκα τεθναίην ἐπεὶ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. quid ſi non ἑταίρῳ ſolum, ſed etiam εὐεργέτῃ? Adde tali viro, talem cauſam agenti, & ego vero hæc efficiã, & ei candida vita, puto. Optimatibus vero tuis nihil confido, nihil iã ne inſeruio quidẽ. Video vt ſe huic dent, vt daturi ſint. Quicq̃ tu illa putas fuiſſe de valetudine decreta municipiorum, prę his de victoria gratulationibus? Timẽt inquies. at ipſi tũ ſe timuiſſe dicunt. Sed videamus quid actũ ſit Brunduſii. ex eo fortaſſe mea conſilia naſcentur, alięq; literæ. Nos adhuc Brunduſio nihil. Roma ſcripſit Balbus putare iam Lentulum Cos. tranſmiſiſſe mare, nec eum a minore Balbo conuentum, ꝙ is hoc iam Canuſii audiſſet, inde ad ſe eum ſcripſiſſe, cohorteis ſex, quæ Albæ fuiſſent, ad Curium in via Munitia tranſiiſſe. id Cæſarem ad ſe ſcripſiſſe, & breui tempore eum ad vrbem futurum. Ergo vtar tuo cõſilio. neq; me in Arpinum hoc tempore abdam, & ſi Ciceroni meo togam purã cum dare Arpini vellem, hanc eram ipſam excuſationem relicturus ad Cęſarẽ. Sed fortaſſe in eo ipſo offendetur. cur non Romæ potius? ſed tamen ſi eſt conueniendus hic potiſſimũ, tum reliqua videbimus, id eſt, & quo, & qua, & quando. Domitius (vt audio) in Coſano eſt quidem, vt aiunt, paratus ad nauigãdum. Si in Hiſpaniam, non probo, ſi ad Cn. laudo. quouis potius certe, q̃ vt cercum videat, quem ego prorſus aſpicere non poſſum.

Quid alios? ſed opinor quieſcamus, ne noſtram culpam coarguamus: qui, dum Vrbem, id eſt patriam amamus, dumq; rem conuenturam putamus, ita nos geſſimus, vt plane intercluſi, captiq; ſimus. Scripta iam epiſtola, Capua literæ ſunt allatæ hoc exemplo. Pompeius mare tranſiit cũ omnibus militibus, quos ſecũ habuit. hic numerus eſt hominũ millia. XXX. & Coss. duo, & Trib. pl. Senatores, qui fuerant cum eo, omnes cum vxoribus, & liberis conſcendiſſe dicitur ad. III. Non. Mart. Ex ea die fuere ſeptentriones venti. naues, quibus vſus non eſt, omnes aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt. De hac re literæ L. Metello Trib. pl. Capuam allatæ ſunt ab Clodia ſocru, quæ ipſa tranſiit. Ante ſolicitus eram, & angebar, ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, quo vti conſilio poſſem, nunc autem, poſtq̃ Pompeius, & Coss. ex Italia exierunt, non angor, ſed ardeo dolore. οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλάληται. Non ſum inquam (mihi crede) mentis compos, tantum mihi dedecoris admiſiſſe videor, me non primum cum Pompeio qualicũq; conſilio vſum, deinde cum bonis eſſe, quãuis cauſa temere inſtituta, præſertim, cum ii ipſi, quorum ego cauſa timidius me fortunæ committebam, vxor, filia, Cicerones pueri, me illuc ſequi mallent, hoc turpe, & me indignum putarent. Nam Quintus quidem frater quicquid mihi placeret, id rectum ſe putare aiebat, id animo æquiſſimo ſequebatur. Tuas nunc epiſtolas a primo lego. hæ me paulum recreant: primæ monent & rogant, ne me proiiciam: proximę te gaudere oſtẽdunt, me remanſiſſe. eas cum lego, minus mihi turpis videor, ſed tãdiu dum lego. Deinde emergit rurſum dolor, αἰσχροῦ φαντασίᾳ. Quam ob rem obſcro te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem aut conſolatione, aut conſilio, aut quacũq; re potes. Quid tu autem poſſis? aut quid homo quiſq̃? vix iam deus. Equidem illud molior, quod tu mones, ſperasq; fieri poſſe, vt mihi Cæſar concedat, vt abſim, cũ aliquid in Senatu contra Cn. agatur: ſed timeo, ne non impetrem. Venit ab eo Furnius, vt quidem ſcias, quos ſequamur, Q. Titinii filiũ cũ Cęſare eſſe nũciat, & illũ maiores mihi gratias agere, q̃ vellẽ. Quid aũt me roget? paucis ille quidẽ verbis: ſed ἐν δυνάμει cognoſce ex ipſius epiſtola. Me miſerũ, quod tu nõ valuiſti, vna fuiſſemus, conſiliũ certe non defuiſſet. σύν τε δύ' ἐρχομένω. Sed acta ne agamus, reliqua paremus.

Circus.

Quid ſi Circum Cic. vocarit Cæſarem ab accipitris celeritate? Cũ Ægyptij aliquid celeriter factum ſignificare volebãt, auctore Diodoro, accipitrem pingebãt. Deprehẽdi in codice viri nec indocti nec incurioſi: ceretũ & infra, non prorſus, ſed patronus. Conuenturam) Cõditionibus pacis rem tranſigi poſſe. Præcidiſſe corrupiſſe ne his Cæſ. vti poſſet. Ardeo) Quod non tranſierim. οὐδέ) Neq; mihi cor fixum eſt, ſed ludicram facit, vel ſubſilit. αἰσχροῦ) Turpitudinis imaginatione. Quid homo) Quis eſſet tanti vt hunc leuaret dolorem? vix iã deus leuaret.

Qui Titinij) Scribe, Quinti Titinij. ἐν δυνάμει) In poteſtate. Alij ἐν δύναμιν ſcribunt, hoc eſt in potentiã & tyrannidẽ. Σύν τε δύ') Simul duo euntes. Principiũ eſt carminis heroici in Iliade, quo ſignificatur duo concordes per ignem ardentem tranſituros, nec eis cõſilium defuturũ. Eodem prouerbio vtitur Cicer. lib. 9. Epiſt. fam. ad Varronem, Verſus eſt integer lib. x. Iliados.

ἀλλ' εἴ τις μοι ἀνὴρ ἅμ' ἕποιτο καὶ ἄλλος.
μᾶλλον θαλπωρὴ καὶ θαρσαλεώτερον ἔσται,
σύν τε δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν.
ὅππως κέρδος ἔῃ μοῦνος
δὲ εἴ πέρ τε νοήσῃ,
ἀλλά τε οἱ βράσσων δὲ νόος,
λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Simul duo euntes.

His verſibus ſignificatur duobus ſimul euntibus ſolamẽ maius ac confidentiam ſequi maiorem, cum in duobus conſilum promptius ſit q̃ in vno. Apuleij in libro de Dæmonio Socratis verba ſunt hæc. Itidem cum rebus creperis & afflictis ſpectatores deligendi ſunt, qui nocte intempeſta caſtra hoſtium penetrent, nonne Vlyxes cum Diomede deliguntur, veluti conſilium & auxiliũ, mens & manus, animus & gladius?

Vt populari) Scribe, Vti via populi. Vt ea) Lege, & ea.

Vel mori) Etiã mori. mos loquendi popularis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.CLXXI.

INSCRIPTIO huius epiſtolæ Cæſarianæ in priſcis codicibus eſt huiuſmodi, C. Cæſar Imperator. M.T.CIceroni Imperatori. Cæſar Ciceronem hortatur, etiam rogat vt ſit in Vrbe, confidit enim ſe celeriter ad vrbem venturum, vt eius ope rerum omnium vti poſſit. PIVS.

Me adhuc hæc duo feſellerunt : initio ſpes compoſitionis, qua facta, volebam vti via populi, & ea ſolicitudine ſenectutem noſtram liberari: deinde bellũ crudele & exitioſum ſuſcipi a Pompeio intelligebam. Melioris mediuſfidius ciuis & viri putabam, quouis ſupplicio affici, q̃ illi crudelitati non ſolum præeſſe, verum etiã intereſſe. Videbatur vel mori ſatius fuiſſe, q̃ eſſe cum iis. Ad hæc igitur cogita mi Attice, vel potius excogita, quemuis euentum fortius feram, q̃ hunc dolorem. Vale.

C.Cęſar Imperator M.T.Ciceroni Imperatori S.

CVM Furnium noſtrum tantum vidiſſem, neq; alloqui, neq; audire me commode potuiſſet properãtem, atq; eſſem in itinere præmiſſis iam legionibus: præterire tamen non potui, quin & ſcriberem ad te, & illum mitterem, gratiasq; agerem: etſi hoc officium ſæpe, & ſæpius mihi facturus videor, ita de me mereris. In primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad Vrbem venturum, vt te ibi videã, vt tuo conſilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum vti poſſim. Ad propoſitum reuertar, feſtinationi meę, breuitatiq; literarum ignoſces: reliqua ex Furnio cognoſces. Vale.

M.T.C.P.ATTICO S.

SCRIPSERAM ad te epiſtolam, quam darem. IIII. Iduũ, ſed eo die is, cui dare volueram, non eſt profectus. Venit autem eo ipſo die ille celerius, q̃ Saluius dixerat. Attulit vberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam, quaſi nepenthes ſtillauerunt.

ATQVE eſſem) Repete verbum, cum. atque cum eſſet. Sæpe & Sepius) Rara locutio, qua Cicero ſemper abſtinuit, ſemel & ſępius ab eo dictum. xiiii. in Antonium. Ope) Inſtrumento hodie dicunt. Alibi notauimus opes pro quacunq; facultate a Cicerone poni.

Sępe & ſępi⁹. Semel & ſæpius. Opes.

Argumentum.CLXXII.

CAESARE & Pompeio viuis Remp. non fere tradit incolumem nec ocioſos ipſos. Acerbitatẽ nullam recuſat, dummodo nihil turpe fecerit. Se & ſuos Attici epiſtola omni ægritudine leuatos inquit. Conſulit an Cæſari congredi debeat, mox Pompeium timet Syllam imitantem. Conſiliũ Pompeii fœdiſſimum oſtendit, quem tamen ſequetur ne videatur ingratus. Mox Cæſarem deteſtatur. PIVS.

QVAM parem) Emenda quam darem: in animo erat dare. Qua ſtant muta ſtillarunt) Legit Aldus, Quę mihi quiddam quo ſtarem inſtillarunt, id eſt quæ mihi quiddam dulce ac affabile infuderunt, quo ſtarem, id eſt recrearer. Ego olim ex contextu elemẽtorum ac exquiſita Ciceronis elegantia, duxi legendũ, Quę mihi quiddam quaſi nepenthes ſtillarunt. Eſt enim nepẽthes ſuauiſſima ſorbitiuncula & potio, qua heroum animos afflictos recreaſſe Helenam tradit Homerus. Sermones Ægyptios fuiſſe cenſet Philoſtratus, ab etymologia, quam Cic. in Topicis notationem vertit, id eſt ſine triſtitia. Plinius lib xxv. Nat. hiſt Homerus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens, multam aliam in admiratione Circes gloriam herbarum Ægypto tribuit, tum etiam cum rigaretur Ægyptus. Herbas certe Ægyptias ab regis vxore traditas ſuæ Helenæ plurimas narrat. Ac nobile illud nepentes obliuionem triſtitiæ veniamq; afferẽs, & ab Helena vtique omnibus mortalibus propinandum. Non omittenda ſunt quę Homerus in Odyſſæa de nepenthe ſcribit. Gręce non ſcribam ne oſtẽtare magis q̃ docere videar. Inducit Homerus libro Odyſſeę quarto Æphalionem miniſtrum Menelai celerem, ibi inquit obſes cęcus. Rurſus alia cogitauit Helena Iouis filia: ſtatim in vinum iniiciens medicamentum nepenthes ſine dolore malorum obliuiſci faciens omnium qui deglutiret. In cratere autem miſceret. Non tota die lachrymas dimitteret a genis, neq; ſi ei moreretur mater & pater, neq; ſi in eius cõſpectu frater aut carus filius enſe interficeretur, hic

Nepenthes.

Notatio.

Recreatum enim me nõ queo dicere, ſed plane τὸ συνέχον effeciſti. Ego enim non iam ago (mihi crede) vt proſperos exitus conſequar. Sic enim video, nec duobus iis viuis, nec hoc vno, nos vnquam Rempub. habituros. Ita neq; de ocio noſtro ſpero iam, nec vllam acerbitatem recuſo. Vnum illud extimeſcebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, iam effeciſſem. Sic ergo habeto ſalutareis te mihi literas miſiſſe, neq; ſolum has longiores, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius, ſed etiam illas breuiores: in quibus hoc mihi iucundiſſimum fuit, cõſilium factumq; noſtrum ab Sexto probari. Pergratum mihi tu feciſti, a quo diligi me, & quid rectum ſit, intelligi ſcio. Longior vero tua epiſtola non me ſolum, ſed meos omnes ægritudine leuauit. Itaq; vtar tuo conſilio, & ero in Formiano, ne aut ad vrbem ἀπάντησις mea animaduertatur, aut ſi nec hic nec illic eum videro, deuitatum ſe a me putet. Quod autem ſuades, vt ab eo petam, vt mihi concedat, vt idem tribuam Pompeio, quod ipſi tribuerim, id me iampridem agere intelliges ex literis Balbi & Oppii, quarum exempla tibi miſi: miſi etiam Cæſaris ad eos ſana mente ſcriptas literas. Quo modo in tanta inſania? ſin mihi Cęſar hoc non concedat: video illud tibi placere me πολίτευμα de pace ſuſcipere. in quo non extimeſco periculum. Cum enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimo depaciſci velim? Sed vereor, ne Põpeio quid oneris imponam, μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat. Mirandum enim in modum Cn. noſter Sullani regni ſimilitudinem concupiuit, εἰδόσι λέγω. nihil inquam ille minus obſcure tulit. Cum hoc ne igitur inquies eſſe vis? beneficium ſequor (mihi crede) non cauſam, vt in Milone, vt in M. ſed hactenus. Cauſa igitur non bona eſt? immo optima, ſed agetur (memento) fœdiſſime. Conſilium primum eſt, ſuffocare vrbem, & Italiam fame: deinde agros vaſtare, vrere, pecuniis locupletum non abſtinere. Sed cum eadem metuam ab hac parte, ſi illinc beneficium non ſit rectius putem quiduis domi perpeti. Sed ita meruiſſe illum de me puto, vt ἀχαριστίας crimẽ ſubire nõ audeam: q̃q̃ a te eius quoq; rei iuſta defenſio eſt explicita. De triumpho tibi aſſentior, quẽ quidem totum facile & libenter abiecero. Egregie probo fore, vt dum agamus ὅπως ὡραῖος obrepat, ſi modo inquis ſatis ille erit firmus. Sed firmior etiam, q̃ putamus. De iſto licet bene ſperes, pmitto tibi, ſi valebit,

oculis videret. Talia Icuis filia habebat medicamenta cõſilio confecta, bona quę Polydamia dedit Thonis vxor Ægyptia. Ibi plurima fert terra Pharmaca qdẽ bona multa miſta, multa autem triſtia. Medicus autẽ quiſq; ſciẽs ſup omnes hoies qui creti pæonio ſunt genere. Poſtq̃ iniecit & iuſſit vinũ imiſcere. ſic effata eſt. Macrobius libro 7. Saturnalium, Nam ſi Homeri latentem prudentiam ſcruteris altius, delenimentũ illud qđ Helena vino miſcuit, nõ herba fuit, non ex India ſuccus, ſed narrandi opportunitas, quæ hoſpitem mœroris oblitum flexit ad gaudiũ.

τὸ συνέχον) Simul omni robore n unitũ, Simul habere dicitur is qui collectis viribꝰ pollet. Ἀπάντησις) Occurſus. Πολίτευμα) Adminiſtrationẽ publicã.

Depaciſci.

Depaciſci) Paciſci in hoc loco, quãuis turpiter paciſci alibi ſignificare quidã contendãt. Μή μοι) Ne mihi terrificũ caput gorgoneũ intorqueat. Carmẽ Homeri prima Iliados Rhapſodię. Prouerbiũ dicitur, cũ taurine aliquem inſpicimus. In hoſtes gorgoneum caput Pallas intorquebat, quo in ſaxa vertebat.

Gorgonis caput intorquet.

Εἰδόσι λέγω) Sciẽtibus dico. Minꝰ obſcure) Aperte inflat tibias ac tyrannũ agit. Cũ hoc) Syllano Pompeio. Beneficium ſequor propter beneficiũ Põpeium ſequor, non tanq̃ meliorem. Non cauſam) Pompeij iuſtiorem. Vt in Milone vt in M.) Sic habent Aldini codices, Si ſcribitur, vt ineſt Apoſiopeſis, & omnes optimates intelligit, per M. vero Marcellũ Cõſulem, vel M Catonẽ.

Achariſtia.

Ἀχαριστίας) Ingratitudinis. Ὅπως) Vt tempeſtiuus. Aliqui legunt, Chronos horæos, hoc eſt tẽpus & occaſio tẽpeſtiuior obrepat, deponemus Triũphũ, poſtea fortaſſis tẽpus commodius ſecũdabit. Obrepat) Tacite veniat, quod peculiare tẽporis eſt. Ille) Pompeius. Ita videtur imbecillum putare Pompeium. De iſto) Cæſare. locus amariuſculus.

tegulam illum in Italia nullam relicturum. Te ne igitur ſocio? Contra mehercule meum iudicium, & contra omnium antiquorum authoritatem, nec tam vt illa adiuuem, q̄ vt hæc ne videam, cupio diſcedere. Noli enim putare tolerabiles horum inſanias, nec vniuſmodi fore: & ſiquid te horum fugit, legibus, iudiciis, Senatu ſublato libidines, audacias, ſumptus, egeſtates, tot egentiſſimorum hominum, nec priuatas poſſe res, nec Remp. ſuſtinere. Abeamus igitur inde qualibet nauigatione: etſi id pridem, vt tibi videbatur, ſed certe abeamus. Sciemus enim id, quod expectas, quid Brunduſii actum ſit. Bonis viris quod ais probari, quæ adhuc fecerimus, ſcirique ab iis nō profectis, valde gaudeo, ſi eſt nunc vllus gaudendi locus. De Lentulo inueſtigabo diligentius, id mandaui Philotimo homini forti, ac nimium optimati. Extremum eſt, vt tibi argumentum ad ſcribendum fortaſſe iam deſit. Nec enim alia de re nunc vlla ſcribi poteſt, & de hac quid iam amplius inueniri poteſt? Sed quoniā & ingenium ſuppeditat: dico mehercule, vt ſentio, & amor, quo & meum ingenium incitatur. Perge, vt facis, & ſcribe: quantum potes. In Epeirum quod me non inuitas comitem, non moleſtum, ſubiraſcor, ſed vale. Nam. vt tibi ambulandum, & vngendum, ſic mihi dormiendum. Etenim literæ tuæ mihi ſomnum attulerunt.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

COenantibus prid. Iduum nobis ac noctu quidem, Statius a te epiſtolam breuem attulit. de L. Torquato quid modo quæris? non modo Lucius, ſed etiam Paulus profectus eſt cum aliis multis de Reatinorum corona. Quod ſcribis moleſte fero, in agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis, Senatorum nullos eſſe Romæ nos quoque audieramus. Et quid potes dicere, vt cur exierint? In his locis opinio eſt coniectura magis, quàm nuncio, aut literis. Cæſarem Formiis ad. XI. Calend. Apri. fore. Hic ego vellem habere Homeri illam Mineruam ſimulatam Mētoris, cui dicerem, μῶντος πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτὸν; Nullam rem vnquàm difficiliorem cogitaui, ſed cogito tamen: nec ero, vt in malis imparatus, ſed cura, vt valeas. Puto enim diem tuum heri fuiſſe. Vale.

Tegulam) Si in arido, quid in viridi, quantum bacchabitur in crumenas, qui tegulis non parcit, quę vt plurimum æreę fuerunt. Siquid) Si neſcit vt te admoneam. Et ſi id quidē) Lege, Et ſi id pridē, ſubintellige facere debebamus. Videtur) Scribe, videbatur. Si nihil mutas, Dicit ſe hoc & omnia facturum, vt Attico videbitur. De cuius prudentia omnes miranda loquuntur, oracula dare non loqui. θεὸς eſt animus viri boni & curſu temperato a diuinitate gubernatus, nihil niſi diuinum ſapit. Ouidius, Sublimes animæ quibus hęc cognoſcere primum, Inque domus ſuperas ſcandere cura fuit. Optimati) Qui & optimatibus afficitur. Et amor) ſuppeditat.

Argumentum. CLXXIII. PIVS,

TORQVATVS & optimates tranſfretarūt, Cicero adhuc hæſitat, ac ſe ad Cæſaris colloquium parat. In Sabinis ꝓſcribētur multi. Cæſar appropinquat Ciceroni.

CVI DICEREM) Hoc carmen in caluitio imprimendum eſt, μῶντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτὸν; Mētor quonā modo adeā, & quonam modo amplexabor ipſum) Diem tuum) Febris quartanæ, recidiuus fuit Atticus.

Argumentum. CLXXIIII. PIVS,

OPPIVS & Cornelius Balbus victoriā apud Corfinium acceptam contra Domitiū Cæſari gratulati fuerant, & eius lenitati ſimul applauſerant, & quod videlicet Domitio ſupplici clementer ignouerat. Reſpōdet Cęſar tentaturum etiam vt Pompeium reconciliaret, nec Syllam imitari velle, ſed miſericordia & liberalitate ſe velle munire: multos ſe miſſos facere vt cum ad Pompeium peruenerint, eum hortentur ad pacem. Cicero alibi ait, Simulata clementia Cæſaris delectantur, Tamen in in oratione pro Marcello. M. Tullij verba ſunt hęc, Animum vincere, iracundiam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cohibere, victoriam tempera re, aduerſarium nobilitate, in genio, virtute præſtantem, non modo extollere iacentē, ſed etiam amplificare eius pri ſtinam dignitatem: hæc qui faciat, non ego cum ſummis viris comparo, ſed ſimillimū deo iudico. Mox, Victoriā vi- ciſſe videris: cum ea illa, quæ ipſa erat adepta, victis remiſi- ſti. Sed coram Cæſare loque- bat, &, vti dicere ſolebat Atti- cus, timebat. VOLVNTA tes recuperare) Amorem re- ſarcire ob ciuile bellum omiſ- ſum. Cn. Magium Pomp) Priſci codices. Magium Cn. Pompeii prefectum, fabrum videlicet. Fuit enim Magius præfectus fabrum Pompeii: qui Marcellū exulem Athe- nis confodit.

Cn. Magius.

Argumentum. 175

CORNELIVS Bal- bus partium vtrarum- uis amicus: qui paci ſtudere ſemper videri volu- it, Ciceronem pacis ami- cum monet, vt perſpecta ex literis ſuperioribus Cæſaris voluntate atque clementia, concordiæ ſtudeat. Rogat ne contra Cæſarem aut Pompe ium a quo tantum accepit be neficium veniat, integrum ſe conſeruet: interponat ſe paci non deſperatiſſimæ, ac vtrique duci ſuam beneuo- lentiam præſtet. SVB- POſteaquam) Gaditana Bar baries. Hoc putaſſem men- dum niſi concordes eſſent priſci recentesque codices. Eſt id quod dici ſolet, aliquantu- lum temporis poſtquam ad te ſcripſi. Sub temperamen- tum ſignificat, & diminuit, vt ſuburbanum, ſubauſte- ſterum. Ab Cæſare) De epiſtola ſuperiori intelligit. Eius aduerſarii) Cæſa- ris. Hoc ſatis habebit) In hoc ſatisfacies: Cæſari non diſplicebis. Bonitate) Antiqui codices habent, vo luntate, nil immuto. In his caſtris quæ) Lege in his caſtris eſſem quæ. Dixit) Alii duxit, hoc eſt putauit.

Subpoſteaq̄.

Sub.

## C. Cæſar C. Oppio & L. Cornelio Balbo. S.

GAudeo mehercule vos ſignificare literis, quàm valde probetis ea, quæ apud Corfi nium ſunt geſta. conſilio veſtro vtar li- benter: & hoc libentius, quod mea ſpon- te facere conſtitueram, vt q̄ leniſſimum me præberem: & Pompeium darem operam vt recon ciliarem. Tentemus hoc modo, ſi poſſumus, omnium voluntates recuperare: diuturna victoria vti: quando reliqui crudelitate odiū effugere non potuerunt: neq; victoriam diutius tenere prÿter vnum L. Sullam: quē imitaturus non ſum. Hæc noua ſit ratio vincendi: vt miſericordia & liberalitate nos muniamus. Id enim quemadmodum fieri poſſit, nōnulla mihi in mentem veniunt, & multa reperiri poſſunt. De iis rebus rogo vos, vt cogitationem ſuſcipiatis. Cn. Magiū Pompeii præfectum deprehendi ſcilicet: & meo inſtituto vſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Iam duo Præfecti fa- brum Pōpeii: in meam poteſtatē venerunt: & a me miſ ſi ſunt. Si volent grati eſſe, debebunt Pompeium hor tari, vt malit mihi eſſe amicus q̄ iis, qui & illi & mihi ſemper fuerunt inimiciſſimi: quorum artificiis effectū eſt, vt Reſp. in hunc ſtatum perueniret. Vale.

## L. Cor. Balb. M. T. Ciceroni. S.

SVB poſteaquam literas cōmuneis cum Oppio ad te dedi, ab Cæſare epiſtolam accepi: cuius exemplum tibi miſi: ex qui bus perſpicere poteris, q̄ cupiat concor diam, & Pompeium recōciliare: & q̄ re- motus ſit ab omni crudelitate: quod eū ſentire, vt de- beo, valde gaudeo. De te, & tua fide, & pietate idem mehercule mi Cicero ſentio, quod tu: nō poſſet tuam famam & officium ſuſtinere: vt contra eum arma fe- ras, a quo tantum beneficiū te accepiſſe prædices. Cæ ſarem hoc idem probaturum exploratū, pro ſingulari eius humanitate habeo: eiq; cumulatiſſime ſatisfactu rum te certe ſcio: cum nullam partem belli contra eū ſuſcipias: neq; ſocius eius aduerſariis fueris. Atq; hoc non ſolū in te tali & tanto viro ſatis habebit: ſed etiā mihi ipſe ſua cōceſſit bonitate, ne in iis caſtris eſſē, quæ cōtra Lentulum aut Pompeiū futura eſſent, quo rum beneficia maxima haberē: ſibiq; ſatis eſſe dixit, ſi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

togatus vrbana officia ſibi prꝺſtitiſſem, quæ etiam illis vellē prꝺſtare, ſi poſſem. Itaq; nūc Romæ omnia negocia Lētuli procuro, ſuſtineo, meūq; officiū, fidē, pietatē iis prꝺſto. Sed mehercule rurſus tā abiectam cōpoſitionis ſpem nō deſperatiſſimā eſſe puto, quoniā Cæſar eſt ea mente, qua optare debemus. hac re mihi placet, ſi tibi videtur te ad eū ſcribere, & ab eo præſidiū petere, vt petiſti a Pōpeio me quidem approbante temporibus Milonianis. Prꝺſtabo (ſi Cæſarem bene noui) eū prius tuæ dignitatis, q̄ ſuę vtilitatis rationē habiturum. Hæc q̄ prudenter tibi ſcribā, neſcio: ſed illud certe ſcio, me ab ſingulari amore, ac beneuolētia quęcūq; ſcribo, tibi ſcribere: quod te (ita incolumi Cæſare moriar) tanti facio, vt paucos æque ac te caros habeam. De hac re cū aliquid conſtitueris, velim mihi ſcribas. Nam non mediocriter laboro vtriq;, vt vis, tuam beneuolentiam prꝺſtare poſſis, quā mehercule te prꝺſtaturum confido. Fac valeas.

L. Cor. Balb. & C. Oppius M. T. Ciceroni S.

NEdum hominū humiliū, vt nos ſumus ſed etiā ampliſſimorū virorū conſilia ex euentu, non ex voluntate a pleriſq; probari ſolēt, tamē freti tua humanitate quod veriſſimū nobis videbitur de eo quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſiliū dabimus: qđ ſi nō fuerit prudēs, at certe ab optima fide, & optimo animo proficiſcetur. Nos niſi id, quod noſtro iudicio Cæſarē facere oportere exiſtimamus, vt ſimul ac Romā venerit, agat de recōciliatione gratię ſuę & Pompeii, id eū facturū cū ex ipſo cognouiſſemus, te hortari deſineremus, vt velles his rebus intereſſe, quo facilius, & maiore cū dignitate per te, qui vtriq; es cōiūctus, res tota cōfieret: aut ſi ex cōtrario putaremus Cæſarē id nō facturū, & eū velle cū Pōpeio bellum gerere ſciremus, nūq̄ tibi ſuaderemus cōtra hominē optime de te meritū arma ferres, ſicuti te ſemꝑ orauimus, ne contra Cæſarem pugnares. ſed cum etiam nunc qd facturus Cęſar ſit, magis opinari, q̄ ſcire poſſumus, niſi hoc nō videri eā tuā eſſe dignitatem, neq; fidem omnibus cognitā, vt cōtra alterutrū, cū vtriq; ſis maxime neceſſarius, arma feras, & hoc nō dubitamus, quin Cęſar pro ſua humanitate maxime ſit probaturus. Nos tamen (ſi tibi videbitur) ad Cæſarem ſcribemus, vt nos certiores faciat, qd hac re acturus ſit, a quo ſi erit nobis reſcriptū, ſtatim quæ ſentiemus

Togatus) In vrbe ac foro verſatus, non in armis. Toga enim pacis & quietis, etiam politicæ vitæ ſignū eſt, quod alibi M. Tul. edocet interpretatus ſuū ipſius verſiculum, Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. Illis) Pompeio, ac cæteris optimatibus. — Toga.

Procuro) Ago, negocior. In antiquo marmore Bergomi ſic legitur, Procurator erā Lepidæ, moreſque regebam, Dum vixi, manſit Cæſaris illa nurus. Milonianis) Quādo Milonem Pompeio recōciliare Cicero ſtuduit, offenſiorem, quoniam Pompeiana reum clauſerūt ſigna Milonem.

Argumentū. CLXXVI.

EÆ SVNT illæ literæ communes, de quibus in epiſtola ſupiore Balbus, in quibus Balbus & Oppius Ciceronem monent vt cum Cæſar vergat ad pacem, de qua agef in Senatu, Mar. Tullius veniat Romam, vt maiori cum dignitate id cōfieri poſſet, tamen de rebus huiuſmodi ad Cęſarem ſe daturos literas Ciceroni recipiunt. EVENTV) Liuiana ſententia, cui ſuccinit Claudiani Epici poetæ carmen, Euentu ſtolidi rerum didicere magiſtro. Hic iratior Ouidiana Heroina proclamauit, Careat ſucceſſibus opto Quiſquis ab euentu facta notāda putat. Liuius libro. 2. de ſecūdo Punico bello, Nec euētus docet hoc, ſtultorum ille magiſter eſt, ſed ratio. At certe) Saltem. — PIVS. — Ex euentu cōſilia probare.

Argumentū. CLXXVII.

IN FORMIANO erit Cicero. Iniurias Pompeii obliuiſcitur. Concordiam deſperat. Bellum exitioſum imminet, quo fame vexabitur Italia. Deteſtatur iram Pompeij in patriam & optimates quos reliquit. Cum Cæſarem videbit, grauitatem in ſermone ſeruabit. Domitium improbat. Nōnulla ſubdit de prædiis & hortis. — PIVS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

VOLVNTATI)Legē voluntate,hoc eſt eo nō recuſante. Ante cōmemorantur) Legendū. A te. Θέσεις)Poſitiones,de quibus ſupra. Argumenta deliberatiua in vtranq; partē. Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ) Dionyſius in Corintho. Adagium celebre quo ſignificam⁹ aliquem e ſumma dignitate atq; imperio ad priuatam fortunam redactum, ad humilemq; ſortē. Notum eſt enim Dionyſiū iuniorē a regia fortuna in ſcholam triuialē compulſum, pueros erudire conatū in literis ac muſicis. Quintilianus lib. viij. Eſt in exemplis allegoria,ſi non prædicta ratione ponatur. Nā vt Dionyſiū Corinthi eſſe,quo Græci omnes vtūtur, ita plura ſimilia dici poſſunt. Initiū huius prouerbii Plutarchus ponit in libro de Garrulitate, a Lacedæmonibus reſponſum Philippo Regi Macedoniæ inſultanti ac bellicum incinenti. Dionyſius in Corintho. Quo ſignificare volebāt,poſſe ex altiſſima fortuna quempiam ad id miſeriarū detrudi, vt ſordidiſſima quęq; aggredi fortuna cogēte ſiniſtra nō faſtidiat,& ſi tradāt hiſtorici hoc ideo factitaſſe Dionyſiū,vt videlicet ſcholā adaperiret triuialē vti quoquomō poſſet ſperaret. Qđ innuit vates ingenioſus in Ibim ſic, Ille ſyracoſia mō formidat⁹ in vrbe. Vix humili durā reppulit arte famē. O tyranorū execrabilē peſtē,violētā,Diis ac hoib. īfeſtā. ii primū auctore Rom. theologo, Diis īfenſiſſimi ſūt,eosq; īpuſſime violāt,qñ ſeipſos fingunt religioſos vt ab inferēda eis vi populi ſubditi abſtineāt,violare eū veriti,quem dii ab eo culti ī tutela habeāt. Hic Dionyſius deos ſine diſcrimine ſpoliabat,aureas eoꝝ veſtes aſportās,ac laneis amiculis veſtiēs,vtriq; tpi ea ducēs cōmodiora,q pariter ęſtū meli⁹ ꝓpulſarēt ac frigus. Corruptis) Inciſis aut incēſis,ꝑciſis potius, vt ipſe Ci. ſupra dixit,ne hoſtes vti poſſent. Corrumpere apud elegantes auctores, eſt frangere, deprauare,diminuere. Duceretur)

Dionyſius in Corintho.

Corrūpere,

ad te ſcribemus:& tibi fidem faciemus,nos ea ſuadere,quæ nobis videntur tuæ dignitati,non Cæſaris rationi eſſe vtiliſſima. Et hoc Cæſarem pro ſua indulgētia in nos probaturum putamus. Vale.

## M.T.C.T .P. ATTICO. S.

TRes epiſtolas tuas accepi poſtridie Iduum:erant autem illæ tertię pridie Iduū datæ. Igitur antiquiſſimę cuiq; primum reſpondebo. Aſſentio tibi, vt in Formiano potiſſimum commorer:& iam de ſupero mari perlabor,vt antea ad te ſcripſi: & quonam modo poſſem voluntate eius nullam Reipub. partem attingere. Quod laudas,quia obliuiſci me ſcripſi ante facta,& dicta noſtri amici:ego vero ita facio. quin ea ipſa, quæ a te commemorantur, ſecus ab eo in me ipſum facta eſſe non memini:tanto plus apud me valere beneficii gratiam,q̄ iniuriæ dolorem volo. Faciamus igitur(vt cenſes)colligamusq; nos. feſtino enim ſimillimus decurro: atq; curſu θέσεις meas commentari non deſino,ſed ſunt quędam earum perdifficiles ad iudicandum. De optimatibus,ſit ſane ita, vt vis: ſed noſti illud, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Titinii filius apud Cęſarem eſt. Quod autem quaſi vereri videris, ne mihi tua conſilia diſpliceant: me vero nihil delectat aliud, niſi conſilium,& literæ tuæ. Quare fac, vt oſtendis, ne deſtiteris ad me quicquid tibi in mentem venerit, ſcribere:mihi nihil poteſt eſſe gratius. Venio ad alteram nunc epiſtolam. Recte non credis de numero militum,ipſo dimidio plus ſcripſit Clodia,falſum etiam de corruptis nauibus. Quod Coss. laudas: ego quoq; animum laudo,conſilium reprehendo. diſperſione eñ illorum,actio de pace ſublata eſt: quam quidem ego meditabar. Itaq; poſtea Demetrii librum de concordia tibi remiſi,& Philotimo dedi. Nec vero dubito, quin exitioſum bellum impendeat:cuius initium ducetur a fame:& me tamen doleo nō intereſſe huic bello,in quo tanta vis ſceleris futura eſt: vt cum parentes non alere nefarium ſit,noſtri principes antiquiſſimam & ſanctiſſimam parentem patriam fame necandam putent. Atq; hoc nō opinione timeo,ſed interfui ſermonibus. Omnis hæc claſſis,Alexandria,Colchis, Tyro,Sidone,Andro,Cypro,Pamphilia,Licia, Rhodo,Chio,Bizantio,Leſbo,Smyrna,Mileto,Coo,ad in

tercludendos cõmeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias Prouincias comparatur: ad quam veniet iratus, & iis quidem maxime, qui eum maxime ſaluũ volebant: quaſi relictus ab iis, quos reliquit. Itaq; mihi dubitanti quid me facere par ſit, permagnum pondus affert beneuolentia erga illum, qua dempta perire melius eſſet in patria, q̃ patriã ſeruãdo euertere. De ſeptẽtrione plane ita eſt. Metuo, ne vexetur Epeirus. Sed quem tu locum Græciæ non direptũ iri putas? prędicat enim palã, & militibus oſtendit, ſe largitione ipſa ſuperiorem, q̃ hũc fore. Illud me præclare admones, cum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar: plane ſic faciendum. Arpinum cum eum conuenero, cogito, ne forte aut abſim, cum veniet, aut curſem huc illuc via deterrima. Bibulum (vt ſcribis) audio veniſſe, & rediſſe pridie Iduum. Philotimum (vt ais) epiſtola tertia expectabas. At ille Idibus a me profectus eſt, eo ſerius ad tuam epiſtolam, cui ego ſtatim reſcripſeram, redditæ ſunt meæ literæ. De Domitio (vt ſcribis) ita opinor eſſe, vt & in Coſano ſit, & conſilium eius ignoretur. Iſte omnium turpiſſimus & ſordidiſſimus, qui conſularia comitia a Prætore ait haberi poſſe: eſt idem, qui ſemper in Republica fuit. Itaq; nimirum hoc illud eſt, quod Cæſar ſcribit in ea epiſtola, cuius exemplum ad te miſi, ſe velle vti conſilio meo. Age eſto hoc commune, eſt gratia ineptum id quidem, ſed (puto) hoc ſimulat ad quaſdam Senatorum ſententias, dignitate fortaſſe ſententia conſularis. Illud extremum eſt ope omnium rerum, id ego ſuſpicari cœpi ex tuis literis: aut hoc ipſum eſſe, aut non multo ſecus: nam permagni eius intereſt rem ad Interregnum non venire. Id aſſequetur, ſi per Pr. COSS. creantur. Nos autem in libris habemus non modo Coſs. a Pr. ſed ne Pretores quidem creari ius eſſe, idq; factum eſſe nuſquam. Coſs. eo non eſſe ius, quod maius imperium a minore rogari non ſit ius. Prætores autem, cum ita rogentur, vt Collegæ Coſs. ſint: quorum eſt maius imperium, aberit non longe, quin hoc a me decerni velit, neq; ſit contentus Galba, Scæuola, Caſſio, Antonio, τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Sed quanta tempeſtas impendeat, vides: qui tranſierint Senatores ſcribam ad te, cum certum habebo. De re frumentaria recte intelligis, quæ nullo modo adminiſtrari ſine vectigalibus poteſt, nec ſine cauſa, & eos, qui circum eum illum ſunt omnia poſtulantes, &

Q̃ hunc) Cæſarem. Illud extremũ eſt) Ope omniũ rerum. In extrema pagina epiſtolæ Cæſaris, cuius exemplum ſuperius eſt, hoc continebatur, Et volo vti ope tua omnium rerum, id eſt in rebus omnibus. Hinc aperte coniicio virtutem, amplitudinem dignitatemq; Ciceronis, quem Iulius Cęſar, qui omnia fato Regi putabat, qui nec quidem Iouem Maximũ verebatur, Ciceroni adulatur, Ciceronem ambit per epiſtolas proprias, generi Dolobellæ, Cornelii Balbi, & reuocare nitit̃ a propoſito ad Pompeium tranſmittendi: animaduertens atq; præſagiẽs ſagax & actutus princeps cauſam Põpeianã M. T. aduẽtu fieri meliorem, ſuam vero deteriorẽ. Quid eſt enim aliud obaudire Cæſarem blandientem rogantem, ac prope ſupplicantem ne tranſeat? q̃ tacite accuſare Cęſarem tyrãnidis ſimulq; Pompeii cauſam ſubleuare: qui volebat eſſe, ſalua libertate, potens: & ſi diis placet, tale ac tãtum ingenium pene deperiit. Lego enim in Marſico, ſiue quod idem eſt ſociali bello, M. T. militaſſe exorſumq; crudelitatem Rom. ducum ſe ſpreta militia ad literas cõtuliſſe, vnde Roma lucrata eſt par imperio ſuo ingenium. Hoc ipſum eſſe) Velle ſuffragiis prætoriis creare Conſules. In libris) Legum humanarum. Creari) A Pretoribus. Rogari) Alij legunt creari. placet lectio prima propter verba ſequentia.

*Ciceroni quę literis ſtudendi occaſio.*

τότε μοι) Hoc eſt Tellus ipſa mihi tunc ampla dehiſcat. Vſurpat prouerbiũ Lucianus in Lapithis. Ariſtides in Themiſtocle, Neq; perplexus erat, neq; cõſternebatur animo, neq; optabat vt ſibi terra dehiſceret. Maro in quarto,

*Terra dehiſcat.*

Sed mihi vel tellus optẽ prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad vmbras,
Pallentes vmbras erebi, noctemq; profundam,
Ante pudor q̃ te violem aut tua iura reſoluam.

bellū nefariū times. Trebatium noſtrū, & ſi (vt ſcribis) nihil bene ſperat, tamen videre ſane velim. quē fac horteris, vt properet: opportune enim ad me ante aduentū Cęſaris venerit. De Lanuuino ſtatim, vt audiui, Phameā mortuum, optaui, ſi modo eſſet futura Reſp. vt id aliqs emeret meorū. Neq; tamē de te, qui maxime meus, cogitaui. Sciebā enim decoquere quoto anno, & quantū in ſolo ſolerē quęrere. Nō ſolū Romę, ſed etiā delitiū digāma viderē. Verūtamen ego illud, q̄q̄ eſt bellū, minoris æſtimo, q̄ ęſtimabatur Marcellino Cos. cū ego iſtos hortulos propter domū antiquā, quam habebā, iucundiores mihi fore putabā, minore impenſa, q̄ ſi Tuſculanū refeciſſem. Volui. HS. D. & cū Q. egi per prędē ille daret, Arcanū haberet venale, noluit. Sed nunc omnia iſta iacere puto propter numorū caritatem: mihi quidē erit aptiſſimū, vel nobis potius, ſi tu emeris: ſed eius dementias caue contemnas. Valde eſt venuſtum, quanq̄ mihi iſta omnia iam addicta vaſtitati videntur. Reſpondi epiſtolis tribus, ſed expecto alias: nam me adhuc tuæ literæ ſuſtentarunt. Vale.

Phamea.

De Lanuuino) Agro emendo. Phameam mortuū. Illius agri dominum de quo ſic Cicero epiſtola ab hac ſexta De Lanuuino Phamea erraui. Troianū ſomniauerā. id ego volui, ſed pluris eſt iſtuc. Cicero ſcripſerat ſe empturire Lanuuinū agrum Phameæ, cum Troiani voluiſſet, mortuo Phamea innuit Atticus agrum eſſe venalem, reſpondet inferius ſe verbis æquiuocis fuiſſe deceptum, quare pro tēporeo omitteret. Optaui) Iunge cum his, vt aliquis emeret. Si modo eſſet futura Reſpublica) Ni omnia ſusq; deq; ibunt. Videtur nonnullis intelligere de rumento Lanuuino. Eſt enim ferax ager ille, quem emere volebat pręſagiēs futuram famē propter bella ciuilia, verba inferius ſtatim poſita agrū proculdubio innuūt. Scribā) Lege ſciebā eñ decoquere quoto anno.

Decoquere.

Decoquere dicitur ager, cū quo dominus luctatur, vt inſit Cato, q incertus eſt, nec ad ſpem cōceptam reſpondet. ſed decoctores imitatur, qui multa promittunt, pauca pręſtāt. Solere) Lege, ſolerē.

Quærere.

Quęrere) Recolligere hodie barbare dicunt. Non ſolum) Principium ſequentis clauſulę. Romæ) Romanicus ager, quē Cicero poſſidebat, ſubintelligitur ager. Deliciū) Plus voluptatis videram mihi præſtare Formianū q̄ vſus & prouētus.

Digamma.

Digamma) Formianū agrū intelligit, qui incipit ab F. litera, q̄ ęolicū digāma vocatur. Adiuuat qđ paulopoſt ait, q̄q̄ eſt bellū. Digāma dicitur. F. quoniā ſimilitudinem habet duplicis gamma. Volui) Vēdere olim cū erat pecuniæ vtilitas. Poſt hoc verbū volui legitur in antiquis codicib⁹. HS. D. Hoc eſt Seſtertiis quingētis, in Aldinis ſcriptū eſt N.S. quod ſoluat Apollo.

Per prædem vendere.

Per prædē daret) venderet cæca die per fideiuſſorem qui datur in re pecuniaria, vas in re capitali. Qui per prædē vendit, pluris vendit, nos ad affictum francandū dicimus. Annominationē fecit Liuius lib. ij. de ſecūdo Punico bello, Dandā ex ærario, inſit, pecuniam mutuā, prædiis prędibusq; cauendū populo cenſerēt. Alexander apud Curtium libro octauo, Veſtras manus intueor, veſtram virtutem rerum, quas geſturus ſum, vadem prædemq; habeo. Antiquum) Arcanum alii legunt, quod fuiſſe nomen agri Q. Fratris ſatis conſtat. Iacere) ſordeſcere. Addicta) Expoſita.

Vaſtitates. Eluuiones.

Vaſtitati) Ruinæ ciuiliū bellorum. Eluuiones & vaſtitates in eadem ſignificatione, M. Tullius appellat libro ſecundo officiorum.

## Argumentum. CLXXVIII.

POEnitet q̄ Pompeium ruentē non ſit ſecutus formidinis licet plenum, q̄uis fugæ Pompeianæ deformitas eum auerterit ab amore. tamen emergēs amor tanq̄ auis illa mare proſpectare cogit. Dein ſe excuſat quod non euolauerit. Syllanos Pōpeii ac Pompeianorū animos deteſtatur, quos imitari conſeruatorē Vrbis Ciceronē dedecuit, aut barbaros ad vrbē adducere. Spe concordię alebatur, ætas acta quietē poſcit, abhorret arma. experietur tamē vt hinc auolet, quod prius auctoritate Attici ſuadētis contrariū, non fecit, qui turpe fugere dixit, & cum Peduceo quod quierit non improbauit.

## M.T.C. T.P.ATTICO. S.

A Liberalibus nihil habebā, quod ſcriberem, neq; enim noui quicq̄ audieram, & ad tuas omneis reſcripſerā pridie. Sed cum me ęgritudo non ſolū ſomno priuaret, verum ne vigilare quidem ſine

DE LIBEralibus) Beroaldus ſcribit a liberalibus poſt bacchanalia videlicet.

Liberalia.

In mēſe Martio Liberalia fuere dies Libero conſecratus, quando ſol eſt in piſcibus. Habet & is menſis diem ſacrum Mamurio.

Quīquatria. Quaternio.

Sunt Quinquatria. Quaternio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſummo dolore pateretur, tecum vt quaſi loquerer, in quo vno acquieſco, hoc, neſcio quid, nullo argumēto propoſito ſcribere inſtitui. Amens mihi fuiſſe videor a principio, & me vna hęc res torquet, ꝙ nō omnibus in rebus labentē, vel potius ruētē Pompeiū tāq̄ vnus manipularis ſecutus ſim. Vidi hominē. XIIII. Calen. Feb. plenū formidinis. Illo ipſo die ſenſi, quid ageret. Nūq̄ mihi poſtea placuit, nec vnq̄ aliud in alio peccare deſtitit, nihil interim ad me ſcire, nihil niſi fugam cogitare. Quid quęris? ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienant immūdę, inſulſę, nudę, indecorę, ſic me illius fugę negligētięq; deformitas auertit ab amore. nihil enim dignū faciebat, quare eius fugę comitē me adiungerē. Nūc emergit amor, nūc deſideriū ferre non poſſum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodeſt. Itaq; dies & noctes tāq̄ auis illa mare proſpecto, euolare cupio. dedo pœnas temeritatis meę. et ſi quę fuit illa temeritas? quid feci nō cōſideratiſſime? Si enim nihil pręter fugā quęreretur, fugiſſem libentiſſime: ſed genus belli crudeliſſimi, & maximi, quod nondū vidēt homines, quale futurū ſit, perhorrui. Quę minę municipiis? quæ notæ etiam viris bonis? quæ deniq; omnibus qui remāſiſſent? quā crebro illud, Sulla potuit, ego non potero? Mihi autem hęſerūt illa, Male Tarquinius, qui Porſenam, qui Octauiū Maniliū cōtra patriam, impie Coriolanus, qui auxilium petiit a Volſcis. recte Themiſtocles, qui mori maluit. Nefarius Hippias Piſiſtrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. At Sulla, & Marius, & Cinna recte, imo iure fortaſſe. ſed q̄d eorū victoria crudelius? quid funeſtius? Huius belli genus fugi, & eo magis, ꝙ crudelius etiā cogitari & parari videbā. Me quē nōnulli cōſeruatorē iſtius Vrbis, quē parētē eſſe dixerūt, Getarū & Armeniorū, & Colchorū copias ad eā adducere, me meis ciuibus famē, vaſtitatē inferre Italię, nūc me primū mortalē eſſe, deinde etiā multis modis poſſe extingui cogitarā. Vrbē autem & populū noſtrū ſeruādū ad immortalitatem, quātū in nobis eſſe putabam, & tamen ſpes quędam me obtēperabat, fore, vt aliquid conueniret potius, q̄ aut hic tantū ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. Alia res nunc tota eſt, alia mens mea. Sol (vt eſt in tua quadam epiſtola) excidiſſe mihi e mundo videtur. Vt ægroto, dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego quoad Pompeius in Italia fuit, ſperare non deſtiti. Hæc me fefellerunt, & (vt verum loquar)

Manipularis) Miles humilis. Ouidius,

Pertica ſuſpenſos geſtabat longa maniplos,
Vnde maniplaris nomina miles habet.

In alio) Poſt aliud, adderem malum malo. Ad me ſcite) Compoſite, prudenter, ſubintellige ſcribebat. Alii codices, a me ſcire, ſubintellige videbatur. ἐν τοῖς) In amorib⁹ vel amatoriis. Alienantur) Excluduntur ab amatoribus puellę ſordidę tāquam, vt inquit Plautus, olentes ſalſa muriatica. Mūditiæ placeant. Alienant alii volunt. Immundæ inſulis) Habentes inſulas immundas. Nudæ decore) Spoliatæ venere ac decore, vt, Nudus opum. In codice Beroaldi eſt, Alienant, nudæ, indecoræ, inſulſæ. Auis illa) Mergus aut gauia, aut Alcyone.

Dedo) do. Quæ noram) Scribit Beroaldus, quæ ominа, funeſta videlicet auguria minarum, Aldus mauult, nomina. Ille fuit proditor reipublicę Illud ominoſum, perfidum, incendendum eſt. Ego notæ ſcribo, per quas ſugillationes & infamiæ ſignificantur. Illud) Pomponius repetit. Porſenam) Stimulauit in patriā. Octauium Manilium) Armauit in patriam generum Tarquinius florentem opibus in Latinis. Mori) Sanguine Taurino hauſto quàm barbaros in patriam ſequi, quam ab hiſdem ſeruauerat. Me.) Supple dedecuit hoc in patriam bellum. Adducere) Non par erat. his enim barbarorum præſidiis ſeptus erat Pompeius. vnde Lucanus, Deiotarumque meum, nec Pharnacis arma reliquas. Quoniam Latini Romanique cum Cæſare militabant, neceſſum fuit Pompeio ad Barbaros ire. Obtentabat) Alebat, tenebat vndique, alliciebat penitus. Sol) Et iuſtitia ex cælo deciderunt, nec dii nec homines quid ſit rectum vident.

Notæ.

Octauius Manilius.

Obtentabat.

Aſpondon.

Philopatris.

Nunc ſine) Legẽ, ſiue. Beroaldus ſane ſcribit. ἀλογίστως) Inconſiderate. Hæſit) Fixum fuit. ὑποκορίζων) Blanda voce vtens. Duritiẽ rei blando vocabulo molliẽs.

χρησμός.) Oraculum, hoc eſt certum vaticinium. Ad poſterum) Lege, id. ἄσπονδον) Implacabile. ἄσπονδος πόλεμος puerbialiter gręce dicitur pro atroci & impacato. Facis) Alii facies, alij faxis ſcribunt, pro feceris. φιλόπατριν.) Amicũ patriæ: πολιτικόν) Ciuilem.

Fidam) In quo non eſt ſuſpicio captiuitatis. Moram) Aliqui ſcribunt oram, quoniã Cicero præerat orę Campanæ. Deferendam) Beroaldus moram retinet, & hoc vocabulum excludit. Et nihilominus fugam in quarto caſu legit. Cauſa maxima red debat ancipitem Ciceronem in quo tamen maior animi præſentia cognoſcitur, ac fortitudo, q̃ cenſeat Liuius, qui eum ad omnia magis natũ putat q̃ ad arma. pugnauit in Amano, & vicit. Fortiter ſe Antonio, fortiſſime ſe Catilinæ obiecit. Iure ergo lib. in Catilinam quarto ſic ait, Ego ſum ille Cõſul. P. C. cui non forum, in quo omnis æquitas cõtinetur, non campus Cõſularibus auſpiciis cõſecratus, non curia ſummum auxilium omnium gẽtium, nõ domus commune perfugium, non lectus ad quietem datus, non denique hæc ſedes honoris ſella Curulis, vnquam vacua mortis periculo atque inſidiis fuit. Subdit, Si quid obtigerit æquo animo paratoq; moriar. neque enim turpis mors forti viro poteſt accidere. Rumpere liuor edax. Fortiſſimus fuit Cicero. Quod oſtenditur ex quadam Philippica, Mortem omnibus natura propoſuit. Crudelitatem mortis & dedecus virt⁹ propulſare ſolet, quæ propria eſt Ro. generis & ſeminis. Et Philippica. vij. Si libertatẽ vi extorquere nõ poſſumus, dicam quod dignũ eſt Senatore & Romano homine, moriamur.

ætas iam a diuturnis laboribus deflexa ad ocium domeſticarũ me rerũ delectatione molliuit. Nunc ſi vel periculo experiũdũ erit, experiar certe, vt hinc auolẽ. Ante oportuit fortaſſe, ſed ea, quę ſcripſiſti, me tardarũt, & authoritas maxime tua. Nã cũ ad hũc locum veniſſem, euolui volumen epiſtolarũ tuarũ, quod ego ſub ſigno habeo, ſeruoq; diligẽtiſſime. Erat igitur in ea, quã. X. Calen. Feb. dederas hoc modo. Sed videamus & Cn. quid agat, & illius rationes quorſum fluant. ꝙ ſi iſte Italiam relinquat, faciet omnino male, & (vt ego exiſtimo) ἀλογίστως, ſed tũ demũ cõſilia noſtra cõmutãda erunt. Hoc ſcribis poſt diem quartũ, q̃ ab vrbe diſceſſimus. deinde VIII Calen. Feb. tãtũ modo Cn. noſter ne, vt Vrbẽ ἀλογίστως reliquit, ſic Italiã relinquat. Eodẽ die das alteras literas, quibus mihi cõſulenti planiſſime reſpondes. eſt enim ſic. Sed venio ad cõſultationẽ tuã. Si Cn. Italia cedit, in Vrbẽ redeũdũ puto. Qui enim finis peregrinationis? hoc mihi plane hęſit, & nũc ita video infinitũ bellũ iunctũ miſerrima fuga, quã tu peregrinationẽ ὑποκορίζων appellas. Sequitur χρησμός. VI. Calen. Febr. Ego, ſi Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionẽ venit, longius bellũ puto fore: ſin Italiam relinquit, id poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo. Huius igitur belli ego particeps, & ſocius, & adiutor eſſe cogor, quod & ἄσπονδον eſt & cũ ciuibus. Deinde. VI. Iduũ Febr. cũ iam plura audires de Pompeii cõſilio, concludis epiſtolam quãdam hoc modo. Ego quidem tibi non ſum author, ſi Pompeius Italiã relinquit, te quoq; profugere. Sũmo enim periculo faxis, nec Reip. proderis, quod quidẽ poſterius poteris prodeſſe: ſi manſeris, quẽ φιλόπατριν, καὶ πολιτικὸν hominis prudẽtis & amici tali admonitu non moueret authoritas? Deinde. III. Id. Feb. iterum mihi reſpondes cõſulenti ſic. Quod quęris a me fugę ne fidam, an moram deferendi vtiliorem putem, ego vero in præſentia ſubitum diſceſſum, & præcipitem profectionem tum tibi, tum ipſi Cn. inutilem & periculoſam puto, & ſatius eſſe exiſtimo vos diſpertitos, & in ſpeculis eſſe. Sed mediuſfidius turpe nobis puto eſſe de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noſter biennio ante cogitauit, ita ſullaturit animus eius, & proſcripturit iãdiu. Inde (vt opinor) cum ad me quædã ἀρρενικώτερον ſcripſiſſes, & ego mihi a te quędã ſignificari putaſſem, vt Italia cederem, deteſtaris hoc diligenter. XI. Calend. Mar. Ego vero nulla epiſtola ſignificaui, ſi Cn. Italia cederet, vt tu vnà cederes:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ASCENſius

ASCEN.Nūc ſine.Lego,ſi vel.i.etiā ſi periculo.i.cū periculo experiūdū erit,experiar certe &c.Et ibi. Querís a me fugę ne fidā. exponā fidā.i.confidā vt ſit verbum.Et quia in antiquis erat moram , legā ſequentia ſic,an moram deſerendi.ſ.vtiliorem putem &c.

PIVS.

Sullaturio.

Phthiriaſis

Proſcripturio.

Sullaturi) Lege,ſullaturit,hoc eſt Sullā imitatur,vt ſuperius animaduertimus.Si Sulla pōtuit,ego nō potero.Scitu dignū eſt,qđ obiter dictū velim phthiriaſi hoc eſt pediculari morbo Syllam laboraſſe propterea Sidonius ait,Barba morbo nigra Syllano. Proſcripturi)Emenda,proſcripturit,hoc eſt proſcriptiones molitur .Huc vergit verbū Quintiliani lib.8. Nec a verbis modo,ſed nominib⁹ quoq; deriuata ſunt q̄dā vt a Cicerone ſullaturio, ita ab Aſinio fimbriatū & fibulatū. ἀρρενικώτερον) Virili⁹. Te q̄dā)Lege,a te. Quędā)Iſta huiuſmodi. ἢ ἐκεῖνα) Quā illa. Colluuie ) Sorde etiā barbarorū,qui cū Cæſare cōfluxerūt. ἀπορῶ) Dubito. ϛερκτέον) Acquieſcēdum. τὸ μέλλον)Futurū expectabis. Martias ) Deſunt hæc gręca verba. ἐν ἀπολογίᾳ τινὶ. In quadā apologia. Tamē) Attici verba. ἀσμενέϛατον)Lubētiſſimū ac gratiſſimū Pōpeiū. Alij codices hn̄t ἄσμενον,hoc eſt gratū. Sane Pōpeio aduēt⁹ Ciceronis gratiſſim⁹ fuit,cōtra vero Cęſari q ſuis & amicoꝝ p̄cib⁹ reuocare conat⁹ eſt.Cū tn̄ Pōpeiū nō nō laudaret,nec Pōpeiani animi p̄ſentiā, q nimo ſero ſe veniſſe dixit,qm̄ nihil patū iuenit. Cui Pōpei⁹,Vellē Cic.ad hoſtes trāſiret vti nos timeret.pacē p̄curabat iter duces Cic.Sed fruſtra dicebatq; crebro,Vtinā Cn.Pompei cū C. Cęſ.ſocietatē aut nūq̄ coiſſes aut nūq̄ diremiſſes.Nō amabat Cęſarē, de quo qd ſētiret in Philippicis his verbis oſtēdit,Oēs boni quātū i ipis fuit Cęſarē occiderūt,aliis cōſiliū, aliis occaſio defuit, voluntas nemini.Ciceronis prudentiā poſt conflictū Pharſalicū Pōpeius admirat⁹,dicebat Ciceronē vidiſſe pl⁹,ſe ſperauiſſe meliora.Fuit eñ Pōpeius cū foris clar⁹ tū domi admirād⁹, neq; reb⁹ exteris magis laudād⁹,q̄ inſtitutis domeſticis. Delictū)Peccatū. Nihil op⁹ eſſe)Q đ rodāt & allatrēt optimates. Cōſci⁹ aliis) De aliis ꝙ grauiter errarūt, ego vero nō erraui. In eo)Dum lego aut ſcribo acquieſcūt . Ouid. Gratia muſa tibi.nam tu ſolatia prębes,Tu curę requies tu medicina venis.

Colluuies.

Pōpeij prudentia.

aut ſignificauit,nō dico fui incōſtās,ſed demēs.In eadē epiſtola alio loco,nihil relinqtur, niſi fuga, cui te ſociū neutiq̄ puto eſſe oportere,nec vnq̄ putaui. Totā autem hāc deliberatiōnē euoluis accuratius in literis VIII.Calē.Mar.datis.Si M.Lepidus,& L. Volcatius remanēt,manēdū puto: ita, vt ſi ſaluus ſit Pōpeius,& cōſtiterit alicubi,hāc ἤκεῖνα relinquas,& te in certamine vinci cū illo facilius patiaris , q̄ cum hoc in ea (quæ perſpicitur futura) colluuie regnare . Multa diſputas huic ſententię cōueniētia.Inde ad extremum. Si,inquis,Lepidus & Volcatius diſcedūt,plane ἀπορῶ. Quod euenerit igitur, & quod egeris ϛερκτέον id putabo:ſi tū dubitares,nūc certe nō dubitas iſtis manētibus.Deinde in ipſa fuga.V.Calē.Mar. interea non dubito, quin in Formiano manſurus ſis . Cōmodiſſime enim τὸ μέλλον καραδοκήσεις.ad.XI.Calēd.Mart.cū ille quintū iam diem Brunduſii eſſet, tū poterimus deliberare,non ſcilicet in integra re, ſed certe minus infracta,q̄ ſi vna proieceris te.Deinde.IIII. Nonarū Mar. ἐν ἀπολογίᾳ τινὶ cū breuiter ſcriberes,tamen ponis hoc,Cras ſcribā plura,& ad omnia.Hoc tamen dicā nō pœnitere me conſilii de tua māſione, & quāq̄ magna ſolicitudine,tamē quia minus mali puto eſſe , q̄ in illa profectione , maneo in ſententia, & gaudeo te māſiſſe.Cū vero iam angerer & timerē, ne quid a me dedecoris eſſet admiſſum.III.Nonarū Mart.tamen te non eſſe vnā cū Pōpeio non fero moleſte . poſtea ſi opus fuerit,nō erit difficile,& illi quoquo tēpore fiet erit ἄσμενον. Sed hoc ita dico, ſi hic qua ratione initiū fecit, eadē cętera aget ſyncere, temperate,prudēter, valde videro , cōſideratius vtilitati noſtrę cōſuluero. VII.Iduū Mart.ſcribis Peduceo quoq; noſtro probari,ꝙ quierim,cuius authoritas multū apud me valet. His ego tuis ſcriptis me cōſolor,vt nihil a me adhuc delictum putē , tu modo authoritatē tuā defendito , aduerſus me nihil opus eſſe,conſcius ego aliis.ego,ſi nihil peccaui, reliqua tuebor. Ad ea tute hortare, & me omnino tua cogitatione adiuua . Hic nihildū de reditu Cæſaris audiebatur. Ego his literis hoc tamē profeci,perlegi omnes tuas,& in eo acquieui.

Argumentum. CLXXIX.

PIVS. LENTVLVS in Puteolanis hortis inuētus literas remiſit. Matius ſtragem timet. Dat epiſtolam Ciceronis interpretandam. & ad pacificationem cuncta referuntur. Cic. generoſi vir animi in his
Quiquatrus. etiam anguſtiis cupit operā nauare Reipublicę. AD eum literas) Subintellige, dedi. Quinquatribus) Menſe Martio. Sunt quinquatrus dies Mineruæ dicati, de quibus Ouidius lib. 3. Faſtorum. Appellata quinquatria quod quinqꝫ diebus poſt Eidus celebrabantur, Nam dies poſt Eidus ater erat, quaſi quinto ab atra die.

Ouidiana carmina etymologica huius rei ſunt hæc,
Vna dies media eſt, poſt fiūt ſacra Mineruæ,
Nomina quæ a iūctis quinqꝫ diebus habet.
Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
Cauſa quod eſt illo nata Minerua die.
Altera treſqꝫ ſuper ſtratę celebantur arenæ,
Enſibus exertis bellica læta dea eſt.

Sexatrus. Atrus in compoſ. Dicitur quinquatrus ſicut ſexatrus, iūgiturqꝫ hęc particula, atrus, ſupplemēti cauſa vt alij volūt, nihil ſignificās.
Quinquatria Varroniana verba libr. 2. de lingua latina ſunt hęc, Quinquatrum diē vnū feſtū eſſe dicūt ſic appellatū, qꝛ erat poſt diem quintū Eidus Martij, Sicut ſexatrus a Tuſculanis vocatur dies poſt diē ſextū, & ſeptimatrus, poſt diem ſeptimū.
Quinquatribus. Iuuenal. Totis quinquatribus optat Quiſqs adhuc vno partā colit eſſe Mineruā.
Quinquatriis. Cōtra Cic. Cōtētiones quinquatriis afferebātur.
Quiquatrię. Diomedes, quinquatrię prima declinatione protulit.
Necia. Νεκεία. Νεκείαν) Stragē. In aliquod hac) Prępoſtera lectio, Scribatur, vtinam aliquod in hac. Πολιτικόν) Ciuile.
Nauare. Nauare) Efficere.

Argumentū. CLXXX.

PIVS. POMPEIVS & amici Pompeiani meros Sullas loquebantur, & proſcriptiones deſignabant, vnde Cicer. quieſcere nō poterat. Mittit exēplū literarū ſuarū ad Cæſarē, qbus ſe aliqd profecturū putat. POTIus) Lege, potuit. Illa) Nunciabant. Aſpectus) Scribe cū antiquis codicibꝰ, Has peſtes. Diſſimillimis) Syllano Pōpeio. Emagium) Lege Magium, præfectnm fabrum Pompeii hominem ſceleratum, quod patet inde, vel qꝛ Marcellum interfecit.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

LEntulum noſtrum ſcis Puteolis eſſe, quod cum e viatore quodam eſſet auditum, qui ſe diceret, eū in Appia via, cū is paulum lecticam aperuiſſet, cognoſſe, & ſi vix veriſimile videbatur, miſi tamen Puteolos pueros, qui perueſtigarēt, & ad eū literas. Inuentus eſt vix in hortis ſuis ſe occultans, literasqꝫ mihi remiſit, mirifice gratias agens Cæſari. De ſuo autem conſilio C. Cælio mandata ad me dediſſe, eū ego hodie expectabam, id eſt. XIIII. Calend. Aprilis. Venit etiam ad me Matius Quinquatribus, homo mehercule, vt mihi viſus eſt, tēperatus & prudens. Exiſtimatus quidem eſt ſemper author ocii. Qꝫ ille hęc nō probare mihi quidē viſus eſt? q̄ illā νεκέαν (vt tu appellas) timere? Huic ego in multo ſermone epiſtolā ad me Cæſaris oſtendi, eā, cuius exemplū ad te antea miſi, rogauiqꝫ, vt interpretaretur, quid eſſet, quod ille ſcriberet, conſilio meo ſe vti velle, gratia, dignitate, ope rerū omniū. Reſpondit ſe non dubitare, quin & opē, & gratiā meā ille ad pacificationē quęreret. Vtinam aliquod in hac miſeria Reip. πολιτικόν opus efficere, & nauare mihi liceat. Matius quidē & illum in ea ſententia eſſe confidebat, & ſe authorem fore pollicebatur. Cura, vt valeas.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PRidie autem apud me Craſſipes fuerat, qui ſe pridie Nonarū Martii Brūduſio profectū, atqꝫ ibi Pōpeiū reliquiſſe dicebat, qđ etiā qui. VIII. Iduū illinc profecti erant, nūciabant. Illa vero omnes, in quibus etiā Craſſipes, qui prudētia potuit attendere ſermones minaceis, inimicos. Optimatiū, municipiorū hoſteis, meras proſcriptiones, meros Sullas, quæ Luceium loqui, quę totā Græciam, quæ vero Theophanem: & tamē omnis ſpes ſalutis in illis eſt, & ego excubo animo, nec partē vllā capio quietis. & vt has peſtes effugiam, cū diſſimillimis noſtris eſſe cupio. Quid enim tu illuc Scipionem? quid Magium? quid Libonem prætermiſſurum ſceleris putas? quorum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Creditores) Conſultant nẽ trucidentur a debitoribus, qui nõ modo tabulas nouas, ſed meras proſcriptiones ſpirant. Effecturos) Subintellige verbũ putas. μακροψυχίαν, Scribẽdũ μικροψυχίαν, hoc eſt puſillanimitatẽ, vt ſentit Aldus. Ego priſcũ codicẽ defendo, vt innuat Cic. Cæſaris magnificẽtiam eſſe tãtã, vt iam cũcta Reip. regna & patrimonia vorauerit ad inſtruẽdã liberalitatẽ, qua prẹcũctis mortalibus coruſcauit: nec tã a Cicerone in laudẽ iſta dicũtur, q̃ diaſyrtice in nimiã voraginẽ & profuſionẽ dirigũtur. Nec noſtri eſſe nũciãt) Scribe, Monſtri eſſe nũciãt. εὐδαίμονα) Felicem, in qua thus etiam maſculũ naſcitur, quę nomẽ hoc, auctore Plinio, p̃us inferis q̃ ſuperis debet. Mõſtra) De monſtro & Cerco & Circo Cæſare. Hęc) De Cęſare. Perdita) Poſtrema malorũ. Illa) Pompeiana. Noſtrũ earũ) Alii legũt, noſtrarum. Defendi poteſt trita lectio vt innuat ſe nunq̃ literas interpoſuiſſe.

Macropſychia. Micropſychia. Eudæmonia

creditores cõuenire dicũtur. Quid eos autẽ, cũ vicerint, in ciues effecturos? quã vero putas μακροψυχίαν mõſtri eſſe? nũciãt Ægyptũ, & Arabiã εὐδαίμονα cogitare, Hiſpaniã abieciſſe. monſtra narrant, quę falſa eſſe poſſunt. Sed certe & hęc perdita ſunt, & illa nõ ſalutaria. Vale. Tuas literas iam deſidero poſt fugã noſtrã, nunq̃ iam noſtrũ earũ interuallũ fuit. Miſi ad te exemplũ literarũ mearum ad Cęſarem, quibus me aliquid profecturum puto. Vale.

Argumentũ. CLXXXI.

PIVS.

EÆSVNT literę Ciceronis ad Cæſaris epiſtolã ſuperius poſitã, in qua dixerat Cæſ. ſe gratia ac ope omniũ rerũ Mar. Tullii vſurũ, q̃d conſiderata ſapiẽtia Cæſaris, ea verba Cicero, ad ociũ, pacẽ & concordiã, vertebat, in qua re cum perſona Ciceronis ſit aptiſſima, ad cũcta ſe morigerũ offert, quoniã a principio apud eum ac Senatũ ſemper auctor pacis fuerat, arma nõ ſumpſerat & ambos colẽdos iã pridem elegit. Agit de Lẽtulo gratias.

## M.T.CICERO C.CÆSARI S.

VT legi tuas literas, quas ab Furnio noſtro acceperã, quibus mecũ agebas, vt ad Vrbem eſſem, te velle vti conſilio & dignitate mea, minus ſum admiratus. De gratia, & de ope quid ſignificares, mecũ ipſe quęrebã, ſpe tamen deducebar ad eã cogitationẽ, vt te pro tua admirabili ac ſingulari ſapiẽtia de ocio, de pace, de concordia ciuiũ agi velle arbitrarer, & ad eã rationẽ exiſtimabã ſatis aptam eſſe naturam & perſonã meã. Quod ſi ita eſt, & ſi qua de Põpeio noſtro tuẽdo, & tibi, ac Reipublicę recõciliãdo, cura te attingit, magis idoneũ, q̃ ego ſum, ad eã cauſam profecto reperies neminem, qui & illi ſemper, & Senatui cum primum potui, pacis author fui. Nec ſumptis armis belli vllam partem attigi, iudicauiq; te eo bello violari, contra cuius honorem pop. Rom. beneficio conceſſum, inimici atque inuidi niterentur. Sed, vt eo tempore non modo ipſe author dignitatis tuæ fui, verũ etiam cæteris author ad te adiuuãdum, ſic me nunc Pompeii dignitas vehementer mouet. Aliquot enim ſunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipue colerẽ, & quibus eſſem, ſicut ſum, amiciſſimus. Quã ob rẽ a te peto, vel potius precibus omnibus oro & obteſtor, vt in tuis maximis curis aliquid

VT) Cũ primũ. Literas) Harũ hoc principiũ eſt, Cum Furniũ noſtrũ tm̃ vidiſſem, de hoc Furnio in familiarib[9] Epiſtolis agit. Ad vrbẽ eſſem) Acceſſus Ciceronis ad vrbẽ res Cæſaris cõfirmabat, Cauſa em̃ eius a Cicerone nõ neglecta, improbari nõ videbatur. De gratia) Verba Cęſaris ſuperi[9] poſita ſunt hęc, Cõfido me celeriter ad vrbẽ vẽturũ, vt te ibi videã, vt tuo cõſilio, gratia, dignitate, ope omniũ rerũ vti poſſim. Spe deducebar) In hãc ſpem trahebar. Agi) Tractari a te. Ad eã rẽ) Pacẽ & cõcordiã. Perſonã) Conditionẽ ac dignitatẽ meã. De perſona dictũ ſatis ac ſuper a nobis alibi. Quod) Si agere de pace vis. Tuẽdo) Patrocinãdo. Cauſam) Recõciliãdũ Põpeiũ. Illi) Põpeio. Potui) A prouincia reuerſus. Sũptis) A vobis furore ciuili. Attigi) Me incolumẽ ac integrũ cõſeruaui. De eo) Legas, te. Putaui tibi inſignẽ infligi iniuriã, qui beneficio populi ſpoliabaris, idq; p vim. Populi beneficio) Plebiſcito. Id em̃ Cęſari vt ſexcẽtis in locis dictũ eſt, cõceſſerat populus. Inimici) Domiti[9], Cato, ac Cõſules. Inuidi) Qui laudẽ tuã quã aſſeq nõ poterãt, oderãt, ij erãt optimates. Niterenẽ) Conarenẽ diuellere ac obtrectare. Auctor) Inter primos q plebiſcitũ cõfirmaui. Mouet) Stimulat vt ſuccurrã, p̃ire nõ ſinã. Duos) Cęſarẽ & Põpeiũ. Prẹcipue) Peculiariter. In tuis) Quę te multifarie diſtinent, ac occupatũ occupant. Prẹcipue.

Impertias) Partem temporis imponas, temporis dico ſubciſiui. Huic) De concordia. Et tuo) Scri-
bendum, vt tuo. Beneficio) Si enim hoc a te emanauerit, mihi magni inſtar beneficii habebitur. Ma
ximi) Quod Pompeius Ciceroni dedit cum ab exilio reuocauit. Quæ) Pax, ocium, concordia. Ad
me pertinerent) Pro me & pro cauſa mea priuata peterem. A te) Liberaliſſimo, facillimoq; mortaliũ.
Ad rempublicam) Ad commodum publicum. Vtriuſq;) Inter vos duos. Concordiam) Pertinent,
qua tollitur ſeditio venenum vrbis. Per te) Beneficio ac facilitate tua. Q̃ accommodatiſſimũ) Me
qui ſum percõmodus ad tra-
ctandum pacem. Conſerua
ri) Integrum ac immunem
ab armis & ſeditione. Len-
tulo) Reſtituto, cui propter
Ciceronem Cęſar ignouerat.
Saluti) Fuiſſes. Tu ſalutẽ
pręſtaſſes. Qui) Lentulus.
Mihi fuerat) Saluti. Qui
mihi ſalutem dedit, cum ab
exilio reuocauit, conſeruato-
rem Ciceronis fuiſſe Lentu-
lum nemo eſt qui neſciat, cũ
Conſul ſe conatibus Clodia-
nis obiecit. Quam) Salutẽ.
Ille) Lentulus accepit. In
quem) Erga quem Lentulũ.
Cæſar exoratus a Ciceronè
in Lentuli ſalute, eum voca-
bat gratum quod conſeruato
ri ſuo patrociniũ pium præ-
ſtaret. In Pompeium) Er-
ga Pompeiũ, ſi facilitate tua
per me concordia procura-
bitur.

impertias temporis, huic quoq; cogitationi, vt tuo beneficio bonus vir, gratus, pius deniq; eſſe in maximi beneficii memoria poſſim. Quæ ſi tantum ad me ipſum pertinerent, ſperarem me a te tamen impetraturum. ſed, vt arbitror, & ad tuã fidem, & ad rẽpublicã pertinet, me & pacis vtriuſq; veſtrũ, & ad ciuiũ concordiam, per te, q̃ accõmodatiſſimũ conſeruari. Ego, cum antea tibi de Lentulo gratias egiſſem, cum eius ſaluti, qui mihi fuerat, fuiſſes, tamẽ eius literis lectis, quas ad me gratiſſimo animo de tua liberalitate, beneficioq; miſit, eandẽ me ſalutẽ a te accepiſſe putaui, quã ille, in quẽ ſi me intelligis eſſe gratũ, cura obſecro, vt etiã in Pompeium eſſe poſſim. Vale.

PIVS.

Argumentũ. CLXXXII.

LEGEBAT literas Attici Cicero cum audit Pompeiũ a Lepta, de quo in Familiaribus Epiſtolis, eſſe circũuallatũ. Cruciat inde, ac in ſummo mœrore verſatur. Dionyſiũ deteſtat. Deſperãtiſſim⁹ eſt ꝙ Põpeio naufrago opem afferre non poteſt. FATVM executi) Idẽ fatũ ſecuti. Quos mens, cur tellus non habet vna duos? Illi) Eradatur. Mutianum) Scęuolæ qui iugulatus eſt a Cinna & Mario. Dicebat Mutius Scæuola. Qua itineris) Partim circa iter explorandũ. Dionyſio) Abitu Dionyſij. Panętius) Stoic⁹ pręceptor Scipionis, quẽ ſecutus eſt ſcribẽs Cic. de Officijs. vt ipſe Pliniuſq; teſtantur. Mores) Praui & decolores. Dabit in laqueũ veſtigia noſter Perfidus, & ſæui patietur carceris vncum. Stat) Nec fundit⁹ euulſus populus eſt, & conuolat ad ferendũ auxilium. Vſuras perſcribunt) Vtrãq; tabulam perſcribunt.

Qua.

Panętius.

## M. T. Cicero T. P. ATTICO S.

LEgebam tuas literas. XIII. Calendarũ cũ mihi epiſtola affertur a Lepta, circũuallatum eſſe Pompeium, ratibus etiã exitus portus teneri. Non mediuſfidius præ lachrymis poſſem reliqua nec cogitare, nec ſcribere. Miſi ad te exemplum. Miſeros nos, cur non omnes fatum illius vnà executi ſumus? Ecce eadem a Matio, & Trebatio, quibus Minturnis obuii Cæſaris tabellarii. Torqueor infelix, vt iam Mutianum exitum exoptem. At q̃ honeſta, at q̃ expedita tua conſilia, q̃ euigilata tuis cogitationibus? qua itineris, qua nauigationis, qua congreſſus, ſermoniſque cum Cæſare? omnia tum honeſta, tum cauta. In Epeirum vero inuitatio, q̃ ſuauis? q̃ liberalis? q̃ fraterna? De Dionyſio ſum admiratus, qui apud me honoratior fuit, q̃ apud Scipionẽ Panætius, a quo impuriſſime hæc noſtra fortuna deſpecta eſt. Odi hominem, & odero. Vtinam vlciſci poſſem. ſed illum vlciſcentur mores ſui. Tu quæſo nunc vel maxime quid agendum nobis ſit, cogita, populi Romani exercitus Cn. Pompeium circũſidet, foſſa & vallo ſeptum tenet, fuga prohibet. Nos viuimus, & ſtat vrbs iſta? Pretores ius dicunt? Ædiles ludos parant? viri boni vſuras perſcribunt? ego ipſe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſedeo? coner illuc ire vt inſanus? implorare fidē municipiorum? boni non ſequentur, leues irridebunt. Rerum nouarū cupidi victores præſertim & armati, vim & manus afferent. Quid cenſes igitur? & quidnā eſt tui conſilii ad finem huius miſerrimæ vitæ? nunc doleo, nūc torqueor, cum quidem, aut ſapiens videor, ꝙ vnà non ierim, aut felix fuiſſe, mihi contra. Nunq̄ enim illius victoriȩ ſocius eſſe volui, calamitatis mallem fuiſſe. Quid ego nunc tuas literas? quid tuā prudentiam, aut beneuolentiam implorem? actum eſt. Nulla re iam poſſum iuuari, qui ne quid optem quidem iam habeo, niſi vt aliqua inimici miſericordia liberer. οὐκ ἔσ᾽ ἔτυμος λόγος (vt opinor) ille de ratibus. Quid enim eſt, quod Dolabella his literis, quas .III. Iduū Mart. a Brunduſio dedit, hanc εὐημερίαν Cæſaris quaſi ſcriberet, Pompeium in fuga eſſe? eumq; primo vento nauigaturū? quod valde diſcrepat ab his epiſtolis, quarum exempla antea ad te miſi. Hic quidē mera ſcelera loquūtur, ſed nec erat recentoir author, nec huius rei quidem melior Dolabella. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TVas. XI. Calend. accepi literas, quibus omnia conſilia differs in id tempus, cū ſcierimus, quid actū ſit. & certe ita eſt. nec interim poteſt non modo ſtatui, ſed nec cogitari quicq̄. q̄q̄ hæ mihi literæ Dolabellæ, iubent ad priſtinas cogitationes reuerti. Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempeſtas, qua ego illum vſum puto. συναγωγὴ conſiliorum tuorum non eſt a me collecta ad querelam, ſed magis ad conſolationem meam. Nec enim me tam hæc mala angebant, q̄ ſuſpicio culpæ, ac temeritatis meæ. eam nullam puto eſſe, quoniam cum conſiliis tuis mea & facta & conſilia conſentiunt. Quod mea prædicatione factum eſſe ſcribis magis, q̄ illius merito, vt tantum ei debere viderer, eſt ita. Ego illum extuli ſemper, & eo quidem magis, nequid ille ſuperiorum meminiſſe me putaret: quæ ſi maxime meminiſſem, tamē illius temporis ſimilitudinem iam ſequi deberem. Nihil me adiuuit, cum poſſet, & poſtea fuit amicus, & tam valde, & quam ob cauſam, plane ſcio. Ergo ego quoq; illi, quinetiā illud par in vtroq; noſtrum, quod ab eiſdē dilecti ſumus. Sed vtinam tantū ego ei prodeſſe potuiſſem, quātum ille mihi potuit.

Sedeo) Ocior. Felix) Infelices tātū & deſperati Pompeium ſequūtur. Actū eſt) Conſilium ac deliberatio nō ſunt de præterito. οὐκ ἔστι) Nō eſt verax ſermo, fortaſſe fabuloſum eſt quod audiuimus. Sunt verba Steſichori quæ citantur a Platone in Phædro. Quid eſt) Quid ſibi vult hęc? εὐημερίαν) Felicem diei ſucceſſum. Euhemeria.

Argumētū. CLXXXIII.

DIFFERT Conſilia ſua ad certum tēpus. literas Dolabellæ interpretatur. Cur Attici literas collegerit cauſam affert. Probat Attici ſentētiam de amore Pompeij, a quo non adiutum tātū ſe cenſet quātū prædicauit. Abire cogitat ne tot malis interſit. Copias Cȩſaris inſtructiſſimas effert. Lentulus iacet & quieſcit. Pompeius Magium de pace miſit & oppugnatur. Spes pacis nulla. Ergo ad ſententiam miſeram redeamus. PIVS.

NEC cogitari quidem) Lege, nec cogitari quicq̄. quoniam p ndent vniuerſa ab euētu rei principalis, vt euētus a cauſis, concauſæ a cauſis principalis, cauſæ & euentus & cōcauſæ a prima cauſa. vt vrbis Romæ incendium, vaſtitas & ruina pendent nō ab vrbe capta aut incenſa, ſed a temeritate Tribunorū militarium, quorum inertia in hæc mala deuenimus. Itaq; dies Allienſis pugnæ eſt religioſus, captæ vero Vrbis omnibus ignotus. Quinquatriis) Vetus lectio, quinquatrus. συναγωγή) Collectio. Diximus ſuperius Ciceronem literas Attici aceruatim collegiſſe, ex quibus cum capitulatim nonnulla loca adduceret, putabat Atticus hoc a Mar. Tullio factum vt queri poſſet cum luberet. Id nūc excuſat. Quam ob cauſam) Cur Pompeius Ciceroni beneficium dederit, ex his epiſtolis alibi colliges.

Plaſma.

σαλπίζειν) Diffamare ſolet. πλάσμα) Figmentũ.Ita corrige verbũ græcũ. Non ille)Cæſar. Ciuiũ bona) Omnia habet in manibus. Vt tu ſcribis) Emenda,Et vt tu ſcribis. Ludum) Lege ludũt, hoc eſt ſannant ac irrident vt veternũ vrbis. Ac vellem) Plusq̃ vellem & decet. Beroaldus, Et vt tu ſcribis ludũt ac belle ſcribis. Quiſnã hęc ſignificaſſet)Principiũ clauſulę.Quiſnã hæc credidiſſet? Iſte) Pompeius, prẹſeferebat ſe paratiſſimũ eſſe ad hoc bellũ arcendũ, vt infit ſuperius Cicer. Frequens erat in ore ſermo.Cum pede terram percuſſero,prodibunt ac effluent legiones. γοητείαν) Prẹſtigium.lege

Goetia.

hoc pacto. Ego autem nõ tã γοητείαν huius timeo,q̃ πειθανάγκην. αἱ δὲ τῶν τυράννων δεήσεις,inquit Πλάτων, οἶσθ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. Video tibi non probari.Hoc eſt, Perſuaſionẽ neceſſitatẽ inferentẽ.Tyrannorum enim preces, inquit Plato,noſti q̃ permiſtę neceſſitatibus ſint.Poteſtas enim cũ rogat cogit, vt infit Macrobius,& Ouidi⁹, Precibusq; minas regaliter addit. Iuxta illud eiuſdẽ Ciceronis .i. in Catilinã. Cũ quieſcũt probant,cũ patiũtur decernunt, cũ tacent,clamãt. Tyrannis iubẽtib⁹ adeſt vis,vt ait poeta ille noſter, q̃ ſummas frãgit,infirmatq; opes.Regum autẽ ſunt hæc imperia, animaduertere ac dicto parere, & prẹter rogatũ Si pię & illæ minę.Si te ſecundo lumine hic offendero,moriere. ὑπηρεσίαν)Miniſteriũ. Sicoẽm) Sitã omnẽ ſcribe,& copulatiua ſequẽs eradatur. Fidelẽ) Referat̃ ad hypereſian. Supperãt) Si mihi Pitho,preces q; ſuppeterent,deſideraſſem me fuiſſe Brũduſij ad pacificandũ partes. Ibi)Cum ero apud Põpeiũ. Occultatio) Tergiuerſatio, nu da fiẽt oĩa cõſilia mea poſt tranſitum. Cũ ſimus) Conſcij bonę mẽtis. Quas eo enim) Scribe, Quas eñ cũ eo,hoc eſt Cęſare & tamẽ boni dicũt. Tẽpeſtiuas. ) Ordinatas vulgo dicũt.In cõuiuio eñ prę cib⁹ tẽpeſtiuitas maturitasq; maximũ affert cõdimẽtum.Hac dictione in hoc ſignificatu vtitur Cic. & aurei ſeculi conditores. Troianũ) Imaginabar Troianã Haloſin futurã Romę,proinde volebam te emere.Vel intelligere volui de agro cuiuſdã Troiani, vel volebam emere duos ſimul agros,& alludit ad porcũ Troianũ. Voluiq;) Inducat̃ copulatiua. Iſtuc) Troianũ pluris vẽdit̃. Memor eſt)Scribẽdũ es. Nulla) Exeſam ac putridã ptẽ ſic inſtaura,Nulla ſpe fruendi & rebus nr̃is. Quę mõſtra)Pricipiũ clauſulę cũ aſſeueratiõe ppoſitę ſentẽtię,qđ reb⁹ nr̃is,nõ ſecus ac agro Troiano frui ſpam⁹,intelliges ex libello,quẽ in hac ep̃la cõplicaui,cõtinẽte fortaſſis meras pſcriptiones ac phalariſmos. Exilio libelli) Beroaldus legit,ex illo libello. ἀδημονῶν)Se ipſum excrucians.

Regũ preces neceſſitas.

Tẽpeſtiuum.

mihi tamen quod fecit,eſt gratiſſimũ: nec ego eũ nũc iuuare qua re poſſim, ſcio, nec ſi poſſem, cũ tã peſtiferũ bellũ pararet, adiuuãdũ putarẽ, tantũ offendere animũ eius hic manens nolo. Nec mehercule iſta videre, quę tu potes iã animo prouidere, nec intereſſe iſtis malis poſſem. Sed eo tardior ad diſcedẽdũ fui,ꝙ difficile eſt de diſceſſu volũtario ſine vlla ſpe reditus cogitare. Nam ego hunc ita paratũ video peditatu, equitatu, claſſibus, auxiliis Gallorum, quos Matius σαλπίζειν (vt puto) ſed certe dicebat peditũ, equitũ ſe polliceri ſumptu ſuo annos decẽ.ſed ſit hoc πλάσμα, magnas habet certe copias,& habebat,nõ ille vectigal,ſed ciuiũ bona. Adde confidentiã hominis,adde imbecillitatẽ bonorũ virorũ, qui quidẽ,ꝙ illum ſibi merito iratũ putant,oderunt,& vt tu ſcribis ludunt, ac belle ſcribis.Quiſnã hęc ſignificaſſet? Sed & iſte, quia plus oſtẽderat,q̃ fecit,& vulgo illum,qui amarunt,non amant. Municipia vero,& ruſtici Romani illũ metuũt,hunc adhuc diligunt. Quare ita paratus eſt, vt etiam ſi vincere non poſſit, quomodo tamen ipſe vinci poſſit,non video.Ego autẽ non tam γοητείαν huius timeo, q̃ πειθανάγκην. αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶσθ᾽ ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. Video tibi non probari,quę ne mihi quidẽ placebãt,ſed habebã in illis,& occulte ſitã omnẽ ὑπηρεσίαν, fidelemq; ſi mihi Brunduſii ſuppetãt,mallem ſed ibi occultatio nulla eſt. Verũ (vt ſcribis)cũ ſimus,viris bonis me non nimis excuſo. Quas enim cũ eo cœnas & facere, & obire ſcripſit ad me Seſtius?q̃ lautas?q̃ tẽpeſtiuas? ſed ſint q̃uis boni,nõ ſunt meliores, q̃ nos, mouerent me ſi eſſent fortiores. De Lanuuino Famea errauí. Troianum ſomniaueram, id ego volui, ſed pluris eſt iſtuc,tamen me cupere memor es,nulla ſpe fruẽdi,& rebus noſtris.Quę monſtra quotidie intelligemus ex illo libello,qui in epiſtolã coniectus eſt.Lentulus noſter Puteolis eſt ἀδημονῶν, vt Cęcius narrat,qd agat?

διατροπὴν Corfinienſem reformidat, Pōpeio nunc putat
ſatisfactū: beneficio Cæſaris mouetur, ſed tamē moue
tur magis proſpecta re. Men' hęc poſſe ferre? omnia
miſera, ſed hoc nihil miſerius. Pōpeius Magiū de pace
miſit, & tamen oppugnatur, quod ego nō credebam.
Sed habeo a Balbo literas, quarū ad te exemplum mi
ſi. lege quæſo, & illud infimū caput ipſius Balbi opti
mi. Cui Cn. noſter locum vberē, vt hortos ædificaret,
dedit: quem cui noſtrū non ſępe prætulit? Itaq; miſer
torquetur. Sed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſto
lam reiicio. Spem autē pacis habeo nullā. Dolabella
ſuis literis Id. Mar. datis, merū bellum loquitur. Ma-
neamus ergo in illa eadem ſententia miſera & deſpe-
rata, quando hoc miſerius eſſe nihil poteſt. Vale.

L. Cor. Balb. M.T. Ciceroni. Imp. S.D.

CAeſar nobis literas perbreues miſit, qua-
rum exemplū ſubſcripſi. Breuitate epiſto
lę ſcire poteris eum valde eſſe diſtentū,
q tāta de re tā breuiter ſcripſerit. Siquid
pręterea noui fuerit, ſtatim tibi ſcribam.
Cęſar Oppio, Cornelioq; S. Ad VII. Id. Mar. Brundu
ſiū ve ni, ad murū caſtra poſui. Pōpei9 eſt Brūduſii, mi
ſit ad me Cn. Magium de pace: quę viſa ſunt, reſpōdi.
hoc vos ſtatim ſcire volui: cum in ſpē venero de cōpo
ſitione aliquid me cōficere, ſtatim vos certiores faciā.
Valete. Quomodo me nunc putas mi Cicero torque-
ri, poſtq̄ rurſus in ſpem pacis veni, nequa res compoſi
tionem eorū impediat? Nanq; quod abſens facere poſ
ſum, opto: q̄ ſi vnà eſſem, aliquid fortaſſe proficere
poſſem. Nunc expectatione crucior. Vale.

M.T.C. T.P. ATTICO. S.

MIſeram ad te. VIII. Calēdarum exemplū
epiſtolæ Balbi ad me, & Cæſaris ad eū.
Ecce tibi eodem die Capua literas acce-
pi ab Quinto Pedio, Cęſarem ad ſe pri-
die Iduum Mart. miſiſſe literas hoc exē-
plo. Pōpeius ſe oppido tenet, nos ad portas caſtra ha-
bemus: Conamur opus magnum, & multorum dierū
propter altitudinē maris: ſed tamē nihil eſt, quod po-
tius faciamus. Ab vtroq; portus cornu moleis iacim9,
aut vt illū q̄primum traiicere quod habet Brunduſii
copiarū cogamus, aut exitu prohibeamus. Vale. Vbi
eſt illa pax, de qua Balb9 ſcripſerat torqueri ſe? Et q̄d
acerbius? & quid crudelius? atq; eum loqui quiddam

Διατρο͂πὴν) Caſum vices for
tunę variātis. Proſpecta re)
Euētu miſero Domitii. Nec
hęc) Scribe, Men' hæc, Mene
hæc mōſtra ferre poſſe cōfidā?
nō potero. Quē cui noſtrū)
Cui quē noſtrū non prętulit? Diatrope.

Argumentū. CLXXXIIII. Pius.

CAeſar Oppio & Balbo li
teras perbreueis miſit,
tāto Imperatore condi-
gnas, in qb9 ſignificat Magiū
ad eum de pace nunciū veniſ
ſe. Rei ordinē cōſequentis ſi-
gnificaturum ſe Cęſar pollice
tur. Balbus pacē ſummopere
deſiderans, euentu pendens
cruciatur. PERbreues (Re
gias, Breuiloquētes principes
anguſtia tēporis facit, cui non
abludit id Sidonianū de The
odorico Rege Gothorū, Mul
ta audit, pauca reſpōdet. Eū)
Cęſarē. Diſtentū) Occupa-
tū. Fuerit) Emerget. Mu
rū) Mœnia Brunduſina. In
ſpe) Rectius in ſpē. Cōpoſi-
tione) Pacis recōciliatione cū
Pompeio. Conficere) Poſſe.
Quomō) Verba Balbi pacē
inter amiciſſimos deſiderātis
Res) Iniq̄tas fortunę, quę
ſemper pulchris facinoribus
obſtrepit. Iuxta illud Papinia
nū, Quis te impacata conſan
guinitate ligauit Fortuna iui
diāq; deus? quis iuſſit iniquas
Aeternū bellare deas? Q d̄) O-
ptare, abſens nihil aliud adiu
menti paci afferre poſſum.
Opto) Pacē. animus quod
poteſt, fauet. Vna) Simul cū
Cęſare. Proficere) Ad pacē
hortādo. Crucior) Ne dii pa
ci nō adſint, ac ne diritas for-
tunæ nouercātis interpellet.

Argumentū. CLXXXV. Pius.

MIſerat Attico M. Tul-
lius epiſtolæ ad Balbū
a Ceſare exemplū. Idē
ſcribit audiuiſſe a Pedio eodē
exēplo. Pōpeiū Brūduſii iclu
ſum eſſe, ciuitatē a Cęſare op-
pugnari. Rem ad proſcriptio
nes inclinari, literæ tamē Le-
ptæ ſignificarunt quod res
erat, Pompeium conſcendiſ-
ſe. POTIVS) Verba Cæſa- Potius.
ris ac illius aurei ſæculi ſi-
gnificantia per hoc verbum
potius quod ſit magis op-
portunum & expediens.

Authēticos.

αὐθεντικῶς) Auctoritate quadam domini vtens.

Bruti pœnas) Exactas a Bruto, quas dedit pater Brutus interfectus a Sylla ſocio Pompeio. Syllanus enim auctore Plinio lib. vii. natu. hiſtorię in Repub. exortus eſt Pompeius. Hoc ſocio) Pompeio. Ad ambitionē) Quæ verba ambitioſa iacit ſuper Antonio & Curione tribunis expulſis? Ordo ad ambitionem, id eſt quantum pertinet ad ambitioſa verba Cæſaris ita iactat Cæſar, reductos a ſe Tribunos, quibus pœna exilii nō fuiſſet ſuperioribus legibus coſtituta. Senſus, Cur Pompeius Tribunis exilium conſtituit? cur Tribunos expulit? Quib⁹, id eſt interceſſioni quorum non eſt conſtituta pœna per leges ſuperiores hoc eſt maiorum noſtrorum. ſed impune loqui poſſunt.

Ab illo) Se Cęſare iactat. Patriæ proditores, verba Ciceronis non Tribunos appellandos, ſed patriæ proditores, quoniam auro gallicano corrupti, patriam Cæſari vendiderunt. Violaturum) Dicit Cæſar. Infans) Non prorſus inanis eloquentia. Eadē videlicet affirmat. Vlli nō dicat) Scribendum hui. Quis non patheticos exclamet? hui, heu, hei nobis, periimus oēs. Illinc) Brunduſio. Quid literarum) Aliquę literæ venerunt. Conſcendiſſe) nauigaſſe.

Argumentum. CLXXXVI.

PIVS

DE Cæſaris futura impotentia multa diſſerit, Dictaturam præſagit. Stomachatur adire Cæſarem ac veniam petere, exire cupit ac euolare. Accuſat Atticū q̄ iprobitatē Dionyſij eleuare nitat̃. Matii & Trebatii literę ſubdunt̃, qb⁹ ſignificat̃ Pōpeiū Brunduſio eſſe profectum. IMPEtrabo) Tandem ad Pompeium abire decernam. Siponti) Sipus a Gręcis Dauniorū ciuitas. lege Stephanum, Huius) Cæſaris. Stimulat) Vexat. Mutius) Occidar vel deſerar. Infra agit de Scęuola quodam. Tu videris an etiam illud de

Sipus.

αὐθεντικῶς narabat, Cn. Carbonis M. Bruti ſe pœnas perſequi, omniumq; eorum, in quos Sulla crudelis hoc ſocio fuiſſet, nihil Curione ſe duce facere, quod non hic Sulla duce feciſſet. Ad ambitionem, quibus exilii pœna ſuperioribus legibus nō fuiſſet, ab illo patriæ proditores de exilio reductos eſſe. Queri de Milone per vim expulſo: neminem tamen ſe violaturum, niſi qui arma hęc contra ſe mouerūt. Bebius quidam a Curione. III. Id. profectus: homo non infans, ſed quis hui non dicat? plane neſcio, quid agam, illinc quidem Cn. profectum puto. Quicquid eſt, biduo ſciemus. A te nihil ne ante prorſus quidem quid literarū, nec mirum. Quid enim eſt, quod ſcribamus? Ego tamen nullum diem prætermitto. Scripta epiſtola, literæ mihi ante lucem a Lepta Capuæ redditę ſunt Idibus Mar. Pompeium a Brunduſio conſcendiſſe, at Cęſarem ad. VII. Calendarum Aprilis Capuæ fore. Vale.

## M.T.CIC. T.P.ATTICO. S.

CVM dediſſem ad te literas, vt ſcires Cęſarem Capuæ. VII. Cal. fore, allatæ mihi ſunt literæ, eum in Albano apud Curionem. V. Cal. fore. eum cum videro Arpinum pergam. Si mihi veniam, quā peto, dederit, vtar conditione: ſin minus, impetrabo aliquid a me ipſo, ille, vt ad me ſcripſit, legiones ſingulas poſuit Brunduſii, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen Græciam ſpectare potius, q̄ Hiſpanias, ſed hæ lōgius abſunt. Me autem nunc & cōgreſſus huius ſtimulat (is vero adeſt) & primas eius actiones horreo. Volet enim (credo) S.C. facere. volet Augurum decreta, rapiemur, aut abſentes vexabimur: vel vt Coſs. roget Pr. vel Dictatorem dicat, quorum neutrū ius eſt. & ſi Sulla potuit efficere ab Interrege, vt Dictator diceretur, & magiſter equitum, cur hic non poſſit? nihil expedio, niſi vt aut ab hoc, tanq̄ Q. Mutius, aut ab illo, tanq̄ L. Scipio. Cum tu hæc leges, ego illum fortaſſe conuenero. προσκύνωσις, ne illud quidē noſtrum proprium. Erit eīn ſpes propinqui reditus: erit hominū querela. Nunc exire cupimus: qua ſpe reditus, mihi quidē nūq̄ in mentem venit. Non modo autem nulla querela eſt municipalium hominum ac ruſticorū: ſed contra metuunt, vt crudelem, iratum. Nec tamē mihi quicquā eſt miſerius, q̄ remanſiſſe: nec optatius, q̄ euolare, nō

tam ad belli, quàm ad fugæ ſocietatẽ. Sed tu omnia conſilia differebas in id tempus, cum ſciremus, quæ Brũduſii acta eſſent. Scimus nempe, hęremus nihilominus. Vix enim ſpero mihi hunc veniam daturum, & ſi multa affero iuſta ad impetrandum. ſed tibi omnẽ illius meumq; ſermonem omnibus verbis expreſſum ſtatim mittam: tu nunc omni amore enitere, vt nos cura tua & prouidentia iuues. Ita ſubito accurrit, vt ne Trebatium quidem (vt conſtitueram) poſſim videre: omnia nobis imparatis agenda, ἄλλα μὲν αὐτὸς vt ait ille, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται. Sed tamen quicquid egero, continuo ſcies. Mandata Cæſaris ad Coſs. & ad Pompeium quæ rogas, nulla habeo: quæ deſcripta attulit, illa e via, miſi ad te, e quibus mandata puto intelligi poſſe. Philippus Neapoli eſt, Lentulus Puteolis. De Domitio (vt facis) ſciſcitare, vbi ſit, q̃d cogitet. Quod ſcribis aſperius me q̃ mei patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſſe, vide q̃ ſit antiquorum hominum. te mediuſfidius hanc rem grauius putaui laturum eſſe, q̃ me. Nam præterq̃, quod te moueri arbitror oportere iniuria, quæ mihi a quoq̃ facta ſit: prę terea teipſum quodammodo hic violauit, cum in me tam improbus fuit? Sed tu id quanti æſtimes, tuum iudicium eſt: nec tamen in hoc tibi quicquam oneris impono: ego autem illum male ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum, & ſceleratũ puto: nec tamen mihi immitiorẽ, q̃ ſibi. De Philargyro bene, cauſam certe habuiſti, & veram, & bonam: relictũ eſſe me potius q̃ reliquiſſe. Cum dediſſem iam literas ad octauum Calendarum, quos pueros cum Matio & Trebatio miſeram, epiſtolam mihi attulerunt hoc exemplo. Matius, & Trebatius Ciceroni Imperatori S. Capua cum exiſſemus, in itinere audiuimus Pompeium Brũduſio ad XVI Calendarum Aprilis cum omnibus copiis, quas habuerat, profectum eſſe. Cæſarem poſtero die in oppidum introiſſe: concionatum eſſe, inde Romam contendiſſe, velle ante Calen. eſſe ad vrbem, & pauculos dies ibi commorari: deinde in Hiſpanias proficiſci. Nobis non alienum viſum eſt, quoniam de aduentu Cæſaris pro certo habebamus, pueros tuos ad te remittere, vt id q̃primum ſcires. Mandata tua nobis curæ ſunt: ea quæ, vt tempus poſtularit, agemus. Trebatius Scæuola facit, vt antecedat epiſtola conſcripta. nunciatum eſt nobis, Cęſarem ad VIII. Calendarum Capuæ, ad. VII. Sinueſſæ, hoc pro certo putauimus. Vale.

Mutiano ſuperius poſitũ ad hunc ſenſum referẽdum ducas. Ab illo) Pompeio rapiar in bellum ciuile, in quod raptus eſt Scipio Pompeii gener. Illum) Cæſarem poſt hanc vocem hæc addenda dictio græca, προσκύνωσις) Attici verba At qui O Cic. Proſcynoſis eſt Cæſari facienda, vt Perſarum Regibus, quam ne faceret Themiſtocles annulũ ſibi decidiſſe finxit. Flectere genu, accidere, adorare, eſt facere proſcynoſin. Ne illud) Proſcynoſin facere, nec hoc vt alia decent Romanum ſanguinem, præſertim Ciceronem Conſularem. Erit) Declamatio per propoſitiones contrarias. Ibis Romam O Cicero cum Cæſare, ſed ſtatim redibis. Sed hominum, id eſt optimatum erit querela, querentium a me proditam Rẽpublicam, & a propria honeſtate diſcedere. Querela municipaliũ) non queruntur de Cæſare municipales. Metuunt) Põpeium. Scimus) Ergo con ſule. Tempus adeſt. Trabiliũ) Beroaldus Trebatium ſcribit idq; recte. ἄλλα μὲν αὐτός) Alia quidem ipſe, alia autem vel deus ſuggeret. Homerica verba ſunt. Partim ipſe inuenies, partim ſors ſuggeret ipſa. huc facit id Varronis libro, de re ruſtica primo. Et quoniam, vt aiunt, Dii facientes adiuuant, prius inuocabo deos. ſignificabat diuinã opem non ceſſantibus, ſed induſtriis, & pro virili conantibus auxilio eſſe ſolere. Antiquorum hominum) Attici verba ſunt, Cic. non decet antiquos omni virtute præſtantes, quos dignitate ſemper exæquaſti, latrando imitari.

Quonammodo) Scribe Quodammodo. Immitiorem) Duriorem. In ſe etiam durus eſt ac furẽter iraſcens, quod nihil aliud eſt q̃ torquere ſe ipſum. Scribũt nonnulli inimiciorem. Philargyro) Scribe de Philargyro bene, ſubintellige, loqueris. Reliquiſſe) Gaudeo. Habeamus) Legendum habebamus.

Proſcynoſis.

Alia deus ſuggeret.

Philargyrus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## Argumentum.CLXXXVII.

OPES non modo opē Ciceronis Cęſar expetit. Epiſtola Cæſaris includitur, qui laudanti Ciceroni clementiā eius ita reſpōdet, ſe minime eſſe crudelem. Triumphat a M. Tullio laudari. Mox Ciceronem rogat vt ad vrbem præſto ſit. Dolabellam laudat Cæſar. RECTE) Verba Cæſare Imperatore digna, Sola deos æquat clementia nobis. Ex ipſa re) Clementia. De qua ſic Plinius libro ſeptimo

Clementia Cæſaris.

naturalis hiſtoriæ. Cæſari proprium & peculiare fuit præter iam ſupradicta clementiæ inſigne: qua vſq; ad pœnitentiam omnes ſuperauit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non poſſit aliud. Spectacula enim edita, effuſasq; opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, luxuriæ fauentis eſt. Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas, captis apud pharſaliā Pōpeii magni ſcriniis epiſtolarū iterūq; apud Tapſum Scipionis, ea optima concremaſſe fide, atq; non legiſſe. Cicero in oratione pro Marcello ſic concinit. Nihil eſt operæ aut manu factū, quod aliquando nō conficiat & conſumat vetuſtas. At vero hæc tua iuſtitia & lenitas animi floreſcet quotidie magis. Mox, Victoriā viciſſe videris cū ea illa, quę ipſa erat adepta, victis remiſiſti.

Illos ſui) Naturæ ingratæ, ego vero clementiſſimę.

Adeo) Multum. Habeo gratiam) Satis mihi gratioſe fit ab illo. Sunt qui ſcribunt. A Deo habet gratiam ille, vt innuat illud Propertianum, Naturæ ſequit̄ ſemina quiſq; ſuę, & gratiam gratis datam.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVM quod ſcriberem ad te nihil haberem, tamen nequem diem intermitterē, has dedi literas. Ad ſeptimum Calendarum Cæſarem Sinueſſæ manſurum nūciabant. ab eo mihi literæ redditæ ſunt ad ſextum Calendarum, quibus iam opes meas, non, vt in ſuperioribus literis opē expectat. Cum eius clementiam Corfinienſem illam per literas collaudauiſſem, reſcripſit hoc exemplo. Cæſar Imperator Ciceroni Imperatori S. Recte auguraris de me (bene em̄ tibi cognitus ſum) nihil a me abeſſe longius crudelitate. Atq; ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum meū factum probari abs te triūpho & gaudeo. Neq; illud me mouet ꝙ ii, qui a me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe dicuntur, vt rurſus mihi bellum inferrent. Nihil em̄ malo, q̄ & me mei ſimilē eſſe, & illos ſui. Tu velim ad Vrbem mihi præſto ſis, vt tuis conſiliis atq; opibus (vt conſueui) in omnibus rebus vtar. Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe iucundius. Hanc a deo habet gratiam ille: neq; enim aliter facere poterit, tanta eius humanitas, is ſenſus, ea in me eſt beneuolentia. Vale.

## Argumentū. CLXXXVIII.

CAEſar vēturus erat in vrbem, Senatū coacturus, Cic. æſtuat quo pacto reſpōdebit. Filio daturus eſt togam puram. De Tirone ſollicitus eſt valde. ¶ Colloquium Cęſaris cum Cicerone deſcribitur, in quo ſapientia & clementia Cæſaris apparent: & M. Ciceronis integritas flecti neſcia, licet difficilē Iulium Tullius appellet. Colligit tandem ſe non amari a Iulio. Mox copias Pompeii deſperatas anxie deplorat.

Trebaciſſimus.

TREbatium) Teſtam iuriſconſultum. Aliquātulum inflatum ac rapidum, vnde trebaciſſimum ſenem Sidoniꝰ appellauit. Trebaciter cōtumaciter apđ eūdē ſic, Malui factū cōfiteri ſimpliciter q̄ trebaciter diffiteri.

Trebaciter.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TRebatium. XI. Calēdarum, quo die has literas dedi, expectabam, ex eius nuncio Matiiq; literis meditabar, quomodo cū illo loquar. O tempus miſerum: nec dubito, quin a me contendat, ad vrbem veniam. Senatui enim Calend. velle ſe frequenti adeſſe, etiam Formiis præſcribi iuſſit. Ergo ei negandum eſt? Sed quid præcipiat ſentiam, & ſtatim ad te perſcribam omnia. ex illius ſermone ſtatuam, Arpinum ne mihi eundum ſit, an quo alio. Volo Ciceroni meo togā puram dare, iſtic puto. Tu quęſo cogita,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quid deinde: nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt, à Curio velim ſcire ecquid ad te ſcriptum ſit de Tirone. Ad me enim ipſe Tiro ita ſcripſit, vt verear, quid agat. Qui autem veniunt inde: id modo nunciant, ſane in magnis curis. Etiam hæc me ſolicitant. In hac enim fortuna perutilis eius, & opera, & fidelitas eſſet. Vtrunque ex tuo conſilio: nam & oratio fuit ea noſtra, vt bene potius ille de nobis æſtimaret, q̃ gratias ageret: & in eo mãſimus, ne ad vrbem. ¶ Illa fefellerunt, facilem q; putaramus, nihil vidi minus. Damnari ſe noſtro iudicio, tardioris fore belli, quod cum iis Sinueſſam non venerimus: dicere ego, diſſimilem illorũ eſſe cauſam, Quid multa? Veni igitur, & age de pace: meo ne inquam arbitratu? An tibi, inquit, ego præſcribam? ſic inquam agam, Senatui nõ placere in Hiſpanias iri, nec exercitus in Græciam tranſportari, multaq; inquam digna eo deplorabo. Tum ille, ego vero iſta dici nolo. Ita putabam inquã, ſed ego eo nolo adeſſe, quod aut ſic mihi dicendum eſt: multaq; quę nullo modo poſſem ſilere, ſi adeſſem, aut non veniendum. Summa fuit, vt ille quaſi exitum quærens, vt deliberarẽ, non fui rogandus, ita diſceſſimus. Credo igitur nunc me non amari. At ego me amabo: quod mihi pridem vſus nõ venit, reliqua o dii, qui comitatus, quę (vt tu ſoles) ἄφυα, in qua erat area ſcelerum. O rem perditam. O copias deſperatas. quid S. Seruii filius? quod in his caſtris fuerunt, quibus Pompeius circunſedereretur? ſex legiones. Multum vigilat, audet, nullum video finem mali. Nunc certe promenda tibi ſunt conſilia. hoc fuerit extremum. Illa tamẽ καταιγὶς illius eſt odioſa, quam pene pręterii: ſi ſibi conſiliis noſtris vti nõ liceret, vſurum quorum poſſet: ad omniaq; eſſe diſceſſurũ. Vidiſti igitur virũ, vt ſcripſeras? ingemuiſti? certe, cedo reliqua. Quid? continuo ipſe in Puteolanum, ego Arpinum, inde expecto quidem ἀλλὰ τελέαν illam tuam, tu mallem, inquies, actum ne agas: etiam illum ipſum, quẽ ſequimur, multa fefellerunt: ſed ego tuas literas expecto. Nihil eſt enim iam, vt antea videamus hoc quorſum euadat. extremum fuit de congreſſu noſtro, quo quidem non dubito, quin iſtum offenderim, eo maturius agendum eſt. Amabo te, epiſtolam πολιτικήν, Valde tuas literas nunc expecto. Vale.

Quid deinde) Fieri debeat. A Curione) Legẽdum a Curio, apud quem curatus erat Tiro. Et quid) Legendum, ecquid. ¶ FAcilem) Cęſarem, comem, benignum, & ſcribuntur literæ poſt Cæſaris congreſſum. Cum multa) Lege quid multa?

Veni) Romam O Cicero. Verba Cæſaris. Agam) Dicam. Verba Ciceronis ad Cęſarem. Multa inquam digne) Multaq; ego indigna cum eo. Si me rapis in Senatum, caſum optimatum deplorabo, quod tibi Cæſar oberit. Eo nolo) Ideo nolo.

Vt ille) Cæſar daret mihi ſpatium ad deliberandum vellem adeſſe necne. Non fuit rogandum) Lege, non fui rogandus vt acciperem ſpatium, libenter accepi vt a Cæſare diſcederem. Vſu nõ venit) Nõ erit mihi peculiare, me nunq̃ amaui & mea ſine riuali. Reliqua) Quam turpia vidi. Vt tu ſoles dicere) Subde verbũ νεκεία ſtrages ac confuſio. Priſci codices habent ἐνδύναμις, violẽta ſoliditas. Si diuinare liceret, ego ſubſtituerẽ ἄφυα pro turba incõdita ac indigeſta, quo verbo prolato fortaſſis ab Attico vſus eſt ſupra Cicero. Hoc fuerat) Scribe. Fuerit. Illa tamẽ) Reponendum eſt verbum gręcũ καταιγὶς, procella, tẽpeſtas, iræ pręceps rabies, ſubintellige dicẽtis Cęſaris, ſi ſibi cõſiliis noſtris & quæ ſequũtur. Quorũ) Vſurũ conſiliis eorum, quorũ cõſiliũ eſſet ad manum. Expecto) Hoc ordine ſcribenda ſunt iſta, expecto illam tuã ἀλλὰ τελέαν. ſed perfectam. Actum ne agas) Prouerbium in præterita nullũ eſſe ius præterq̃ obliuionis. Illum ipſum) Pompeium, ſi nos errabimus, magni viri exẽplo errabimus.

Nihil eſt) Omnia mutata ſunt a primo, quare vt in alia materia, aliter cõſultandũ eſt.

De cõgreſſu) Colloquio cũ Cęſare. Agendum) Deliberandum, mox cõſultandum. Iſtum) Cæſarem quod Romam ire neglexerim. Maturius) Celerius. Amabo te) Facies rem gratam ſi epiſtolam politicen hoc eſt ciuilem dabis, de politicis rebus decernentem.

Endynamis.

Aphya.

καταιγὶς

Actum ne agas.

**Argumentum. CLXXXIX.**

FILIO In patria togam puram dedit. Fœditatẽ belli, & triſtitiam municipalium addit. Nemo in Italia turpis eſt qui in caſtris Cæſaris non ſit. Deliberat tandẽ conſcendere, quoniam pacis fides nulla eſt tyrannis & tyranni fautoribus. IAM atrox eſt) Deeſt hoc verbum græcum ἀναθεώρησις ſpeculatio. Alii codices habent σκέψις id eſt conſideratio. Vno loco) Nunc omnis malorum ſentina cõgregata quoddam facit chaos, deforme, horrendum, atrox. Præter me) Qui nõ odi Cæſarem omnino. Italiam geſſit) Beroaldus emendat, Italia ceſſit.

Anatheoreſis.
Scepſis.

Hunc) Cæſarem. Leuauit) Fugato Clodio. Idem) Pompeius. Acceſſerat) At rogationis Clodianæ Pompeius auctor fuit, qua non impetrata Ciceroni Clodius nocere nõ poterat. Enim vna) Scribe. Eſt enim vna. Ille) Timor non eſt, nihil proficient. Terminemus) Metas figamus & limites ſtomachãdi, quos vltra non progrediamur. In codice priſco non eſt hoc verbũ, propterea poteſt videri ſuperſcriptum. Vt nihil noui) At ſcribatur.

Spiritũ) Meum ac animulam tot ærumnis expunctã.

Croto.

Crotonem) Locrorum ciuitatem cælo ſereniſſimo ac ſaluberrimo fruentem, vt inde natum ſit apud Græcos adagium ὑγιέστερος τοῦ κρότωνος, Crotone ſanior.

Crotone ſanior.
Thurii.

Thurios) Locrenſis populus, de quo ſupra. Abdim⁹) Scribendum abdemus hoc eſt occultabimus.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

EGo meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimum togam puram dedi: idq; municipibus noſtris fuit gratum, & ſi omneis, & illos, & qua iter feci mœſtos afflictosq; vidi, tam triſtis, & tã atrox eſt ἀναθεώρησις huius ingentis mali, delectus habetur, in hyberna deducuntur. Ea, quę etiã cum a bonis viris tum iuſto in bello cum modeſte fiunt, tamẽ ipſa per ſe moleſta ſunt, q̃ cenſes acerba nunc eſſe: cũ a perditis in ciuili nefario bello petulantiſſime fiant? Caue autem putes quenq̃ hominẽ in Italia turpem eſſe, qui hinc abſit. Vidi ipſe Formiis vniuerſos, neq; mehercule inquã homines putaui, & norã omneis, ſed nũq̃ vno loco videram. Pergamus igitur quo placet, & noſtra omnia relinquamus. Proficiſcamur ad eũ, cui gratior noſter aduentus erit, q̃ ſi vna fuiſſemus. Tũ enim eramus in maxima ſpe, nunc ego quidẽ in nulla, nec prę ter me quiſq̃ Italia ceſſit, niſi qui hunc inimicũ ſibi putaret: nec mehercule hoc facio Reip. cauſa, quam funditus deletam puto, ſed ne quis me putet ingratũ in eum, qui me leuauit iis incõmodis, quibus idem affecerat: & ſimul quod ea, quæ fiunt, aut quæ certe futura ſunt, videre non potero, etiam equidẽ Senatus cõſulta facta quędã iam puto, vtinã in Volcatii ſentẽtiam. Sed quid refert: eſt enim vna ſentẽtia omniũ, ſed erit iniuſtiſſimus Seruius, qui filiũ miſit ad affligendum Cn. Pompeiũ, aut certe capiendũ cum Pontio Titiniano. Etſi hic quidem timoris cauſa, ille vero nõ. Sed ſtomachari deſinamus, & aliquando ſententiã. At nihil noui, niſi id, ꝙ vellem minimum, ſpiritũ reliquum eſſe. Nos, quoniam ſuperũ mare obſidetur, infero nauigabimus. Et ſi Puteolis erit difficile, Crotonẽ petemus, aut Thurios, & boni ciues amantes patriæ mare infeſtum habebimus. Aliam rationẽ huius belli gerendi nullam video, in Aegyptũ nos abdemus, exercitu pares eſſe nõ poſſumus, pacis fides nulla eſt. Sed hæc ſatis deplorata ſunt. Tu velim literas Cephaloni des de omnibus rebus actis, deniq; etiã de ſermonibus hominũ, niſi ſane obmutuerũt. Ego tuis conſiliis vſus ſum, maxime, ꝙ & grauitatẽ in cõgreſſu noſtro tenui, quã debui: & ad vrbẽ, vt non accederẽ, perſeueraui. Quod ſupereſt ſcribe quęſo q̃ accuratiſſime (iam enim extrema ſunt) quid placeat, quid cenſeas, & ſi iam nulla dubitatio eſt, tamen ſiquid, vel potius quicquid veniet in mentem, ſcribas velim. Vale.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# M·T·CICERONIS Epiſtolarum ad T.Pomponium Atticum LIBER DECIMVS.

## M.T.CICERO. T.P.ATTICO. S.

TERtio Nonarũ,cum in Lateriũ fratris veniſſem, accepi literas, & paulũ reſpiraui:qđ poſt has ruinas mihi non acciderat. Per enim magni ęſtimo tibi firmitudinẽ animi noſtri,& factum noſtrũ probari.Sexto enim noſtro ꝙ ſcribis probari, ita lætor, vt me,quaſi patris eius (cui ſemꝑ vni tribui plurimũ) iudicio cõprobari putẽ, qui mihi quod ſæpe ſoleo recordari:dixit olim Nonis illis Decemb.Cũ ego,Sexte,quid nam ergo?qd ille, ἀλλὰ μέγα ῥέξας,τε καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Eius igitur mihi viuit autoritas,& ſimillimus eius filius eodẽ eſt apud me põdere,quo fuit ille,quẽ ſaluere velim iubeas plurimũ. Tu tuũ conſiliũ, & ſi nõ lõginquũ tempus differs: iã enim illũ emptum pacificatorẽ peroraſſe puto,iam actum aliquid eſſe in cõſeſſu Senatorũ, tamẽ ſuſpẽſum me detines,ſed eo minus, ꝙ nõ dubito, quid nobis agendũ putes.Quid enim Flauio legionẽ,& Siciliã dari ſcribis? & id iã fieri? quæ tu ſcelera partim parari, & iam cogitari,partim ex tẽpore futura cenſes? Ego vero Solonis popularis tuis tui,&(vt puto)etiã mei legẽ negligã,qui capite ſanxit,ſi quis in ſeditione nõ alterutrius partis fuiſſet.Niſi tu aliter cẽſes, & hinc abero,& filii.Sed alterũ mihi eſt certius,nec pręripiã, tamẽ expectabo tuũ conſiliũ, & eas literas(niſi alias iã dediſti)quas ſcripſi,vt Cephaloni dares.Quod ſcribis,nõ quo aliunde audieris,ſed teipſum putare,me attractũ iri,ſi de pace agatur,mihi omnino nõ venit in mentẽ,quę poſſit actio eſſe de pace,cũ illi certiſſimũ ſit,ſeſe poſſe expoliare exercitu, & prouincia Põpeiũ, niſi forte iſte ſũmarius ei poteſt ꝑſuadere,vt dũ oratores eant,& redeãt,quieſc at,nihil video, quod ſperem, aut quid iam putẽ fieri poſſe.Sed tamen hominis hoc ipſum probi eſt,& magnũ ſit, τῶν πολιτικωτάτων σκέμματα,veniendũ ne ſit in conſiliũ Tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit.Quare,ſiquid eiuſmodi euenerit,vt accerſamur,quod equidẽ nõ curo (quod eñ eſſem de pace dicturus, dixi) ipſe valde repudiauit,

Argumentum.CXC.

ACCeptis ab Attico chariſſimo literis Marc. Tullius exultauit. Ingemit defuncto vita Sexto præcone ſuo. Solonis legem nõ negligit, qui neutras partes ſequentibus in ſeditione ciuili,capitale ſanxit. Abripere ſe tandem iſtinc certus eſt, tamen conſilium Attici expectat.Pacem deſperatam eſſe pro certo ducit, ſimulationem eſſe apertam . Paratur bellum acerrimum. FIRmitudinem) Conſtantiã qui ad Cæſarem in Senatum nõ venerim. Nonas Decemb.) Quando Rempub. liberauit Cicero ex faucibus ereptam Catilinę. Quid nam ergo) Ais,probas an improbas ea quæ fecimus? Quid ille) Sextus,pater huius Sexti reſpondit, profecto græcum id dterium. ἀλλὰ μέγα) Sed magnũ facinus edens : quod vel a poſteris audiatur . Homericum carmen ex Odyſſeæ primo. Vt puto) Ni fallor futuri . Ego enim me totum ſtudiis deſtino. Me attractum iri) Fore vt attrahar. Illi) Cæſari . Summarius) Beroaldus Senatus legit,quẽ per fas ac nefas collegit Cæſar, reliquias reliquiarum . Alii ſummarium Cæſarem interpretantur:qui prior eſſe volebat , malebat eſſe primus, ac reliquis pręeminere . Ei )Cæſari. Cantent,rideant quieſcant.Idem Philippus ſic emendat, Eant & redeant . Quieſcat ) Quis impetrabit a Cæſare vt dum Legati eunt & redeunt, a duce ad ducem , Cæſar quieſcere neſcius , quieſcat tamen.

Fieri poſſe) De pace. πολιτικωτάτων.)Perciuilium virorum conſiderationes. Quid enim eſſem) Scribo, Quod enim eſſem.

Summarius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſed tamen ſiquid acciderit, quod cenſeas mihi faciendum, vtiq; ſcribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris conſilii eſſet. Trebatii boni viri & ciuis verbis te gaudeo delectatum, tuaq; iſta crebra ἐκφώνησις τέρπει, me ſola adhuc delectauit. Literas tuas vehemẽter expecto, quas quidẽ credo iam datas eſſe. Tu cum Sexto ſeruaſti grauitatem eandem, quam mihi præcipis? Celer tuus diſertus magis eſt, q̃ ſapiens. De iuuenibus, quæ ex Tullia audiſti, vera ſunt. M. Antonii iſtud quod ſcribis, non mihi videtur tam re eſſe triſte, q̃ verbo. hæc eſt ἄλωσις, in qua nunc ſumus mortis inſtar, aut enim mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit, aut vel periculoſe cum bonis, aut nos temeritatem bonorum ſequamur, aut audaciam improborum inſectemur, vtrunq; periculoſum eſt. At hoc, quod agimus nec turpe, nec tamen tutum. Iſtum, qui filiũ Brũduſium de pace miſit. De pace idem ſentio, quod tu, ſimulationem eſſe apertam. parari autem bellum acerrimum, me legatum viri non arbitror, cuius adhuc (vt optaui) mentio facta nulla ſit: eo minus habeo neceſſe ſcribere, aut etiam cogitare, quid ſim facturus, ſi acciderit, vt legarer. Vale.

ἐκφώνησις τέρπει) Exclamatio ſiue declamatio oblectat.

Præcipis) Per interrogationem pronunciandum. ἄλωσις) Cura, incendium animi vel captiuitas. πολιτευτέον) Tractãda negocia publica.

Argumentum. CXCI.

PIVS.

CERtus cõſcendẽdi Cicero & ardens, neſcit vnde diſcedat, & quo. Impacata omnia videt, iturus eſt tamen, ac fortunę ſe crediturus ſine ſpe tamẽ vlla Dionyſiũ ſe ingerentem reiicit.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

EGo cum accepiſſem tuas literas Nonis Aprilibus, quas Cephalio attulerat, eſſemq; Minturnis poſtridie mãſurus, protinus ſuſtinui me in Arcano fratris, vt dum aliquid certius afferretur, occultiore in loco eſſemus, ageréturq; nihilomin⁹, quę ſine nobis agi poſſunt. Iam adeſt animus & ardet: nec eſt quicq̃ quo, & qua. Sed hæc noſtra erit cura, & peritorum. Tu tamen, quod poteris (vt adhuc feciſti) nos conſiliis iuuabis. Res ſunt inexplicabiles. Fortunæ ſunt commitenda omnia, ſine ſpe conamur vlla. Melius ſiquid acciderit, mirabimur. Dionyſium nolim ad me profectum, de quo ad me Tullia mea ſcripſit. Sed & tempus alienum eſt, & homini nõ amico noſtra incommoda, tanta præſertim, ſpectaculo eſſe nollem, cui te meo nomine inimicum eſſe nolo. Vale.

Poſtridie) Sequenti die. Suſtinui) Interiunxi, firmaui hodie dicunt. Arcano) Nomẽ eſt pretorii Quinti fratris, de quo in ſuperioribus affatim. Certius) De rebus, & de Pompeio, ad quẽ anhelabat. Occultiore) Secretiore, remotiore ab arbitris. Agerentur) Per miniſtros noſtros & amicos. Iam adeſt & animus ardet) Scribendũ, Iam adeſt anim⁹ & ardet. Adeſt) Pręſens eſt, promptus, a cõtrario declamãdo abeſſe dicitur animus, quãdo languet. Martialis, Abſentẽ marmoreamq; putes.

Quicq̃) Non occurrit occaſio. Quo) In quẽ locum & & partem ſe moueat. Qua) Parte nitatur & dirigat. Noſtra cura) Conſcendendi. Peritorũ) Nautarũ, maris expertorum. Quod poteris) Hodie dicunt, pro poſſibilitate tua, pro viribus, pro lacertis.

Quod poteris.

Res) Quas molior, ac paro, ad Cæſarem videlicet tranſire. Inexplicabiles) Difficiles, immo impoſſibiles vt aiunt.

Fortunæ) Cuius fauore ſæpe errata corriguntur. Iuxta illud ingenioſi poetæ, Fortunæ cętera mãdo. Quæ iuuet, & melius q̃ tu tibi, conſulat opto. Sine ſpe) Vt naufragi, portum non videmus, iactamus tamẽ manus. Melius) Fortunati⁹. Ordo, Siqd melius acciderit, mirabimur. Mirabimur.) Quoniam inexplicabilia tentantur. Profectum) Vt proficiſcatur, mittebat iterum eum Atticus, ne Græculus imprudens arci eloquentiæ diſpliceret, quod genus calamitatis eſt maximum: vel profectum, hoc eſt veniſſe. Romam enim appulerat. Noſtra incommoda) Fortunæ nouercantis iniquitatem, in qua odioſis eſſe ſpectaculo, acerbiſſimum eſſe ſolet. Alienum) A ſtudiis, Spernitur orator bonus. Tanta) incommoda. Homini) Dionyſio. Spectaculo) Vt videret. ne noſtris gauderet incommodis. Cui) Dionyſio. Odi quidem Dionyſium. Tu tamen ſolus amabis me permittente, non debes odiſſe amicorum inimicos. Meo nomine) Cauſa mea,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm quid ſcriberē, plane nihil haberē, hęc autē reliqua eſſent,quę ſcire cuperē,profectus ne eſſet,quo in ſtatu vrbē reliquiſſet:in ipſa Italia,quem cuiqꝫ regioni,aut negocio pręfeciſſet, & q eſſent ad Pompeiū,& ad Coſſ.ex S.C. de pace Legati. Vt igit̄ hęc ſcirē dedita opera has ad te literas miſi. Feceris igitur cōmode, mihiqꝫ gratū, ſi me de his rebus,& ſi quid erit aliud,qđ ſcire opus ſit,feceris certiorē. Ego in Arcano opperior, dū iſta cognoſco.ad VII.Iduū alterā tibi eodē die epiſtolā dictaui,& pridie dederā mea manu longiorē. Viſum te aiūt in Regia,nec reprehēdo,quippe cū ipſe iſtā reprehēſionem nō fugerim,ſed expecto tuas literas. Neqꝫ enim ſane video,qd expectē,ſed tamē etiā,ſi nihil erit, id ipſum ad me velim,ſcribas. Cæſar mihi ignoſcit per literas, ꝙ nō venerim,ſeſeqꝫ in optimā partē id accipere dicit. Facile patior,qđ ſcribit, ſecū Tulliū, & Seruiū queſtos eſſe,quia nō idē quoqꝫ ſibi,quod mihi remiſiſſet. homines ridiculos, qui cū filios miſiſſent ad Cn. Pōpeiū circūſedēdū,ipſi in Senatū venire dubitarēt.Sed tamen exēplū miſi ad te Cæſaris literarum. Vale.

## M.T.Cicero T.P.ATTICO S.

MVltas a te accepi epiſtolas eodem die, oēs diligēter ſcriptas. Ea vero,quę voluminis inſtar erat,ſępe legenda,ſicuti facio,in qua nō fruſtra laborē ſuſcepiſti,mihi quidē pergratū feciſti.Quare, vt id quoad licebit, id eſt quoad ſcies vbi ſumus, q̄ ſępiſſime facias, te vehementer rogo. At deplorandi quidem,quod quotidie facimus, ſit iā nobis aut finis omnino (ſi poteſt) aut moderatio quędā, qđ profecto poteſt.Non eñ quā dignitatē,quos honores,quē vitę ſtatū amiſerint,cogito:ſed qd cōſecutus ſim, qd pręſtiterim,qua in laude vixerim. His deniqꝫ in malis qd interſit inter me & iſtos,quos propter cīa amiſimus.Hi ſunt,q niſi me ciuitate expuliſſent, obtinere ſe nō poſſe putarūt licētiā cupiditatū ſuarū, quorū ſocietas, & ſceleratę cōſenſionis fides, quo eruperit vides. alter ardet furore & ſcelere, nec remittit aliqd, ſed in dies ingraueſcit.modo Italia expulit, nunc alia ex ꝑte ꝓſequi,ex alia prouincia ſpoliare conat̄. nec iā recuſat,ſed quodāmodo poſtulat,vt queadmodū eſt, ſic etiā appelletur Tyrānus.Alter is,q nos ſibi quōdā

Argumentū CXCII. PIVS.

DEBEmus κατὰ σιωπώμενον intelligere Cæſarem Senatū coegiſſe,multa Romę decreuiſſe,prouincias ornaſſe Procōſulib⁹, & huiuſmodi reliqua. Quę ſint illa,auet ſcire Cicero. RELIQVA) Reſtabāt pauca vt ſciret Cicero, alia ſcripſerat & ſignificauerat Atticus. Profectus eſſet)Cæſar diſceſſiſſet, vrbē Romā reliquiſſet. In ipſa Italia)Circa regimē Italicarū vrbiū. Negocio) Adminiſtrationi priuatę,aut publicæ. Eſſent) Creati,deſtinati. Alij legunt iſſent. Ex S.C) Cęſariano. Tāq̄ Senatus curā iſtā ſuſcepiſſet pacificādi duces. Dedita opa) Ex induſtria,cū cętera ſcirē. Cōmode)Vtiliter. Opperior) Expecto. Iſta) Senatuſcōſulta. Cognoſco. Per literas tuas. Regia) Senatu. Reprehēſionē) Nā ego ī eadē regia viſus ſum. Nihil erit)Qđ ſcribas. Venerim) In Senatū. O mirā Cęſaris ac inauditā clemētiā,ſub quo viuebāt hoſtes,immo impune vagabātur. Partē) Qđ integrum me cōſeruo vt pacificator eſſe valeā. Remiſiſſet) Cōdonaſſet vt impune abeſſe poſſent,regiāqꝫ declinare. Ridiculos) Tullium & Seruiū. Circūſedēdū)Obſidēdū ac circūuallādum Brūduſii. Ipſi) Tāq̄ nō hoc minus peccatū ſit obſidione.

Argumentum.CXCIII. PIVS.

DEPLORAtione iubente longiſſima epiſtola Attico facere finē vult Cicero, pręterita nō præſentia recogitans.Culpas Cæſaris affert in medium, & Tyranni nomine dedecorat: Pompeij errata remetitur, ac animi in ſeſe ingratitudinem. Conſcenſurum tamen ac euolaturum ait ingratis propter pueros ſuos, quorū filius Q.deprauatus eſt, adeo vt virulentas literas ad Cæſarē perſcripſerit. Interſerit ſermōes cū Curione habitos. HI Sunt qui niſi me &c.) Pompeius,Cæſar & Craſſus. Expulit) Pompeium.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ne ſubleuabat) Ne verbo quidem adiuuare voluit, cū Cic. Pompeiū in ſuburbano ociantem adiuit, quem Pompeius ſtratum contempſit. Aliqui ferunt eo inſalutato per poſticum egreſſum. Cōtra voluntatem) Priſci codices, contra huius voluntatē, hoc eſt Cæſaris. Facere poſſe) Exemplaria priſca, Facere aiebat poſſe. Alter) Quinti filius indulgētia paterna corruptiſſim⁹, mox patri patruo q; infenſiſſim⁹. Ipm) Filiū Ciceronis fratris. Qui mox indies deterior fuit, patri ac patruo infenſus, etiā Hirtij catamitus, ac interioris lecticæ ſponſa. Vide incredibile calamitatis genus, etiam frater Ciceronis Quintus, in fratrem inuectus eſt, adeo fortunam ſequuntur omnes, quæ coegerunt Ciceronem exclamare, Vtinam ex eadē matre vel nūq̄ natus eſſem, vel ſolus. Patriſſabat ergo Quinti filius, patris ac patrui delator iura naturæ ſubuertens patrem criminatus: vt verum ſit illud adagium, Patrem videlicet eſſe turdū, qui ſibi viſcum cacat. Hirtium) Qui eius flori fortaſſis illuſerat, cuius largitione pellectus ſe proſtituit Octauius.

Turdus.

Ab ſuis) Scribēdū, Abfui.

Curionem) Filiū, quē ſępiſſime Cic. patri cōciliauit Antonij amoribus percorruptū vt patet ex Philippicis. Hortenſij filiū) Qui cū gladiatorib⁹ in Aſiā venerat, de quo Cic. ſupius. Huic) Repetitio pathetica. Iacet frater) Propter filiū qui ad Cæſarē ſcripſit. Patruo) Mihi qui non peperci feru ę. De Quinti filio loqtur. Aſſignabis) Adſcribes. A te ſcribēdū) Lege ad te. Metellū) Qui prohibebat ſanctius ærariū aperiri.

Non) duas negationes ſcimus affirmare. ſignificat Cęſarē natura eſſe crudelē, benignū tamē & clemētem arte, quoniā ſic poſcit huius belli ratio. Se apud ipſum legē) Verbū apud eſt inuectitium, ideoq; tollēdum. Nec legem ſcribendum, ſed regē, hoc eſt Cæſarem, qui ſanctius inuito

ad pedes ſtratos ne ſubleuabat, qui ſe quidē nihil cōtra huius voluntatē facere aiebat poſſe, elapſus e ſoceri manibus, ac ferro, bellū terra & mari cōparat: nō iniuſtū ille quidē, ſed tum piū, tū etiā neceſſariū, ſuis tamē ciuibus exitiabile, niſi vicerit: calamitoſum etiā, ſi vicerit. Horū ego ſummorū Imperatorū nō modo res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunā quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriore conflictati videmur. Quis enim poteſt aut deſerta per ſe patria, aut oppreſſa beatus eſſe? Et ſi (vt nos a te admonemur) recte in illis libris diximus, nihil eſſe bonū, niſi qđ honeſtū: nihil malū, niſi qđ turpe ſit, certe vterq; iſtorū eſt miſerrimus, quorū vtriq; ſemꝑ patrię ſalus, & dignitas poſterior ſua dominatione, & domeſticis cōmodis fuit. Pręclara igitur conſciētia ſuſtentor, cū cogito me de rep. aut meruiſſe optime, cū potuerim, aut certe nūq̄, niſi de ea diuine cogitaſſe, eaq; ipſa tēpeſtate euerſam eſſe remp. quā ego. XIIII. annis ante proſpexerim. Hac igit̄ conſciētia comite, proficiſcar, magno equidē cum dolore, nec tā id propter me, aut propter fratrē meū, quorū iam acta ætas, q̄ propter pueros, quibus interdū videmur pręſtare etiā Remp. debuiſſe: quorū qdē alter nō tā, quia maiore pietate eſt, me mirabiliter excruciat: alter, o rē miſerā, nihil em̄ mihi accidit in omni vita acerbius, indulgentia videlicet noſtra deprauatus, eo progreſſus eſt, quo nō audeo dicere. Et expecto tuas literas: ſcripſiſti em̄ te ſcripturū plurima, cū ipſum vidiſſes. omne meum obſequiū in illum fuit cū multa ſeueritate, neq; vnū eius nec paruū. ſed multa & magna delicta cōpreſſi. Patris autē lenitas amāda potius ab illo, q̄ tā crudedeliter negligēda. Nā literas eius ad Cæſarē miſſas ita grauiter tulimus, vt te qdē celaremus, ſed ipſius videmus vitā inſuauē reddidiſſe. Hoc vero eius iter, ſimulatioq; pietatis, qualis fuerit, non audeo dicere. Tātū ſcio poſt Hirtiū cōuētū, accerſitū ab Cęſare cū eodē eo animo abfui rationibus alieniſſimo, & cōſilio relinquēdi Italiā. Et hęc ipſa timide, ſed nulla noſtra culpa eſt, natura metuēda eſt. Hęc Curionē, hęc Hortēſii filiū, nō patrū culpa corrupit. Iacet in mœrore meus Frater, neq; tā de ſua vita, q̄ de mea metuit. huic tu, huic tu malo affer conſolationes, ſi vllas potes: maxime qdē illā velim, ea, quę ad nos delata ſint, aut falſa eſſe, aut minora: quę ſi vera ſint, quid futurū ſit in hac fuga, neſcio. Nā ſi haberemus Rēp. cōſiliū mihi nō deeſſet nec ad ſeueritatē, nec ad diligētiā.

Nunc ſiue iracūdia,ſiue dolore,ſiue metu permotus, grauius ſcripſi,q̄ aut tuus in illū amor,aut meus poſtulabat.Si vera ſunt,ignoſces: ſi falſa,me libente eripies mihi hunc errorē.Quoquo modo vero ſe res habeat,nihil aſſignabis nec patruo,nec patri. Cum hęc ſcripſiſſem, a Curione mihi nūciatū eſt, eū ad me venire. Venerat enim is in Cumanū veſperi pridie,id eſt idibus . Siquid eius igitur ſermo eiuſmodi attulerit, quod ad te ſcribēdū ſit,id in literis adiūgā. Pręteriit villam meā Curio, iuſſitq; mihi nūciari mox ſe vēturū. cucurritq; Puteolos,vt vbi cōcionaretur. concionatus eſt,rediit. fuit ad me ſane diu . O rem fœdam, noſti hominē,nihil occultauit,in primis nihil eſſe certius,q̄ vt omnes, qui lege Pōpeia condemnati eſſent, reſtituerentur.Itaq; ſe in Sicilia eorū opera vſurū. de Hiſpaniis non dubitabat , quin Cæſaris eſſent, inde ipſum cū exercitu,vbicūq; Pōpeius eſſet,eius interitu finē illi fore,propius factū eſſe nihil , eū plane iracūdia elatū,voluiſſe Cæſarē,occidi Metellum Trib.pl. quod ſi eſſet factū,cędem magnā futurā eſſe.permultos hortatores eſſe cędis.Ipſum autē non voluntate, aut natura nō eſſe crudelē , ſed ꝙ putaret popularem eſſe clementiā:ꝙ ſi populi ſtudiū amiſiſſet, crudelem fore,eūq; perturbatū,ꝙ intelligeret,ſe ipſum Regem offendiſſe de ærario.Itaq; ei cū certiſſimū fuiſſet,ante q̄ proficiſceretur,concionē habere,auſum non eſſe vehementerq; animo perturbato profectū.Cū autem ex eo quęrerē,quid videret, quod exemplū , quā rem publicam plane fatebatur,nullam ſpem reliquā . Pōpeii claſſem timebat,quæ ſi eſſet,ſe de Sicilia abiturum. Quid inquā iſti ſex tui faſces ? ſi ab Senatu,cur laureati ? ſi ab ipſo,cur ſex ? Cupiui, inquit, ex S.C. ſurrupto. Nam aliter nō poterat:at ille impēdio nūc magis odit Senatū:a me,inquit,omnia proficiſcētur. Sex autē, quia duodecim nolui: nā licebat . Tū ego, q̄ vellem inquam petiiſſe ab eo,quod audio Philippū impetraſſe.Sed veritus ſum,quia ille a me nihil impetrabat. libenter,inquit, tibi conceſſiſſet, verum puta te impetraſſe.Ego enim ad eum ſcribam,vt tu ipſe voles , de ea re nos inter nos locutos . Quid autem illius intereſt , ꝙ in Senatum non venis ? vbi ſis ? qui nunc ipſum minime offendiſſes,eius cauſa ſi in Italia non fuiſſes . atq; ego me receſſurum, & ſolitudinem

Tribuno ærarium aperuit licentia plusq̄ regia. Tunc fertur dixiſſe Cæſar, An neſcis mihi facilius eſſe facere q̄ dicere? Fortaſſis hic eſt ille Metell⁹ Celer, quē Cic. ſuperius amentem vocat. Celer enim cognomentū erat Metelloꝝ. Cæſar Romā delatus populū Rom. veterū calamitatū recordatione turbatum,quas ab Sylla & Mario olim pertuliſſet,trepidātēq; magna ſpe pollicitationibus leniuit. Hoſtibus humanitatē pręferens ac clementiam. Publici ærarij clauſtra perfregit, obſtantiq; in aditu Metello ex Tribunis plebis mortē eſt cōminatus. Theſauros a nemine cōtactos vſq; in illā diē militib⁹ rapere cōceſſit. hos olim execratione propoſita publice cōditos fuiſſe memorāt,vt niſi Celtico inſurgēte bello a nullo promerentur. Verū Cęſar Celtas a ſe deuictos aſſerens, vrbem ab execratione liberā reddidiſſe ait. Lepidū Æmilium vrbi præfecit. Inquā) Dico. Sex tui faſces) Magiſtratū Curio acceperat a Cæſare cū ſex faſcibus vt Procōſulatū. Inquit ) Reſpondit Curio. Cupiui) Hunc magiſtratū ſeu Proconſulatum cum ſex tantū faſcibus. Ex S.C.) Ex mandato Senatus Cæſariani furtim ac violenter coacti. Surrupto) Clām impetrato, aut ſubrupto pro ſurrepto Plautine, aut ſurrepto cū Aldo ſcribēdū. Aliter poterat ) Lege cū Beroaldo, Aliter nō poterat, Subintellige homo perditus ac facinoroſus ſex faſces habere niſi decepto Senatu,vel ſunt verba Curionis. aliter fieri non poterat,cū leonina non profuit,indui vulpinā. Ille) Cęſar. Impendio) Magis, per quē cohiberi videtur. A me oia proficiſcentur) Animaduerte ſodes verbū Curionis, omnia a me proficiſcētur,ero auctor oim Senatu neglecto. Hoc patet,cū inqt ille ſex habeo,qa duodeci nolui. Philippū) Vt ipune abeēt & ociū duceret. Impetraſſe) Hoc totū deeſt. Sed verit⁹ qa ille a me nihil impetrabat. Libēter,inqt,tibi cōceſſiſſet. verū puta te impetraſſe. Qm̄ in Senatū) Lege, Q d̄ in Senatū. Vbi ſis) Quid Cęſaris itereſt vbi ſis? Receſſurū) Abiturū aliquo,

Metellus Celer.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quęrere) Quęſiturũ. Quomodo) Romana adminiſtraturus eſſet. Dixerim ille quidẽ, ſed deferri)
Dixit ille quidẽ ſibi deferri, legit Beroaldus. Sibi) Curioni. Nolle) Inuidioſum verbũ, tẽporũ ac morũ
Nolo. perditorũ labem innuẽs. Nullo negocio) Statim, nulla difficultate, Eſſe debet) Reſponſio Ciceronis
Curioni. Reor mihi amicũ Cæſarẽ. Quid eñ vnq̃) Scribẽdũ, Quid inquã. Dolabella) Cæſarẽ Cice=
rone iratiorẽ qđ in vrbe nõ affuiſſet. Dico) Reſpõdeo Curioni. Quid affirmabat) Lege, quod affirma=
bat, reſpõdeo Dolabellã me per literas admonuiſſe, vt in vrbẽ venirẽ. Cũ ſcripſiſſet) Mihi Dolabella.

quęrere maxime ꝙ lictores haberem. Laudabat con-
ſiliũ. quid ergo inquã? nã mihi curſus in Gręciã per
tuã prouinciam eſt, quoniã ad mare ſuperum milites
ſunt. quid mihi, inquit, optatius? Hoc loco multa
perliberaliter. Ergo hoc quidẽ verum eſt profecto, vt
non modo tuto, verũ etiã palam nauigaremus. Reli-
qua in poſterũ diem diſtulit, ex quibus ſcribã ad te, ſi
quid erit epiſtola dignũ. Sũt autẽ, quę pręterii, Inter-
regnum ne eſſet expectaturus, an quomodo dixerim.
dixit ille quidẽ ſibi deferri Cõſulatum, ſed ſe nolle in
proximũ annũ, & alia ſunt, quę exquiram. Iurabat ad
ſummã, quod nullo negocio faceret, amiciſſimũ mihi
Cæſarẽ eſſe debere. Quid enim inquã ſcripſit ad me
Dolabella? dico quod affirmabat, cũ ſcripſiſſet, ꝙ me
cuperet ad vrbẽ venire. illũ quidẽ gratias agere ma-
ximas, & nõ modo probare, ſed etiã gaudere, atq; iu-
bebat. Quid q̃ris? Eſt enim ſuſpicio illa domeſtici ma
li, & ſermonis Hirtiani, q̃ cupio illũ dignũ eſſe nobis,
& q̃ ipſe me inuito, ne pro illo ſit ſuſpicãdũ, ſed opus
fuit Hirtio cõueto. Eſt profecto neſcio qd qđ velim
q̃ minimo, & tamẽ eũ nõdũ rediſſe miramur. Sed hęc
videbimus. te optimũ Terentię dabis. iam eñ vrbis
nullũ periculũ eſt. Me tamẽ conſilio iuua, pedibus ne
Rhegiũ, an hinc ſtatim in nauem. Cęterũ quoniã cõ-
moror, ego ad te ſtatim habebo, quod ſcribã, ſimul,
vt videro Curionẽ. De Tirone cura quęſo, qđ facis.
vt ſciã, quid is agat. De tota mea cogitatione ſcripſi
ad te antea ſatis (vt mihi viſus ſum) diligẽter. De
die nihil ſane poteſt ſcribi certi pręter hoc, non ante
lunã nouã. Curionis ſermo poſtridie eãdẽ habuit ſen-
tentiã, niſi ꝙ apertius ſignificauit ſe earũ rerũ exitum
nõ videre. Quod mihi mãdas de quodã Regulo ἀρκα-
δίας, tamẽ nihl prętermittã. Atq; vtinã tu, ſed mode-
ſtior nuper epiſtola ad Veſtoriũ, ſtatim de Tullia, ac
valde requirere ſolebat, cõmodius tecũ Vectinus eſt
locutus, q̃ ad me ſcripſerat, ſed mirari ſatis hominis
negligẽtiã nõ queo. cũ mihi eñ Philotimus dixiſſet,

Alia ſunt) Scitu & auditu
digna, quę de Curione exq=
rã. Illũ) Cæſarẽ dicebat Cu=
rio qđ non veniret. Cõtraria
cũcta Dolabellę ſermoni. Iu
bebat) Cæſar vt Romã non
irẽ. Suſpicio) Ne garrulitas,
aut maledicẽtia Ciceronis fi=
lii per Hirtiũ, alienaſſet Cæ=
ſarẽ. Domeſtici mali) Cice=
ronis pueri corrupti & garru
li. Hirtiani) Cõuenerat Hir
tiũ Quintus paruus. Illũ)
Quintũ puerũ. Dignũ eſſe
nobis) Paterna ac noſtra ve=
ſtigia ſequi. Tacite deſciturũ
a patre refert. Ipſe me inui=
to) Suadeo mihi, me exhor=
tor. Quę pro illo) Lege,
ne pro illo. hoc eſt Quinto
in pſona Quinti pueri. Sit
ſuſpicandũ) Aliquid mali, tñ
cũ hęc intelligo, ſuſpicari ne=
ceſſe eſt, cũ hęc videã. Neſcio
quid) Sermũculi ſecretioris
ac interioris. Scimus nos, alij
ignorãt vbi premat calceus.
Q̃ minimo) Sermone Qui
tũ vti cũ Hirtio. Deliquerat
Cic. ſermone aliquo vel facto
cõtra Cæſarẽ qđ vlcus ſermo
ne Quiti tactũ eſſe nolebat.
Eũ) Quintũ. Optimos)
Legẽdũ, Optimũ emenda te.
propẽſus in fauore Terẽtiæ
eris ac vniuerſę familię no=
ſtrę. Vrbis vnũ) Legẽdum,
nullũ. Quare fœminæ tuto
in vrbe morabuntur. Rhe=
Rhegium. giũ) Ciuitas Calabrię litora=
lis vocata ab fractura Siciliæ
ab Italia. Sic græca dictio ſo=
nat. Eſt eñ profectio illa per
cõtinentẽ. Et cętera) Lege,
cęterũ pro ſed. Cõmoror)
Nõ adhuc cõſcẽdo, iũge ſequẽ
tibus. Lunã nouã) Ibo. Re=
Arcadia. gendo. ἀρκαδίων) Emẽda,
Regulo ἀρκαδίας. Dynaſtę
videlicet Arcadię. Per Arca=
dem Dynaſtã, principẽ intel=
ligimus inſulſum ac fatuũ.
Arcades. Arcades, vt Philoſtratus, in=
quit, rudes ac ſuibus ſimilli=
mi. huc illud Satyri vergit, Nil ſalit Arcadico iuueni. Vtinam tu) Mecum venires. Modeſtior)
Eſſe) volo. Non per epiſtolam.) Legit Beroaldus, Nuper epiſtola. Ad Veſtorium.) Subintellig=
data. De Tullia) Reſcripſi. Requirere ſolebat) Vt de Tullia ſcriberem.

ſeſe.CCL. emere de Canuleio diuerſoriũ illud poſſe, minoris etiã empturũ, ſi Vectinũ rogaſſem, rogaui, vt ſiquid poſſit, ex ea ſumma detraheret, promiſit, ad me nuper ſe. HS.XXX. emiſſe, vt ſcriberẽ cui vellẽ addici, diem pecuniæ Idibus Nouẽbris eſſe: reſcripſi & iſta Madio, ſi vis, cum ioco tamen familiari. Nũc, quoniam agit liberaliter, nihil accuſo hominem, ſcripſiq; ad eum, me a te certiorem eſſe factũ. Tu de tuo itinere quid, & quando cogites, velim me certiorem facias. Vale. Ad.XV.Calend. Maias.

## M.T.Cicero T.P.Attico S.

ME adhuc nihil præter tempeſtatem mo ratur. Aſturę nihil ſum acturus. fiat in Hiſpania quidlibet, & tamen excitet. Meas cogitationes omneis explicaui tibi ſuperiorib⁹ literis, quocirca hę ſunt breues, tum quia feſtinabam, eramq; occupatior. De Q.Fratre, ita me quidẽ ſedulo, ſed noſti reliqua. Qđ me mones, & amice, & prudenter memoras: ſed erũt omnia facilia, ſi ab vno illo cauero. Magnũ opus eſt, mirabilia multa, nihil ſimplex, nihil ſyncerũ. Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendũ. Pater enim nimis indulgens: quicqd ego aſtrinxi, relaxat: ſi ſine illo poſſem, regerem, quod tu potes, ſed ignoſco, magnũ inquam opus eſt. Pompeiũ pro certo habemus per Illyricum proficiſci in Galliã: ego nũc qua, & quo videbo. Ego vero Appuliam, & Sipontũ, & tergiuerſationẽ iſtam probo, nec tuã rationẽ eãdẽ eſſe duco quã meam, nõ quin in republica rectũ idem ſit vtriq; noſtrũ, ſed ea non agitur. Regnandi contẽtio eſt, in qua pulſus eſt modeſtior Rex, & probior, & integrior, & is, qui niſi vincit, nomẽ populi Romani deleatur neceſſe eſt: ſin autẽ vincet Sullano more, exẽploq; vincet. Ergo hac in contẽtione neutrũ tibi palam ſentiẽdũ, & tempori ſeruiendum eſt. Mea cauſa autem alia eſt, q; beneficio vinctus, ingratus eſſe non poſſum, nec tamen in acie, ſed militia, aut alio in loco, ſiue in oppidulo futurum puto. Nihil, inquies, iuuas eum, in quem ingratus eſſe non vis? immo minus fortaſſe voluiſſet, ſed de hoc videbimus. Exeamus modo, quod vt meliore tempore poſſimus, facit Adriatico mari Dolabella, Cretenſi Curio. Iniecta autem mihi ſpes quædam eſt, velle mecum Ser. Sulpitium colloqui. ad eũ miſi Philotimum libertum cũ literis, ſi vir eſſe volet,

HS.) Addit Philipp⁹. xxx. hoc eſt ſeſtertiis triginta. Cui vellẽ) Deeſt verbũ addici, hoc eſt adiudicari. Diẽ) Terminũ vulgo dicim⁹. Iſta) Hoc lucellũ qđ cõſecut⁹ ſum per Vectinũ. Si vis) Niſi ne vis Plautina phraſis, nos vulgo dicimus, ſalua pace. Familiari) Vrbanus erat Cic. ad dicacitatem vſq;. Facias) In priſco codice hoc additũ eſt, ad.XV.Cal.Maias.

Niſi ne vis.

PARAtus ad cõſcẽdẽdũ breuiloquus eſt. Deteſtatur filiũ Quinti, qđ ex paterna indulgẽtia prouenisse refert. Regnare Cæſar, regnare Põpeius cupit. Sed Põpeius Rex modeſtior. Verũ quoniã ingratus eſſe non poſſũ, Regẽ Syllanũ ſequar, inquit Cic. AD.XI.Calẽd. Martij) Hoc nõ eſt in priſcis exẽplaribus, forte finis erat pręcedẽtis epiſtolę. Aſture) Vetuſti codices Aſturę. ἄσυρα inqt Stephan⁹, regio Italię Gentile aſtyrinos, a quo Aſturinę Dianæ ſacrum, de quo Cic. meminit li.6.Epiſt. Famil. Aſtyra vicus prope Adramytum Straboni. Eſt & Phœnicię ciuitas iuxta Rhodũ, in qua Minerua Aſtyris dicit vt nõnulli volũt. Dicit in Bœotia quoq; prope Potnias, & in Italia in ora Cãpaniæ. Fiat vt) Vacat verbum vt. Hiſpaniã) Legẽdũ Hiſpania. Recitet) Beroaldo placet, excitet. Quid ſi ita corrigis? & tandẽ excitet Põpeiũ Cæſar, qui veterno ſimilis excitari non poteſt. Sedulo) Obtũdit. Vno illo) Quinto filio. Adſtrinxi) Moderatione, caſtigatiõe. Relaxat) Diſſoluit. Sine illo) Patre. Poſſem) Quitũ filiũ regere. Op⁹) Laterẽ lauare. Tergiuerſationẽ) Diſſimulationẽ. Sed ea nõ agitur) Nulla reip. nũc cõſideratio eſt. vel ſequendo Cæſarẽ, nõ agimus politice, qm̃ Tyrãnus eſt, & ſequendo Põpeiũ, nulla vel parua cõſideratio, qm̃ ſyllaturit. Modeſtior Rex) Põpeius. ſed tamen Rex, qui regnare & ipſe volebat. Neutrũ ſentiẽdũ) Nec cum hoc, nec cum illo. Vinctus) Obnoxi⁹ Põpeio.

Argumẽtũ. CXCIIII. PIVS.

Aſtyra.

Synodia.

det clara ſynodia: ſin autē, erimus nos qui ſolemus. Curio mecū vixit, iacere Cæſarem putans offenſione populari, Siciliæq; diffidens, ſi Pompeius nauigare cœpiſſet. Quintum puerum accepi. vehementer auaritiam video fuiſſe, & ſpem magni congiarii. Magnū hoc malum eſt: ſed ſcelus illud, quod timueramus, video nullum fuiſſe. hoc autem vitium puto te exiſtimare non noſtra indulgētia, ſed a natura profectum: quem tamen nos diſciplina regimus. de Oppiis Velienſibus quid placeat, cum Philotimo videbis. Epeirum noſtrā putabimus. ſed alios curſus videbamur habituri. Vale.

## M.T.CICERO T.Pomp. Attico S.

PIVS.

ET res ipſa monebat, & tu oſtēderas, & ego videbam de his rebus, quas intercipi periculoſum eſſet, finem inter nos ſcribendi fieri tempus eſſe. Sed cum ad me ſæpe mea Tullia ſcribat, orans, vt quid in Hiſpania geratur, expectem, & ſemper aſcribat idem videri tibi, idq; ipſe etiam ex tuis literis intellexerim, non puto eſſe alienum me ad te, quid de ea re ſentiam, ſcribere. Conſilium iſtud tunc eſſet prudens, vt mihi videtur, ſi noſtras rationes ad Hiſpanienſem caſum accommodaturi eſſemus, quod fieri dicitis oportere. neceſſe eſt enim, aut, id quod maxime velim, pelli iſtum ab Hiſpania, aut trahi id bellum, aut iſtum, vt confidere videtur, apprehēdere Hiſpanias. Si pelletur, q̄ gratus, aut q̄ honeſtus tum erit ad Pompeium noſter aduentus, cum ipſum Curionem ad eum tranſiturum putem? ſi trahitur bellum, quid expectem? aut quā diu? relinquitur, vt ſi vincimur in Hiſpania, quieſcamus. Id ego contra puto. Iſtum enim victorem magis relinquendum puto, q̄ victum, & dubitantem magis, q̄ fidentem ſuis rebus. Nam cędem video, ſi vicerit, & impetū in priuatorum pecunias, & exulum reditum, & tabulas nouas, & turpiſſimorum honores, & regnū, non modo Romano homini, ſed ne Perſę quidē cuiq̄ tolerabile. tacita eſſe poterit in id dignitas mea? Pati poterunt oculi, me cum Gabinio ſentētiam dicere? Et quidem illū rogari prius? prę̨ſto eſſe clientem tuū Chloelium Catulli. Plaguleium, cæteros. ſed cur inimicos colligo? qui meos neceſſarios a me defenſos nec videre in Curia ſine dolore, nec verſari inter eos ſine dedecore potero. quid ſi ne id quidem eſt exploratum, fore,

Tabulæ nouæ

Det clara ſynodia) Beroaldus p̄clara ſcribit. Synodia) dabit p̄clarū cōcētū & cōgreſſum. Sin autem) Si vir eſſe nollet, aut politicus. Vixit) In regreſſu fuit iterū mecū in cōuiuio. Alij codices, dixit habēt. Iacere) Tepere, clemētē eſſe. In priſcis exēplaribus tacere ſcriptū eſt eodē ſenſu. Superius, Ipſum aūt nō volūtate aut natura non eſſe crudelē, ſed qđ putaret popularē eſſe clemētiā. Putās) Quātū Curio iudicat. Offenſione populari) Dubitās ne populū offendat. Quintū puerum accepi) hoſpitio a Cæſare veniētē. Vehemēter) Alibi, vehemētē. Vtraq; lectio defendi poteſt. Video) In cauſa fuiſſe, vt ad Cæſarē tranſiret.

Congiarij) Muneris. Sperabat Q. ex hac defectione Pōpeiana ſe magnū cōſecuturū cōgiariū. Scelus) Qđ arcana noſtra Cæſari per Hirtiū prodere vellet. Natura) Inſolita leuitate. Oppiis Veliēſibus) Fratribus Veliæ, de q̄bus ſupra. Noſtrā) Epiroticū rus tuū. Tā fraterne nos inuitas. Alios curſus) Itinera videlicet ad Pompeium.

Videamur) Scribe, Videbamur.

Argumentū. CXCV.

CONSVLEbant omnes fere vt Tullia, vt a patre caſus Hiſpanienſis expectaretur, quod Cic. non putat, & ratiōes adducit, quoniam ſumma rerū ab Hiſpaniis nō pendet. Excuſare poterit ſe Pōpeio q̄ non tranſiuit, q̄ pacē fore putauit. Qđ ſi conſideremus, de perpetua vita, non hac exigua cogitabim⁹. In extrema p̄te mirificā Tulliæ ſuę virtutē laudat.

HIS Rebus) Sermonibus in conuicia Cæſaris ac Pompeii alternatis ab Attico & Cicerone. Q̄ grat⁹) Quaſi dicat nihil. Trahi) In lōgum ire. Curionem) Cum victoriam ſequātur omnes.

Tabulas nouas) De nominibus & ære alieno non ſoluendo. Mecū Gabinio) Mecum, duplex eſt dictio. Catelli) Beroaldus Catuli. cauſam ignoro cenſuræ.

Mihi liceat) In curiam venire. Vindicemus) In libertatẽ aſſeramus. Coniũctione) Lege, coitione, vel conueniẽdo cũ Cæſare Cæſarianiſq;. Cũ ſignificat partim. Iudicium) Senſus eſt. Dũ Tullia te auctore dicit vt res Hiſpanienſes expectemus, ſignificare videtur, res illas fore totius belli decretorias & indices. Res nõ ita ſe habet. Nam quis Hiſpanias Põpeius amittat, non omnia amittet, cuius pręcipuũ conſiliũ fuit occupare mare. Themiſtoclęum) Simile conſilio Themiſtoclis, qui occupauit mare, & deſeruit Athenas. Antiquiſſima) Maxima, potiſſima. Iuxta illud Priſcũ carmen, Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.

Antiquiſſima.

vt mihi liceat? Scribũt enim ad me amici eius, me illi nullo modo ſatis feciſſe, quod in Senatũ nõ venerim. Tamen ne dubitemus an & nos etiam cum periculo vindicemus, qui cum coitione, tum pręmio quidem nolumus eſſe. Deinde hoc vide, non eſſe iudicium de tota contentione in Hiſpaniis, niſi forte his amiſſis, arma Pompeium abiecturum putas, cuius omne conſilium Themiſtocleum eſt. Exiſtimat enim, qui mare teneat, eum neceſſe rerum potiri. Itaq; qui nunq̃ egit, vt Hiſpaniæ per ſe tenerentur, naualis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. Nauigabit igitur, cũ erit tẽpus maximis claſſibus, & ad Italiam accedet, in qua nos ſedentes quid erimus? Nã medios eſſe iã non licebit. claſſibus aduerſabimur igitur? qđ malũ maius ſcilicet tãtũ? deniq; quid turpius? An qui videlicet abſentis ſcelus tuli, ſcelus eiuſdẽ, cũ Põpeio, & cũ reliquis principibus non ferã? Quod ſi iam miſſo officio periculi ratio habẽda eſt, ab illis eſt periculũ, ſi peccaro, ab hoc, ſi recte fecero. Nec vllũ in his malis conſiliũ periculo vacuũ inueniri poteſt, vt non ſit dubiũ quin turpiter cũ periculo fugiamus, ꝙ fugeremus etiã cũ ſalute, nõ ſimul cũ Põpeio mare trãſierimus, nõ oĩno potuimus. Extat ratio dierũ. ſed tamẽ (fateamur enim quod eſt) ne condamus quidem, vt poſſimus, fefellit ea res, quę fortaſſe non debuit, ſed fefellit, ꝙ pacẽ putaui fore: quę ſi eſſet, iratum mihi Cæſarem eſſe, cũ idem amicus eſſet Pompeio, nolui. Senſeram enim quam iidem eſſent, hoc veritus in hanc tarditatem incidi, ſed aſſequar omnia, ſi propero, ſi cũctor, amitto. Et tamen mi Attice auguria quoq; me incitant quadã ſpe non dubia. Non hęc collegii noſtri a Tagetico, ſed illa Platonis de Tyrannis.

Plautus in Captiuis, Iuuenis eſt antiquis moribus, cuius nũq̃ vultũ tranquillauit gratus. nihil antiquius dicimus, hoc eſt melius. Colere virtutẽ cẽſuit ſemp antiqſſimũ .i. optimũ. nimirũ quia antiqui in omni virtute pręſtãtiſſimi fuerunt, adeo vt ex oraculo Pli. dixerit, Vix poſſunt a nobis antiquorũ inuẽta pdiſci. Plautus, Apud antiquos flos poetarũ fuit. An ni valde hic in abſentia) Corrige, An qui videlicet abſentis ſcelus tuli. An verẽdũ eſt vt caſum ac fortunę vices vniuerſas cũ Pompeio ac optimatibus nõ ferã, qui ſolus in his locis tuli ſcelus & fortiter repugnaui ſcelerato Cęſari, iniquiſſimęq; fortunæ. Scelus Cæſarem vocat quod auctore Donato plus eſt dicere q̃ ſceleratum. Iuxta illud Epigrammatici, Nõ vitioſus homo es Zoile, ſed vitiũ. Scelus viri Plautus frequẽter ait pro homine ſceleratiſſimo. Principib⁹) Primariis Senatoribus. Qđ ſi) Argumentũ huiuſmodi. Fac me inofficioſum eſſe ac exclamare, Vicerit vtilitas, periculoſius eſt eſſe cũ Cæſare q̃ cũ Põpeio. Officio miſſo) Pręter miſſo officio qđ reipublicę debeo. Ab illis) Põpeio ac optimatibus. Ab hoc) Cæſare. Quin cũ periculo) Priſci codices, Quin turpiter cũ periculo. Non ſimul) Si hoc cõtra nos adducatur a bonis viris. Ne cõdamus) Nos abſcondamus veritatẽ, & ſi poſſumus. Vt poſſum⁹) Corrige poſſimus, cõceſſo qđ poſſim⁹.

Scelus.

Collegij noſtri) Erat eñ Augur, ſed vt ait Auguſtinus. Cicero Augur irridet Auguria. Ab Attico) Beroaldus legit ob Appio. Quid aũt velit nõ percipio. Ego cõiectura duce, cẽſeo ſcribẽdum a Tagetico. Tageticos eñ libros ſcimus appellatos a Tagete terrigena deo exaratos, qui diuinos libros ac extiſpicia reperit, de quo Tagete Lucanus, Sed cõditor artis Finxerit iſta Tages. Meminit Tagetis Cic. in libro Diuinationũ prolixe, & de Tageticis ac ritualibus libris Placiades atq; Macrobius. Platonis) In. ix. de Rep. Tyrãni viuũt tãq̃ vinculis quibuſdã deuincti formidinũ omniũ & armorũ, ſoliſq; in ciuitate minimũ egredi, aut peregrinari, aut quicq̃ eorũ, quę liberi ſolẽt, licet. Domi ꝑterea totos dies more fœminarũ reſidẽt verẽtes ciuiũ inuidiã. Demoſthenica ſentẽtia ſuper Tyrãnis admirabilis eſt hoc ſenſu, Puto Tyrãnidẽ infidã eſſe rebus publicis, omnẽq; Regẽ aut Tyrãnũ inimicũ per ſe libertati ac legib⁹ exiſtere. Ariſtoteles i Politicis ait, nullã Tyrãnidẽ ãnos cẽtũ exceſſiſſe. Tyrãnis eſt exceſſus legitimę monarchię.

Tagẽtici libri.
Tages.
Tyrãni vita miſerrima.
Tyrannis breuis.

Lyſandri exemplū.

Lyſander Lacedæmonius captis Athenis. xxx. Tyrãnos impoſuit, & ad Tibicinarum modulos muros a fundamẽtis eruit, & triremes cremauit, ſociis interea coronatis, tãq̃ dies ille principiũ libertatis eſſet. Auctor Plutarchus. Tyrãnus, auctore quinto Politicorũ Ariſtotele, tria conſiderat, vnũ vt animos imminuat ciuiũ (Nemo eñ parui animi cõtra Tyrannũ iuſurgit) Secũdũ vt ciues inter ſe diſſidẽtes reddat, & bonos viros perſequatur quaſi peſt feros & aduerſarios dominationi ſuę, quia nolũt in ſeruitute viuere. & quoniã eis plurima fides adhibet. Nullo modo) Oraculũ de Tyrãno verius his q̃ in tageticis. Languẽtibus) Ad eius eiectionẽ tepẽtibus. Florẽtis ac nouos vt vti) Scribe cũ Beroaldo. Florens ac nouus primis diebus, q̃bus fortaſſis eſt vrbem ingreſſus Metellũ Trib. pleb. trucidare voluit, Affraniiq; domũ dilapidauit, cuiꝰ filius dux Põpeianus erat in Hiſpania. Veniret) Alij veniſſet legũt. τῶν μὲν) Tum ſubito pręſentiũ per minimũ cõſiliũ cognitor optimꝰ, tũ futurorũ in lõgitudinẽ euẽtus p̃ſtãtiſſimus coniectator. Si is eũ) Is eſt particula ſuperuacua. τὸ ἄμεινον) Melius & deteriꝰ in obſcuro adhuc latitãtia pręuidebat maxime. Perpetua vita) Prouerbiũ. Hieronymo dignũ & Auguſtino, & eo ſi q̃s reperitur auguſtior. Factũ fuit) Fuit eſt ſupuacaneũ. Era d ndum prorſus. Tibi ſunt) Scribẽdũ ſint. Sedeo enim) Addẽdũ eſt verbũ πλουτοδοκῶν q̃d deerat, Ditẽ expectãs ſignificat hoc verbũ græcũ.

Storge.

Στοργῆς ſit ſumma.) Sic ẽmẽda, στοργῆς ſit ſummę, licet tñ nos recte facere. στοργὴ eſt pietas. quãuis ſit ſummæ erga nos pietatis, tamẽ &c. legit Aldus στοργῆς ſit ſummę σύντηξις, tamẽ nos recte, & quę ſequũtur. Interpretat̃, ſit amoris ſumma colliquatio. i. quãuis Tullia amore effluat, & guttatim liqueſcat, tñ amorẽ vincit officium. Virg. Cęra liqueſcit Vno eodemq; igni.

Nullo eñ modo poſſe video ſtare iſtũ diutius, quin ipſe per ſe, etiã languẽtibus nobis, concidat. Quippe, qui florens ac nouus primis diebus ipſi illi egenti, ac perditę multitudini in odiũ acerbiſſimũ venerit, qui duarũ rerũ ſimulationẽ tã cito amiſerit, manſuetudinis in Metello, diuitiarũ in Afranio. iã quibus vtatur vel ſociis, vel miniſtris, ſi ii prouincias, ſi rempublicã regent, quorũ nemo duos menſes potuit patrimoniũ ſuũ gubernare? Non ſunt omnia colligenda, quæ tu acutiſſime proſpicis, ſed tamẽ ea pene ante oculos iã intelliges id regnũ vix ſemeſtre eſſe poſſe. Quod, ſi me fefellerit, ferã, ſicut multi præclariſſimi homines in Rep. excellẽtes tulerũt, niſi forte me Sardanapali vice in lectulo mori malle cenſueris, q̃ exilio Themiſtocleo, qui cũ fuiſſet (vt ait Thucydides) τῶν μὲν παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, καὶ τῶν μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, tamen incidit in eos caſus, quos vitaſſet, ſi eũ nihil fefelliſſet. et ſi erat (vt ait idẽ) qui τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς ἀφανέσιν ἔτι προεώρα μάλιστα, tamẽ nõ vidit, nec quomodo Lacedæmoniorũ, nec quomodo ſuorũ ciuiũ inuidiã effugeret, nec q̃d Artaxerxi polliceretur. Non fuiſſet & illa nox tã acerba Africano ſapiẽtiſſimo viro, nõ tã dirus ille dies Sullanus callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil vtrũq; eorũ fefelliſſet. Nos tamẽ hoc cõfirmamus illo augurio, quod diximus. Nec nos fallit, nec aliter accidit. corruat iſte neceſſe eſt, aut per aduerſarios, aut ipſe per ſe, qui q̃dẽ ſibi eſt aduerſarius vnus acerrimus. id ſpero viuis nobis fore. Q̃q̃ tempus eſt nos de illa perpetua iam, nõ de hac exigua vita cogitare, ſin q̃d acciderit maturius, haud ſane mea multũ interfuerit, vtrũ factũ videã, an futurũ eſſe multo ante viderim. Quę cũ ita ſint, nõ eſt cõmittendũ, vt iis pareamus, quos cõtra, me Senatus, ne quid Reſp. detrimẽti acciperet, armauit. Tibi ſint omnia cõmendata, quę cõmẽdationis meę, pro tuo in nos amore, nõ indigẽt. Ne hercule quidẽ reperio, quid ſcribã: ſedeo eñ πλουτοδοκῶν, et ſi nihil vnq̃ tã fuit ſcribendum, q̃ nihil mihi vnq̃ ex plurimis tuis iucũditatibus gratius accidiſſe, q̃ quod meã Tulliam ſuauiſſime diligẽtiſſimeq; coluiſti. valde eo ipſa delectata eſt, ego autẽ nõ minus. Cuius quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem? quomodo domeſticas tricas? quãtus aũt animus in diſceſſu noſtro ſit, στοργῆς ſit ſũmę σύντηξις, tamẽ nos recte facere & hene audire vult.

Sed hac ſuper re nimis. Nauitã ipſe audire videor iã euocantẽ. Tu ſiqd de Hiſpaniis certius, & ſiqd aliud dum adſumus, ſcribes, & ego fortaſſe diſcedens dabo ad te aliqd, eo etiã magis, ꝙ Tullia te non putabat ex Italia hoc tẽpore. Cũ Antonio itẽ eſt agẽdũ, vt cũ Curione Melitę me velit eſſe, huic bello nolo intereſſe. Eo velim tã facili vti poſſẽ, & tã bono in me q̃ Curione. Is ad Miſſenũ. VI Non. venturus dicebat, id eſt hodie. Sed pręmiſit mihi odioſas literas hoc exemplo.

M. Anto. Tr. P. R. M. T. Ciceroni Imp. S.

NIſi te valde amarẽ, & multo quidẽ plus, q̃ tu putas, nõ extimuiſſem rumorẽ, qui de te prolatus eſt, cum pręſertim falſum eſſe exiſtimarẽ: ſed quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare infamiam quoq;, q̃uis ſit falſa. Nauigio te eſſe iturũ trãs mare, credere nõ poſſum, cũ tãti facias Dolabellã, & Tulliã tuã fœminã lectiſſimã, tantiq; ab omnibus nobis fias, qb⁹ mehercule, dignitas amplitudoq; tua pene charior eſt, q̃ tibi ipſi. Sed tamẽ nõ ſũ arbitrat⁹ eſſe amici, nõ cõmoueri etiã improborũ ſermone: atq; eo feci ſtudioſius, ꝙ iudicabã duriores parteis mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis a ζηλοτυπίᾳ mea, q̃ ab iniuria tua nata eſt. Sic eñ volo te tibi perſuadere, mihi neminẽ eſſe chariorẽ te, excepto Cæſare. Cęſarẽ maxime in ſuis M. Ciceronẽ reponere. Quare mi Cicero te rogo, vt tibi omnia integra ſerues, eius fidẽ improbes, qui tibi, vt beneficiũ daret, prius iniuriã fecit. Cõtra eũ ne profugias, qui te, & ſi nõ amabit (qđ accidere nõ poteſt) tamẽ ſaluum ampliſſimumq; eſſe cupiet. Dedita opera ad te Calpurniũ familiariſſimũ meum miſi, vt mihi magnæ curæ tuam vitam ac dignitatem eſſe ſcires. Val. Eodem die a Cæſare Philotimus literas attulit hoc exemplo.

Cæſar Imp. M. T. Ciceroni Imp. S.

ET ſi te nihil temere, nihil imprudenter facturũ iudicarem tamẽ permotus hominũ fama, ſcribendũ ad te exiſtimaui, & pro noſtra beneuolẽtia petendũ, ne quo progredereris inclinata iã re, qua integra etiã progrediẽdũ tibi nõ exiſtimaſſes. Nanq; & amicitiæ grauiorem iniuriam feceris, & tibi minus

Hęc ſup remis) Subĩtelligẽ ſcripſim⁹, i ſcalmo dixit alibi. Beroaldo placet, ſed hac ſupre nimis. Ne meã ipſe iã euocẽ) Turpib⁹ mẽdis ac turpiori caluitio deformata ſũt oĩa. Lege, Nauitã ipſe audire videor iã euocantẽ. Et apud Plautũ iuuenis amator aſtu Paleſtrionis, Theſſalico habitu euocat Paſicõpſam, vt acceleret, qm̃ vẽti ſecũdi prolectãt, q̃ puella diutius morabaẽ, quoniã nauis & mulier nunq̃ ſatis ornãtur. Increpatoriũ genus eſt nautarũ, ſep cerebroſus proſilit vn⁹ & alter q vociferetur. Et Boetij illđ, Nauẽ ſcis, puto nõ moratur vnus. Adſumus) Cito erimus abſentes. — Melita.

Hoc tẽpore ſubintellige diſceſſurum. Melitę) Inſula auctore Stephano, in medio Epiri & Italiæ, vnde canes Melitęi dicũtur, incola Melitæus. — Melita.

Curio) Beroaldus Curione.

Argumentũ. CXCVI.

MArcus Antoni⁹ explorator ac cuſtos illius orę cũ accepiſſet Ciceroni i aĩo eſſe ad Põpeiũ ire, monet eũ ac iterũ monet, ne qd temere faciat, ac ſe integrum cõſeruet, pręſertim cũ Cæſar eũ velit eſſe q̃ ampliſſimum. — PIVS.

ET SI te) Scribẽdũ, niſi te. Lectiſſimã) Electiſſimã ex numero matronarũ. ζηλοτυπίᾳ) Zelo & amore: ne peccemus in amicũ, & ne amic⁹ in nos, ęſtuãte. Sed eſt q̃ decet curioſior. — Zelotypia. Integra) Intacta neutra vt aiũt. — Integra. Beneficiũ) Reſtitueret te eiectũ a Clodio. Iniuriam fecit) Armãdo Clodiũ arrogatiõe Herẽniana Tribunatuq; plebis. Cõtra) A cõtrario declamãdo. Eũ) Cęſarẽ.

Argumentũ. CXCVII.

CAEſaris epiſtola q̃ licet Ciceronẽ nihil ipruden ter facturũ iudicaret, cõmot⁹ tamẽ rumore hoĩm de trãſitu ad Põpeiũ reuocare conaẽ, p̃ſertim iclinata re Põpeiana, adde ꝙ amicitiã cõem lędere offenſione nõ mediocri. — PIVS.

PROgredereris) Labereris in aliquẽ errorẽ. Inclinata re) Titubãte Põpeio. Integra) Florẽte, firma. Min⁹ vel) Vltima picula vacat. Sĩgula hęc) Ciceronis grauitatẽ & fortitudinẽ declarãt, vt q nec minis nec p̃cib. ab officio & rectitudie reuocari poterat, q̃uis ἄσφαλτον ducẽ Põpeiũ p̃dicaret, Cõſulũ infirmitatẽ, optimatũ fluctuãtes aĩos, oĩa iam fere ſubacta, pręter inuictũ animũ Catonis.

cōmode conſulueris, quod minus placet, ſi non fortu-
næ obſecutus fueris, vt debes. Omnia enim ſecundiſſi
ma nobis, aduerſiſſima illis accidiſſe videtur, nec cau
ſam ſecutus, eadem enim tum fuit, cum ab eorū conſi-
liis abeſſe iudicaſti: ſed meum aliquod factum con-
demnaſſe, quo mihi grauius abs te nil accidere po-
teſt. Quod ne facias pro iure noſtræ amicitię a te pe-
to. Poſtremo quid viro bono, & quieto, & bono ciui
magis conuenit, q̄ abeſſe a ciuilibus controuerſiis?
Quod nonnulli, cum probarent, periculi cauſa ſequi
non potuerunt: tu explorato & vitæ meæ teſtimonio,
& amicitiæ iudicio neque tutius neq; honeſtius repe-
ries quicq̄, q̄ ab omni contentione abeſſe. Vale.
Quintodecimo Calend. Maii, ex itinere.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

ADuentus Philotimi (at cuius hominis? q̄ inſulſi, & q̄ ſæpe pro Pompeio mentiē tis?) exanimauit omneis, qui mecū erāt. Nā ipſe obdurui, dubitauitq; noſtrū nemo, quin Cęſar itinera repreſſiſſet, volare dicitur. Petreius cū Afranio coniūxiſſe. nihil affert eiuſmodi. Quid quęris? etiā illud erat pſuaſū, Pōpeiū cū magnis copiis iter in Germaniā per Illyricū feciſſe. Id enim ἀυθεντικῶς nunciabatur. Melitam igitur opinor capeſſemus, dum quod in Hiſpania, quod quidē propemodū videor ex Cęſaris literis ipſius voluntate facere poſſe, qui negat neq; honeſtius neq; tutius mihi quicq̄ eſſe, q̄ ab omni cōtentione abeſſe. Dices, vbi ille ergo tuus animus, quē proximis literis? adeſt, & idē eſt. Sed vtinā meo ſolū capite decernerē. Lachrymæ meorū me interdū molliunt precantiū, vt de Hiſpaniis expectemus. M. Cęlii quidē epiſtolā ſcriptam miſerabiliter, quę hoc idē obſecraret, vt expectarē, ne fortunas meas, ne vnicā filiā, ne meos omneis tā temere proderē, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri, & ſi meus quidē eſt fortior, eoq; ipſo vehementius cōmouet: nec quicq̄ niſi de dignatione laborat. Melitam igitur, deinde quod videbitur. Tu tamen etiam nunc mihi aliquid literarū, & maxime ſiquid ab Afranio. Ego, ſi cū Antonio locutus ero, ſcribā ad te, quid actū, ſi ero tamen in credendo, vt mones, cautus. Nā occultādi ratio tum difficilis, tum etiā periculoſa eſt. Seruiū expecto ad Nonas, & a Poſthumia, ſed & Seruii filii quartanam leuiorem eſſe gaudeo. Miſi ad te Cælii etiam literarum exemplum. Vale.

Cōmode) Vtiliter. Quod minus placet) Quod non placet fortunæ obſequi: cui & tēporibus etiam ſapiētes ſeruire ſolent. Minus) hoc eſt non placet mihi, Vt debes) Fortunę obſequi, quę hominum hera eſt, quę centum ſapientū conſilia vincit. Nec cauſam ſecut⁹) ſubintellige meliorē eris ſecut⁹, ſi Pōpeiū ſequeris. Eadem) Cum Pōpeiana. Iudicaſti) Melius Cōdemnaſſe) Trāſeundo ad Pōpeiū videberis. Sequi) Hāc quietem. Quintodecimo Calēd. Maii. ex itinere. In priſco Iani Lamolæ codice hoc totum eſt in fine ſuperioris epiſtolæ, principiumq; ſequētis eſt hoc. Aduēt⁹ Philotimi.

Argumentum. CXCVIII.

PIVS.

CREBris calamitatibus ſe Cicero inqt obduruiſſe. Dum Cęſar volat, Cicero Melitę ſubſiſtet, rem Hiſpanienſem expectās. Sed quod adhuc ad Pompeiū non tranſierit cauſam reiicit in ſuorum lachrymas, a quibus ſe molliri refert, etiam pueris ſuis. In credendo erit cautior.

Authēticos.

OBDVRVI) Patientia lōga occallui. ἀυθεντικῶς) Explorate. Animus) Ad Pompeium tranſeundi. Meo capite) Vtrum ageretur de capite ac ſalute mea tantūmodo iam pridē tranſiiſſem, ſed meorum me lachrymę molliunt, q̄ vniuerſa familia in periculum trahitur. Eo ipſo) Ne tam bona pereat indoles.

Dignatio.

Dignatione) Omnia præ honore vix pilifacit. Melitam) Ibimus. Quod videbitur) Agetā a nobis. Alii quo videbitur. Aliquid literaꝵ) Mittito. Occultandi) Quod ſcribim⁹ myſticoteron, occultare difficile eſt.

Argumentum. CXCIX.

EXANImatus. Cælius Ciceronis amantiſſimus, quem ſecundum patrem ſemper coluit, audito Ciceronis de trāſitu ad Pompeiū animo, animo vehemēter cruciatur, quoniā hæc res videtur Cęſaris animū offenſura, vtpote partes ei⁹ dānās, & Pompeianas extollēs, mol-

## CAELIVS.M.T.Ciceroni Imp. S.

EXanimatus tuis literis, quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtendiſti: neque id quod eſſet, præſcripſiſti, neq; non tamen quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti, has ad te literas illico ſcripſi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oro & obſecro, ne quid grauius de ſalute & incolumitate tua conſulas. Nam deos, hominesq; amicitiam noſtram teſtificor: me tibi prædixiſſe, neque temere monuiſſe. Sed poſtq̃ Cæſarem conuenerim, ſententiamq; eius, qualis futura eſſet parta victoria, cognorim, te certiorem feci. Si exiſtimas eandem rationem fore Cæſaris in dimittendis aduerſariis, & cõditionibus ferendis, erras: nihil niſi atrox & ſæuũ cogitat, atq; etiã loquitur, iratus Senatui exiſtit. His interceſſionibus plane incitatus eſt. non mehercule erit deprecationi locus. Quare ſi tibi tu, ſi filius vnicus, ſi domus, ſi ſpes tuæ reliquæ tibi charę ſunt, ſi aliquid apud te nos, ſi vir optimus gener tuus, valemus, eorum fortunam non debes velle conturbare, vt eam cauſam, in cuius victoria ſalus noſtra eſt, odiſſe, aut relinquere cogamur, aut impiã cupiditatem contra ſalutẽ tuam habeamus. Deniq; illud cogita, quot offenſæ fuerint, in iſta cũctatione te ſubeſſe, nunc te contra victorẽ Cæſarẽ facere, quẽ dubiis rebus lędere noluiſti, & ad eos fugatos accedere, quos reſiſtenteis ſequi nolueris, ſummæ ſtultitiæ eſt. Vide, ne, dum pudet te parũ Optimatẽ eſſe, parum diligẽter quod optimũ ſit, eligas. Quod ſi totũ tibi perſuadere nõ poſſum, ſaltẽ, dum quid de Hiſpaniis agamus, ſcitur, expecta, quas tibi nuncio aduentu Cæſaris fore noſtras. Quã iſti ſpem habeãt amiſſis Hiſpaniis, neſcio. Quod porro tuũ conſilium ſit, ad deſperatos accedere, non mediuſfidius reperio, hoc, quod tu nõ dicẽdo mihi ſignificaſti, Cęſar audierat, ac ſimulatque habuit, mihi dixit, ſtatim, quid de te audiſſet, expoſuit. Negaui me ſcire, tamen ab eo petiui, vt ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendum cõmoueri poſſes. Me ſecũ in Hiſpaniã ducit. Nã niſi ita faceret, ego prius, ad vrbẽ q̃ accederẽ, vbicũq; tu eſſes, ad te percurriſſem, & hoc a te pręſens cõtendiſſem, atq; omni vi te retinuiſſem. Etiam atq; etiã Cicero cogita, ne te, tuosq; omneis funditus euertas: nec te ſciens prudenſq; eo dimittas, vnde exitũ vides nullum eſſe. Quod ſi te, aut voces Optimatiũ commouẽt

net amicum Cælius ne vllam a Cæſare veniam ſperet, qui incitatus eſt & exulceratus cum Senatui, tum optimatibus. Obſecratur vt ſaltem euentum rei Hiſpanienſis expectet. eligat oppidum vacuum a bello & quieſcat.

ID Quod eſſet) Tranſire ad Pompeium cogitabat, ſed Cælio ſupprimebat, quẽ ſciebat futurum diſſuaſorem, quod mutuis animis amabantur Cæſar & Cælius. Pulchre conuenit improbis Cynedis. Feciſſe) Scribe feci.

Si exiſtimas) Principium ſequẽtis clauſulæ tacitæ obiectioni reſpondens. Dimittendis) venia & libertate.

Conditionibus ferendis) Victis. Interceſſionibus) Tribunitiis, Tangit hiſtoriam Marcelli qui ſe oppoſuit Cæſari ærarium intrare volenti. Interceſſerunt quoque forſan alii Tribuni ei impotenter cuncta adminiſtranti.

Eam cauſam) Partes Cæſaris. Cunctatione) Deliberatione. Si ſtatim cum cæteris exiſſes, neceſſitati aut imprudentiæ venia daretur. Sed cum diu deliberaueris cum conſilio feciſſe videberis. Subeſſe) Diu cunctatum eſſe, an reſiſteres in Italia, an abires ad Pompeium, qui ſuſpenſus aius doli non mediocris ſpecimen habet.

Optimatem) Senatus & Ariſtocrati ſtatus amicum.

Hoc quod tu) Voluntatem tuam tranſfretandi, quam ſub inuolucro mihi ſignificabas. Simulatque habuit) Cum primum intellexit per literas Cæſar. Contendiſſem) Extorſiſſem. Vi te retinuiſſem) In Italia. Sed hæc vis vtilis fuiſſet.

### Argumentum. CC.

PIVS.

ACCVSAT ſe quod nõ ſtatim ad Pompeium tranſiuit, cunctatus diu vix illuc curſum habere poteſt.

Curſare.
Medius.
Scytale.
Beroaldi laus

CVRſarẽ) Huc & illuc irẽ. Quicq̃ ad hęc) Subintellige reſpõdeat Antoniꝰ. Tuũ conſiliũ) Incipit epiſtola Antonii a verbo vide. Reſpice Cic. tutũ cõſiliũ inire, nec trãſeas. Mediũ) Neutralẽ hodie vocãt. Refert me) Mea corrige pro mea intereſt. Si nihil tamẽ. Et ſi nihil cõdonare poſſum qui alteri ſeruio. σκυτάλην) Scytalẽ laconicã. Audis Attice pauca Antonii verba. Sed iperioſa & tyrãnicũ ſpirãtia, intelligit breuẽ epiſtolã etiã triſtia nũciantẽ. Beroaldus meꝰ vir in recõdita literatura ter maximus hũc nodũ in cẽtenis annotationibꝰ explicuit hoc mõ, Inq̃t Cic. breuiſſime cõcinnatã & occulto ſignificatu obſcuratã, ſicut Lacedęmonij veteres facere cõſueuerũt, q literas occultare volẽtes publico noie ad Impatores ſuos miſſas, ne ab hoſtibꝰ exceptę, cõſilia ſua pderẽt, epiſtolas mirãdo commẽto ſcriptas mittebãt. lorũ nãq; tenuiſſimũ ſurculo tereti atq; lõgo cõplicabãt, in eoq; loro literas p trãſuerſas iũcturarũ oras inſcribebãt. Id lorũ deide ex ſurculo reuolutũ Imperatori ſuo mittebãt, qui huiuſce cõmẽti cõſcius ſurculo cõpari, quẽ habebat, lorũ ſimiliter cõplicabat, atq; ita literæ p ambitũ eundẽ ſurculi coaleſcẽtes, rurſus coibãt. & ita integrã & icorruptã epiſtolã, & facilẽ legi pſtabãt. hęc eſt ſcytale laconica. Gelliꝰ auctor meminit ſcytales, Plutarch in Lyſãdro. ἀχνυμένη σκυτάλη, hoc eſt lugubris ſcytale, de re triſti dicit. Auctores Ariſtophanes in Lyſiſtrata. Plutarchꝰ in ſeptẽ ſapiẽtũ cõuiuio. Suidas eadẽ ferme quæ Gelliꝰ repetit, Strabo lib. j. Hypbolẽ eſſe ſcribit, ſi qs dixerit, ager eſt Laconica ſcytale anguſtior. Scytale i alia ſignificatiõe ſpecies eſt ſerpẽtis, de qua Lucan. Et ſcytale ſparſis etiãnũ ſola pruinis Exuuias poſitura ſuas. In q̃ peccatũ eſt Alberti magni, q ſapientẽ ſcytalẽ a Gręcis & Latinis nominatũ nõ modo duplicauit, ſed etiã triplicauit ſub noie ſiſeculi, ſub Arẽ vel Carẽ & ſub noie Situlę, & modo pprii gñis, modo alteriꝰ eſſe inſinuauit, vt multiſciꝰ Leonicenus philoſophorũ Agamẽnon vere ac explorate redarguit. Excipiã) Eliciã aliqd ſup Cęſare. Tẽtabo) Si excipere potero. Audeã) Beroaldus, ari debeã. Clamabã) Beroaldus clamabo. Ego clamabat, ſubintellige Curio. q i literis ſupiorib. dicebat ſe Cęſarẽ admonitutũ ac oia ipetraturũ. Alicubi) Melitę. Ad Curionẽ) Hic aliqd deeſt qd caluitię duo cõtigua idicãt. forte nõ Curionẽ, ſed Tyronẽ legẽdũ. Tua moleſta) Subĩtellige epiſtola, q̃ de morbo tuo, febri ve tua ſignificabat. ἀρχῇ) Pricipiũ. Iuxta illd Ouidianũ, Tẽporibꝰ medicina valet, data tẽpore pſunt. Et data nõ apto tẽpore, vina nocẽt. Socellã) Emẽdes, Ocellã, nomẽ eſt pprĩu. Vide infra Silũ & Ocellã. Aldꝰ audaciter vt aſſolet, ſcibit Sulã nullo ſẽſu. Curione) Priſci codices habẽt Tyrone.

Scytale anguſtior.
Scytale ſerpens.
Error albert.
Leoniceni laus.

Citharidã) Corrige citherida. Erat meretrix Antoniana Citheris, aliter Arbuſcula, de qua etiã Seruiꝰ,

aut nõnullorũ hominũ inſolentiã, & iactationẽ ferre nõ potes, eligas cẽſeo aliqđ oppidũ vacuũ a bello, dũ hęcq̃ iã decernũtur, erũt cõfecta. Id ſi feceris, ego te ſapiẽter feciſſe iudicabo, & Cæſarẽ nõ offendes. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

VE cęcũ, qui hęc ante nõ viderim. Miſi ad te epiſtolã Antonii, & cum ego ſæpiſſime ſcripſiſſem, nihil me cõtra Cęſaris rationes cogitare, meminiſſe me generi mei, meminiſſe amicitiæ, potuiſſe, ſi aliter ſentirem, eſſe cum Pompeio: me autem, quia cum lictoribus inuitus curſarẽ, abeſſe velle, nec id ipſum certum etiã nunc habere. Vide quid ad hęc. Tuũ conſilium, q̃ verũ eſt: Nam qui ſe mediũ eſſe vult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliquid de alterutra parte iudicare videtur. Sed is ego non ſum qui ſtatuere debeã, iure quis proficiſcatur, nec ne. Parteis mihi Cæſar has impoſuit, ne quẽ omnino diſcedere ex Italia paterer. quare parui refert mea pbare cogitationẽ tuã, ſi nihil, tamen tibi remittere poſſum. Ad Cæſarẽ mittas, cẽſeo, & ab eo hoc petas: nõ dubito, quin impetraturus ſis, cum pręſertim te amicitię noſtrę rationẽ habiturũ eſſe pollicearis. Habes σκυτάλην λακωνικήν, omnino excipiã hominẽ. Erat autem quinto Nonarũ veturus veſperi, id eſt hodie. Cras igitur ad me fortaſſe veniet, tẽtabo, an audeã nihil properare, miſſurũ ad Cæſarem clamabat, cum pauciſſimis alicubi occultabor. Certe hinc iſtis inuitiſſimis euolabo, atque vtinam ad Curionem. Magnus dolor acceſſit. efficietur aliqd dignum nobis. Tua mihi valde moleſta, medere amabo, dum eſt ἀρχῇ. De Maſſilienſibus gratæ tuæ mihi literæ quęſo. vt ſciã, qcquid audieris. Ocellã cuperẽ, ſi poſſem, palã qd a Tyrone effecerã. Hic ego Seruiũ expecto. Rogor enim ab eius vxore, & filio, & puto opꝰ eſſe. Hic tamẽ Citheridẽ ſecũ lectica apta portat, altera vxorem. Septẽ pręterea coniunctæ lecticæ

amícarum,hę ſunt amicorũ. Vide q̃ turpi leto pereamus. Et dubitari poteſt, quin ille ſeu victus, ſeu victor redierit, cędē facturus ſit? Ego vero vehiculo, ſi nauis non erit, eripiā me ex iſtorũ parricidio. Sed plura ſcribā, cum illum conuenero. Iuuenē noſtrũ nō poſſum nō amare, ſed ab eo nos nō amari plane intelligo. Nihil ego vidi tā ἀνηθοποίητον, tam auerſum a ſuis: tamen ſcio, quid cogitas, vim incredibilem moleſtiarum: ſed erit curæ, & eſt, vt regatur, mirum eſt enim ingenium. ἤθους ἐπιμελητέον.

## M.T.Cicero. T.P.ATTICO. S.

OBſignata iam epiſtola ſuperiore, nō placuit ei dare, cui conſtituerā, ꝙ erat alienus. Itaq; eo die data nō eſt. Interim venit Philotimus, & mihi a te lieras reddidit, q̄bus quę de fratre meo ſcribis, ſunt ea quidē parũ firma, ſed habent nihil ὕπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile, nihil quod nō ad bonitatē quũ velis, vno ſermone poſſis ꝑducere. Ne multa, omnes ſuos etiā, q̄bus iraſcitur crebrius, tamē charos habet, me quidē ſeipſo chariorē. Quod de puero aliter ad te ſcripſit, & ad matrē de filio, nō reprehēdo. De itinere, & de ſorore, quę ſcribis, moleſta ſunt: eoq; magis, ꝙ ea tēpora noſtra ſunt, vt ego his mederi nō poſſim. Nā certe mederer, ſed quibus in malis, & qua in deſperatione rerũ ſimus, vides, illa de ratione numaria nō ſũt eiuſmodi. Sępe enim audio ex ipſo, vt cupiat tibi pręſtare, & in eo laboret. Sed ſi mihi, quæ in hac mea fuga HS.XIIII. nō reddit, quę dedi eius filio mutua, & vtitur excuſatione tēporis. Si Leptę. ſi cęteris ſoleo mirari de neſcio queis. HS XX. querētē cũ audio exilio ſe vrgeri. Vides enim profecto anguſtias, curari tamen ea tibi vbiq; iubet. An exiſtimas illũ in iſto genere lentulũ? aut reſtrictũ? nemo eſt minus. De fratre ſatis, de eius filio. Indulſit illi quidē ſuus pater ſemper, ſed non facit indulgentia mendacē, aut auarũ, aut nō amantem ſuorũ, ferocem fortaſſe, ac arrogantē & infeſtum facit. Itaq; habet hæc quoq;, quæ naſcũtur ex indulgētia, ſed ea ſunt tolerabilia. Quid enim dicā de hac iuuētute? ea vero, quę mihi quidē, qui illum amo,

Amicorũ) Exoletorũ. Turpi leto) Seruimus impuris & effœminatis, nec in metu quidē ſobriis, quod turpiter mori eſt, & om̃i morte inquinatius. De Antonii neq̄tia ſic Cic. in Philippicis, Hęc duo capita nata ſunt poſt hoīes natos teterrima & ſpurciſſima Dolabella & Antonius. Alibi, Antonius impotens, iracundus, cõtumelioſus, ſuperbus. ſemper poſcens, ſemper rapiens, ſemper ebrius. De hac mima Citheride intellexit M. Tullius in Philippicis cũ ait, In gremio Mimę mentē mētumq; deponeres. Illũ) Curionē. Iuuenē) Quinti filiũ. ἀνηθοποίητον) Informem morib9. Erit curę) Quint9 iuuenis. Eſt vt regatur) Et puer eſt, ætas mollis & apta regi. Mirũ) Pueri huius. ἤθους) Morũ habēda cura.

ἀνηθοποίητον.

Argumentum. CCI.

PHilotimi laus in principio epiſtolæ cõtinetur, mox excuſationem fraternā exeq̄tur, qui temporũ iniq̄tate quod Attico debet ſoluere nō poteſt. Eundē tuetur, quod indulgēs in filium fuerit. Cõtra filiũ ſuũ laudat, Cõſcenſurus breui, Ad Pompeium tranſmiſſurus, miſerũ ſe vocat. Nihil ὕπουλον) Simulatũ, ſubdolũ. Nihil flexibile non) Lege, Nihil nō flexibile. In huius operis libro.j. ingeniũ Quinti fratris agile ait, quod vitiũ eſt ſæpe bonitati. Iraſcitur) Frater. Ex ipſo) Fratre. Nō cupiat) Nō ſuperuaceneũ eſt, abradatur.

PIVS.

Si mihi) Si fratri non reddit, quomō reddet tibi? Si Lepta) Scribe leptę. Si Quintus non reddit Leptæ ocello ſuo, quomo aliis reddet? De hoc Lepta in epiſtolis familiaribus multa mētio. Si cæteris) Inteſtinis nō reddit vel acrib9 exactorib. Neſcio quis) De neſcio q̄bus, q nullā tēporis anguſtiſſimi rationē habētes repoſcunt. ac tacite vellicat Atticum. Ego tamen inferioribus iũgo, hoc ordine. Soleo mirari de neſcio quibus Seſtertiis.xx. ſupple quos tu repoſcendo repetis. Cum audio) Audiens Quintum quotidie querentem, ſe non tantum profugum eſſe ſed exulem. Anguſtias) Temporis iniquitatem. Curari tibi) Parari tibi.

Lentulum) Aliquantulum lentum, lentitudinis vitio laborare. Ludit in nomine Lentuli. Lentus & per diminutiuum lentulus qui in amore tepet, quem hodie ſacræ literæ tepidum vocant. Nemo) Cum tamen nemo magis ſit liberalis q̃ Atticus, ſed in repetendo mutuum acer eſſe ſolet.

Lentulus. Lentus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt his ipſis malis in queis ſumus, miſeriora: nõ ſunt ab obſequio noſtro, nam habent ſuas radices, quas ta men euellerem profecto ſi liceret. Sed ea omnia mihi ſunt patienda. Ego meum facile teneo. Nihil eſt enim eo tractabilius, cuius quidẽ miſericordia, lãguidiora adhuc conſilia cepi. Et quo ille me fortiorẽ vult eſſe, eo magis timeo, ne in eum exiſtã crudelior. Sed Anto nius venit heri veſperi, iam fortaſſe ad me veniet, aut ne id quidẽ, quoniã ſcripſiſti, quid fieri vellet. Sed ſci es continuo quid actũ ſit. Nos iam, niſi occulte, nihil. De pueris quid agam? Paruo ne nauigio cõmittam? Quid mihi animi in nauigando cẽſes fore? Recordor enim æſtate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans, q̃ fuerim ſolicitus. Quid duro tempore anni actuaria fore cenſes? O rem vndiq; miſeram. Trebatius erat mecum vir plane, & ciuis bonus. Quæ ille monſtra dii immortales, etiam ne Balbus in Senatum venire cogitat? ſed & ipſi cras ad te literas dabo. Vulteiũ mihi amicũ, vt ſcribis, ita puto eſſe, cum eo, quod θυμικώτερον ad me ſcripſerit, de numis curãdis: erit. id tu, ſi ille aliter acceperit, ac debuit, lenies moneo. Talia autem aſcripſi, ꝙ ille ad me Proconſulem, ſed quo niam eſt homo, & nos diligit, ipſe quoq; a nobis dili gatur. Vale.

## M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

QVidnam mihi futurũ eſt? aut quis nõ ſolum infelicior, ſed iam etiam turpi or? Nominatim de me ſibi imperatũ dicit Antonius, nec me tamẽ ipſe ad huc viderat, ſed hoc Trebatio narra uit. Quid agam nunc, cui nihil procedit? caduntq; ea, quę diligẽtiſſime ſunt cogitata, teterrime. Ego enim Curionem nactus omnia me conſecutũ putabo: is de me ad Hortenſiũ ſcripſerat. Rheginus erat totus no ſter. huic nihil. ſuſpicabamur enim hoc mare negocii fore. Quo me nunc vertam? Vndiq; cuſtodior, ſed ſa tis lachrymis. Igitur occulte in aliquã onerariã cor rependum: non cõmittendũ, vt etiam cum pacto pro hibiti videamur. Sicilia petenda, quã ſi nacti erimus, maiora quædã cõſequemur, ſit modo recte in Hiſpa niis: quanq̃ de ipſa Sicilia vtinã ſit verũ, ſed adhuc ni hil ſecundi. Concurſus Siculorũ ad Catonem dicitur factus, oraſſe, vt reſiſteret, omnia pollicitos, cõmeatũ

Non ſunt) Nõ procedunt. Obſequio) indulgentia. Terentiana dictio, Plautus dixit obſequelam. Notum eſt illud, Obſequium amicos, veritas odium parit. Meũ) Filium. Miſericordia) Ne eum perdam. Languidiora) Minime virilia. Nos nihil) Subintellige agemus.

Obſequium. Obſequela.

ἀφράκτῳ) Immunita naue, de qua ſupra. Actuaria) Agilia nauigia. Quæ monſtra) De Cęſare narrabat.

θυμικώτερον) Animoſius. Curãdis) Reſtituẽdis. Erit) Reſtituẽtur. Vulteiũ) ab Horatio fit mentio Vulteii Menæ, q̃uis hic caluitiũ appareat, quo aliquid deeſſe ſignificatur, tamen ſenſus eſt integer, ac patet, ineptum eſt quęrere nodũ in ſirpo, & multiplicare entia ſine neceſſitate.

Vulteius.

PIVS.

Argumentum. CCII.

COnqueritur ac deplorat infelicitatem ſuã Cic. q occaſionẽ ad Cõſules ac Pompeiũ traiiciẽdi ſibi ſublatam dicit, cũ Antoni⁹ eũ mirifice cuſtodiat. Maſſiliẽſiũ factũ quod portas Cęſari clauſerũt, dilaudat, vnde colligit rẽ Hiſpanienſem optime procedere. CADũt teterrime) Malũ exitũ habẽt. Rheginus) Ager, populus, cõmeat⁹ per agrũ Rheginũ. Huic nihil) Antonio tenenti hoc mare non fidebamus, quare per hoc mare tranſeundũ nõ fuit. Negocii) aliquid moleſtiæ nobis illaturum Antonium. Satis lachrymis) Subintellige induliſimus. Omittit verba, & mutilat trũcatq; clauſulas, vt ſi forte exciperentur literæ, non intelligerentur. Corrependum) Furtim ſubeundum. Cum pacto) Ne depacti cum Antonio & Cæſare videamur, vt trãſi Cic. ſed hoc pacto, vt ad Melitam vel ad tyronẽ eas.

Sit modo recte) Modo fortuna afflet Petreio & Affranio ducib⁹ in Hiſpania. Pollicitus) Lege pollicitos, ſubintellige Siculos. Commeatum) Inſtrumenta bellica, etiam victum, quare commeatus hodie victualia dicunt.

Commeatus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illum delectumq́) Emenda. Illũ delectumq́ habete. Illum Catonẽ accipimus milites cœpiſſe conſcribere. Non credo) Priſci codices, nũc credo. Luculētus auctor) Exploratus huius famę diſſeminator. Potuiſſe ſcio) Catonẽ. Audietur) Aliquid. Moliti) Conſcẽderimus. Adhibebo) Filio emendatorem. Poſſem) Quid ſi poſſim? Cõcerpito) Lacerato. Aues apud Tranquillũ Regaliolum cõcerpſere. Ne quãdo) Ne vllo tempore. Quid) Aliquid ſecreti. Emanet) Prodeat in vulgus. Tuas) Cõcerpam. Quicq̃) Subintellige literarũ accepi. ἀλλὰ) Sed quę prius cõtigerunt ſinamus inuiti. Iuxta illud Catullianũ, Tandẽ Catulle deſinas ineptire, Et quod vides periiſſe, perditũ ducas. Carmẽ eſt hoc apud Homerũ frequẽtiſſimũ.

illũ, delectũq́ habere cœpiſſe, nũc credo (vt eſt luculẽtus author) potuiſſe certe tenere illã ꝓuinciã ſcio. Ab Hiſpaniis autẽ iam audiet. Hic nos C. Marcellũ habemus eadẽ de re cogitantẽ, aut bene ſimulãtem, quanq̃ ipſum non videram, ſed ex familiariſſimo eius audiebã. Tu quæſo, ſi q̄d habebis noui, ego ſi q̄d moliti erimus, ad te ſtatim ſcribã. Q. Fratrẽ ſeuerius adhibebo, vtinã ꝓficere poſſẽ. Tu tamẽ eas epiſtolas, q̄bꝰ aſperiꝰ de eo ſcripſi, aliquãdo cõcerpito, ne quãdo q̄d emanet, ego itẽ tuas. Seruiũ expecto, nec ab eo q̄cq̃. Scies quid erit, ſine dubio erraſſe nos cõfitendũ eſt, at ſemel, at vna in re? immo oĩa quo diligẽtius cogitata, eo facta ſunt imprudẽtius. ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ. in reliquis modo ne ruamus. Iubes eñ profectionẽ meã prouidere. Quid prouideã? Ita patẽt oĩa, quę accidere poſſunt, vt ea ſi vitẽ, ſedendũ ſit cum dedecore & dolore: ſi negligã periculũ eſt, ne in manus incidã perditorũ. Sed vide quãtis in miſeriis ſimus. Optandũ interdũ videtur, vt aliquam accipiamus ab iſtis acerbam q̄uis iniuriã, vt Tyrãno in odio fuiſſe videamur. Quod ſi nobis is curſus, quem ſperaram, pateret, effeciſſem aliquid profecto, vt tu optas, vt hortaris, dignũ noſtra mora, ſed mirificę ſunt cuſtodię, & quidẽ ipſe Curio ſuſpectus, quare vi, aut clã agendũ eſt, etſi vi forte & cũ tẽpeſtate, clam autẽ cum iſtis, in quo ſi quod σφάλμα, vides q̃ turpe eſt, trahimur, nec fugiendũ, ſi q̄d violẽtius. De Cœlio ſępe mecũ agito, nec ſiquid habuero tale, dimittã. Hiſpanias ſpero firmas eſſe. Maſſiliẽſiũ factũ tum ipſum per ſe luculentũ eſt, tũ mihi argumẽto eſt, recte eſſe in Hiſpaniis. Minus enim auderẽt, ſi aliter eſſet, & ſcirent. Nã & inuicti, & diligẽtes ſunt. Odiũ autẽ recte animaduertis ſignificantiũ theatrũ: legiones etiam has, quas in Italia aſſumpſit alieniſſimas eſſe video, ſed tamẽ nihil inimicius, q̃ ſibi ipſe. Illud recte times, ne ruat. Si deſperarit, certe ruet. quo magis efficiendũ aliq̄d eſt fortunę, velim meliori animo: ſed de Cœlio primo quicq̄d, quod qualecũq́ fuerit, cõtinuo ſcies. Nos iuueni togam ſuppeditauimus, Penelopen ipſam

Huc vergit ſententia illa Luciani in dialogo Caucaſo, Cæterũ in poſterũ diẽ reponere odiũ, & malorũ meminiſſe, ac pridianã quãdã memoriã reſeruare, neq́ diis dignũ, neq́ alioq regale. Extat & ꝓuerbiũ græcũ vnde oĩa iſta dependẽt, μὴ μνησικακήσῃς, malorũ memoriã ne renoues. Clã cũ iſtis) Nõ poteſt iri. ἄφαλμα) Lege σφάλμα, peccatũ, error. Violẽtius) Acciderit fugere nõ dabit. Odiũ) Seq Cęſarẽ, in odio cũctorum eſſe Cæſarẽ. Theatrũ) Theatrorum. Ordo, Recte aiaduertis theatra reclamãtia ſignificare odiũ, id eſt in odio eſſe Cęſarẽ. Aiaduertis) Voces ſubintellige, etiã theatrici hiſtriones odium Pompeii ſignificabant. Fortuna) Principium clauſulæ, modo velim fortuna nobis arrideat. Aliqui volunt eſſe clauſulæ finem & caſum vocandi. Melius fortunæ leges hoc eſt animoſius. Audendum eſt, fortes fortuna iuuat. Cœliano ſed) Scribe. De Cœlio primo. Iuueni) Quinto vel Cœlio. Peloponeſum) Quæ regio Ciceroni pecuniam publicam debebat. Videtur tamen Ciceroni per peloponeſum Quintum fratris filium intelligere. Quare vero ænigmatice ita dicatur, non adhuc inueni. hoc ſignificare videtur verbum indoles. Niſi ita vocet quod ab Hirtio in Peloponeſo ſtupratus fuit. Quid ſi Penelopen legis? Eſt eiuſdem vocis contrarium mendum apud Iuriſconſultos, vbi Penelopam legitur pro Peloponeſum. Sic dicetur adoleſcẽs Quintus, quoniam multos procos habebat, eratq́ præpoſtera venere famoſus & muliebria patiebatur. Docet hoc verbum inferius aut ἄρην non eſt.

Concerpere.

Odia deponenda.

Malorum ne memineris.

Suſtinebimus) Non tā propere togā purā dabimus. ἀνής) Mas.tergo fœmina,pube vir eſt. Quo)
Quare mihi perſuaderi nō poteſt,vt dē iuueni togā purā. Deprehēdi in codice antiquo, Eſt enim indo=
les,modo ſors adſit. Quod ſi adhuc nulla eſt,eſſe tamē poteſt, aut θεός τις non eſt ἐν οὐρανῷ,quod mi=
hi perſuaderi non poteſt. Significat latine,aut deus aliquis non eſt in cœlo.

Argumentum. CCIII.

VT Moueat Attico ſtomachū Antonii lauationes,mimas,dormitiones,pōpas,inſolētiā deſcribit, cui aliquid dirū de ſe mandatū ſcribit. De Seruii colloquio,de difficultate pecuniarū Ceſaris & Pompeii, Petit conſolationem ab Attico raram & inauditam.

ſuſtinebimus. Eſt enim indoles,modo aliquid hoc ſit. Quod ſi adhuc nullum eſt,eſſe tamen poteſt,aut ἀνὴρ non eſt,quod mihi perſuaderi non poteſt. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EPiſtola tua gratiſſima fuit meę Tullię, & mehercule mihi. Semper ſecum aliquid afferunt tuæ literę. Scribes igitur aliquid ad ſpem,poteris me de miſeriis. Tu Antoni leones pertimeſcas caue. Nihil eſt illo homine iucūdius. Attēde ἀρχὴν πολιτικοῦ. euocauit literis e municipiis denos,& quatuor viri venerūt ad puellā eius. mane primum dormit ad horas tres. Deinde cū eſſet nunciatū veniſſe Neapolitanos, & Cumanos (his em̄ eſt Cęſar iratus) poſtridie redire iuſſit,lauari ſe velle περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. hoc heri effecit. Hodie autē in Aenariā trāſire cōſtituit, exulibus reditū pollicetur. Sed hęc omittamus, de nobis aliquid agamus. A Daxio accepi literas. de Tirone gratū. Vectenū diligo. Veſtorio reddidi,Seruius pridie Nonarū Maii Minturnis māſiſſe dicitur,hodie in Linternino māſurus apud C.Marcellū. Cras igitur nos mature videbit,mihiq; dabit argumentū ad te epiſtolę. Iā enim nō reperio quid tibi ſcribā. Illud admiror,quod Antonius ad me ne nūciū quidē,cū præſertim me valde obſeruarit,videlicet aliqd atrocius de me imperatū eſt,corā negare mihi non vult. Qđ ego nec rogaturus erā,nec,ſi impetraſſē,crediturus. Nos tamē aliqd excogitabimus. Tu quæſo,ſiqd in Hiſpaniis,iā enim poterit audiri,& omnes ita expectāt, vt ſi recte fuerit,nihil negocii futurū putem. Ego autē nec retentis his,confectā rem puto:neq; amiſſis, deſperatam. Siluiū,& Ocellā & cæteros credo retardatos. Te quoq; a Curio īpediri video. Et ſi (vt opinor)

POTEris me) Subintellige eximere. Leones) Vehebatur enim rheda Antonius cum Citheride mima, quæ leonibus trahebatur auctore Plinio lib. viii. natu hiſto. qđ ſignū fuit generoſos ſpiritus illo tempore iugū ſubituros. Plutarchi verba ſunt hæc, Erāt etiam inter maxime familiares Citheris,& Sergius mimus quidā ex ea palæſtra mulierculam amans,hoc comitatu Antonius peragrabat Italiā lectica delatus aurea pōpas veluti circūferens. Ducebātur & leones ad rhedam ligati,& quod maxime homines torquebat,honeſtiſſimę domus ſcortis & mimis pro diuerſoriis trahebātur. — *Leones Antonii.*

ἀρχὴν) Principiū belli ciuilis q̄ deforme,q̄ portētoſum.

Puella) Beroaldus ad puellā ſcribit,hoc eſt auditi ſunt ab arbuſcula eo dormiente.

ὡς κοιλιολυσίαν γίνεσθαι) Adeo vt profluuiū ventris fieret,alii legūt περὶ qđ profluuiū dicit ſe velle lauare in balneo adſtringente propter ventrem fluentem,qui morbus,vt inquit Cicero,vt ſtrā guria,ſignum eſt maioris intemperantiæ. — *Cœliolyſia.*

Efficit) Vetuſti codices effecit,ſubintellige Antonius, quod nihil aliud fuit q̄ tacite Neapolitanos irridere, vt Caligula Chereā, cui ſignum poſcēti,princeps priapum dedit.

Aenariam) Cum diphthōgo in prima vocali. In Puteolano Pandataria,Prochita,Aenaria ab ſtatiōe nauiū Aeneę ab Homero Inarime dicta a Gręcis Pythecuſanō a ſimiarū,vt ait Plinius,multitudine,vt aliqui putāt,ſed a figulinis doliorū,hodie vocāt Iſchyā a roboreo munimēto loci. Mēdū eſt apud Plutarchū in Mario his verbis,hinc Mari⁹ ſecūdo vēto nauigās forte ad inſulā gnariā appulit,ſcribēdū eſt gnariā. De hac Appia. lib. v. bellorū ciuiliū. — *Aenaria.* — *Plutarchus emendatus.*

Nō nūciū quidē) Scribe,Ne nuncium quidem. Videlicet) Subauſcultare videor. Aliquid atrocius) Vt me iugulet. Impetratum) Ab Antonio a Cæſare. Scripſit videlicet ad Cæſarem Antonius,& de morte mea impetrauit & obtinuit. Vetuſti codices īperatū habēt. Retētis) Quis Pōpei⁹ retineat Hiſpanias. Cōfectā rē puto) Belli tame finē nō video. Retardatos) Ne ad me ex cōdicto recurrerent. De quo Ocella ſuperius.

habes vitã miſerã, maiusq; malũ eſt, tãdiu timere, q̃ eſt illud ipſum, qđ timetur: Seruiꝰ (vt antea ſcripſi) cũ veniſſet pridie Nonarũ Maii, ad me venit, ne diutius te teneã, nullius cõſilii exitum inuenimus. Nũq̃ vidi hominẽ perturbatiorẽ metu, neq; hercule quicq̃ timebat, quod nõ eſſet timẽdũ. Illũ ſibi iratũ, hũc nõ amicũ, horribilẽ vtriuſq; victoriã, cũ propter alterius crudelitatẽ, alterius audaciã, tũ propter vtriuſq; difficultatẽ pecuniarũ, qua frui nuſq̃, niſi ex priuatorum bonis poſſet. Atq; hęc ita multis cũ lachrymis loquebatur, vt ego mirarer eas tã diuturna miſeria nõ exaruiſſe. Mihi quidẽ etiã lippitudo hęc, propter quam nõ ipſe ad te ſcribo, ſine vlla lachryma eſt, ſed ſępius odioſa eſt propter vigilias. Quã ob rẽ quicq̃d habes ad cõſulendũ, collige, & illa ſcribe, non ex doctrina, neq; ex libris: nã id q̃dẽ domi eſt, ſed neſcio quomodo imbecillior eſt medicina, q̃ morbus. Hęc potius conquire de Hiſpaniis, de Maſſylia. Quę q̃dẽ ſatis bella Seruius affert, qui etiã de duabus legionibus luculẽtos authores eſſe dicebat. Hæc igitur ſi habebis, & talia, & quidẽ paucis diebus aliq̃d audiri neceſſe eſt. Sed redeo ad Seruiũ. Diſtulimus omnino ſermonem in poſterũ, ſed tardꝰ ad exeũdũ. Multo ſe in ſuo lectulo malle quicquid ferre. Odioſus ſcrupulus de filii militia Bruduſina. Vnũ illud firmiſſime aſſeuerabat, ſi damnati reſtituerentur, in exilium ſe iturum. Nos autem ad hæc, & ipſum certo fore, & quæ iam fiebãt non eſſe leuiora, multaq; colligebamus. Verũ ea non animũ eius augebant, ſed timorem, vt iam celandum magis de noſtro conſilio quem ad diem videretur. quare in hoc non multum eſt. Nos a te admoniti de Cęlio cogitabimus. Vale.

Habes) Hic nihil deeſſe patet ex priſcis exemplaribus. Timetur) Iuxta illud Auguſtini in libris de Ciuitate dei, Melius eſt vnam mortem ſubire moriendo, quàm omnes timere viuẽdo. Crudelitatem) Pompeii. Qua) Copia pecuniaria. Exaruiſſe) Quoniam, vt inquit idẽ in Partitionibus, lachryma nihil citius areſcit, pręſertim in alienis malis. Medicina) Ouidius, Interdum docta plus valet arte malum.

Lachryma cito areſcit.

Tardus ad exeundum) Ad tranſeundum in partes Põpeianas Seruius videbatur. Multos) Scribe multo ſe. Dicebat Seruiꝰ ſe mori multo malle in ſuo lectulo. Fore) Corrige, ferre. ſe malle quicquid ferre in ſuo lectulo. Odioſus ſcrupulus.) Nodus ille Seruium torquebat quòd Pompeium Brunduſii obſederat, ſuper qua re ſuperius. Quem ad diem.) Quo tempore conſcendere debeam.

## M.T. Cicero T.P.ATTICO S.

SEruius cũ eſſet apud me, Cephalio cum tuis literis. VI. Iduũ venit, quæ nobis magnã ſpem attulerũt meliorum rerũ. De octo cohortibus, etenim hæ quoq;, quæ in his locis ſunt labare dicuntur. Eodem die Funiſulanus a te attulit literas, in quibus erat confirmatius illud idẽ. Ei de ſuo negocio reſpõdi cumulate, cũ om̃i tua gratia. adhuc nõ ſatis faciebat. Debet aũt mihi multos nũmos, nec habet locuples. nunc ait ſe daturũ, cum ex publicis ſuſtulerit moram tabellarius, ſi apud ſe eſſent quas ſatiſfeciſſet daret,

Argumentum. CCIIII.

ATTICI literę res Cęſaris labare dicebant. Conſcendere meditatur idque palam, quãuis impediturũ confirmauerit Antonius. Titum quartana leuatum gaudet. SVSTVlerit) Cum ex publicis tabellis ei ſoluetur, quæ propter inopiam ærarii moram in ſoluendo trahunt. Tabellarius) In hoc loco publicus ærarius appellatur, quęſtorias rationes curans. Si apud) Lege, Si apud ſe eſſent quas ſatiſfeciſſet, daret. præterea Funiſulanus, inquit ſe fuiſſe paratum mihi dare, & numerare meam pecuniam ſi eã haberet in loculis, & quia ex ære domeſtico ſoluit & illi nomine Reipublicæ.

PIVS.

Tabellarius.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quantũ ſit, hæres Philotimi tibi dicet. Sed ad maiora redeamus. Quod optas, Cęlianum illud matureſcit. Itaq; torqueor, vtrũ ventũ expectẽ. Vexillo opus eſt, cõuolabũt. Qđ ſuades, vt palam, prorſus aſſentior. Itaq; me profecturũ puto. Tuas tamẽ interim literas expecto. Seruii cõſilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni ſentẽtia occurrũt. Vnũ C. Marcello cognoui timidiorẽ, quẽ Cos. fuiſſe pœnitet: qui etiã Antoniũ cõfirmaſſe dicitur, vt me impediret, quod ipſe credo honeſtius. Antonius aũt. VI. Iduũ Capuã profectus eſt. Ad me miſit ſe pudore deterritũ, ad me nõ veniſſe, ꝙ me ſibi ſuccẽſeri putaret. Ibitur igitur, & ita quidẽ vt cẽſes, niſi cuius perſonę grauioris ſuſcipiẽdę, ſpes erit ante oblata. Sed vix erit tã cito, Halienus autẽ Pr. putabat aliquẽ, ſed ego nõ, ex collegis ſuis quis licet. dũmodo aliquos. De ſorore laudo, deq; puero datur opera. ſpero eſſe meliora. De Quinto Fratre ſcito eũ nõ mediocriter laborare de vſura, ſed adhuc nihil a L. Egnatio expreſſit Axius de. XII. millibus pudẽs. Sępe enim aſcripſit, vt Gallio, quãtũ is vellet, darẽ, qđ ſi non ſcripſiſſet, poſſem ne aliter? Et quidẽ ſępe ſum pollicitus. Sed tãtũ voluit cito, nec vero adiuuarent ii in anguſtiis ſeductũ. verũ alias. Te a quartana liberatũ gaudeo, itẽq; Pyliã. Ego dũ naues & cętera parãtur, excurro in Põpeianũ. Vectieno velim gratias, ꝙ ſtudioſus ſit. Si quẽq̃ nactus fueris q perferat literas, des anteq̃ diſcedimus. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

COmmodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionyſius fuit. Cui ego quidẽ nõ modo placabilẽ me prębuiſſem, ſed totũ remiſiſſem, ſi veniſſet, qua mẽte tu ad me ſcripſeras. Erat eñ ſic in tuis literis, quas Arpini acceperã, eum venturũ, facturũq;, quod ego vellem. Volebã autẽ, vel cupiebã potius, iſſe eum nobiſcum. Quod, q̃a plane cũ in Formianũ veniſſet, pręciderat, aſperius ad te de eo ſcribere ſtatuebam. at ille perpauca locutus, hanc ſummã habuit orationis, vt ſibi ignoſcerẽ, ſe rebus ſuis impeditum, nobiſcum ire non poſſe. Pauca reſpondi, magnũ accepi dolorẽ. Intellexi fortunam ab eo noſtram deſpectã eſſe. quid quæris? Fortaſſe miraberis. In maximis horũ temporũ doloribus, hunc mihi ſcito eſſe. Velim, vt tibi amicus ſit.

Quantun ſit) Quod ab eo mihi debeať. Vẽtũ) Secũdũ trãſmiſſioni noſtrę. Vexillo) Velo erecto. Conuolabunt) Fratres Aſtręi cõgruẽt. Vt palã) Conſcẽdã. non clam vt pirata. Vnũ) Seruiũ & ꝑterea neminẽ. Quẽ) Marcellũ quoniã Cæſarẽ prouocauit.

Occurrunt) Seruio, qui captiones oẽs metuit. hic nihil deeſt. Honeſtius) Morareť me morãte. Qđ ſe ſibi) Corrige, quod me ſibi. Ita) Palã.

Cuius) Alicuius, niſi aliqua perſona grauior nobis occurrerit, cuius ego cõſilio ab inſtituta velificatione diuellar.

Vixerit) Seiunge, Vix erit. Tã cito vix perſona grauior occurret, qn prius nauigẽ.

Putabat) Oportere me ducere. Si ego non) Emendat Beroaldus, Sed ego nõ, ſupple puto. Quiuis) Veniat.

De puero) Quinto caſtigãdo. De vſura) Ex vſura. Expreſſit) Elicuit aliquid pecuniarũ & extorſit. Pudens) Nomẽ propriũ, nihil expreſſit. Adſcripſit) Subdidit literis pro additamẽto. Quod ſibi Scribẽdũ, Quod ſi, quãuis nõ ſcripſiſſet, nõ poteram nõ dare. Adiuuarẽt) Pecunię nõ numeratę, ſed retẽtæ.

Seductos) Lege, ſeductum, ſepoſitum a forenſi verſura.

Alias) De his plura.

Argumentum. CCV.

PIVS.

ITERVM) Dionyſius ad repotia, ſpiritus cõtumacia ſolita, ac ſupcilio matutino, qđ perituro imo impetraturo veniam q̃ diſſonũ ſit vel cęci vidẽt. Deſpexit fortunã Ciceronis Dionyſius, ac cũ eo ire noluit, qui beatos tãtũ colit. De cõſilio nauigationis ſuę nõnulla. De Catone, qui Siciliam non tenuit.

Bene

COMMODVM) Statim. hæc epiſtola ſcribitur ad Aticũ, non Cæſarẽ. Bene mane) Valde, ſummo mane. Cicero libro. 7. Epiſt. Famil. Et ſi domum bene potus, ſeroq; redieram. Ælius Donatus in Eunuchũ, Qui bene vertẽdo, bene pro valde. Eſſe eum vobiſcum) Aliqui codices, iſſe eum nobiſcum. Præciderat) Spem ademerat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ho: cum tibi) Lgendum,ſibi,hoc eſt Dionyſio. Beatus ſis) Legendũ,ſit. Erit tãdiu .Beatus Dionyſius quantiſper erit cum Attico cui vel eſſe notum ſumma felicitas eſt,qui in quiete ſemper ac tranquillitate viuit,qui in extimo,vt inquit ille,mũdi dorſo degit. Melius,velim tibi ſit amicus Dionyſius, quod cum tibi opto,opto vt tu beatus ſis,quoniã Dionyſius tãtũ beatos ac felices amat, amicus tẽporũ non hominũ. Erit enim tãdiu,tantiſper tibi Dionyſius amicus,donec eris felix . Iuxta illud Ouidianũ in Triſtibus, Donec eris felix multos numerabis amicos: Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Amicus tẽporum.

Hoc cum tibi opto,opto vt beatus ſis . Erit enim tã diu.Conſilium noſtrum ſpero vacuum periculo fore. Nam & diſſimulabimus , & (vt opinor) acerrime obſeruabimus,nauigatio modo ſit qualem opto.Cętera,quæ quidem conſilio prouideri poterunt , cauebuntur. Tu,dum adſumus,non modo quæ ſcieris audierisve,ſed etiam quæ futura prouidebis,ſcribas velim . Cato,qui Siciliam tenere nullo negocio potuit, & ſi tenuiſſet,omnes boni ad eum ſe cõtuliſſent, Syracuſis profectus eſt ante diem. VIII. Calend. Maii, vt ad me Curio ſcripſit. Vtinam,quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat . eſt enim rumor . O, ſi id fuerit, turpem Catonem. Ego,vt minuerem ſuſpicionẽ profectionis,aut cogitationis meæ,profectus ſum in Põpeianum ad. IIII.Iduũ,vt ibi eſſem, dum quæ ad nauigandum opus eſſent, pararentur . Cum ad villam veniſſem,venerunt ad me Centuriones trium cohortium (quæ Pompeiis ſunt) poſtridie . Hæc mecum Minnius noſter, velle eos mihi ſe & oppidũ tradere. At ego inde poſtridie ad villam veni ante lucem , vt me omnino illi ne viderẽt . Quid enim erat in tribus cohortibus ? quid ſi plures? quo apparatu? cogitaui eadem illa Cęliana,quæ legeram epiſtola tua , quam accepi . Simul & in Cumanum veni eadem die, & ſimul fieri poterat,vt tẽtaremur.Omnem igitur ſuſpitionem ſuſtuli . Sed cum redeo,Hortenſius venit, & ad Terentiam ſalutatum diuerterat . ſermone erat vſus honorifico erga me,tamen eum (vt puto)videbo. miſit enim puerum,ſe ad me venire. Hoc quidem melius , q̃ Collega noſter Antonius , cuius inter Lictores lectica mima portatur. Tu,quoniam quartana cares,& nedum morbum remouiſti,ſed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia ſiſte , & literarũ aliquid interea. Vale.

Conſilium ) De conſcendẽdo. Diſſimulauimus)Diſſimulabim⁹ potior eſt lectio. Obſeruabimus) Quam rẽ agãt hoſtes noſtri. Rumor ) De Cotta prouinciam eum retenturũ. Fuerit) Si Cotta Sardiniam tenebit. Turpem Catonem) Qui deſeruit ſine coniectu teli prouinciã. Venerunt) Iunge cum poſtridie. Pompeii)Scribe,Põpeiis,intelligit de oppido Cãpaniæ. Lectica) In lectica. Vna)Corrige,mima,hoc eſt Citheris. Grauedinem)Humorem defluum atque deciduũ,vnde grauedinoſus Ciceroni qui premit hoc morbo. Catullianum id notiſſimum,Grauedo & tuſſis. Cornelius Celſus libro quarto, Deſtillat enim humor ex capite interdum in nares,quod leue eſt, interdum in fauces, quod peius eſt : interdũ etiã in pulmonem,quod peſſimũ eſt. Si in nares deſtillat,tenuis p has pituita pfluit, caput leuiter dolet , grauitas etiã ſentitur,frequentia ſternutamenta ſunt: ſi in fauces , has exaſperat,fuſciculam mouet: ſi in pulmonem,præter ſternutamenta & tuſſim,eſt etiã capitis grauitas, laſſitudo, ſitis,æſtus,bilioſa vrina. Aliud autem q̃uis non multum diſtãs malum grauedo eſt, hęc nares claudit,vocem obtundit. tuſſim ſiccã mouet , ſub eadem ſalſa eſt ſaliua,ſonant aures,venæ mouentur in capite, turbida vrina eſt. Hæc omnia coryzas Hippocrates nominat.Nunc video apud Gręcos in grauedine hoc nomen ſeruari. Deſtillationem cataſtagmon appellari .Hæc autem & ſi neglecta ſunt,lõga eſſe conſueuerunt.Nihil peſtiferum eſt,niſi quod pulmonem exulcerauit.Hæc Celſus Latina ſiren. Interea) Mitte.

Grauedo.

Coryza.

Cataſtagmos

ASCENſius. Nedum morbum &c. ponitur nedum pro non ſolum,iuxta Vallæ pręceptionem.

Nedum.

Argumentum. CCVI.

LIPPITVDO refricat,impediens vices epiſtolicas. Conualuiſſe Atticum gaudet. De Hortenſio, de partu Tulliæ ſeptimeſtri: Malacia maris eum retinuit potius q̃ crebræ cuſtodiæ. Clam, tacite conſcendere cupit. Dolet quod nec fortiter,nec prudenter quid facere poteſt.

PIVS.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἐκτένειαν) Propenſionē. Epiſtola cętera) Reliquũ epiſtolę, Refricat) Redulcerat. Cellam) Diuerſoriolũ, perfugiũ noſtri doloris. Alij Cęliũ ſcribũt, nõnulli Cęciliũ pro Attico. Eſt eñ idē vt ſupra.

*Diploma.*

Si quidē adhuc erat) Si prout hucuſq; erat perſeuerat. Alij codices, ſi idem qui nũc erit. Diplomate, Syngrapha. Saluũ conductũ hodie vocāt. Integritas & ſanctitas Attici innocentiaq; ſingularis, diplomate nõ egebat. Sũt qui diplomata bullas interpretētur, vbi videlicet ſit ſignũ publicũ M.T. pro Cornelio Balbo, Mitto diplomata in tota prouincia paſſim data. Trãquillus in Octauij vita. In diplomatib⁹ libellisq; & epiſtolis ſignãdis vſus eſt imagine magni Alexandri.

*Duplices.*

Sũt q duplices tabellas ex etymo græcę vocis & diplomata dicāt idē. Ego adhuc ambigo. De qbus Ouid. in Amoribus, Aſt ego vos verbis duplices pro nomine ſenſi, Augurij numerus nõ erat ille boni. Cui⁹) alicui⁹. Inſimularē) Eſt inſtar criminis tãtã innocētiã ſine diplomate non eſſe ſecuram.

Qui) Quomodo cũ panda virgula. Aliter) Sine diplomate. Eo) Ideo te habere & imperraſſe diploma.

*Heptamenæus.*

ἑπταμηνιαῖον) Septimeſtrē ſalua peperit. Septimini dicũtur a Latinis, qui vitales eſſe poſſunt, auctore Plinio li. 7. Na. hiſt. Iuxta illud Cęcilianum, Quin mulier parit ſeptimo quoq; & octauo. Et quoniã belle occaſionē nacti ſumus, explicemus rē ſcitu dignã ſuper partu fœminarum, curq;

*De ratione partus.*

ſeptiminus plerũq; ſit vitalis. Cauſa, inqt Petrus Aponus, Differētia vndeqnquageſima, ꝙ octominus non viuat eſt iſta. Poſuit Ptolemęus mēſe primo ſup cõceptionē Saturnũ dominari frigidũ & ſiccũ.

*Saturnus.*

Tũc eñ ſemen aquoſum & fluxũ indiguit aliquo qđ ipm ſiſteret, cõſtringeret atq; denſaret, vt calidũ ipſius vigoretur, cuiuſmodi eſt frigiditas & ſiccitas Saturni. Eſt eñ origo virtutis retētiuę in Centiloquio.

*Iupiter.*

Secũdo quoq; menſe eidē Iupiter dominatur fortunãs, calidus & humidus augmētatiuus. Eſt nãq; virtutis creſcētis origo. Tũc eñ cõceptus eget calido dilatante ipſius naturã, & humiditate extendēte, protractionēq; linearũ & punctorũ, tãdēq; ad informationē, & vt etiã frigiditas & ſiccitas Saturni reprimatur.

*Mars.*

Reliquo ſiquidē mēſis Mars occurrit, qui ſui caliditate iã creſcētē embryonē calefacit & deſiccat ſuperfluitatē ipſius humiditatis & ad motũ cõcitat. Tũc eñ moueri ꝑcipit. In calidũ eñ & ſiccũ motiua valde.

*Sol.*

Menſe quarto ſuperuenit Sol, cor cæli mũdiq; princeps, qui ſui caliditate viuifica in tãtũ perficit embryonē, vt ſpiritus in eũ ingrediať rationalis.

*Venus.*

Quinto vero mēſe Venus ordine ſupcurrit, frigiditate & humiditate contēperãs, quæ calidũ Martis & ſiccũ Solis, oſſa, carnēq; auget, & id genus, & oĩa mēbra pręparat, figuraq; decora fingit ac perficit.

*Mercurius.*

Reliquo nimirũ mēſe Mercurius aduenit exſiccãs ſuperflua, tēperamentũ inducēdo, ad motũq; faciēs, qui partes minores ſeparat, extrinſecas ꝑſertim, ac diſtinguit coæquatũ.

*Luna.*

Luna quoq; ſeptimo mēſe ſuperadiicit carnē & pinguedinē, ſui humiditate infantē nutriens & augēs, cũ ipſa virtutis naturalis ſit origo. Humectat etiã matricis partes, vnde qa ſic perfectus omni quaq; recepto iam planetarũ beneficio, & qa ſub poteſtate naſciť Lunę, ſaluať egreſſus, cũ ipſa fortunæ & vitę cauſa exiſtat.

*Saturnus.*

Demũ mēſe octauo reuertitur Saturnus infortunatus frigidus & ſiccus, qui rigore percutit infantē & anguſtat, & in matrice permanere cõpeſcit, q ſi lęſus egrediať, etiã ab aliis extrinſecis Saturni malitiã tolerare nõ poterit. Demũ mēſe nono ſupuenit Iupiter ordine, fortuna calidus & humidus tēperate, qui cũ ſit pater deoꝝ hominũq; (Tertio de anima) plures ſub eius ſecũdũ Homerũ naſcũtur dominio, perlõgęui. Sin aũt decimo moretur in vtero mēſe, ſub Martis naſcetur dominio. Et qa

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PRidie Iduũ, Hortēſius ad me venit ſcripta epiſtola. Vellem cętera eius, q̄ in me incredibilē ἐκτένειαν, qua quidem cogito vti. Deinde Serapion cum epiſtola tua, quã priuſq̄ aperuiſſem, dixi & te ad me de eo ſcripſiſſe antea, vt feceras. Deinde epiſtola ſcripta cumulatiſſime cętera. & hercule hominē bonũ & doctũ, & probũ exiſtimo, quinetiam naui eius me, & ipſo cõuectore vſurũ puto. Crebro refricat lippitudo, nõ illa quidē perodioſa, ſed tamē quę impediat ſcriptionē meã. Valetudinē tuã iam cõfirmatã eſſe, & a vetere morbo, & a nouis tētationibus gaudeo. Cellã vellē haberemus. Vidētur enim hęc paulo faciliora. Nũc quidē ęquinoctiũ nos moratur, quod valde perturbatũ erat. id ſi cras erit, vtinã idē maneat. Hortēſio ſi qui eſt adhuc, erit, liberalius nihil eſſe poteſt. De diplomate admiraris, quaſi neſcio cuius te flagitii inſimularē. Negas enim te reperire, qui mihi id in mentē venerit. Ego autē, quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (etenim audieram nemini taliter licere) & eo te habere cenſebam, & quia a pueris diploma ſumpſeras. habes cauſam opinionis meæ, & tamen velim ſcire quid cogites, in primisq; ſiquid etiam nunc noui eſt. XVII. Calend. Iunii Tullia mea peperit puerum, ἑπταμηνιαῖον ἀτόκησεν. Quod quidem eſt natum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſis laborioſis mouetur motibus, hinc iſte agitatus egreditur atq; infortunatus, calidus & ſiccus vt plurimũ. Natos ſub eo ponit Abraham euenire vt parũ viuãt. Ego autẽ anno ætatis exiſtẽs. Liij. velut a matre ſolertiſſima potui cõprehendere, ac per trutinã Hermetis natiuitatis gradus aſcẽdẽtis occulti inueſtigationẽ reperi, moram decẽ menſiũ & xiiij dierũ me in vtero cõtraxiſſe. Si vero. xj. naſcatur menſe, quia tũc ad poteſtatẽ reuertitũ Solis, itidẽ natus poterit viuere, cũ Sol poſt deũ cũ Luna ſit cauſa vitæ, nõ tamẽ partus vitalis erit omnino. Hęc Aponenſis omniũ doctiſſime, verũ infantiſſime. Sed ſcitũ ac verũ eſt illud Mãlianum, Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Decimeſtris. Petrus. Apon.

perimbecillum eſt. Me mirificę trãquillitates adhuc tenuerunt. atq; maiore impedimẽto fuerunt, q̃ cuſtodiæ, quibus aſſeruor. Nam illa Hortenſiana omnia fuere infantia. Ita fiet homo nequiſſimus, ab Saluio liberto deprauatus eſt. Itaq; poſthac non ſcribam ad te, quid facturus ſim, ſed quid fecerim. Omnes enim κωρυκαῖοι videntur ſubauſcultare quæ loquor. Tu tamen, ſi quid de Hiſpaniis, ſiue q̃d aliud, perge quęſo ſcribere, nec meas literas expectaris, niſi, cũ quo opto, peruenerimus, aut ſiquis ex curſu: ſed hoc quoq; timide ſcribo, ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa, vt male poſuimus initia ſic cętera ſequentur. Furias nũc ſequimur, eadem nos fortaſſe furia perſequetur. Ex Balbi autẽ ſermone, quem tecum habuit, non probamus de Melita. Dubitas igitur, quin nos in hoſtium numero habeat. Scripſi equidem Balbo te ad me de beneuolẽtia ſcripſiſſe, & de ſuſpicione egi gratias. De altero ei me purgaui, hęc quẽ tu hominem infeliciorẽ? Non loquor plura, ne te quoq; excruciem. Ipſe conficior veniſſe tempus, cum iam nec fortiter, nec prudẽter quicq̃ facere poſſim. Vale.

Perimbecillũ) Vitale quidem, ſed debile, cauſa quod Iouẽ fornacẽ ac radicem vitę bis imbibere non potuit. Tranquillitates) Cum mare ſine vẽtis iacet. Infantia) Puerilia deliramenta, & ægri veteris ſomnia. Intellige ſemper de Hortenſio filio oratoris. Ita fiet) Euadet in virũ nequiſſimum. κωρυκαῖοι) Apud Gręcos prouerbiũ circũfertur auctore Stephano, κωρυκαῖος ἠκροάζετο. Coryceus audiuit, cũ acturi aliquid regimus, & tamen diffluit inuitiſſimis ac cõprimẽtibus nobis. In Coryco mõte Pamphylię, auctore Strabone, piratę latibula habẽt, qui ſparſi per montanos portus, verba negociatorũ excipiũt, quas merces ferant, quo nauigẽt, & quoto tẽpore. Quib9 auditis archipiratę mercatores negciatoresq; certius excipiũt. Suidas his non omnino diſſimilia prodit. Hos corycæos tradit Myoneſſiis finitimis Corycis iſta referre ac Myoneſſios auctores eſſe deprędandi. Comici inducũt Deum Coryceum nomine quæ gerantur audientem, de quo deo Menander auctore Suda meminerit in Enchiridio, Doxippus in Theſauro. Cum quo opto) Ad Pompeium. Siquis) Nuncius fidiſſimus erit. Ex curſu) in itinere. Furias) Bella ciuilia, Furias Cicero de Natura Deorum Eumenidas interpretatur, Subditq;, Furiæ deæ ſunt ſpeculatrices & vindices facinorum & ſceleris.

Coryceæ. Myoneſſij. Corycæus deus. Furina.

# M·T·CICERONIS

## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER VNDECIMVS.

### M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

ACCEPI a te ſignatum libellum quẽ Anteros attulerat, ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſime afflictor, quod qui eas diſpenſauit, neq; adeſt iſtic, neq; vbi terrarum ſit, ſcio. Omnem autẽ ſpem habeo exiſtimatio

Argumentum. CCVII.

COMMENDAT Attico domeſticas rationes ſuper quibus conflictatur intime, in illiusq; fide omnia ſua poſita eſſe reſpondet. Rogaus vt miſeris temporibus ac fortuna ſuccumbente ſuccumbere nolit.

PIVS.

ANTEROS.) Deus eſt amori contrarius. In Helcorum gymnaſio ea parte, quæ dicebat μαλθῶ, ſtabãt Amoris & anterotos icones. ſed ἔρως palmaceum tenebat ramũ, quẽ auferre nitebat Anteros. Hic vero Anteros nomen eſt proprium,

Anteros.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nis, priuatarumq; rerum in tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia, quam ſe his temporibus miſeris & extremis præſtiteris, hæc pericula, quæ mihi cõmunia ſunt cum cæteris, fortius feram, idq; vt facias te obteſtor atq; obſecro. Ego in Ciſtophoro in Aſia habeo ad HS bis & vicies, huius pecunię permutatione fidem noſtram facile tuebere, quam quidem ego niſi expeditam relinquere putaſſem, credẽs ei, cui tu ſcis iam pridem minime credere, commoratus eſſem pauliſper, nec domeſticas res impeditas reliquiſſem. ob eamq; cauſam ſerius ad te ſcribo, ꝗ ſero intellexi, quid timendum eſſet. Te etiam atque etiam oro, vt me totum tuendum ſuſcipias, vt ſi ii ſalui erunt, quibus cum ſum, vna cum iis poſſim incolumis eſſe, ſalutemq; meam beneuolentiæ tuæ acceptam referre. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

LIteras tuas accepi pridie Nonarũ Feb. eoq; ipſo die ex teſtamento creui hæreditatem. ex multiſſimis & miſerrimis curis eſt vna enata, ſi (vt ſcribis) iſta hæreditas fidem, & famam meam tueri poteſt, quam quidem te intelligo etiam, ſine hæreditate tuis opibus defenſurũ fuiſſe. De dote quod ſcribis, per omneis deos te obteſtor, vt totam rem ſuſcipias, & illam miſerã mea culpa & negligentia tueare meis opibus, ſi quę ſunt: tuis, quibus moleſtũ nõ erit, facultatibus: cui quidem deeſſe omnia, quod ſcribis, obſecro te noli pati. In quos eñ ſumptus abeunt fructus prædiorũ? Iam illa HS.LX. quę ſcribis, nemo mihi vnq̃ dixit ex dote eſſe detracta. nunq̃ eñ eſſem paſſus. Sed hęc minima eſt ex his iniuriis, quas accepi, de quibus ad te dolore & lachrymis prohibeor ſcribere. Ex ea pecunia, quę fuit in Aſia, partẽ dimidiam fere exegit. Tutius videbatur fore ibi, vbi eſt, q̃ apud publicanos. Quod me hortaris, vt firmo ſim animo, vellem poſſes aliquid afferre, quam ob rem id facere poſſem. Sed ſi ad cęteras miſerias acceſſit etiã id quod mihi Chryſippus dixit parari (tu nihil ſignificaſti de domo) quis me miſerior vno iam fuit? Oro, obſecro, ignoſce, nõ poſſum plura ſcribere. Quãto mœrore vrgear, profecto vides: quod ſi mihi commune cũ cæteris eſſet, qui vidẽtur in eadẽ cauſa eſſe, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior eſſet.

Ciſtophoros.

Ciſtophoro) Genus nummi, de quo ſuperius multa.

Ii ſalui) De Pompeio intelligit, vel de familiaribus filio & nepote.

Argumentum. CCVIII.

PIVS.

DOMESTICA exequitur. De hæreditate quam creuit, de dote filiæ ſartienda. De ciſtophoris exactis parte dimidia. De ſua domo nonnulla mens auguratur calamitoſa, præ dolore plura ſcribere nõ poteſt. CREVI Hæreditatem) Acquiſiui hæreditatẽ. Mos loquendi felicis ac facũdi ſeculi. Illa acquiſitio cretio dicebatur. Quæ ſit cretionum ſolennitas apud Iuriſconſultos codice de iure delib. in lege cretionum niſi ex hoc loco Ciceronis non intelliges. Et rurſus alibi, Galeonis hæreditatem creui. Dico enim Cretionem fuiſſe ſimplicem. quoniam ad me miſſa eſt: licet Veneti librarii a Pomponii editione cũ eam non intellexiſſent, diffidentes aliter impreſſerint, cum & creui hęreditatem acquiſiui ſignificet Feſto auctore. Verba Codicis ſunt hæc, Cretionum ſcrupuloſam ſolennitatem hac lege amputare decernimus, vbi cum Azone, Vgolino, & Hyrnerio diuerſa ſentientibus, balbutit Accurſius. Sexti Pompeij verba ſunt hæc, Creui modo ſignificat hæreditatem adij. modo maior ætate vel cenſu ſum, modo iudicaui, modo diuiſi: quæ omnia a duobus verbis creſco & cerno trahuntur, quod illi κραίνω dicunt perficere. Multiſſimis) Superlatiuũ a multo, ſignificat plurimis. Eas vitaſſe) Lege, ea vitaſſe, ſigna & manum.

Creui hæreditatẽ quid ſignificet. Cretio.

Iuriſcõſultorum verbum explicatum.

Accurſii balbuties.

Multiſſim⁹.

Argumentum. CCIX.

PIVS.

AMICItiæ ac beneuolentię Titi cuncta ſua remittit, cuius diligẽtia mala multa leuabuntur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nunc nihil eſt, quod cõſoletur, niſi quod tu efficis, ſi modo etiã nunc effici poteſt, vt nequa ſingulari afficiar calamitate, & iniuria. Tardius ad te remiſi tabellariũ, quod poteſtas mittẽdi nõ fuit citius, & numorũ accepi HS. LXX, & veſtimentorũ quod opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo. Noſti meos familiares, ſignũ requirent, aut manum, dices iis, me propter cuſtodias ea vitaſſe. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVid hic agatur ſcire poteris ex eo, qui literas attulit, quem diutius tenui, quia quotidie aliquid noui expectabamus. Neq; nũc mittẽdi vlla cauſa fuit, pręter eã, de qua tibi reſcribi voluiſti. Qđ ad Cal. Quintil. pertinet, qd vellẽ, vtrũq; graue eſt, etiã graui tẽpore periculũ tãtę pecunię, & dubio rerum exitu. Iſta re, quam ſcribis, abrupta, quare vt alia, ſic hoc vel maximę tuę amicitię, beneuolẽtięq; ꝑmitto, & illius conſilio & volũtati, cui miſerę conſuluiſſem melius, ſi tecũ olim corã potius, q̃ per literas de ſalute noſtra fortuniſq; deliberauiſſem. Qđ negas pręcipuũ mihi vllũ incõmodũ impẽdere, et ſi iſta res nihil habet cõſolationis, tñ etiã ꝑcipua multa ſunt, quæ tu profecto vides grauiſſima eſſe, & me facillime vitare potuiſſe, ea tñ erũt minora, ſi (vt adhuc factũ eſt) adminiſtratione diligẽtiaq; tua leuabũtur. Pecunia apđ Egnatiũ eſt, ſit a me, vt eſt. Neq; eñ hoc quod agitur, videtur diuturnũ eſſe poſſe, vt ſcire iã poſſim, qd maxime opus ſit. et ſi egeo rebus oĩbus, quod is quoq; in anguſtiis eſt quicũ ſumus, cui magnã dedimus pecuniã mutuã, opinor nobis cõſtitutis rebus, eã rẽ etiam honori fore. Tu, vt antea feciſti, velim, ſi qui erunt, ad quos aliqd ſcibẽdũ a me exiſtimes, ipſe cõficias. Tuis ſal. dic. Cura, vt valeas. In primis vero id, qđ ſcribis, omnibus rebus cura, & prouide, neqd ei deſit, de qua ſcis me miſerrimũ eſſe. Idib. Iuniis ex caſtris.

M.T.Cicero T.P.ATTICO S.

ACcepi ab Iſidoro literas, & poſtea datas binas. ex proximis cognoui prędia non vęniſſe. videbis ergo, vt ſuſtẽtetur ꝑtim de Fruſinati: ſi modo futuri ſumus, erit mihi res opportuna. Meas literas quod

ABRVPTIO) Auulſio ex re familiari. Legit Aldus ſic, Iſta re quam ſcribis abrupta.
Pręmitto) Scribe, permitto. Cõſilio) Qđ in Attico θεον vt aiunt Gręci, hoc eſt diuinũ fuit. Cõſiliũ menſq; differũt vt in Seruianis codicibus integris legit̃, ſimiliter animus ac mẽs. Mens eſt intellectus, animus volũtas, vnde fluxit illud Terẽtianũ, Mala mẽs, malus animꝰ. Animũ cõſiliũq; nõ diſtinguit Arduꝰ poeta Lucretius illo verſu in libris de rerũ natura. Cõſiliũ qđ nos animũ mẽtẽq; vocamus. Mẽtẽ animũq;, Delius inſpirat vates, aperitq; futura, ait Maro libr. 6. Æneidos.

Mens.
Animus.

Volũtati) Quę ſeiũcta eſt a mẽte, vt pathos, id eſt affectꝰ a ratione, quę et ſi bona eſſe poteſt, nõ ſemp tamẽ eſt bona, ſed faſcinatur. Miſeræ) Infelici amicitię noſtrę, quæ clareſcit tãtũ in malis. Cõſuluiſſem) Prouidiſſem. Cõſule tibi, eſt id qđ vulgo dicit̃, rẽ tuã cura. Cõſulere boni & mali, eſt in bonã vel ſiniſtrã partẽ accipere. Per literas) Elingue quid ac mutũ ſonãtes. Viua vox melius afficit.

Conſule tibi,
Boni aut mali.

Pecunia) Subintellige fratris. Eſt, ſit a me vt eſt) Lege, Eſt ſita) vt mea vtere. Legit Aldus aliter. ſit a me, Vt eſt. Hoc eſt, vt hodie dicitur, pẽdeat a me. Is quoq;) Põpeius. In anguſtiis) in difficultate pecuniaria. Quicũ) Is cum quo ſumus Põpeius.
De qua) Tullia, de qua hoc eſt propter quã ſcis me eſſe miſerrimũ. Miſerrimũ eſſe) In veteri codice hoc additur. Idu. Iun. Ex caſtris. Iam eñ traiecerat.

Argumentum. CCX.

EXCVSAT ſe q̄ rarẽter ꝑpter impedimẽta ſcribat, vel q̄ argumẽtũ cõdignũ non occurrit, quoniã nõ ꝓbat ea quę fiũt. Fugit omne caſtrenſe munꝰ atq; officia militaria. quoniã nulla eius perſona digna occurrebat. Bona ſpes eſt Bruti.

PIVS.

POSTEA q̃ accepi lr̃as ab Iſidoro, poſt eas accepi binas lr̃as. Vęniſſe) Vẽdita eſſe. De Eruſinatis) Lege, de Fruſinati hoc eſt agro videbis. Fruſinates ſunt Cãpanię populi a Fruſinone oppido, qđ hodie dicit̃ Fragellona. Futuri ſumꝰ) Ciues Ro. erimꝰ, nõ exules.

Poſtea.
Fruſinates.

requiris,impedior inopia reru̅ , quas nullas habeo literis dignas . Quippe cui nec quę accidunt,nec quæ agu̅tur vllo modo probentur . Vtina̅ cora̅ tecu̅,olim potius,q̄ per epiſtolas. Luctu,vt poſſum,tueor apud hos. cętera celer,ipſe fugi adhuc omne munus,eo magis,quod ita nihil poterat agi,vt mihi.& meis rebus aptu̅ eſſet,quid ſit geſtu̅ noui,quęris. ex Iſidoro ſcire poteris.reliqua no̅ videtur eſſe difficiliora. Tu id velim,qđ ſcis me maxime velle,cures,vt ſcribis,vt facis. Me co̅ficit ſolitudo,ex qua etia̅ ſumma infirmitas corporis,qua leuata,ero vna cu̅ eo,q negociu̅ gerit,eſtq; in ſpe magna Brutus amicus,in cauſa verſat᷑ acriter. Hactenus fuit,qđ caute a me ſcribi poſſet. De pe̅ſione altera oro te omni cura co̅ſidera , quid ſit facie̅du̅, vt ſcripſi his literis,quas Pollex tulit. Vale .

Luctum tueor) Abſtineo a lachrymis ne ominari dira Pompeio videar, vel aſpicio in proximo eſſe aliquid luctuoſi. In ſpe magna) Potiundæ Maſſyliæ.

Argumentum.CCXI.

PIVS. TVMVLTVATVR vt ſolet. Amici conſilia, de itinere non place̅t. Tum ſubdebilitatum videt. propter incredibilem corporis acanimi moleſtiam.plura ſcribere non poteſt .

COGERINT) Scribe,coegerint. Fuit quod vides) Conſcendi vel ex caſtris Po̅peianis diſceſſi. Fecit enim ac poſteaquàm omnia inordinate fieri vidit,veniſſe pœnituit. Summam) Totum tenorem. Tanto interuallo nihil omnino ad nos)Poſt ta̅tum ſpatium nihil ad nos ſcripſerunt. Quæ auerſiſſimo) Priſci codices habent, Quæ res auerſiſſimo, hoc eſt quod deteſtatus eſt pater nepotis tui Quinti.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVę me cauſę mouerit,q̄ acerbę, q̄ graues,q̄ nouę,coegerintq; impetu magis quoda̅ animi vti,q̄ cogitatione,no̅ poſſu̅ ad te ſine maximo dolore ſcribere . Fueru̅t qde̅ ta̅tę,fuit id qđ vides. Effecerunt itaq;,vt nec qd ad te ſcriba̅ de meis rebus,nec quid a te peta̅,reperia̅ . Re̅ & ſumma̅ negocii vides. Eqde̅ ex tuis literis intellexi,& iis,quas co̅muniter cu̅ aliis ſcripſiſti,& iis,quas tuo nomine,qđ etia̅ mea ſpo̅te videba̅,te ſubdebilitatu̅, nouas rationes tue̅di mei quęrere. Quod ſcribis placere, vt propius accedam, iterq; per oppida noctu facia̅, no̅ ſane video quemadmodu̅ id fieri poſſit.Neq; em̅ ita apta habeo diuerſoria, vt tota tempora diurna in his poſſim co̅ſumere . neq; ad id,qđ quęris multu̅ intereſt,vtru̅ me homines in oppido videa̅t,an in via.Sed tame̅ hoc ipſum,ſicut alia, co̅ſiderabo que̅admodu̅ co̅modiſſime fieri poſſe videatur.Ego propter incredibile̅ & animi & corporis moleſtia̅, co̅ficere plureis literas non potui: his tn̄ ſcripſi a qbus accepera̅. Tu velim & Baſilio,& qbus pręterea videbitur,etia̅ Seruilio co̅ſcribas, vt tibi videbitur,meo nomine, q; ta̅to interuallo nihil omnino ad nos.Scriptis literis.Profecto intelligis re̅ mihi deeſſe,de qua ſcriba̅,no̅ volu̅tate̅ . Qđ de Vatinio quęris,neq; illius,neq; cuiuſq̄ mihi pręterea officiu̅ deeſt, ſi reperire poſſent,qua in re me iuuare̅t.Quę res auerſiſſimo a me animo patris fuit . Eode̅ Corcyra̅ filius venit, inde ꝓfectos eos vna cu̅ cęteris arbitror. Vale.

Argumentum. CCXII.

PIVS. CICERO ad Pompeiu̅ pridem peruenerat,vbi poſteaq̄ omnia crudelitate,imperitia rei militaris ac negligentia pleniſſima viderat , in oppidum propinquum ſecedere ſtatuit intereſſe nolens bello ciuili . Voluntatis non pœnituit, ſed conſilij . Cæſaris benignitate̅ in Ciceronem multi pollicentur . Pompeij caſum dolet a ſe multo tempore prouiſum.

## M.T.CICERO T.Pomp. Attico S.

SOlicitū eſſe te cum de tuis communibusq; fortunis,tū maxime de me ac dolore meo ſentio,qui quidē dolor meus non modo non minuitur cum ſociū ſibi adiungit dolorem tuum,ſed etiā augetur omnino,pro tua prudentia ſentis, qua cōſolatione leuari maxime poſſim:probas enim meum conſilium,negasq; mihi quicq̄ tali tempore potius fugiendum fuiſſe. Addis etiā(quod etſi mihi leuius eſt,q̄ tuum iudiciū,tamen non eſt leue cęteris quoq;,id eſt qui pondus habeant)factum noſtrū probari, id ſi ita putarem, leuius dolerem . Crede inquis mihi . Credo equidem,ſed ſcio q̄ cupias minui dolorem meum. me diſceſſiſſe ab armis nūq̄ pœnituit,tāta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus cōiunctio, vt nō nominatim,ſed generatim proſcriptio eſſet informata, vt iam omniū iudicio cōſtitutū eſſet, omnium veſtrum bona prædā eſſe illius victoriæ. Veſtrū plane dico,nunq̄ enim de te ipſo, niſi crudeliſſime cogitatū ſenſi. Quare voluntatis meę me nunq̄ pœnitebit,conſilii pœnitet. In oppido aliquo mallem reſediſſe,quoad accerſerer:minus ſermonis ſubiiſſem,minus accepiſſem doloris,ipſum hoc me non angeret. Brundiſii iacere in omnes partes eſt moleſtū, propius accedere(vt ſuades)quo ſine lictoribus,quos populus dedit,poſſum?qui mihi incolumi adimi non poſſunt, quos ego non pauliſper cum bacillis in turbā conieci ad oppidū accedēs,nequis impetus militum fieret, recipio me tempore domo,te nunc ad oppidū:quoniā iis placeret modo propius accedere,vt hac de re cōſiderarem,credo fore authores. Sic enim recipiunt,Cęſari non modo de conſeruanda, ſed etiā de augenda mea dignitate curæ fore: meq; hortantur vt magno animo ſim,vt omnia ſumma ſperē. Ea ſpondent,cōfirmant:quæ mihi quidem exploratiora eſſent,ſi remāſiſſem. Sed ingero præterita. Vide quæſo igitur ea, quæ reſtant, & explora cum iſtis , & ſi putabis opus eſſe,& ſi iſtis placebit,quo magis factū noſtrū Cęſar probet,quaſi de ſuorum ſententia factū. Adhibeātur Trebonius,Panſa,& ſi qui alii,ſcribātq; ad Cęſarem, me quicquid fecerim,de ſua ſententia feciſſe. Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat, quam tibi intelligo magnæ curæ eſſe,quod eſt mihi gratiſſimū. De Pompeii exitu mihi dubiū nunq̄ fuit.

INFORMATA)Inchoata,de hac voce libro harū epiſtolarum primo diximus. Proſcripſi) Alibi enī inquit Pōpeii animus proſcripturit, & ſullaturit, hoc eſt proſcribere ciues parat, & in ea tragœdia Syllam imitari,qui nunq̄ ab haſta diſcedebat,qui cum quorundam ciuium bona venderet haſta poſita,dicebat ſe prædam ſuam vēdere, quem Cato puer (tanta in eo fuit indoles)exoſus crudelitatē pluſq̄ tyrānicā, occidere nō dubitaſſet, niſi cuſtodes ſedulo cauiſſēt, quinimmo, ſemp excuſſum ad eum ſalutandū ducebant. Depoſuit tamen Dictaturā & in ocio conſenuiſſet,niſi in ſenecta pediculari morbo periſſet. Voluntatis) Q; pacē procurabam, publicū cōciliū patres Senatumq; non deſerui. Conſilii) Quod ad Pōpeium nauigauerim. Angerer) Iunge ſequentibus.

*Syllæ mores & exitus.*

Iacere) In contemptum ſubſiſtere atq; vileſcere. Nō pauliſper) Tumultuarie qd̄ eſt ingloriū. Alii codices habent,quos vero pauliſper.

Bacilis) Baculis laureatis.

*Baculi.*

Hac de re) De tranſitu. Conſiderauiſſent) Scribe cōſiderarem. Integrū) Maxima Pompeii laus a veritate tandem extorta. De laude Pōpeii ſępe Cicero pręſertim in lege Manilia ,Hunc ab oib⁹, metui pterea neminē. Cūq; ſic exiſtimet in ſummo Imperatore quatuor has res ineſſe oportere ſcientiam rei militaris, virtutē,auctoritatem, felicitatē, in Pompeio hanc vltimam excellere dicit, quæ raris vtiq; contigit. Plura enim bella geſſit q̄ cęteri legerunt. Enumerans quoq; virtutes imperatorias , laborē in negociis,fortitudinē in periculis,induſtriā in agendo, celeritatē in cōficiendo,conſilium in prouidēdo:ſumma ait in Pōpeio fuiſſe. Itaq; ſubdit, omnes Pōpeium ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum,ſed de cęlo lapſum intuentur. Subdit quoq;,Neminē vnq̄ tam impudentē fuiſſe,qui a diis im-

*Pompeii laudes.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dii immortales ad Pompeiũ cõtulerunt. Sed ab obitu Põpeii laus debet credi verior. In .ii. Philippica, Idem in pęana Põpeii ſic aſſurgit. Fuit enim ille vir cũ foris clarus, tũ domi admirãdus, neq; rebus exteris magis laudãd⁹, q̃ iſtitutis domeſticis. Ex hac parte) A Põpeianis res hoſtiũ diuidẽtib⁹. Illud) Quod Põpeius decreuit, qui plures complexus eſt hoſtes. Diocaro) Priſci codices, Diocare. Vidiſſe an eũtem an) Lege, Incidiſſe in euntem iam in Aſiam.

PIVS.

Argumentũ. CCXIII.

DICit ſe lictores Procõſulares laureatos dimiſiſſe, ne ĩ luctu publico triumphare videretur. ITA Factũ) Dimiſſi lictores. Iſtis) Optimatibus ne in publico luctu cum lauro ineptus obambulẽ. Alii propter ſequentia diuerſum ſenſum afferunt. Seſtio) Scriptori & hiſtorico Põpeiano, de quo ſupra. Cui) Seſtio. Ab ipſo) Põpeio. Eum) Cæſarẽ. Tribuni) Priſci codices Tribunorũ. Antonii videlicet & Curionis. Poterit) Pompeius. Si ſibi volet cõſtare) Si volet vti cõſtantia perpetua, approbare meos lictores a Senatu datos, q probat Seſtianos quos ipſe dedit. Si quid ex euẽtis) Senſus eſt, Generati ſolatia nulla proficiunt, nec quid occurrit, quod dolorẽ, qui me coquit, relaxet: per accidens autẽ (vt ita loquar) ac ſpeciatim priuateq; ſi quid emerget, quod dolorem leuare poſſit, cura vt q̃ primũ id ſcribas. Exitus) Infauſtus, teter nõ modo calamitoſus, nam id quidẽ, verum etiã turpis. Aliq ſint) Corrige, Alioqui ſim. Alias ero ex illorum numero, qui in Pompeium deliquerunt.

ASCEN.

ASCEN. Aliq ſint ex eis. Eã lectionẽ quę antiqua eſt, alii præferũt, hoc ſenſu & ordine: op⁹ eſt vt ſupple aliqui ſint ex eis qui ſalutẽ.ſ.reipu. anteponũt, aut ſi poteſt ſup. fieri: omnes ſup. ſint ex eis.

Tanta enim deſperatio rerũ eius, omniũ Regũ & populorũ animos occuparat, vt quocunq; veniſſet, hoc putarẽ futurũ. Nõ poſſum eius caſum non dolere, hominẽ enim integrũ & caſtũ & grauẽ cognoui. De Fãnio cõſoler te, ꝑnicioſa loquebat᷑ de manſione tua. L. vero Lentulus Hortenſii domũ ſibi, & Cęſaris hortos, & Baias deſpõderat: oĩno hæc eodẽ modo ex hac parte fiũt, niſi ꝙ illud erat infinitũ. Oĩes enim qui in Italia remanſerãt, hoſtiũ numero habebant᷑, ſed velim hęc aliquãdo ſolutiore aĩo. Q. Fratrẽ audio profectũ in Aſiã, vt deprecaret᷑. De filio nihil audiui, ſed quęre ex Diocare Cæſaris liberto, quem ego non vidi, qui iſtas Alexandrinas literas attulit. Is dicitur incidiſſe in euntem iam in Aſiam. Tuas literas, prout res poſtulat, expecto, quas velim cures q̃ primũ ad me perferendas. Vale. Quarto Calend. Decemb.

M.T.Cicero T.P.Attico S.

GRatę mihi tuę literę ſunt, quibus accurate perſcripſiſti omnia, quę ad me pertinere arbitratus es. Factũ igitur, vt ſcribis iſtis placere, iiſdẽ iſtis Lictorib⁹ me vti, quod cõceſſum Seſtio ſit, cui nõ puto ſuos eſſe cõceſſos, ſed ab ipſo datos. Audio enim eum ea S.C. improbare, quę poſt diſceſſum Tribunorũ facta ſunt. Quare poterit, ſi volet ſibi conſtare, noſtros Lictores cõprobare. Q̃q̃ quid ego de Lictoribus, qui pene ex Italia decedere ſim iuſſus? Nã ad me miſit Antonius exẽplũ Cæſaris ad ſe literarũ, in quibus erat. ſe audiuiſſe Catonẽ, & L. Metellũ in Italiam veniſſe, Romę, vt eſſent palã, id ſibi nõ placere, ne qui motus ex eo fierẽt, prohiberiq; oẽs Italia, niſi quorum ipſe cauſam cognouiſſet, deq; eo vehemẽtius erat ſcriptũ. Itaq; Antoni⁹ petebat a me ꝑ literas, vt ſibi ignoſcerẽ, facere ſe nõ poſſe, quin his literis pareret. Tum ad eũ miſi L. Lamiã, qui demõſtraret illũ Dolabellæ dixiſſe, vt ad me ſcriberet, vt in Italiã q̃ primum venirem, eius me literis veniſſe. Tũ ille edixit ita, vt me exciperet, & Lęliũ noĩatim, quod ſane nollẽ: poterat eñ ſine noĩe res ipſa excipi. O multas & graues offenſiones, quas quidẽ tu das operã, vt lenias, nec tamen nihil proficis: quin hoc ipſo minuis dolorẽ meũ, ꝙ vt minuas, tã valde laboras, idq; velim ne grauere q̃ ſępiſſi me facere. Maxime autẽ aſſequere, quod vis, ſi me adduxeris, vt exiſtimem me bonorũ iudiciũ nõ funditus perdidiſſe, q̃q̃ quid tu in eo potes? nihil ſcilicet. ſed ſi-

quid res dabit tibi facultatis, id me maxime cõſolari poterit, quod nõ quidẽ video nũc eſſe, ſed ſiquid ex euentis, vt hoc nũc accidit, dicebar debuiſſe cum Põpeio ꝓficiſci, exitus illius minuit eius officii pretermiſſi reprehenſionẽ. Sed ex omnibus nihil magis tamen deſideratur, q̃ ꝙ in Africã nõ ierim. Iudicio hoc ſum vſus, nõ eſſe barbaris auxiliis fallaciſſimę gẽtis Rẽp. defendẽdã, præſertim cõtra exercitũ ſępe victorẽ. Nõ probant fortaſſe, multos enim viros bonos in Africã veniſſe audio, & ſcio fuiſſe antea. Valde hoc loco vrgeor. Hic quoq; opus eſt caſu, alioqui ſim ex eis, aut ſi poteſt oẽs, qui ſalutẽ anteponãt: nã ſi perſeuerãt, & obtinetur, quid nobis futurũ ſit, vides. Dices, quid illis, ſi victi erũt? honeſtior eſt plaga. Hęc me excruciant. Sulpitii autẽ conſiliũ nõ ſcripſiſti, cur meo nõ anteponeres. quod etſi non tã glorioſum ſit, q̃ Catonis, tamẽ periculo vacuũ eſt & dolore. extremũ eſt eorũ, qui in Achaia ſunt: ii tamẽ ipſi ſe hoc melius habẽt, q̃ nos, ꝙ & multi ſunt vno in loco, & cum in Italiã venerint, domũ ſtatim venerint. Hęc tu perge (vt facis) mitigare, & probare q̃ plurimis. Qꝫ te excuſas, ego vero & tuas cauſas noſco, & mea intereſſe puto, te iſtic eſſe, velut cũ iis, quibus oportebit, agas quę erũt agẽda de nobis, vt ea quę egiſti. In primisq; hoc veli animaduertas: multos eſſe arbitror, q ad Cæſarẽ detulerint, delaturive ſint, me aut pœnitere cõſilii mei, aut nõ probare, quę fiãt: quorũ etſi vtrũq; verũ eſt, tamen ab illis dicit animo a me alienato, nõ quo ita perſpexerint, ſed totũ, vt hoc Balbus ſuſtẽtet, & Oppius, & eorũ crebris literis illius volũtas erga me cõfirmetur. Et hoc plane, vt fiat, diligentiã adhibebis. Alterũ eſt cur te nolim diſcedere, quod ſcribis efflagitare. O rem miſerã. Quid ſcribã, aut quid velim breui faciã. Lachrymę eñ ſe ſubito profuderũt, tibi permitto, tu cõſule: tantũ vide, ne hoc tẽporis tibi obeſſe aliquid poſſit. Ignoſce, obſecro te, nõ poſſum prę fletu, & dolore diutius in hoc loco cõmorari: tantum dicã, nihil mihi gratius eſſe, q̃ quod eã diligis. Qꝫ literas, quibus putas opus eſſe curas dãdas, facis cõmode. Q. filium vidi qui Sami vidiſſet & patrẽ Sicyone, quorũ depcatio eſt facilis. Vtinã illi, q prius eũ viderũt, me apud eũ velit adiutũ tãtũ, quãtũ ego illos vellẽ, ſiqd poſſẽ. Qđ rogas, vt in bonã partẽ accipiã, ſiqua ſint in tuis literis, q̃ me mordeãt, ego vero in optimã, teq; rogo, vt aperte, quẽadmodũ facis, ſcribas ad me oĩa, idq; facias q̃ ſæpiſſime. Vale. XIIII. Calen. Iunii.

Illud autem quod pauloante dixit, nihil magis tamen deſideratur ſic exponunt vt deſideratur, ſignificet de me & facto meo conſideratur & laudatur. Aut ſi poteſt) Ego vel omnes illi, qui Pompeio ſalutem propriam anteponunt, erunt ex numero proſcriptorum. Si poteſt) Si vires Pompeianæ robur accipient. Si perſeuerant) Saluti propriæ conſulere. Obtinetur) Palma ſit apud Pompeium. Ita nutat Cicero vt Cæſari nihil, Pompeio parum ſatiſfeciſſe videatur: ita volente iniquitate fatorum, vt cogitata optime teterrime cadant, vt verum ſit illud Plautinum, Centum ſapientum conſilia, hæc vincit dea. Nec mirũ igitur fuit ſi maiores noſtri auctoribus Apuleio Varrone & Plinio, fauſtum ac bonum euentum coluerunt, vt etiã felicitas laborẽ noſtrũ adiuuet, quoniã vt ait Theophraſtus, cælum & agricola colunt agrum, & Codrus noſter. Ipſe etiam niueus μόρσιμα πρωκτὸς ἔχει PIVS.

Quid illis) Pompeianis erit? Honeſtior eſt plaga) Honeſtiſſime cadẽt, quod omnium feliciſſimum a ſapiente ducitur. In hoc loco) Tractatu materia. Tragica eſt & luctuoſiſſima. Q. Fratrem vidi, qui Sami vidiſſet. Corrige, Q. Filiũ vidi Sami, qui vidiſſet patrẽ Sicyone. Beroaldus. Q. Filium vidi Sami, qui vidiſti & patrem Sicyone. Quorũ) A quibus Deprecatio) Apud Cæſarẽ ſalutis impetratio. Illi) Q. Filius non videtur nepoti fidere. Alioqui ad Oppium & Balbum referunt.

ASCEN. Q. Filium vidi qui &c) hæc lectio mihi verior & clarior videtur q̃ aut Pii aut Beroaldi: quia ſequitur, Vtinam illi qui prius eum viderunt, & cætera. Ordo autem eſt, Ego vidi ſupple quempiam qui vidiſſet Quintum filium Sami & patrem Sycione: Neq; enim Cicero nec Atticus illic eos viderunt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Argumentum. CCXIIII.

NARRanť deprecationes egregie factorū, proh dolor. Quare curis puriť Cicero, pœnas temeritatis ſuę pendēs. Deprecatoribus validis vtiť, quoniā a multis oppugnať. Furnius vbicūq; maledicta in Mar. Tulliū cōgerit. DEterreo) Abduco qn vt vis me appelles. Literę amicorū valde ęgros leuāt. In freto animi poſitus Cicero vnū leuamētū habebat literas Attici, qui vir curſu ſtato & nunq̄ vacillāti amicitiā Ciceronianā coluit, & perduxit vſq; ad exitū vitę par ac prope ſimilis illi Ouidianæ, Hic tenor, hęc viridi cōcordia cœpta iuuēta, Ibit ad albētes illabefacti comas. Tales ſūt veræ amicitię nō calore quodā iuuenili cœptę & depoſitę, ſed adamantino nexu copulatæ, de qbus Dracōtius poeta dixit eleganter, Felix copula mutui caloris. Diuites Auguſtinus nō amicitię idoneos eſſe pdit vt pauperes, cui ſuccinit illud Albii mellitiſſimi poetę, Pauper erit pręſto, tibi pręſto pauper obibit. Mortis inſtar putāt dites cliētes eſſe vel vocari. Is rumor, is faſtus eſt, ea deſpiciēdi hoīes ptinacia, vt aures ac oculos amiſerit, etiā animū, vt vno verbo me expediā. Recte ergo philoſophus ille aduerſatus eum vocantē regē dixit, Imagines pcul eſſe inſpiciēdas. Loquor de diuitibus. Sardanapalo, nō Attico ſimilibus. Sui deprecatorē) Erroris ſui excuſatorē, ſi dici poteſt. Cōferre) Cōgerere. Sicyone) Sicyon, vt auctor eſt Stephanus, ciuitas Peloponeſi. Diciť & fœminine & maſculine. Fortaſſe id mihi deeſt, oĩe cōuerſum eſt cōſiliū. Emēda, Fortaſſe i me id eſt omne cōuerſum conſilium. Illi fortaſſis qui in tyrānos peccauerūt conſilio ſuo, nūc culpā in me reiiciēt, dicētes i id erroris ſe conſilio meo pręcipitatos. Ianuarii) Priſci codices Iunias habent.

# M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

QVātis curis afficiar, etſi profecto vides, tamē cognoſces ex Lepta, & Trebatio, maximas pœnas pēdo temeritatis meę, quam tu prudentiā mihi videri vis, neq; te deterreo, quominus in id diſputes, ſcribaſq; ad me q̄ ſępiſſime. Non nihil enim me leuāt tuę literæ hoc tēpore, per eos, qui noſtra cauſa volūt, valentq; apud illū, diligentiſſime cōtendas opus eſt, per Balbū & Oppiū maxime, vt de me ſcribāt q̄ diligētiſſime. Oppugnamur enim (vt audio) & a pręſentibus quibuſdā, & per literas. Iis ita occurendū, vt rei magnitudo poſtulat. Furnius eſt illic mihi inimiciſſimus, qui miſit filium non ſolū ſui deprecatorē, ſed etiam accuſatorem mei. Dictitat ſe a me apud Cæſarē oppugnari, quod refellit Cæſar ipſe, omneſq; eius amici, neq; vero deſiſtit, vbicūq; eſt, omnia in me maledicta conferre. Nihil mihi vnq̄ tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. Qui ex ipſo audiſſent, cum Sicyone palam multis audientibus loqueretur nefaria quędam, ad me pertulerunt. Noſti genus huiuſmodi hominum, etiam expertus es: fortaſſe in me id eſt omne conuerſum cōſilium. Sed augeo commemorādo dolorem, & facio etiam tibi. Quare ad illud redeo, cura, vt huius rei cauſa, dedita opera mittat aliquem Balbus, ad quos videbitur, velim cures literas meo nomine. Vale. XIII. Calend. Iun.

Sicyon.

Argumentum. CCXV.

TRANSITVS Ciceronis ad Pompeiū Atticum offendit, quoniā celerior fuit q̄ pro commodo Ciceronū. Irritauit quoq; Quintum fratrem, adeo vt epiſtolam probrorum plenā in fratrem M. Tullium ad Cæſarem daret, quod perq̄ ſtomachanter Cicero tulit. SPE) Poſſe vnq̄ reduci. Exceptionibus edictorum) In quibus Cato & cęteri Optimates interdicebātur Italia, pter Ciceronem. Quę) Exceptiones. Confectus) Obrutus, & iugulatus, vnde ferarum confectores appellati.

# M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

EGo vero & incaute (vt ſcribis) & celerius, q̄ oportuit, feci, nec in vlla ſum ſpe. Quippe q exceptionibus edictorū retinear, quę ſi nō eſſent ſedulitate effectæ, & beneuolētia tua, liceret mihi abire in ſolitudines aliquas. Nūc ne id quidē licet. Quid autem me iuuat, q̄ ante initū Tribunatū veni, ſi ipſum, q̄ veni, nihil iuuat. Iam quid ſperē ab eo, qui mihi amicus nunq̄ fuit, cū iam lege etiā ſim cōfectus & oppreſſus?

Confector.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quotidie Balbi ad me literæ languidiores, multæq; multorũ ad illum fortaſſe cõtra me: meo vitio pereo: nihil mihi mali cauſa attulit: omnia culpa mea cõtracta ſunt. Ego enim (cum genus belli viderem) impa rata, & infirma omnia contra paratiſſimos, ſciueram quid facerem, ceperamq; conſilium non tam forte, q̃ mihi præter cæteros concedendũ. Ceſſimus, vel potius parui, ex quibus vnus qua mente fuerit is, quem tu mihi commendas, cognoſces ex ipſius literis, quas ad te, & ad alios miſit. Quas ego nunq̃ aperuiſſem, niſi res acta ſic eſſet. Delatus eſt ad me faſciculus. ſolus ſolui, ſiquid eſſet ad me literarum. Nihil erat. Epiſtola Vatinio, & Ligario altera. Iuſſi ad eos deferri, illi ad me ſtatim ardentes dolore venerũt, ſcelus hominis clamantes. Epiſtolas mihi legerunt plenas omniũ in me probrorum, hic Ligarius furere. Se enim ſcire ſummo illum in odio fuiſſe Cæſari. Illum tamen non modo fouiſſe, ſed & tantã pecuniam illi dediſſe honoris mei cauſa. Hoc ego dolore accepto volui ſcire, quid ſcripſiſſet ad cæteros. Ipſi enim illi putaui pernicioſum fore, ſi eius hoc tantum ſcelus percrebuiſſet. Cognoui eiuſdẽ generis literas, ad te miſi, quas ſi putabis illi ipſi vtile eſſe reddi, reddes, nil me lędet. Nam quod reſignatę ſunt, habet (vt opinor) eius ſignum Pomponia. Hac ille acerbitate initio nauigationis cum vſus eſſet, tãto me dolore affecit, vt poſtea iacuerim. neq; nunc tam pro ſe, q̃ cõtra me laborare dicitur. Ita omnibus rebus vrgeor, quas ſuſtinere vix poſſum, vel plane nullo modo poſſum, quibus in miſeriis vna eſt pro omnibus, ꝙ iſtam miſeram partu, matrimonio, fortuna omni ſpoliatã relinquam. Quare te, vt polliceris, videre plane velim. Aliũ enim cui illam commendem habeo neminem, quoniam matri quoq; eadem intellexi eſſe parata, quę mihi. Sed ſi te, hoc eſt me, non offendes, ſatis tamen habeto commẽdatam, patruumq; in ea, quantum poteris mitigato. Hæc ad te die natali meo ſcripſi, quo vtinam ſuſceptus nõ eſſem, aut ne quid ex eadẽ matre poſtea natũ eſſet. Plura ſcribere fletu prohibeor. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD meas incredibileis ęgritudines aliqd noui accedit, ex his, quæ de Q. fratre ad me afferũtur, P. Terẽtius meus neceſſarius magnas operas in portu, & ſcriptura Aſiæ pro magiſtro dedit.

Iam Balbi) Priſci codices. Quotidie Balbi. Culpa cõtracta) Alibi culpa mea cõtracta. Id gen⁹) Tale bellũ hoc ciuile, hanc eſſe naturã hui⁹ belli. Infirma) Principiũ ac munimina debilia ex parte Pompeiana. Contra paratiſſimos) Inſtructiſſimam manũ Cęſaris. Sciuerã) Scire debuerã, & ſciui. Cõſiliũ) Pacificandi partes, & neutrã partẽ ſequendi. Ceſſimus) Optimatibus impellentibus me ad ĩfirmas partes, ſequendas, &, vt me in preces conîicerem, impellentibus. Is) Pompeius vt reor. Altera) Inerat illi faſciculo. Deferri) Literas ad Vatinium & Ligariũ. Ardentes dolore) Perlectis iis, quæ continebantur in literis.

Scelus hominis) Sceleratũ hominẽ Quintũ. Ligurius) Scribe Ligarius, quem mox Cicero defendit. Illi) Fratri meo. Tantũ ſcelus) Odiũ in fratrẽ. Percrebuiſſet) In lucẽ veniſſet. Iacuerim) Aegrotaueri. Iſtã miſerã) Tulliã. Matrimonio) Sine viro. Alii patrimonio.

Videre) Prouidere. Velim) te cuperẽ vt facias. Sed ſi me) Scribendũ ex priſcis exẽplaribus. Sed ſi te hoc eſt me nõ offendes. Niſi te hæc nimis premunt & grauãt te dico qui es alter ego. Patruum) Fratrem meũ, qui tunc erat Romę Ciceronis inimicus. Aut ne quid) Frater meus hoſtis ſuorum nunq̃ eſſet in lucem editus.

Argumentum. CCXVI.

QVINtus totus igne⁹ offenſus tranſitu Ciceronis ꝓbra multa in ipſum per literas & in ſermonibus effudit. Terentioq; Ciceronis neceſſario orationẽ oſtẽdit plenam dirarũ in ipſum fratrẽ. Africã Hiſpanias ac omnia perdita deplorat. Rogat vt inimicos ſuos accuſet. NECESSArius) Affinis forte propter vxorẽ Terentiam. In portu) Circa procurãda portoria. Scriptura) In negociatione rerũ ad vectigalia pertinentium, quod qui procurat & ſcribit,

Quotidie lãguidiores.

Percrebuiſſe. Ligarius.

Scriptura.

Is Q.fratrem Epheſi vidit.VI Iduũ Decemb. eumq; ſtudioſe propter amicitiã noſtrã inuitauit, cũq; ex eo de me contaret,eũ ſibi ita dixiſſe narrabat,ſe mihi eſſe inimiciſſimũ,voluméq; ſibi oſtédiſſe orationis,quã apud Cęſaré contra me eſſet habiturus,multa a ſe dicta cótra eius amétiã,multa etiã patris eius ſimili ſcelere ſecũ Q.filiũ locutũ,cuius furoré ex his epiſtolis, quas ad te miſi,pſpicere potuiſti.Hęc tibi dolori eſſe certo ſcio,me quidé excruciãt,& eo magis,ꝙ mihi cũ illis ne querédi quidé locũ futurũ puto.De Africanis quidé rebus lóge alia nobis,ac tu ſcripſeras, nunciantur.Nihil enim firmius eſſe dicũt,nihil paratius.Accedit Hiſpania,& alienata ala, legionũ nec vis eadé, nec volũtas.Vrbanę res pditę.Quid eſt vbi acqeſcã? niſi quãdiu tuas literas lego, quę eſſent profecto crebriores,ſiqd haberes,quo putares meam moleſtiã minui poſſe.Sed tamé te rogo, ne intermittas ſcribere ad me quicqd erit,eosq;,qui mihi tam crudeliter inimici ſunt,ſi odiſſe nó potes,accuſes tamé,nó vt aliqd proficias,ſed vt tibi me charũ eſſe ſentiant. Plura ad te ſcribã,ſi mihi ad eas literas, quas proxime ego ad te dedi,reſcripſeris. Vale.VII.Calend.Feb.

## M.T.Cicero T.P.ATTICO S.

COnfectus iã cruciatu maximorũ dolorũ ne ſi ſit quidé, quod ad te debeã ſcribere,facile id exequi poſſé, hoc minus, ꝙ res nulla eſt,quę ſcribéda ſit,cũ pręſertim ne ſpes qdem vlla oſtendat fore melius.Ita iã ne tuas quidé literas expecto, q̃q̃ ſemp aliqd afferũt,quod velim. Quare quidé ſcribito,cum erit,cui des.Ego tuis pximis,quas tamé pridé accepi, nihil habeo,quod reſcribã,lógo eñ interuallo video eſſe mutata oĩa.Illa eſſe firma,quę debeãt non ſtultitię noſtrę grauiſſimas pœnas pédere Reip.Salluſtio curãda ſunt.HS.XXX.quæ accepi a Cn.Salluſtio, velim videas,vt quę ad me pertinét ſine mora curentur.De ea re ſcripſi ad Terentiã,atq; hoc ipſũ iã prope cóſumptũ eſt.Quare id quoq; velim,cũ illa videas, vt ſit,q vtamur,hic fortaſſe potero ſumere,ſi ſciã iſtic paratum fore.Sed prius q̃ id ſciré,nihil ſum auſus ſumere.Qui ſit omnium rerũ ſtatus noſter,vides.Nihil eſt mali, quod nó & ſuſtineã, & expecté. Quarũ rerum eo grauior eſt dolor,quo culpa maior.Ille in Achaia nó ceſſat de nobis detrahere,nihil videlicet tuę literæ profecerũt. Vale. VIII.Iduum Martii.

Scripturari⁹. ſcripturarius appellatur,& q his pręeſt magiſter ſcripturę nuncupatur, quod nos affatim tradidim⁹ in Plautinis cõmentariis. Is Q.fratré) Legit Beroaldus,filium.propter hæc verba quæ ſequuntur,multa etiam patris eius.

Querendi locum) Turpiſſimum eſſet etiam in malũ fratrem ſęuire. Africanis rebus)Curionis & Iubę. Alienata alia) Srribédũ ala, hoc eſt milites alares qui protegebant legioné vt alę protegunt aues Dicuntur & Alarii,quorum pręfectus longo poſt tempore fuit in caſtris Bruti.filius Ciceronis.Idem Tullius lib.iij.Epiſt.de alariis cohortibus meminit.Alares equites Liuius lib.v.de bello Macedonico vocat. Alas huiuſmodi Tactici ſcriptores vexillationes appellant. De alis ſubſidiariis meminit Marcellus libro.xxv.

Alarii.

Alares.

ASCEN. ASCEN. IsQ.fratré.ſic lego propter ea verba propter quę Beroaldus filiũ legit,quę ſunt multa etiã patris eius ſimili ſcelere ſecum Q.filiũ locutum. Particula enim etiã indicat non filium ſed patré prius locutũ,& deinde filium ſimili ſcelere patris, quo pri⁹ peccauerat pater in ſagniné ſuum.

PIVS. Argumentum.CCXVII.

CONFICITVR incredibili dolore Cicero pręſertim cum nulla melioris fortunę ſpes affulgeat. Furnius, Quintus non ceſſant detrahere. HOCMInus) Tanto minus a ſcribendo ſuperſedeo. emendant alii qui quod munus pro exercitio ſcribédi. Quod velim) Quod mihi iucundum eſt. Curanda) Reſtituéda vt hodie dicunt. Ad me pertinent) Ad meam famam incolumem conſeruandam.

Ille) Quintus frater.

ASCEN. ASCEN. Hoc minus, id exequi, id eſt ad te ſcribere poſſum quod res nulla eſt quæ ſcribenda ſit.

PIVS. Argumentũ CCXVIII.

QVINtũ inceſſit.Quintiq; filiũ quod patré in eum armauerit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.Cicero T.P.Attico S.

CEphalio mihi a te literas reddidit ad octauũ Iduum Martii veſpere. Eo autem die mane tabellarios miſerã, quibus ad te dederã literas. Tuis tñ lectis literis, putaui tandem aliqd reſcribendum eſſe, eo maxime, ꝗ oſtẽdis te pẽdere animi, quãnã rationẽ Cæſari allaturus profectionis meę tũ, cũ ex Italia diſceſſerim, nihil mihi opus eſt noua ratione. Sępe eñ ad eũ ſcripſi, multiſq; mãdaui, nõ potuiſſe, cũ cupiiſſẽ ſermones hominũ ſuſtinere, multaq; in eã ſentẽtiam. Nihil eñ erat, quod minus eũ vellẽ exiſtimare, q̃ me tanta de re nõ meo cõſilio vſum eſſe, poſteaq̃ mihi literę a Cornelio Balbo minore miſſę eſſent, illũ exiſtimare Q. fratrẽ lituũ meę profectionis fuiſſe (ita eñ ſcripſit) qui nõdũ cognoſſet, quę de me Q. ſcripſiſſet ad multos, etſi multa pręſens in præſentẽ acerbe dixerat, effecerat tñ F. hoc in eo. His verbis ad Cæſarẽ reſcripſi. De Q. fratre meo nõ minus laboro, q̃ de me ipſo: ſed eũ tibi cõmendare hoc meo tẽpore nõ audeo. Illud duntaxat tamẽ audebo petere abs te, quod te oro, nequid exiſtimes ab illo factũ eſſe, quo minus mea in te officia cõſtarent: minusve te diligerẽ, potiuſq; illum ſemper authorẽ noſtrę cõiunctionis fuiſſe, meiq; itineris comitẽ, nõ ducem. Quare cęteris in rebus tantum ei tribues, quantũ humanitas tua amicitiaq; noſtra poſtulat. Ego ei nequid apud te obſim, id te vehementer etiam atq; etiã rogo. Quare ſiquis cõgreſſus mihi fuerit cum Cęſare, etſi non dubito, quin is lenis in illũ futurus ſit, idq; iã declarauerit, ego tñ is ero, qui ſemꝑ fui. Sed (vt video) multo magis eſt nobis laborandũ de Africa, quã quidẽ tu ſcribis confirmari quotidie magis ad conditionis ſpem, q̃ victorię, quod vtinã ita eſſet. Sed lõge aliter eſſe intelligo, teq; ipſũ ita exiſtimare arbitror, aliter autem ſcribere, non fallendi, ſed confirmandi mei cauſa, præſertim cum adiungatur ad Africam etiam Hiſpania. Qꝫ me admones, vt ſcribam ad Antonium, & ad cæteros, ſiquid videbitur tibi opus eſſe, velim facias id, quod ſæpe feciſti, nihil enim venit mihi in mentem, quod ſcribendum putem. Quod me audis erectiorem eſſe animo, quid putas, cũ videas accepiſſe ad ſuperiores ęgritudines pręclaras generi actiones? Tu tamẽ velim, ne intermittas, quoad eius facere poteris, ſcribere ad me, etiã ſi rẽ, de qua ſcribas, nõ habebis. Semꝑ eñ afferũt

ALLAturus) Subintelligeſis. Eo maxime) Eo magis dicere ſolet. M. Tullius hoc rarẽter vſurpari ſolet. Pẽdere ai) Pẽdere aio, ſuſpenſum eſſe & dubiũ ſup hac re, in quã partẽ res iſta vergat. animi ꝑ aio dicebãt antiq latine magis q̃ grãmatice. Aliud eſt eñ vt ait Quintil. grãmatice aliud latine loq. Cæſari allaturus) Quẽ prętextũ aut cauſam alienati animi, ac alio ſine cauſa declinãtis, cũ tamẽ maxima & potentiſſima videret ac eſſet, facere quod pecudes, q̃ diſiectę ac diſpulſę natura duce, gregẽ ſuũ ſequũtur. Ratione) Excuſatione.

*Eo maxime.* *Pendere animi.*

Minore) Nepote, Iuniore. nã erat Corneli⁹ patru⁹ vterq; ciuitate donatus. Illiciũ) Lege Lituũ hoc eſt tubã, inuitamẽtũ, hortatorẽ. Lituus haſtã & tubã ſignificat. Maro, Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta. Qui nõ ꝑceperãt verbũ, illiciũ ſubdiderũt, cum ignorãtia nihil ſit operoſius. Tubã belli ciuilis in Famil. Epiſt. appellat Cic. quod pauloſecus eſt q̃ lituũ dicere. L. in eo) Priſci codices. F. hoc in eo, hoc eſt q̃uis frater in me latrauerit, effecit tñ hoc odiũ in eo fratre filius mihi infenſiſſim⁹. Per. F) hic filiũ intellige. Cõſtarẽt) Cõſtãtes pſeuerarẽt. In hoc oſtẽdebat Q. fratrẽ minime eũ ad cõſcẽdẽdũ inuitaſſe. Ei obſim) Ne ꝑpter me fratrẽ oderis. Genere actiones) Lege generi hoc eſt Dolabellę. Ironia eſt, qm̃ & gener Tulliã nõ amabat, & inhiabat bonis ſoceri.

*Lituus.*

ASCEN. *Lituus tuba* in curua eſt & bacul⁹ augularis, qualis epiſcopis noſtris & patrib⁹ dat̃, nec i verſu Virgiliano haſtã ſignificat, ſed vt diuerſa vni attribuunt̃, obibat eñ pugnas inſignis lituo, qa bonus erat tubicen alios ad pugnam incitans, & inſignis haſta quia egregius bellator, quaſi dux & miles bonus, nec minus illicium q̃ lituum legam, vt ſit illicium illectorem, quod autem ſequitur q nondũ cognoſcet, ſcribam cognoſſet.

*ASCEN.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Aliquid) Leuamēti. Curionem) Qui potuit ea vti. Alii codices habēt Curium. nomina ſunt propria. Quæ cum ſæpe contingunt, accidit enim quotidie vel poti⁹ in ſingulos dies, Tu curioſus eſſe non debes, quoniam inepti eſt in ſyrpo nodum quęrere, vt aſſolent nōnulli diobolares grammatiſtę, qui ſomniant mille miracula, quibus cum ſibi eruditi nimiū videantur, eruditis inepti videntur. Ignorare enim nonnulla, ego ſummæ doctrinæ ſpecimen eſſe diiudico, nec omnino oēs probo mythologias. Et q̄uis dixerit Auguſtinus in libello de vtilitate credendi ad Honoratum. Nunc vero cum quæſtiones Virgilianas multi ac varie ꝑ ſuo quiſq; captu aperire conētur, his potiſſimum plaudimus, per quorum expoſitionem melior inuenitur poeta, qui non ſolum nihil peccaſſe, ſed nihil non laudabiliter ceciniſſe ab eis etiam qui illum non intelligunt crēditur. tamen vt nimius atticiſmus tranſit in barbariē, expedit agere non ſatagere.

ASCEN. ASCEN. Duco enim &c) neq; Curionē neq; Curiū lego, ſed cretionē, quia ſequitur, quoniā ad me nulla miſſa eſt.

PIVS. Argumentum. CCXIX.

CONſilium ab Attico in turbidis deſperatisq; rebus petit. NVNCIent) Illuc veniſſe. Alieno) Animo eſſe intellexi. Mihi eſſe) apud me vtilia pręeſſe honeſtis intelligo. Spurciſſime Turbulēiſſime, amarulēte, turbide. Vnde ſpurcam tempeſtatem dicimus. Spurcatur naſum odore illutibili Plautus ait. Omnibus rebus) Funditus periiſſe. Putarent) Lege putarē. Redimendo) Emendo. Iis quēadmodū ſtatu videbis) Scribēdū, Ex his quo in ſtatu ſim videbis, qui videlicet nō audeo agellū emere. Eā pecuniā) De Ciſtophoris fortaſſis itelligit. Quidq; mihi) Cōſilii des videro. Et cauſā noſti) Breuiloquentia mirifica.

aliquid mihi literæ tuæ. Galeonis hæreditatem creui. Duco enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniam ad me nulla miſſa eſt. Vale. VIII. Iduū Mar.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

A Murena liberto nihil adhuc acceperam literarū. Sed P. Seruilio reddiderat eas, quibus reſcribo. de Ser. patris literis. Quod ſcribis itē Quintū in Syriā veniſſe, & quod ais eſſe, qui nunciēt, ne id quidem verū eſt. quod certiorē te vis fieri, quo quiſq; in me animo ſit, aut fuerit eorū, qui huc venerunt, nemině alieno intellexi. Sed quantū id mea interſit, exiſtimare te poſſe certo ſcio. Mihi cum omnia ſunt intolerabilia ad dolorē, tū maxime, ꝙ in eam cauſam veniſſe me video, vt ſola vtilia mihi eſſe videātur, quę ſemper nolui. P. Lentulū patrē Rhodi eſſe aiunt, Alexandrię filiū, Rhodoq; Alexandriā C. Caſſiū profectū eſſe cōſtat. Quintus mihi per literas ſatiſfacit, multo a ſperioribus verbis, q̄ cum grauiſſime accuſabat. Ait enim ſe ex literis tuis intelligere, tibi non placere, ꝙ ad multos de me aſperius ſcripſit. Itaq; ſe pœnitere, quod animū tuum offenderit, ſed ſe iure feciſſe. Deinde perſcribit ſpurciſſime, quas ob cauſas fecerit. Sed neq; hoc tempore, nec antea patefeciſſet odium ſuum in me, niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum videret: atq; vtinam vel nocturnis, quemadmodum tu ſcripſeras, itineribus propius te acceſſiſſem. Nunc nec vbi, nec quando te ſim viſurus, poſſum ſuſpicari. De cohæredibus Suffidianis nihil fuit, quod ad me ſcriberes, nam & ęquum poſtulāt, & quicquid egiſſes, recte eſſe actum putarem. De fundo Fruſinati redimendo iam pridem intellexiſti voluntatē meam, & ſi tum meliore loco res erant noſtrę, neq; tamen mihi deſperaturi ita videbamur, tamen in eadē ſum voluntate. Ex his quo in ſtatu ſim videbis, & velim quoad poteris, cōſideres, vt ſit vnde nobis ſuppeditent̄ ſumptus neceſſarii. Si quas habuimus facultates, eas tū Pōpeio, cū id videbamur ſapiēter facere, detulim⁹. Itaq; tū & a tuo villico ſumpſimus, & aliūde mutuati ſumus, cū Q. quereret̄ ꝑ literas, ſibi nos nihil dediſſe, q neq; ab illo rogati ſumus, neq; ipſi eam pecuniā aſpexim⁹. Sed velim videas, quid ſit, quod cōfici poſſit, quidq; mihi de oībus des conſilii, & cauſā noſti. Plura ne ſcri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Conſilio abūdas. noſti cauſam meam: medere. Laconicē agit, multa conſuens verbis pauciſſimis, quæ paruo pondere multa vehunt, in quo loquendi genere Lyſias enituit. Verbaq; prouiſam rem non inuita ſequentur. Si res eſt arcta, verba debent eſſe contracta: ſi magna, longa. vt verum ſit illud Pollionis, Male eueniat verbis, ſi rem non ſequuntur. Phocylides monitorum ſcriptorum Alpha his verbis, μέτρῳ μοῦ φαγέειν, καὶ πιέειν, καὶ μυθολογεύειν, Cum menſura comede, & bibe, & fabulare. Et ſicuti vera eſt illa apud eundem ſententia, καιρῷ λατρεύειν, μὴ δὲ ἀντιπνεύειν ἀνέμοισι, Tēpori videlicet eſſe ſeruiendum, nec flādum contra flatus, ideſt ventos. Perinde cum inquinatiſſimis non eſt certandum verbis. & hirundinem ſub tecto ne habeas. Cicero de Partitione oratoria, Sit oratio circūſcripta nō longo anfractu. Intelligēter audiamur, & loquamur. Oratio cortuos petere non debet, ſed in arcem cauſæ inuadere. Incredibilis ac ſingularis eſt furor ea dicere, in quibus neque pes, neque caput compareat, & maiorem eſſe tecum q̄ cum aduerſario contentionem. Siquidem verum eſt illud Cicer. Neſcio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Conſularem, quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere.

Verba rē ſeq debent.

bam dolore impedior. Siquid erit, quod ad quos ſcribendum meo nomine putes, velim, vt ſoles, facias: quotiesq; habebis, cui des ad me literas, nolim prætermittas. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NOn offendit veritas literarum tuarū, q̄ me tum communibus malis, tum præcipuis oppreſſum, ne incipis quidem (vt ſolebas) conſolari, faterisq; id fieri iā non poſſe. nec enim ea ſunt, quæ erant antea, & vt nihil aliud, comites me & ſocios habere putabam. Omnes enim Achaici deprecatores, itemq; in Aſia, quibus non erat ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicūtur nauigaturi. Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ ſocium: qui tamen hoc meliore in caſu eſt, q̄ iam eſt receptus. De me autem non dubito, quin ad Balbum, & ad Oppium ſcripſerit: a quibus, ſiquid eſſet lætius, certior factus eſſem, tecum etiam eſſent locuti: quibuſcum tu, de hoc ipſo colloquare velim, & ad me, quid tibi reſponderint, ſcribas. non q̄ ab iſto ſalus data quicq̄ habitura ſit firmitudinis, ſed tamen aliquid conſuli & proſpici poterit, & ſi omniū conſpectum horreo, præſertim hoc genero, tamen in tantis malis quid aliud velim non reperio. Quintus pergit, vt ad me & Panſa ſcripſit, & Hirtius, isq; item Africam petere cū cæteris dicitur. Ad Minutium parētem ſcribā. cum tuas literas mittam, num quid egerit. HS. XXX. potuiſſe mirarer, niſi multa de Suffidianis prædiis. & id iudico tamen, & expecto quem videre, ſi vllo modo poteſt res. Enim peruellem. Iam extremum concluditur. ibi facile eſt. quod quale ſit, graue eſt exiſtimare. Vale.

Argumentum. CCXX.

VERE Scripſerat Atticus conſolari Ciceronem nō poſſe. Deſperationis omnia eſſe pleniſſima. Alloquatur tamen Balbum & Oppium ad quos ſcripſit Cæſar. Tandem fratris animum reconciliari poſſe autumat. NON Me) Vacat dictio me. Subintelligitur tamen. Id fieri iam nō poſſe) Te conſolari me non valere. Ignotum) A verbo ignoſco, hoc eſt indulgeo. Receptus) A Cæſare. illi Cæſar indulſerit. Quibuſcum) Cum quibus tu velim colloquare. Hoc genere) Scribendum genero, hoc eſt inimico Dolabella. Ad Minutium) Principium eſt huius clauſulæ. Parentum.) Beroaldus parentē legit. Scribam) Iunge cum ſequentibus Ad te ſcribam) Eradēda hæc verba ſuperuacanea. Seſtertiis) De ſeſtertiis. Potiuſſe mirarer) Habere viaticum. Et id video) Cognoſco inde habere viaticum. priſci codices iudico. Quam videre) Lege, Quem pro aliquem. Poteſt res.) Patefieri. Enim) Inceptiua eſt particula, rarenter tamen auctore Quītiliano. Ælius Donatus in Adelphis, Inceptiua quidem particula apud veteres fuit. ſed & cōuenit perturbationi. Iam extremū) In extremo actu nobis fratris animus tandem aperietur. Ibi) In extremo facile eſt cognoſcere.

PIVS.

Argumentū. CCXXI.

**PIVS.** DOLET Quidē orator Arpinas, ſed minus quoniam nō eſt alicuius diri facinoris conſcius. Dolabellam accuſat.

SOLA Curaſſe) Numeraſſe ſola ſeſtertia. xii. Peccati dolor) Conſcientiā cicatricoſam non habeo. Gener) Dolabella infenſus ſocero Ciceroni.

**Æſopi filius.** Æſopi filius) Qui linguas auiū primis apponebat dulce canentiū, nō reueritus, vt inqt Plinius, patris, ex linguæ quęſtu, munus.

Suffidianis) Bonis & hęreditatibus quę Ciceroni obuenerūt. Controuerſia) Accipiēdi conditiones. Ea pars) Diuidēdo hęreditatē. Si fundus exēpli gratia Suffidianus eſt centū, & Seianus cētū. xx. in vendēdo cohęredes diuidere preciū, ſi nō agrū, poſſūt.

**Licitatio.** Licitatione) Appreciatione, demendo de vno cū venditū erit & alteri addēdo. Perſius, Et centū Græcos curto centuſſe licetur.

**Liceri.** Liceri eſt appreciare & æſtimare. Cic. in Officiis, Non licitatorē venditor, nec cōtra ſe qui liceatur emptor opponat. Liceri vel licitari eſt preciū deferre in cōductione faciēda. Dubiā) Ne q ad rē certā nō venerūt & addicere noluerūt. putēt me nō eſſe legitimū cohęredē. quoniā no ſum amicus Cæſaris.

Rē) Hęreditatē. Eſſe) Velle vt ſit. in integro) In mora. Donec bellū ciuile fortunā noſtrā patefaciat. Pridie Id. Maii) Priſca exemplaria, Pridie Idus Martii.

**ASCENſius** ACENſius. Ad Minutiū, Ordo mihi eſt. Quintꝰ pergit ad Minutiū. Mirarer potuiſſe ſcilicet negociū tranſegiſſe ſeſtertiis xxx. niſi ſup. recepiſſet multa de Suffidianis prædiis.

Argumentū. CCXXII.

**PIVS.** PER Epiſtolā breuē ac prope Laconicā Atticus iniectis mille ſuſpicionibus Ciceronem admonuit, & q̄rebatur eū inconſolabilem, durūq; eſſe. Negat is quin in Atticū crimē reiicit. Scribitur epiſtola poſt debellatum Pompeium.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

QVoniam iuſtas cauſas affers, ꝙ te hoc tem pore videre non poſſim, queſo quid ſit mihi faciendum. Ille enim ita videtur Alexandriam tenere, vt eum ſcribere etiam pudeat de illis rebus. Ii autem ex Africa iam affuturi videntur. Achaici item ex Aſia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commoraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile eſſe conſilium. Sum en'm ſolus, aut cum altero, cui neq; ad illos reditus ſit, neq; ab iiſipſis quicq̄ ad ſpem oſtendatur. Sed tamen ſcire velim, quid cenſeas. Idq; erat cum aliis, cur te, ſi fieri poſſet, cuperem videre. Minutium. XII. ſola curaſſe ſcripſi ad te antea. quod ſupereſt velim videas, vt curentur. Quintus non modo non cum magna prece ad me, ſed acerbiſſime ſcripſit. Filius vero mirifico odio. nihil fingi poteſt mali, quo non vrgear. Omnia tamen ſunt faciliora, q̄ peccati dolor, qui & maximus eſt & æternus. Cuius peccati, ſi ſocios eſſem habiturus ego, quos putaui, tamē eſſet ea conſolatio tenuis. ſed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. Alii capti, alii intercluſi nō veniunt in dubium de voluntate, eo minus ſcilicet, cū ſe expedierint, & vna eſſe cœperint. ii autem ipſi, qui ſua voluntate ad Fuſium venerunt, nihil poſſunt, niſi timidi exiſtimari. Multi autē ſunt, qui quocūq; ſunt, modo ad illos ſe recipere volent, reciperentur. Quo minus debes mirari, non poſſe me tanto dolori reſiſtere, ſolius enim meum peccatum corrigi nō poteſt, & fortaſſe Lælii. ſed quid me id leuat? nam C. quidā Caſſium aiunt conſilium Alexandriam eundi mutauiſſe. Hæc ad te ſcribo, non vt queas tu demere ſolicitudinem, ſed vt cognoſcā, & quid tu ad ea afferas, quæ me conficiunt, ad quę gener accedit, & cætera, quæ, fletu reprimor, ne ſcribā. Quin etiā Æſopi F. me excruciat? prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. Sed ad primū reuertor. quid putes faciendū? occulte ne aliquo propius veniendū, an mare tranſeundū. nā hic maneri diutius nō poteſt. Suffidianis quare nihil potuit confici? genus enim conditionis eiuſmodi fuit, in quo non ſolet eſſe controuerſia. cū ea pars, quę videtur eſſe minor, licitatione expleri poſſet. Hæc ego non ſine cauſa quæro. ſuſpicor enim cohęredes dubiā noſtrā cauſam putare, & eo rē in integro eſſe. Vale. Pridie Iduum Martii.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NOn meo vitio fuit hoc quidẽ tẽpore . a te ẽm eſt peccatũ, vt me iſta epiſtola nihil cõſoletur . nã & exigue ſcripta hæc eſt, & ſuſpiciones magnas habet nõ eſſe ab illo, quas animaduertiſſe te exiſtimo. De obuiã itione ita faciã, vt ſuades. Neq; enim valde aduẽtus eius opinio eſt, neq;, ſiqui ex Aſia veniũt, qcq̃ auditũ eſſe dicũt de pace. cuius ego ſpe in hãc fraudẽ incidi. Nihil video, qđ ſperãdũ putẽ, nũc ꝑſertim, cũ ea plaga in Aſia ſit accepta, in Illyrico, in Caſſiano negocio, in ipſa Alexãdria, in vrbe, in Italia. Ego vero etiã ſi rediturus ille eſt, q adhuc bellũ gerere dicitur, tñ ante reditũ eius negociũ cõfectũ iri puto. Qđ aũt ſcribis quãdã lętitiã bonorũ eſſe cõmotã, vt ſit auditũ de literis, tu qdẽ nihil ꝓtermittis, in quo putes aliquid ſolatii eſſe: ſed ego nõ adducor, quẽq̃ bonũ vllã ſalutẽ putare mihi tãti fuiſſe, vt eã peterẽ ab illo, & eo minus, ꝙ huius cõſilii iã ne ſociũ qdẽ habeo quẽq̃: q in Aſia ſunt, & rerũ exitũ expectãt, Achaici etiã Fuſio ſpem depcationis afferũt. Horũ & timor idẽ fuit primo, q meus: & cõſtitutũ, mora Alexãdrina cauſam illorũ correxit, meã euertit. Quã obrẽ idẽ a te nũc peto, quod tu prioribus literis, vt ſiqd in perditis rebus diſpiceres, quod mihi putares faciẽdũ, me moneres. ſi recipior ab iis (qđ vides nõ fieri) tñ quoad bellũ erit, quid agã, aut vbi ſim, nõ reperio: ſin iactor, eo minus. Itaq; tuas literas expecto, eaſq; vt ad me ſine dubitatione ſcribas, rogo. Qđ ſuades, vt ad Quintũ ſcribã de his literis, facerẽ, ſi me quicq̃ iſtę literę delectarẽt. Quidã ſcripſit ad me his verbis, Etſi ego, vt in his malis Patris ſũ nõ inuitus, eſſem libẽtius, ſi frater tuꝰ ea de te loqueretur, q̃ ego audire vellẽ. Qꝫ ais illũ ad te ſcribere, me ſibi nullas literas remittere, ſemel ab ipſo accepi, ad eas Cephalioni dedi, q multos mẽſes tẽpeſtatibus retẽtus eſt. Q. Filiũ ad me acerbiſſime ſcripſiſſe iã ante ad te ſcripſi. Extremũ eſt, qđ te orẽ, ſi putas rectũ eſſe, & a te ſuſcipi poſſe, cũ Camillo cõmunices, vt Terẽtiã moneatis de teſtamento. Tẽpora monẽt, vt videat, vt ſatiſfaciat, qbus debeat. Auditũ ex Philotimo eſt, eã ſcelerate q̃dã facere, credibile vix eſt. ſed certe ſi qd eſt, quod fieri poſſit, prouidẽdũ eſt. De oĩbus rebꝰ velim ad me ſcribas, & maxime qd ſcribas de ea, in quo tuo cõſilio egeo, etiã ſi nihil excogitas, id ẽm mihi erit pro explorato. Vale. III. Nonarũ Iun.

MEO vitio) Qui non ſim ductilis in bonũ. A te eſt peccatum) Tu es peccati cauſa. Iſta) Tua Laconica. De obuiã itione) Petiuerat forte Cic. quid ſibi videreť cũ Proconſul eſſet, ac triũphalis, cũq; laureatis lictoribꝰ, an Põpeio Procõſuli, obuiam ire debebat. Incidi) Tãq̃ ad Põpeiũ trãſierit Cic. ſpe pacificationis. Fraudẽ) Dãnũ more priſco. Fraus. Ille) Cęſar. Negociũ cõfectũ iri) Cũcta erũt cõfecta bella, ſupatus q; Põpeius. Vt ſit auditum) Cũ primũ auditũ eſt Cæſarẽ literas pacificatorias miſiſſe. Ab illo) Cęſare Huiꝰ cõſilii) Petẽdi veniam a Cæſare. Sociũ) Exẽplũ alteriꝰ veniã petẽtis, q turpitudinis huius pręcurſor fuerit. Fuſio ſpẽ depcationis) Qꝫ Fuſius Põpeianus a Cęſare veniã impetrabit. Et conſtitutũ mora Alexãdrina) Beroaldus, Cõſiliũ legit nõ cõſtitutũ, qđ Cæſar cœpit apud Alexãdriam morã trahere, illam obſidere decernẽs, donec Põpeiũ vlciſceretur, interfectũ Photini iuſſu a Septimio. Cauſam correxit) Quoniã ſtatim ſe Cęſari dediderũt, ego vero in ſentẽtia pmãſi. Euertit) Qđ nõ manus dedi affecto bello, ſed effecto. Diſpiceres) Introſpiceres eſſe medicabile. Ne moneres) Scribe, Me moneres. Iactor) Nec receptus nec excluſus a Cęſare. Eo minꝰ) Tãto minus quid agã nõ reperio. Quidã) Beroaldꝰ Quintus emẽdat. Patris) In ciuitate Patrenſi, de qua ſupra. Remittere literas) Reſpondere per literas. Teſtamẽto) Ratũ habẽdo, obſeruando qđ per teſtamẽtũ neſcio cuiꝰ debebat. Infra tamẽ videtur intelligere de teſtamento Ciceronis. Fieri poſſit) Caueri poſſit ne agat ſcelerate Terẽtia. Conſilio ego) Scribendum, egeo. Explorato) Certo, indubitato.

ASCEN. Et cõſtitutũ) nõ video cur Beroaldus legat cõſiliũ, & minus cur pro eo loco quidã ponať Quintus, cũ is quiſqs fuerat de Quinto ſcripſerit, ſit frater tuus &c. ASCENſius

Argumentũ. CCXXIII.

PIVS. TVLLIÆ meminit & cuiuſdam ſummæ pecuniariæ. TVLlia) Cuius cadauer integrum repertum ſuperioribus annis in collibus Albanis multis opertum odoramentis, integrum ac mille ſupra quingẽtos annos illęſum. Tullię creditum eſt quoniam inter vrnas ac ſepulcra Tulliorum erutum fuit. Ciceronem) Filium. Æmathiã) In Theſſaliam, quam Liuius ait appellatam Pœoniam, alii Macedoniam. Ouidius, Quæ ducis Æmathii fuerit clementia, portus, Hoſtiliſq; docent funeris exequię. Liuiana verba libro decimo de bello Macedonico, Æmathia q̃ nunc dicitur, quondam appellata Pœonia eſt. Per ipſam) Ea lubente. Pro ea ) Mendoſus hic eſt loc⁹, ac Delio eget prænatante. Quantum tamen coniectura conſequi poſſum, ſic emendari poteſt pro tempore tamen. Per eam quemadmodum conſolabũdus ſcripſiſti pecuniam tantam ais me ſcripſiſſe, quæ tu ipſe intelligis reſponderi poſſe. Dicebas his in literis trinis ad meas reſpondens, me in nominibus habere tot pecunias quot deberem. quare iacturam ac plagam meam eſſe mediocrem. Scripſiſſe) Credidiſſe pecuniam auctore Honorato grammatico. Horatius, Dictantis quod tu nũq̃ reſcribere poſſis. Tu ipſe intelligis) Dicis te ſatis exploratum habere. Reſponderi) Reddi. Maro, Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ. Inane eſſet) Scribendum inane eſſe, hoc eſt vanum & nugatorium.

Tullię corpus.

Æmathia.

Scribere.

Pæſtum) Campaniæ oppidum vbi roſæ præcoces. De his rebus) Priſci codices, de ſeſtertiis decem, vt ſcribis faciam. Cętera non ſunt in antiquis codicibus.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PRoperantibus tabellariis alienis, hanc epiſtolam dedi: eo breuiorem etiam, ꝙ eram miſſurus meos. Tullia mea venit ad me pridie Iduum Iun. deq; tua erga ſe obſeruãtia beneuolentiaq; mihi plurima expoſuit, literaſq; reddidit trinas. Ego autem ex ipſius virtute, humanitate, pietate, non modo eam voluptatem non cepi, quam capere ex ſingulari filia debui, ſed etiam incredibili ſum dolore affectus, tale ingeniũ in tam miſera fortuna verſari: idque accidere nullo ipſius delicto, ſumma culpa mea. Itaq; a te neq; conſolationem iam, qua cupere te vti video, neq; conſilium, quod capi nullum poteſt, expecto. teq; omnia cum ſuperioribus ſæpe literis, tum proximis tentaſſe intelligo. Ego cum Salluſtio Ciceronem ad Cæſarẽ mittere cogitabam. Tulliam autem nõ videbam eſſe cauſam, cur diutius mecum tanto in communi mœrore retinerem. Itaq; Æmathiam, cũ primũ per ipſam liceret, eram remiſſurus. Pro ea quemadmodum conſolabundus ſcripſiſti, pecuniã tãtam ais me ſcripſiſſe, quæ tuipſe intelligis reſponderi poſſe. Quod Oppiũ tecum ſcribis locutum, non abhorret a mea ſuſpicione eius oratio: ſed non dubito, quin iſtis perſuaderi nullo modo poſſit ea, quæ faciant mihi non probari poſſe, quoquo modo loquar. ego tamen vtar moderatione, qua potero. q̃q̃ quid mea interſit, vt eorum odium ſubeam, nõ intelligo. Te iuſta cauſa impediri, quo minus ad nos venias, video, idq; mihi valde moleſtum eſt. Illum ab Alexandria diſceſſiſſe nemo nunciat, conſtatq; ne profectum quidem illo quẽq̃ poſt Idus Martii, nec poſt Id. Decemb. ab illo datas vllas literas. Ex quo illud intelligis de literis ad. V. Iduũ Feb. datis inane eſſe, etiam ſi verum eſſet. Nam verũ eſſe L. Terẽtium diſceſſiſſe ex Africa ſcimus, Pæſtũq; veniſſe. Quid is afferat, aut quomodo exierit, aut q̃d in Africa fiat, ſcire velim. Dicitur enim per Naſidiũ ad me miſſus eſſe. Id quale ſit, velim ſi inueneris, ad me ſcribas. De ſeſtertiis decem, vt ſcribis, faciã. Vale. XVIII. Calendarum Quintil.

ASCENſius

ASCENſius. Pro ea ſcilicet Tullia, ſcripſiſſe me, id eſt ſcripto debitorem confeſſum, ſic lego non per eã. & q̃d ſequitur ſic intelligo, quæ ad id reſpondeam, tu ipſe intelligis reſponderi poſſe, patrem ſcilicet pro filia ſcripſiſſe. Illud aũt quod ſequitur, Non verum eſſe, Lego, Nam verum eſſe, quis enim intelligat etiam ſi verum eſſet nõ verum eſſe? Ordo autem eſt, Nam ſcimus verum eſſe L. Terentium &c.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE illius ab Alexandria diſceſſu nihil adhuc rumoris, cõtraq; opinio, valde eſſe impeditũ. Itaq; nec mitto (vt cõſtitueram) Ciceronem, & te rogo, vt me hinc expedias. Quoduis enim ſupplicium leuius eſt hac mãſione. Hac de re & ad Antoniũ ſcripſi, & ad Balbum, & ad Oppiũ. Siue enim bellũ in Italia futurũ eſt, ſiue claſſibus vtetur, hic eſſe me minime cõuenit. quorũ fortaſſe vtrũq; erit. Alterũ certe intellexi omnino ex Oppii ſermone, quem tu mihi ſcripſiſti, quę iſtorũ via eſſet, ſed, vt eã flectas, te rogo. Nihil omnino iã expecto, niſi miſerũ. Sed hoc perditius, in quo nũc ſum, fieri nihil poteſt. Quare cũ Antonio loquare velim, & cũ iſtis, & rem, vt poteris, expedias, & mihi q̃primũ de oĩbus rebus reſcribas. Vale. XII. Calendarum Quintil.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVM tuis dare poſſem literas, non prętermiſi, et ſi quid ſcriberẽ, nõ habebã. Tu ad nos, & rarius ſcribis, q̃ ſolebas, & breuius. credo quia nihil habes, qđ me putes libẽter legere aut audire poſſe. Verũtamen velim, ſi quid erit, qualecũq; erit, ſcribas. Eſt autẽ vnũ, quod mihi ſit optãdũ, ſiquid agi de pace poſſit, quod nulla eqdẽ habeo in ſpe: ſed quia tu leuiter interdũ ſignificas, cogis me ſperare, qđ optãdum vix eſt. Philotimus dicitur ſecedere Idib. Sextil. nihil habeo de eo amplius. Tu velim ad ea mihi reſcribas, quę ad te antea ſcripſit. Mihi tãtũ tẽporis ſatis eſt, dũ vt in p. ſſimis rebus, aliquid caueã, qui nihil vnq̃ caui. Vale. XI. Calendarum Sextil.

## M.T.Cicero T.P.Attico S.

AD. VII. Calend. Septembr. venerat die XXVIII. Seleucęa, Peria C. Trebonii, is qui ſe Antiochiæ diceret apud Cæſarem vidiſſe Quintum Fratrem cum Hirtio, eosq; de eo, quæ voluiſſent, impetraſſe nullo quidem negocio: quod ego magis gauderem, ſi iſta nobis impetrata quicq̃ ad ſpem explorati haberent. Sed & alia timenda ſunt ab aliis, & ab ipſo, quæ dantur, vt ea rurſus in eiuſdem ſint poteſtate. Etiam Salluſtio ignouit. Omnino dicitur nemini negare, quod ipſum eſt ſuſpectum, notionem

Argumẽtũ. CCXXIIII.

CÆSAR ſe in Alexandriam cõtulerat fugiẽtẽ Põpeiũ ſecutus, quẽ capere potuit ſi voluiſſet aucto- PIVS.
re Antonio Triũuiro apud Dionẽ. Cicero audit eũ valde eſſe impeditũ. Quinimo oppugnatus fuit copiis regiis. Ex hac mãſione euolare cõtẽdit, quãuis nihil iam expectet niſi miſerũ. ILLIVS) Cæſaris. Impeditũ) Photino & Achilla eũ premẽtibus. Perditius) Deſperatius, calamitoſius. Perditius.

Argumentũ. CCXXV.

ARGVmentũ facile cognitu. Dolet Atticũ PIVS.
rarenter ſcribere forte ꝙ lęta argumẽta nõ habet. De pace inter reliquias Põpeianas & Cæſarem nõnihil addit. COGES me ſperare) Antiq codices, cogis, habent. Habeo de eo) Ab eo. Dũ in peſſimis) Scribe, Dũ vt in peſſimis. Ordo. Mihi ſatis eſt tãtũ tẽporis dũ caueã aliquid, vt in peſſimis rebus ſubintellige, caueri poteſt.

Argumentũ. CCXXVI.

DE CÆſaris victoris PIVS.
natura nõnulla. De fratre, qui veniã impetrauit ab eo. Nemini dicitũ negare, qđ ſuſpicari cogit fluxa oĩa fore. Propius tñ accedet ad Cæſarẽ. SELEVcea) Seleucia.
Id eſt σελεύκεια ciuitas Ciliciæ, auctore Stephano, dicta Trachea, appellãt aũt Seleuciã a Seleuco Nicatoris. prius Olbia vocabaẽ & Hyria. Sũt qui Aleuciã ſcribãt, q locus Aleucia.
eſt citra Leucadẽ ſtadia centũ xx. Auctor Cic. lib. xvj. Ego nihil auſim temere. Peria) Nomen nuncii Treboniani. De eo) Ab eo Cæſare. Nullo negocio) Faciliter. Ab ipſo) Cæſare Quæ dantur) Venia & largitio. Vt ea rurſus) Vt tamẽ ſciamus futura cuncta in poteſtate Tyranni. Quod nemini) Negare. Iuxta illud Epigrammatici poetæ, Cui malus eſt nemo, cui bonus eſſe poteſt? Notionem) Nunc promiſcue donat quos non nouit, poſtea diſcernit grauiſſime cauſas.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eius differri) Puto a Cęſare cognitionem rei petitę differri, quod ipſum pernicioſum eſt. Iuxta illud, Lentæ mandauerat iræ. & Caligulæ petenti mortem, Non redii adhuc tecũ in gratiam. Fratri) Lege, fratris. Cæſarem) Vetus lectio, ad Cæſarẽ. Patris) Ab ea ciuitate, de qua ſupra. placet codex Romanus propter ſequentia, vt, ad, excludatur. niſi, quod valde quadrat, & concinit aptiſſime interpretemur iturum pro abiturum Patris, vt epiſtola ſequens affirmare videtur. Mallem) Subintellige, feciſſe.

Argumentum. CCXXVII.

PIVS.

DE TESTAMENto Terentiæ agit, cuius epiſtolam plane mallet non eſſe miſſam. De Cæſare, Pharnace & huiuſmodi. Mãſionem ſuam deteſtatur. Sullana præfert his perditiſſimis temporibus. Quinto Cæſar ignouit. Ciceronis nulla eſt facta mentio. ILLA ſcripſi) Commodior lectio, illi ſcripſi hoc eſt Terentiæ.

In Aſia) In Ponto contra Pharnacem filium Mithridatis, quo cum Cæſar veniſſet, venit, vidit vicit. Lapidibus egiſſe) Abegiſſe coniectu lapidũ repellens vnanimiter. Nullam) Legionẽ, hoc eſt nullatenus legio cõmouebitur. Reperio in aliis codicibus cõmoraturã, nõ cõmoturã. Patris) A Patrenſibus caſtris in Siciliã iturũ

Ea videã) Cogitem. Ad tẽpus accõmodem) Seruiam tẽpori cauſam aliquam conſuẽdo, quare ad Põpeiũ abierim, quę Cæſari victori non omnino diſpliceat. Noſtris) Qui a Cæſare deſciuim[9] monedo per ſuas & amicorũ literas ne id cõmitterem[9]. Noſtrorũ) Quinti, qui a me deſciuit, ac ca ſam meã ex perdita perditiorẽ fecit. Sullana) Quibus Sulla multis pepercit. Genere ipſo) Victorię. Tũc em̃ mali ſubacti ſũt ac optimates vicerũt. In hac Cęſariana mali ſuperiores fuerũt. Rei) Obęrati, deſperati. Paulominus tẽperata) Aliquãtulum temperatiora.

Paulominus

Hęc) Victricia tẽpora Cæſaris. Eiuſmodi) Subintellige ſunt. Obliuiſcar) Quoniã in pręterita nullũ eſt aliud ius q̃ obliuionis. Omnibus) Pompeianis. Ac ſi oẽs) Quãuis oẽs ad me ſcriberẽt. Illum) Quinto. Beroaldo placet. Illũ pro Quinto. Vetus lectio, Illum per me Quinto. hoc eſt interceſſione ac auctoritate mea. Mẽtionem) A Cæſare vel a Quinto factam.

eius differri M. Gallius, Q. Fratris mancipia Salluſtio reddidit. Is venit, vt legiones in Siciliam traduceret, & protinus iturum Cæſarem, Patris. Quod ſi faciet, ego, quod ante mallem, aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas, quibus a te proxime conſilium petiui, vehementer expecto. Vale. XVI. Calendarum Septemb.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ACcepi. VI. Calend. Septemb. literas a te, datas. XII. Cal. doloréq́ꝫ, quem ex Quinti ſcelere iampridem acceptum iam abieceram, lecta eius epiſtola, grauiſſimũ cepi. tu etſi non potuiſti vllo modo facere, vt mihi illam epiſtolam non mitteres, tamen mallem non eſſe miſſam. Ad ea autẽ, quę ſcribis de teſtamento, videbis quid & quo modo de nũmis. & illa ſic, ſcripſi tamen ego ad te antea, & nos, ſi qui d opus erit, vtemur ex eo, de quo ſcribis. Ille ad Cal. Septemb. Athenis non videtur fore. Multa eũ in Aſia dicuntur morari, maxime Pharnacis legio. XII. ad quã primũ Sulla venit. Lapidibus egiſſe hominẽ dicitur. nullam putant ſe cõmoturã, illũ arbitrãtur protinus Patris in Siliciam. Sed, ſi hoc ita eſt, huc veniat eſt neceſſe, ac mallem illum: aliquo enim modo hinc euaſiſſem, nũc metuo, ne ſit expectandũ, & cum reliquis etiã loci grauitas hinc miſerrime perferẽda. Quod me mones, vt ea videã, quę ad tempus accommodem. facerem, ſi res pateretur, & ſi vllo modo fieri poſſet. Sed in tantis noſtris peccatis, tãtiſq́ꝫ noſtrorũ iniuriis nihil eſt, quod aut facere dignum nobis, aut ſimulare poſſim. Sullana confers, in quibus omnia genere ipſo præclariſſima fuerũt, moderatione paulo minus temperata. Hęc autem eiuſmodi ſunt, vt obliuiſcar, multoque malim, quod omnibus ſit melius, quorum vtilitati meam iũxi. Tu ad me tamen velim q̃ ſępiſſime ſcribas, eoq́ꝫ magis, ꝙ præterea nemo ſcribit, ac ſi omnes, tuas tamen maxime expectarẽ. Quod ſcribis illum per me Quinto fore placatiorem, ſcripſi ad te antea eum ſtatim Q. Fratri omnia tribuiſſe, noſtri nullam mentionem. Vale.

## M.T.Cicero T.P.Attico S.

DIligēter mihi faſciculum reddidit Balbi tabellarius. Accepi enim a te literas qbus videris vereri, vt epiſtolas illas acceperim, quas vellē nūq̄ mihi redditas. Auxerunt enim mihi dolorē. ſi in aliquē incidiſſent, qcq̄ noui attuliſſent. Quid enim tā peruulgatū, q̄ illius in me odiū? & genus hoc literarum, quod nec Cæſar quidē ad iſtos videtur miſiſſe, quaſi quo illius improbitate offenderetur. ſed credo, vt notiora noſtra mala eſſent. Nā quod te vereri ſcribis, ne illi obſint, eiq; rei mederi, ne rogari qdē ſe paſſus eſt de illo. Quod quidē mihi moleſtū nō eſt, illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil mihi valere. Sulla (vt opinor) cras erit hic cū Meſſala. Currūt ad illū pulſi a militibus, qui ſe negāt vſq̄, niſi acceperint. Ergo ille huc veniet, qđ nō putabā, tarde quidē, itinera eñ ita facit, vt multos dies in oppidū ponat. Pharnaces autē, quoquo modo agit, afferet moram. Quid mihi igitur cenſes? iam enim corpore vix ſuſtineo grauitatē cęli huius? qui mihi laborem affert in dolore. An his illuc eūtibus mandē, vt me excuſent? ipſe accedā propius? quęſo attende, & me, qđ adhuc ſępe rogatus nō feciſti, cōſilio iuua. Scio rē difficilē eſſe, ſed vt in malis, etiā illud mea magni intereſt, te vt videā: pr ofecto aliquid profecero, ſi id acciderit. De teſtamento (vt ſcribis) animaduertes. Vale.

### Argumētū. CCXXVIII.

PIVS.

CÆSAR facilis ad ignoſcēdum fuit, quinimo per literas queſtus eſt iniuriā ab eo Ciceroni illatā.

QVIcq̄ noui) Aliquid tumultus ac turbationum. Illius) Quinti Fratris. Improbitate offenderetur) Literæ Cæſaris ſignificabāt ſe dolore affici, ꝙ Quintus iniuriam fratri Ciceroni intuliſſet. venerunt in Quinti manus hæ literæ. Quintus oſtēdit non vt ſe accuſaret, ſed fratrem. quoniam inerant Cæſaris accuſationes. Negari) Lege, rogari ne quidē, hoc eſt Cæſar non grauate veniā Quinto dedit. Qđ) Vt fratri ſit parcitum. Impetrationes noſtras) Fraternas. Nihil valere) Corrige, nihil mihi valere, nihil prodeſſe mihi. De militibus) Quibus Cæſar diuiſerat agros, vel quod militares iniurias ferre nō poſſunt. Negant vſq̄) Moraturos, viuere poſſe. Acceperint) Sua rapta a militibns. In oppidum) Ad oppidum expugnandum. In expugnatione oppidi. Quoquo modo) Bono vel malo, bellicoſo vel nō. Cenſes) Faciendum. Corpore) Imbecillo per diutinū mœrorem. Sed vt malis) Beroaldus, ſed vt in malis. Teſtimonio) Terentiæ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVod ad te ſcripſeram, vt cū Camillo cōmunicares, de eo Camillus mihi ſcripſit, te cum eo locutum. Tuas literas expectabā, niſi illud quidē mutari, ſi aliter eſt, & oportet, non video poſſe. ſed cum a nullo accepiſſem literas, deſideraui tuas. Et ſi putabā te tardiorē factū nō eſſe, modo valeres. Scripſeras enim te quodā valetudinis genere tētari. Auguſtus qdē Rhodo venerat. VIII. Iduū Quintil. Is nūciabat Q. Fratrē ad Cæſarem profectū. IIII. Calendarum Iun. Philotimū Rhodum prid. eius diei veniſſe, habere ad te literas. Ipſum Auguſtum audies, ſed tardius iter faciebat. ea feci, vt eo celeriter eunti darē. Quid ſit in his literis neſcio, ſed mihi valde Q. Frater gratulatur. equidē in meo tāto peccato nihil, ne cogitatione quidem aſſequi poſſum, quod mihi

### Argumentū. CCXXIX.

PIVS.

INDOLET Atticū quodam morbi genere tentari. Philotimus lætas literas ad Ciceronem a Cæſare refert. Omnia tamen timet.

CERTIOREM) Alii tardiorem. Modo valere) Scribe, modo valeres. eſt optantis. Negociatione.) Antiqua exemplaria, ne cogitatione. Aſſequi) Indipiſci, ratio nulla, immo ratiocinatio mihi dictare non poteſt eſſe verum. Non modo re ipſa verum eſt, ſed cogitare non poſſumus eſſe verum. Cogitamus enim ſæpe falſa, & quæ rationi non ſubſiſtunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Tolerabile) Quod mens noſtri iugi neſcia ferre poſſit. Conficiatur) Paretur vt aliquē rei noſtrę ac fortunę inopi portū paremus. Propulſandā) Repellēdā. Propulſare proprie dicūtur illi, qui defenſant iniuriā. Teſtamēto) Cogites. Illud) Vt cogitaſſem⁹. Antea) Feciſſe. Melius qdē in peſſimis) Emē da, melius qdē vt in peſſimis. Nihil fuit) Legēdū, fuerit. Diſſidio) Diſſidere ſeparariq; a Cæſare. Aliq ad Fratrē referūt. Nocturnarū expugnationū) Nec res periiſſet nocturnis graſſationibus quibus ſæpe

Metelli lex. bona Ciceronis expugnata fuerūt. Metellę) Legis cōditę a Metello qua aqua & igni hoſtibus Cęſaris interdicebatur. Maiorum) Scribe, malorū, & iūge cū nomine. Si quid ius) Lege, aſſequi ius pręſtitit. qd̄ per literas admonebas vt cōſequi tētarē, beneficio tēporis aſſecutus ſum. Ipſe) Cæſar. Denūciare) Polliceri incolumitatem. Clodii) Filii, de quo extat epiſtola Ciceronis ad Antoniū & ad Ciceronē. Potiſſimū) Subintellige fouere Clodium filiū decet. Vt hoc vel tabulas) Lege, Et hoc vt tabulas nouas, quas Dolabella gener Ciceronis iducere tētabat. Petet) Dolabella tertiā pēſionē dotis vxoriæ, ſecūdā ſupra petiuit. Placet igiť

Nuncium rimitti. mihi remitti nūciū genero. Diuortiū faciat Tullia cum Dolabella. Mittebať nuncius cū libello repudij ſup qua re Iuriſcōſulti meminere. Dig. de diuortiis. nosq; ſexcēties. Et eſt idē tibi) Subintellige animi. Ne videlicet ab ipſo naſceť) Scribo. Cōſidera igitur tu ne videlicet ab ipſo naſcatur. Tu videris cur nunciū remittā, an expectem, vt ipſe prior incipiat. An pri⁹ ego) An melius ego vt itinere nocturno ad te cōtēdā, teq; q̄primū videam.

tolerabile poſſit eſſe. Te oro, vt de hac miſeria cogites, & illud, de quo ad te proxime ſcripſi, vt aliquid conficiatur ad inopiā propulſandā, etiā de ipſo teſtamēto. Illud quoq; vellem antea, ſed omnia timuimus. Melius qdē vt in peſſimis nihil fuerit, diſſidio aliqd feciſſemus, vt viui vel tabularū nouarū nomine, vel nocturnarum expugnationū, vel Metellę, vel omniū malorū, ne res periiſſet, & videremur aliquid doloris virilis habuiſſe. Memini omnino tuas literas, ſed & tēpus illud, aſſequi ius pręſtitit, nūc qdē ipſe videtur denūciare. Audiuimus eñ de ſtatu Clodii, generū ne noſtrū potiſſimū, & hoc vt tabulas nouas. Placet mihi igitur, & eſt idē tibi, nūciū remitti. Petet fortaſſe tertiā pēſionē. Cōſidera igitur tu, ne videlicet ab ipſo naſcatur. An prius ego, ſi vllo modo potuero vel nocturnis itineribus experiar, vt te videā. Tu & hęc, & ſiquid erit, qd̄ interſit me ſcire, ſcribas velim. Vale.

Argumentum. CCXXX.

PIVS. SCRIPSERAt nōnulla manu ſua Cic. in Cæſarē quę Titus cautius agēda monet. De teſtamēto eodem de quo ſupra agit. Terētiam ſuſpectā habet. Philotimum pariter. Petit ſi quid eſt quod cōſolationē afferre poſſit, id q̄ primum ſcribat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVæ dudū ad me, & q̄ etiā de me vis, ad Tulliā de me ſcripſiſti, ea ſentio eſſe vera. Eo ſum miſerior, et ſi nihil videbatur addi poſſe, quod mihi non modo iraſci grauiſſima iniuria accepta, ſed ne dolere qdē impune liceat. Quare iſtud feramus, quod cū tulerimus, tamē eadē erūt perpetiēda, quę tu ne accidāt, vt caueamus, mones. Ea eñ eſt a nobis cōtracta culpa, vt omni ſtatu omniq; populo eūdē exitū habitura videatur. Sed ad noſtrā manū redeamus. Eniuero hęc occcultius agēda. Vide queſo etiā nūc de teſtamēto, qd̄ tū factū, cū illa hęrere cœperat, non credo, & cōmoti. Neq; eñ rogare, ne me quidē, ſed quaſi ita ſit, quoniā in ſermonē iā veniſti, poteris eā mouere, vt alicui committat, cuius extra periculum huius belli

ADME vis) Scribēdū, de me vis. Ad me ſcripſiſti noua lętiſſima, quæ de me vis ac deſideras. Poſſumus nihilomin⁹ defendere, ad me vis hoc eſt ſcribi a Tullia. Scripſiſti Tullię quę voluiſti vt ea ad me ſcriberet. Ad noſtrā manū) Ad turbā domeſticā. Reddiderit) Scribo, redeamus. Hęc occultis) De domeſticis ac de occultis ad te itineribus. Tū factū) Subintellige oportuit. Quęrere) Legēdū hęrere. hoc eſt nominibus implicari. Cōmoti) Sunt creditores. Volebat Cicero Terentiā inducere vt teſtamētū cōderet, ac hæredem Atticum, ſaltem procuratorem condendi teſtamentum virum bonū, cum potiſſimū, qui a bellis ciuilibus eſſet integer. Rogari) Emenda, rogare. Noli rogare eam vt teſtamentum condat, ſed vt ſapiens conſultor mone. Ne me quidē) Dicas eā rogare, inducas eā potius. Quaſi ita ſit) Te me rogaſſe ſinge. Veniſti) Cū ea Terētia. Dicas, Terētia iā de teſtamēto mecū verba feciſti, reſpōdeo videri opportunū.

fortuna ſit, te quidē, tibi potiſſimū velim, ſi idem illa vellet, quam quidē Cœlio miſerā in hoc timore de illo altero. Scio equidē venire nunc nil poſſe, ſed ſeponi, & occultari poſſunt, vt extra ruinā ſint eam, quæ impēdet. Nā quod ſcribis nobis noſtra & tua Terentię fore parata: tua, credo, noſtra quę poterūt eſſe? Si de Terentia autē (mitto cętera quę ſunt innumerabilia) quid ad hoc addi poteſt? Scripſeras, vt XII. HS. permutaret, tantū eſſe reliquū de argento. Miſit illa CCLII. mihi, & aſcripſit tātum eſſe reliquū cum hoc tam paruū de paruo detraxerit, perſpicis quid in magna re fecerit? Philotimus nō modo nullus venit, ſed ne per literas quidē, aut per nunciū certiorē facit me, quid egerit. Epheſo qui veniūt, ibi ſe eum de ſuis controuerſiis in ius adeuntē vidiſſe nunciant quidē (ita enim veriſimile eſt) in aduentū Cęſaris fortaſſe reiiciuntur. Ita autē nihil puto eum habere, quod putet ad me celerius perferendū, & eo me magis eſſe deſpectum, vt etiā ſiquid habet, id niſi omnibus ſuis negociis cōfectis ad me referre nō curet. Ex quo magnum equidē capio dolorē, ſed nō tantū, quantū videor debere, nihil enim mea minus intereſſe puto, q̄ quid illinc afferatur, id quā ob rē, te intelligere certo ſcio. Quod me mones de vultu, & oratione ad rē accōmodanda, & ſi difficile eſt, tamē imperarem mihi ſi mea quicq̄ intereſſe putarem. Quod ſcribis literis putare Africanū negociū confici poſſe, velim ſcriberes, cur ita putares: mihi quidē nihil in mentem venit, quare id putem fieri poſſe. Tu tamē velim, ſiquid erit, quod cōſolationis aliquid habeat, ſcribas ad me, ſin (vt perſpicio) nihil erit, ſcribas id ipſum. Ego ad te, ſiqd audiero, citius ſcribā. Vale. VIII. Iduum Sextil.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

FAcile aſſentior tuis literis, quibus exponis pluribus verbis nullum te habere conſiliū, quo a te poſſim iuuari. Conſolatio certe nulla eſt, quæ leuare poſſit dolorem meum, nihil eſt enim contractum caſu, nam id eſſet ferendum, ſed omnia fecimus his erroribus & miſeriis & animi & corporis, quibus proximi vtinam mederi maluiſſent, q̄ abeſſe. Quam ob rem, quoniam neq; conſilii tui, neq; conſolationis cuiuſquam, ſpes vlla mihi oſtenditur, non quæram hæc a te poſthac, tantum velim, ne priſtinum hoc

Fortunas) Lege. Fortuna ſit, q nō ſit ciuilib⁹ turbis implicatus. Te qdē) Eā eligere velim. Tibi velim) Cōmittat. Quā) Terētiā. Cœlio miſerā) Quā miſerā i hoc timore Cœlio, ſupple admonuerā. Terentiā admonuerā vt illū hęredē faceret in hoc timore bellico. Altero) Agro Suffidiano. Venire) Vēdi. Volebat vt Terētia venderet ſua bona, & quędā alia hęreditaria, ne Cęſar ac hoſtes illa diriperēt. Noſtrę & tuę) Beroaldus noſtra & tua legit

Terentię) Accōmoda Terentiæ. Tua credo) Fore parata, iungenda ſimul. Permutaret) Verſuram faceret.

Fecerit) Si in arido, qd in viridi? Si paruę ſummę non parcit, maiori nō parcet. Nullus) Nō. Plautina elocutio.

Argumentū. CCXXXI.

RESPonſiua epiſtola literis Attici qbus ſignificabat, ſibi nō adeſſe cōſilium quo iuuaretur, nec cōſolatione dolor tantus leuari poſſet. De Cæſaris itinere nonnulla. De teſtamēto Terentię, de pēſione ſecūda minuta interſerūtur. Rogat vt argētū conflet, ſupellectilem diſtrahat. FACILE aſſentior) Et id quod hodie dici ſolet, pro indubitato eſt nō cōiectarium, nec reiectaneū eſt hoc argumentum, quod animū ad aſſenſum ſuſpēdit, vt ſignū quoq; quod Gręci σημεῖον dicunt, ſed τεκμήριον quod in dubium trahi nō poteſt. Conſilium) Excutiente illud acerbitate fortunæ, quā Peripateticorum antiſtes ſolitam hominē etiā prudentem diuexare refert. Bellum eſt ſua vitia noſſe, Florentibus rebus forticuli ſumus omnes, labāte vel reflante fortuna muliebriter flemus, pallio & verbis philoſophi, non animo. Iuuari) Cōſolatiōe philoſophica, qua Cratippus vſus Pompeii fugientis ſiniſtrā fortunam leuauit. Cōtractum) Factum. Caſu) Fortuna, quæ non eſt in noſtra manu, ſed centum ſapiētum conſilia vincit. Proximi) Quintus & Dolabella.

Nullus. Plus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

officium intermittas. Scribas ad me quicquid veniet tibi in mentem, cum habebis cui des, & dum erit ad quem des, quod longũ non erit. Illum exceſſiſſe Alexandria rumor non eſt firmus, ortus ex Sulpitii literis, quas euntes poſtea nuncii confirmarunt: quod verum, an falſum ſit, quoniã mea nihil intereſt, vtrum malim, neſcio. quod ad te iampridem de teſtamento ſcripſi duas epiſtolas, velim, vt poſſis adiuues. Ego huius miſerrima fatuitate conflictor. Nihil vnq̃ ſimile natum puto, cui ſi qua re cõſulere aliquid poſſum, cupio a te admoneri. Video eandem eſſe difficultatẽ, quam in conſilio dando: ante tamen hoc me magis ſolicitat, q̃ omnia. In penſione ſecunda cæci fuimus, aliud mallem, ſed præteriit. Te oro, vt in perditis rebus ſiquid cogi, conficiq; poteſt, quod ſit in tuto, ex argẽto, req; ſatis multa, ex ſupellectile, des operam. Iam enim mihi videtur adeſſe extremum, nec vlla fore cõditio pacis, eaq; quæ ſunt etiam ſine aduerſario peritura. Hæc etiam, ſi videbitur, cum Terentia loquere opportune. Non queo omnia ſcribere. Vale. III. Nonarum Quintil.

# M·T·CICERONIS
## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER DVODECIMVS.

### M. T. Cicero T. P. Attico S.

VNdecimo die poſtq̃ a te diſceſſeram hoc literularum exaraui egrediens e villa ante lucẽ, atq; eo die cogitabã in Agnanino, poſtero autẽ in Tuſculano. Ibi vnum diem. V. Calendarum igitur ad conſtitutum, atq; vtinã continuo ad complexum meæ Tulliæ, ad oſculũ Atticæ poſſim currere. Quod quidem ipſum ſcribe quæſo ad me, vt dum cõſiſto in Tuſculano ſciam, quid garriat in ruſticatu, quid ſcribat ad te, eiq; interea, vt ſcribis, ſalutem annunciabis, itemq; Piliæ, & tamen, & ſi continuo congreſſuri ſumus, ſcribes ad me, ſiquid habebis.

Officium) Viciſſitudinem literarum. Longũ) Cito habebis. Vtrum malim ſcio) Vetus lectio, Vtrũ malim neſcio. Scripſi apud) Priſca exemplaria, Scripſi duas epiſtolas. Poſſim aduerſus) Corrige poſſis, adiuues. Miſeriã ea facultate cõfectus conflictor) Scribe, Ego huius miſerrima fatuitate cõflictor. Natũ) Me per omnia infeliciſſimum Nonnulli legũt, Ab illo nihil molle, iratum mihi puto Cæſarẽ. Video tibi fore eãdem in monẽdo difficultatem, quę in dando conſilio fuit. Datæ) Scribe, Dando.

Ante) In his prioribus tẽporibus difficillimorũ cardinibus & articulis. Hoc) Præſens & quod inſtat negociũ.

In pẽſione ſecũda) Quã Dolabellę iterauimus dari non debuit. Aliud mallẽ) Feciſſe. Sed pręteriit) Tẽpus cogitãdi. Re ſatis multa) Familiari qua abũdamus. Des operã) Cõficiatur pecunia, ad noſq; mittatur, ne in manus inimicorũ noſtrorũ veniat.

Extremum) Iacta eſt alea, res ad reſtim recidit. Furor eſt poſt omnia pdere naulũ.

PIVS. Argumentum. CCXXXII.

IMPEtrata vt reor a Cęſare venia, garrit quicqd in buccã venit, q ipſa iter amicos etiã inanis garrulitas neſcio quã ſuauitatẽ habet. De ludis præneſtinis ac cœnis Hirtianis. Problema explicat, Põpeiũ eſſe fructum.

Exarare. EXARAVI) Scripſi. Calamus arare dicitur cum characteres veluti inſtrumenta ac aratrũ per ſulcũ paginarũ ducit. Hoc literularũ) Hoc epiſtolium. In Anagnino) Hodie dicimus in territorio

Igitur. Anagnię. Anagnia frequentius Anania dicta abeſt a Zinazano noui nõis oppido decẽ milib9 paſſ. Ciuitas in Hernicis vetuſtiſſima, de qua Virgilius, Hernica ſaxa colunt, quos diues Anania paſcit. Seruius vero exponit Virgiliũ alluſiſſe ad hiſtoriã. Nam Antonius Octauia Auguſti ſorore contẽpta, poſtq̃ duxit Cleopatrẽ Ægypti reginã, eius monetam in Anania cudi iuſſit, vnde diues eſt a Virgilio appellata. Igitur) Deinde, ex Terẽtiano interprete ac Plau

Anagnia. to in Amphitryone. Ad conſtitutũ) Ad condictam diem. Garriat) Erat iſta puella garrula. In ruſticatu) Tanq̃ in nouo regno, vbi pro loci inſolentia muliebris garrulitas deeſſe non ſolet.

Cum cōplicarē hanc epiſtolā,noctu Abundus ad me venit cū epiſtola tua tabellarius,qua lecta,de Atticę febricula ſcilicet valde dolui. Reliqua,quę expectabā ex tuis literis,cognoui omnia. Sed quod ſcribis igniculum matutinū, γεροντικώτερον eſt memoriola vacillare. Ego enim quarto Calend. Axio dederam tibi. III. Quinto,quo die veniſſem,id eſt quinto Calend. Hoc igitur habebis noui nihil,quid ergo opus erat epiſtola? quid cū corā ſumus,& garrimus quicquid in buccā venit? eſt profecto quędā λέσχη,quę habet, etiā ſi nihil ſubeſt,collocutione ipſa ſuauitatē. Hic rumor eſt, T. Murcū periiſſe naufragio. Aſiniū delatū viuum in manus militū:naueis delatas in Vticam reflatu:hoc, Pompeiū non cōparere,nec in Balearibus omnino fuiſſe,vt Patietus affirmat,ſed author nullius rei quiſq̄. Habes,quę dum tu habes, locuti ſunt. Ludi interea Præneſte. Ibi Hirtius,& iſti omnes,& quidē ludi dies octo,quæ cœnæ? quę delitiæ? Res interea fortaſſe tranſacta eſt. O miros homines. At Balbus ædificat τί γὰρ αὐτῷ μέλει; Verum ſi quæris homini non recta, ſed voluptaria quærenti, nonne βεβίωται; Tu interea dormis. Iam explicandum eſt πρόβλημα,ſiquid acturus ſis. Si quęris quid putem,ego fructum puto. ſed quid multa? iam te videbo,& quidem,vt ſpero,de via recta ad me. Simul enim & diem Tyrannioni cōſtituemus, & ſiquid aliud. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

VNum te puto minus blādum eſſe,q̄ me, & ſi vterq; noſtrum eſt aliquādo aduerſus aliquem, inter nos certe nunq̄ ſumus. Audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicētē,Ne viuā mi Attice, ſi mihi nō modo Tuſculanū,vbi certe ſum libēter,ſed μακάρων νῆσοι tanti ſunt,vt ſine te ſim totos dies. Quare obduretur hoc triduum,vt te quoque ponam in eodem πάθει, quod

Complicarē)Claudere,paginā cōponerē in epiſtolicū faſciculū. Noctu abūdus)Sunt qui diſtingūt vt abundus ſit nomē propriū. Alii vnā dictionē eſſe volūt atq; cōiungūt,noctuabūdus,hoc eſt nocturno tēpore vagus. Igniculū matutinū)Senibus ꝓdeſſe. γεροντικώτερον)Senile eſt. In buccā)Improuiſū ac repētinū qcqd ſuccurrit,effundim⁹ moroſa ſine cogitatione. λέσχη)Confabulatio. Si nihil ſubeſt) Seriū ac graue. Subeſt)In medulla nō in cute. Murcū)Nomē viri ꝓpriū. Alias Murci ſunt qb⁹ pollices amputātur ne ad militādū cogi poſſint. quoniā ſunt ſegnes. Murceus & murcidus Plauto ignauus. Murcea dea Auguſtino q̄ murcidos facit,lōge a Murtia diſtās, q̄ pro Venere a myrto. Liui⁹, Ad Murtię datę ſedes. Nauis delatas) Vetus Lectio, L. naues. Hoc)Ideo. Nō cōparere)Tamē viuere maris inſaniā paſſum. Balearib⁹)Inſulis duab⁹ quæ alio nomine gymneſię. Quinimo funditores ſunt oēs,nec a matre cibū accipiūt anteq̄ panē fūda percuſſerint. Hinc epitheto decētiſſimo a Marone funda balearica eſt appellata. τί γὰρ) Quid eīn ipſi curāt? Recta) Sūt curę. Corrigēdū tamē ſic arbitror hūc locū,Verū ſi q̄ris hoī non recta,ſed voluptaria q̄renti,nōne βεβίωται, hoc eſt vita traducta eſt? Vixit q voluptatis eſt mācipiū πρόβλημα)Queſtio. Si qd actur⁹)Hoc age. Si q̄ris qd putē) ego fructum puto. Problema Ciceronianū eſt,qđ diſſolui q̄rit ab Attico. In verbo fructū eſt inuolucrū ac ſenſus opt⁹. Deriuat a fruor,nō a noie fructus. Scribebat Cic. Pōp. eſſe fructū a Cęſare,hoc eſt in poteſtatē Cęſaris veniſſe Pompeiū. A verbo fruor, alii,vt Iuriſcōſulti fruit⁹ deriuāt,alij fructus,vt hic Cic. Ad me) In Tuſculanū commeabis. Diē cōſtituem⁹) Cōdicem⁹ quādo ſit vētur⁹. Siqd aliud)Agēdū erit,agemus.

VNVM) Hoc eſt principiū alteri⁹ epl'ę. Simul congeſta ſunt per incuriam ſomniculoſi lectoris epiſtolia permulta,quę tu diligentiā noſtrā ſecutus ita ſecernes. Aliquādo) Erga alterū blandus inter nos amoris ſuauitatē ſeruamus. Audi igitur) Iſta ſunt lib. xvi. Illic vide quoniā hic ſunt multa mēda. Hic aliqui volūt principiū eſſe epiſtolii. Ego friuolis nō immoror. ἀγοητεύτως)Sine p̄ſtigiis & fuco. Μακάρων νῆσοι)Inſulę beatorū q̄ ab aliis Fortunatę dicūtur,nūc Canariæ,vt aiūt Luſitani duce Italo Cynoſuricæ nauigatiōis auctores. De qb⁹ Plini⁹ lib. 4. Addit paulopoſt,Ex aduerſo Celtiberiæ Caſſiterides dictæ a Gręcis a fertilitate plūbi & regione atrotrebanū promontorio dierū ſex,quas aliq Fortunatas appellauere. Separata tñ iſta loca putantur. Obduretur) Perſeueretur,cōtumaciter perſtemus. Obſtinatus obdura, poeta doctus ait. Triduū)Qđ inuitiſſimo genio ſine te tranſigetur. πάθει)Affectu,vt me quoq; deſideres,

Abundus. Noctuabūd⁹.
Murci. Mucea. Murtia dea.
Baleares.
Fructū puto.
Interp̄tatio. CCXXXIII. PIVS.
Inſulę fortunatæ. Caſſiterides.

Ita eſt)Et tu quoq; mihi afficeris. De auctione) Ab auctione ac publica ſubhaſtatione venias,q̄ dicitur auctio,Cęſarē vellicat quothoris bona ciuiū ſubhaſtātē. Cū libellis)Oblectauero. Me nihil de re) Scito moueri de materia de qua Venonius agit. Nomē aliud) Vetus lectio,Mouet aliud.Hęc eſt elegātia ſtyli ac phraſeos nitor. Quid Cęſar) Facit. Cōditiones) Amicos locupletādi vel vitę degūdę,aut haſtā curat,aut legat,aut faſtos curat.Iſta loca floccifacit Cic.p̄ philoſophia. Emptione) Scribēdū emptiones.Cęſar curat emētes ac vēdentes.Imperator haſtę p̄ſidebat,vt patet de Sulla,q de bonis q̄ vendebat poetę neſcio cui dono dedit ne deinceps qd ſcriberet. Auctor Cic.i oratione ꝓ Archia. Ob haſtā) Cū haſta poſita,qua ſignificantur vēdi parta bello. Perdere) Rē q̄ ita lucrari. Et ſit) Ordo, Quis hoc putē eſſe perdere p̄ter turpitudinē q̄ dāno ſuperaddif. Delegationes in mācipe) Legat, In mācipes. Delegat bona Cęſar in mācipes,hoc eſt ſectores& emptores haſtę.Māceps proprie qui publicū emit conducitve,qd manu vel pollice exerto ſe facere ſignificabat,q & pręs dicitur,qd pręſtare debet populo vt ſi ꝓ altero p̄dē ſe offerret.Pōponi⁹Dig.locati & cōducti,Qui fideiuſſor exiſtit apd̄ mācipē pro colono publicorū prædiorū,quæ manceps ei colono locauit Reipub. nō tenetur.

Manceps.

ita eſt profecto,ſed velim ſcire,hodie ne ſtatim de auctione:& quo die venias, ego me interea cū libellis. At moleſte fero Venonii me hiſtoriā non habere,ſed tamē me nihil de re mouet aliud.quid Cęſar? tres habet cōditiones,aut emptiones ob haſtā,perdere malo (& ſi pręter ipſā turpitudinē,hoc ipſum puto eſſe ꝑdere)aut delegationes in mācipes annua die,qs erit, cui credat? aut qn̄ ipſe Metonis annus veniet, aut Veteni cōditiones in meſſē. σκέψαι igit, ac vereor,ne iſte iam auctionē nullā faciat,& ſedulo iis factis Calypſo ſubſidio currat.næ talis vir ἀλογίστως μελλήσει. Vale.

Annua die.

Annua die) Tempore,ad tempus videlicet vnius anni.Dies pro tempore ponitur. Iuriſconſul. Annua,bima,trima die. Quis erit)Manceps. Credam) Scribe,credat,hoc eſt Cæſar.Boni non addicent haſtæ.Cæſari non ſoluent,vt Antonio contigit,qui cum de haſta Cæſaris,bonaq; & ſupellectilem Pompeianam emiſſet,non erat ſoluendo:Cæſar pignora capi iuſſit.Ex Cicerone in Antonianis. Quando) Fruſtra quoq; Cæſar faſtos curat & annum corrigit vitio pontificum deprauatum,vt feriæ nō conſiſterent.Cæſar in eum quem habemus ordinem redegit,vnde Lucanus verba faciente Cæſare, Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus. Metonis) Irridet Cæſaris curioſitatem,quæ ſæpe irrita eſt,pręſertim in tanta annorum varietate.Eſt annus magnus,vt inquit Cenſorinus in lib.de die Natali,quem aliqui Pentaterida nominauerunt,nōnulli Trieterida,Eudoxus, Octoterida,octo vertentibus annis conſtās. Romani Luſtra.Græci Olympiadas pro magnis annis duxerunt.Eſt annus quem Ariſtoteles Maximū appellat.quem ſolis & lunæ,vagātumq; quinq; ſtellarum orbes conficiunt, cuius anni hyems eſt catacly ſmus,noſtri diluuionem vocant.Æſtas autem ecpyroſis,id eſt exuſtio.Eſt & annus chaldaicus conſtans ex annis ſolaribus.xii.dodecateris dictus.Eſt annus Ægyptius,quem gręce Cynicon, latine Canicularem vocamus,ab initio exortus caniculæ.Eſt & Metonicus,quem Meton Athenienſis ex annis vndeuiginti conſtituit.Maximus annus eſt ille Ariſtotelicus,de quo Peripateticorum princeps in libro de proprietatibus elementorum hæc ſcribit,Quare accidit illa permutatio in omnibus.xxxvi.milibus annis,& hoc eſt vltimum rerum omnium,cui innituntur auctores recidiuationis. Veteni conditione ſemiſſem) Quando erit annus,ſi non Metonicus ſaltem ſemiſſe minor.cōditione Veteni,& diſciplina & conſideratione Veteni.Aſtronomi nomen eſt Vetenus. Aliqui ſemiſſe malunt, vt ſit ſemiſſe minor.Alii emendant.Aut vocem conditionis emiſſem.Vel forte emiſſem vocem hoc eſt præconium & ſubhaſtationem Vetoni,qui Vetonius vocem proſtituebat haſtæ Cæſaris,ac haſtarium conduxerat.Cōditionem vocamus emptionem,Iuxta illud epigrammatici. Accipe & hoc munus cōditione mala,hoc eſt magno precio.Alii conditiones emiſſem. σκέψαι igitur)Conſidera,principiū eſt clauſulæ. Iſte) Cæſar.Forte non potero conditionibus adſiſtere. His factis) Auctionibus. Subſidio currat) Subſidia ferat,opitulatum eat. Clipſo)Scribe Calypſo,Cleopatram intelligit,quę Cæſarem amore impudico tenuit,non ſecus ac Vlyſſem Calypſo(adeo vt amoris coniugalis oblitum ageret) in cuius Calypſus auxilium Cic.prodit Cæſarem meditari,quoniam oppugnabatur a fratre,vel ne oppugnaretur formidabat. Ne talis) Scribe,næ affirmatiue. ἀλογίστως μελλήσει) Sine ratione cūctabitur Cæſar, deliciis diffluet,ac amore Sirenio cōtabeſcet. ASCEN. Quid Cęſar &c.)Loc⁹ eſt multū obſcur⁹,hac tn̄ lectione clarior ſit,Cęſar habet tres cōditiones videlicet agēdi aut emptiones ob haſtā,aut delegationes in mā cipes,aut cōditiones in meſſem,qn̄ ipſe annus Metonis aut Veteni veniet.

Meton. Annus magnus. Pentateris. Trieteris. Annus maximus. Catacly ſmos Ecpyroſis. Dodecateris. Cynicus annus. Metonicus. Vetenus. Conditio.

Calypſo.

ASCEN.

PIVS.

Interpretatio.CCXXXIIII.

O GRatas)Principiū alterius epiſtolę. Dies feſtus) Quē quis ſolēnem,atrū agebat, vacuū ac amici ſermone carentē. ἐμβριθέστερον) Grauiorem.

M.T.CICERO T.P.Attico S.

O Gratas tuas mihi iucundasq; literas, quid queris? Reſtitutus eſt mihi dies feſtus. Angebar enim quod Tiro ἐμβριθέστερον te ſibi eſſe viſum dixerat: addā igit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vt cenſes, vnū diem, ſed de Catone πρόβλημα ἀρχιμήδειον eſt. Non aſſequor, vt ſcribā, quod tui cōuiuę nō modo libenter, ſed etiam æquo animo legere poſſint, qn etiam, ſi a ſententiis eius dictis, ſi ab omni voluntate, conſiliis quę de Rep. habuit, recedā, ψευδῶς qui nolim grauitatem, cōſtantiāq; eius laudare. hoc ipſum tamē eſt odioſum, ἄκουσμα ſit. Sed vere laudari ille vir nō poteſt, niſi hęc ornamenta ſint, ꝙ ille ea, quæ nunc ſunt, & futura viderit, & ne fierent, contenderit, & facta ne videret, vitam reliquerit. Horum quid eſt, quod Alledio probare poſſimus, ſed cura obſecro, vt valeas, eamq;, quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualeſcendum adhibe prudentiam.

De Catone) Libro videlicet Ciceronis in laudē Catonis ſcripto, in quē Cęſar duos reſcripſit Anticatones. ἀρχιμήδειον) Queſtio Archimedis difficilis videlicet & geometrica, q̄ explicari nō poteſt: vel arguta ac elegās. Cic. pro Cluētio, Nō Archimedes melius potuit deſcribere. Archimedes Syracuſanus radio ac abaco ſemp intentus, cuius ſepulcrū Cic. reperit. Quē Marcellus, auctore Plutarcho, Briareū ac Centimanū appellabat, nihil ſcriptis cōmēdauit, qui arte ſua vt amœnitate ſūma illectus cibū ac corporis curā obliterauit. Sępenumero inuitus duct⁹ ad balnea dū perungeretur per corporis vngēta geometricas figuras ac lineamēta digito inſcribebat. Tāta ei⁹ rei dulcedine capiebaẗ, vt vere illū muſarū inſtinctu correptū dixerim. Is cū multa pulcherrime excogitaſſet, amicos ac neceſſarios oraſſe ferẗ vt poſt ei⁹ mortē ambitā cylidro ſphęrā ei⁹ ſepulcro iponerēt, pſcriberētq; ex cōtinēti firmamēto ad cōtentū, quę nā exceſſus ſit pportio. Liu. li. iiij. de ſecūdo Punico bel. Et habuiſſet tāto ipetu cœpta res fortunā, niſi vnus hō Syracuſis ea tēpeſtate fuiſſet Archimedes. Is erat vnic⁹ ſpectator cœli, ſiderūq;, mirabilior tñ inuētor ac machinator bellicorū tormētoꝝ operūq;, q ea quę hoſtes ingēti mole agerent, ipſe pleui momēto ludificareẗ. Sidonius Apollinaris radiū Archimedis ita deſcribit, Nō abnuto cū Orpheo plectrū, Cū Æſculapio baculū, cū Archimede radiū, cū Euphrate horoſcopiū, cū Perdice circinū, cū Vitruuio perpēdiculū. Scribit Syneſius in lib. de ſomniis ꝙ Archimedes optabat eſſe aliqd extra terrā, ita ſperans ſe cōtra totā terrā libraturū. De loculo Archimedio ad memoriā vegetandā meminit Fortunatianus Atilius in libro q ars inſcribiẗ ingens. Nā ſi loculus ille Archimedi⁹ quatuordeci eboreas lamellas, quarū anguli varii ſūt in quadratā formā incluſas habet, cōponēs nobis aliter atq; aliter, mō galeā, modo ſicā, alias colūnā, alias nauē figurat, & inumerabiles efficit ſpecies. Solebatq; nobis pueris hic loculus ad cōfirmandā memoriā plurimū pdeſſe. Nō Aſſequor vt ſcribā. Nō intelligo quomō ſcribere debeā. Tui cōuiuæ) Academici ac philoſophi, hoc ideo dixit ꝙ auctore Cornelio Nepote nūq̄ fuit cœna Pōponii ſine lectione ac libro. Æquo) Propēſo in aſſenſionē. Si a ſentētiis) Problema Archimedeū eſt laudare Catonē ac vituperare. Si taxē eius ſentētias fere Socraticas, mendax habebor: ſi nōnulla alia laudare in Catone velim, nō expedit. Quare quo me vertā neſcio. Omni volūtate) Perpetua Catonis in Rēpublicā. ψευδῶς) Perperā faciā ſcilicet, qui laudāda vituperē. Qui velim) Lege, q nolim, hæc ſunt de Catone quę iure laudē. Hoc ipſum) Quod ſequitur. Odioſū) Speciē vituperationis habere poſſunt. ἄκουσμα ſit) Auſcultatio ſit & queſtiūcula. Quęramus hoc pro tēpore an ſit odioſum nec ne. Niſi hęc ornamēta ſint) Niſi cōfiteris hæc ornamēta eſſe & virtutes in homine, quę cum non ſint, iure vituperētur. Ille) Hęc ſunt quę in Catone nō laudo. Quę nunc ſunt) Tyrannis & ſeruitus. Ne fierēt) Ne tyrannicū exitum cōſequerentur. Facta ne viderer) Ne videre cogeretur. Viā reliquerit) Scribe, vitam reliquerit, mori maluerit. Probare) Alledii amici tui ac philoſophi iudicio probandū afferre.

Archimedis quæſtio.
Archimedes
Loculus Archimedis.
Acuſma.

## M.T. Cicero T.P. ATTICO S.

QVintus Pater quartū, vel potius milleſimum, nihil ſapit, qui lętetur Luperco filio Teſſerario, vt cernat duplici decore cumulatā domū, addo etiā Philotimum tertiū. O ſtultitiā (niſi mea maior eſſet)

Interpretatio. CCXXXV.

QVint⁹ pater quartū) Quintus Cic. nō eſt quartus in ſapiētia, nō mō quintus. Ludi in pnominib⁹, quę ad numeros applicat. Eſt hoc principiū alteri⁹ epiſtolę. Mileſimū) Infinitū nō ſapit. Scim⁹ eñ mille numerū eſſe maximū. Luperco) Quę ſit ſacerdotii Lupercorū dignitas, nemo nō nouit. Teſtario) Scribo Teſſerario. Teſſerarius, qua dictione Plutarch. vtitur, eſt q pręeſt Teſſerę hoc eſt ſigni dationi in militia. Claudianus, Felix legionib⁹ iret Teſſera. Liuius lib. vii. ab vrbe cōdita, Vigiliis deinde diſpoſitis, cęteris omnib⁹ teſſerā dari iubet. Marcellinus, Artē teſſerariā profitetur. Idem lib. xiii. Teſſerā expeditionalē appellat. Modeſtus de re militari, Teſſerarii q teſſeras per contubernia militum nunciāt. Teſſera autem dicitur præceptum ducis quo ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus. Philotimum) Hic eandem dignitatem conſequutus erat.

PIVS.
Teſſerarius.
Teſſera expeditionalis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſingularē. Quod autē oſim hanc rem ἔρανον a te fac, nō ad διψῶσαν κρήνην, ſed ad κρήνην eum veniſſe (vt ſcribis) haurire in tātis ſuis prę ſertim anguſtiis, ποῖ ταῦτα ἂς ἀποσκήψει; ſed ipſe viderit. Cato me quidem delectat. ſed etiam Baſſum Lucilius: Suade Cælio, tu quæres, vt ſcribis, ego nihil noui. noſcenda eſt natura, non facultas. Modo de Hortenſio & Virgineo, tu quid dubitabis, & ſiquid magis placeat. Ego quantum aſpicio, non facile inueneris, cum Muſtella, quemadmodū ſcribis, cum venerit Criſpus. Ad Aulum ſcripſi, vt ea, quę bene noſſem de auro, Piſoni demonſtarem. Tibi enim ſane aſſentior, & iſtud nimium diu duci, &

Oſim.

Oſim) Oderim. Oſus ſim, q̄ odio ꝓſequar iſtos beatulos & has dignitates. Hinc argumētū ſume, qđ tu, cuius ſenſus cū noſtris mirifice cōgruūt, amare non potes, vnde vagus aberras. ἔρανον) Collationē, coniecturā. A te fac) A tuā vita, quę deſpuit huiuſmodi faices infauſtos, nec ego minus q̃ tu philoſophus ſum. Non ad) Principium clauſulę. Scripſerat Atticus Ciceronē vel Quintū ad eum veniſſe vt conſuleret vel in ambitione faueret, ſed ad fontē arentē veniſſe, quoniam nō abundaret conſilio Cicero. Hortatur vt fluat abundāter, nec vſq̄ cōſilio fratri vel Philotimo deſit. διψῶσαν κρήνην) Sitien-

Fontes ſitiūt

tentē fontē. Iam ipſi fontes ſitiunt, inq̄t alibi Cicero. Fōtes ſitire dicūtur, cum ii qui abundare aliquo veriſimiliter debent, maxime ſunt inanes. κρήνην) Vernum hoc eſt affluentiſſimum. Verno enim tempore fontes exundant. Veniſſe) Dico.

Veniſſe haurire.
Eranon.

Haurire) vt hauriat. Vt ſcribis) Vſus hac dictione fuerat Atticus. In tantis) Ordo, Præſertim in tantis eius anguſtiis. Erat qui ἔρανον ad nomen conuiuii referebat parci, de quo Homerus in Odyſſea, & Iulius Pollux in tertio. nec διψῶσαν κρήνην probabat, ſed εἰλαπίνην. quod

Ilapinaſtes amicus.

eſt laudatiſſimum conuiuiū, vnde φίλος εἰλαπιναστὴς pro amico commenſali. Ingenioſior q̃ verior inuentio. ποῖ ταῦτα) Quonam hæc modo excuſabis? In tantis anguſtiis Quinto vel Philotimo fontem aridum te præbere?

Ipſe viderit) Qui tecum ſæpe decoxit. Cato) Liber a me de Catone compoſitus, vel quem Cato cōpoſuit, a Cicerone libro quarto, de finibus, Cato omnium virtutum auctor appellatur. Paulopoſt, Cato

Lucilius.

ſtudioſiſſimus philoſophię iuſtiſſimus vir, optimus iudex, religioſiſſimus teſtis. Sed etiā Baſſū Lucilium) Sed etiā Baſſū Lucilius legendum, cum tamē Lucilius ſit aridus, quem fluere lutulentum affirmat Horatius, quod tamē cœnū Quintil. ſe non videre teſtatur, cuius duos hoſce verſus adducit Cicero libro ſecūdo de finibus, Cœnaſti in vita nunq̄ bene, cum omnia in iſta

Conſumis ſquilla, atq; acipenſere cum Decumano. Quid ſuper hoc vate Cicero cenſor ingeni-

Lucilius.

orum grauiſſimus ſentiat in primo Finiū accipe. Nec eñ, inquit, vt noſter Lucilius recuſabo quominus omnes mea legant. Vtinā eſſet ille Perſius, Scipio vero & Rutilius multo eſſet magis, quorum ille iudicium reformidans, Tarētinis ait ſe & Coſſentinis & Siculis ſcribere. Facete is quidem ſicut alia. Sed nec tam docti tunc erant, ad quorū iudiciū elaboraret, & ſunt illius ſcripta leuiora, vt vrbanitas ſumma appareat, doctrina mediocris. Sua de Cælio) Scribe, ſuade Cælio, vt videlicet Catonē amet. Ex inferioribus tamē colligitur, Suade Cælio, exponēdū eſſe, vt ſoluat qđ ęris debet, & per naturā profuſionē intelligendum decoctoris: per facultatem, conditionē patrimonii. Lege epiſtolā inferius poſitā, cuius principium eſt, Cum Romę eſſem. Tu quęres) A Cælio quid de Catone videtur. Vt ſcribis) Te facturum.

Catonis oratio.

Nihil noui) Attenuat iudiciū ſuū. Natura) Quę in Catone ſeuera, horrida, ſtoica fuit. Secutus eſt illud ſcribēdi genus, nō implet aures, ſanctitate magis & ſentētiarū veritate, neruis potiusq̃ carne probabilis. Cic. in li. q īſcribit̃ Orator de Catone Cēſorio hęc, Orationes ei⁹, vt illis tēporib⁹ valde laudo, ſignificāt eñ formā quādā ingenii, ſed admodū impolitā & valde rudē. Origines ei⁹ oib⁹ oratoris laudib. refertas diceres: & Catonē cū Philiſto & Thucydide cōparares. Nō aſſentio hoiem Tuſculanū cū toti⁹ Gręciæ principe cōferri. Eandē ſtyli dialectō ſecutus eſt nepos Vticēſis, vt ex ei⁹ orationib⁹ apparet. Scripſit i eū Cęſar Anticatones, vbi Catonis vitia cōmemorat, quorū Apologiā Cic. ſcribēs librū de Catonis laudibus cōpoſuit. In eo magna ac iexhauſta legēdi libido fuit, adeo vt eū librorū helluonē Cic. de Finib⁹ appel-

Helluo librorū
Cato.

let. Toto ciuilis belli tēpore intōſus fuit. Breui toga ꝓdibat in publicū. In obſcœnis tm̄ erubeſcebat, cętera ſuſq; deq; habebat. Facultas) Quę in hoie Tuſculano nō eſt cū ſapore vernaculo conferenda. Sed Socratici mores hominē exornarūt, vt etiā iniurato crederetur, ſed nō vni, vt Hieron. lib. ii. cōtra Rufinum dixerit, Vni teſti ne Catoni quidē credendū eſt. Fuit alter Cato grāmaticus, de quo ille verſiculus

Cato grammaticus.

extat, Cato grmmaticus latina ſiren. Modo de Hortēſio) Quid tibi de Hortēſiana facultate videt̃? Si quid dubitabis. In his admone) Tūc forte ſcribebat oratorē, in quo lib. delectū ingeniorū faciebat, vel ſcribebat Academicos, qui liber dicitur Hortēſius, a quo hic forte nō abludit. Et ſi quid magis placeat) Admone. Inueneris) Quid potiſſimum probes aut eligas. Cum Muſtella) Duce Antoniano, de quo in Philippicis. Subintellige verbum agemus, ſeiungitur a ſuperioribus. Criſpus) Salluſtius, agemus.

ASCEN.

ASCEN. Veniſſe (vt ſcribis) haurire) Bene interpoſuit, vt ſcribis. quia ipſe ſic nec ſcriberet, nec loqueret̃, ſed veniſſe hauſtū. Verū ſignandū morē loquēdi, q apud noui teſtamēti interpretē Græcos imitātem frequens eſt, vt non veni ſoluere legem, vado piſcari &c. etiam tunc quibuſdam fuiſſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnia nunc vndiq; contrahenda, te quidẽ nihil agere, nihil cogitare aliud, niſi quod ad me pertineat, facile perſpicio, meiſq; negociis impediri cupiditatẽ tuã ad me veniendi: ſed mecum eſſe te puto, non ſolum ꝙ meam rem agis, verum etiã ꝙ videre videor quomodo agas. Neq; enim vlla hora tui mihi eſt operis ignota. Tubulum Pr. video Lucio Metello, Q. Maximo Coſs. Nũc velim P. Scęuola Pontifex maximus, quibus Coſs. Tr. Pl. equidem puto proximis Cepione & Põpeio. Pr. enim Furio Sexto Atilio. dabis igitur Tribunatum, etſi potes de iis tabulas, & quo crimine vide queſo. Lucius Libo, ille qui Ser. Galba Ceſorino, & Manlio Coſs. Trib. Pl. fuit ſi erit, conturbo enim me, & puto me Bruti Fanniana, in Bruti epitome Fãnianorũ ſcripſi, quod erat in extremo, idq; ego ſecutus, hunc Fanniũ, qui ſcripſit hiſtoriã, generũ eſſe ſcripſeram Lęlii, ſed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autẽ nunc Brutus, & Fannius. Ego tamẽ de bono authore Hortẽſio ſic acceperã, vt apud Brutũ eſt. Hunc igitur locũ expedies. Ego miſi Tironẽ Dolabellę obuiã, is ad me Idibus reuertetur, te expectabo poſtridie. De Tullia mea tibi antiquiſſimũ eſſe video, idq; ita vt ſit, te vehementer rogo. Ergo & in integro omnia (ſic enim ſcribis mihi) etſi Calendæ vitandę fuerũt, mearumq; actionum ἀρχέτυπα fugienda, conficiendęq; tabulæ: nihil tamen tanti, vt a te abeſſem, fuit: cum Romę eſſem, & te iam iamq; viſurum me putarem, quotidie tamen horæ, quibus te expectabã, longe videbantur. Scis me minime eſſe blandum. Itaq; minus aliquanto dico, q̃ ſentio. Vale.

Omnia) Tributa pecuniaria. Dabis) Tribunatũ. Dabis ad me literas de Tribunis deſignatis. Tabulis) Antiqua exemplaria tabulas, & dabis id eſt ſcribes tabulas ac ordinẽ ſortis tribunitię. Quo crimine) Qua corruptela. Tunc enim crimine Tribuni creabantur. Ille qui deſer) Lege, Ille qui Ser. Galba.
Bruti) Libri cuiuſdam editi a Bruto. Fanniana) Epitome vel dictio, ſupple cõturbat. Scribit Cicero Fannij.
librum, cui titulus eſt Brutus, vbi iuxta nonnullorũ opinionẽ de Fanniis hiſtoricis agebat. reprehenſus fuerat ab Attico, ab eo tamen nunc ſe Hortenſiana auctoritate tuetur contra Atticum, qui memorias familiarũ memoriter tenebat, de quibus luculẽtum volumen ediderat. Opinio tamen inferius poſita eſt verior.
Bruti epitoma) Antiq codices epitome. Epitomen Bruti libelium vocat, in quo familias Romanas, ſiue perfectum dicendi genus ac dotes oratorum Brutus epitomauit. Falſa tamen hæc eſt opinio, quod inferiora declarãt, intelligit librũ a Bruto antiquiore cõſcriptũ, cui titulus fuit Epitome familiarũ Romanarum. In epitome Fannianorũ erat in extremo, q̃d pro Cicerone facit. Idem lib. ſequenti, Epitomẽ Bruti Cęlianorũ velim mittas mihi. Huc aliqui trahunt id Papinianum in Syluis, Sed Bruti ſenis oſcitationes De capſa miſeri libellionis emptum. Epitome.
Fannianorum) Scripſi dotes ac nomina, vel ſcripſit Brutus. Id ſecutus) Opinionem Fannii familię, quam ex Hortenſiosum mutuatus.
γεωμετρικῶς) More geometrico, hoc eſt cenſorio ſupercilio ac cõiectura minime fallaci, memori & abſoluta participatiõe & deſcriptione, argumentis demonſtratiuis. Docet hoc his verbis Capella. Vides igitur fœminę q̃ inſit faſtuoſa cenſura. Tamen vtræq; Mercurialis miniſtrę, quę veniet officio, pręparat. Illud qppe quod gerulæ detulerunt, Abacus nuncupat, Abacus.
res depingendis deſignandiſq; opportuna formis: quippe vbi vel lineares ductus, vel circulares flexus, vel triangulares abraduntur anfractus. Hic totum potis eſt ambitum, & circos formare mundi, elementorum facies, ipſamq; profunditatem adumbrare Telluris. Subdit, Fœlix Geometria dicor quod permeatam crebro, admenſamq; tellurem eius quoq; figuram, magnitudinem, locum, partes & ſtãtia poſſim cum ſuis rationibus explicare, neq; vlla ſit in totius terrę diuerſitate partitio, quam non memoris curſu deſcriptionis abſoluam. Erat in extremo) Brutinæ epitomes. Apud Brutum) In epitome Brutini libri. Locum) Difficultatem, nodum. Expedies) Explicabis. Antiquiſſimum) Optimum. In integro omnia) Subintellige erunt. Reſeruabo omnia arbitraria integra. Etſi Calendæ vitandæ fuerunt. Beroaldus legit (quam ſolam veram lectionem arbitror) Et ſi Calendæ vitandæ fuerunt, mearumq; actionum Archetypa fugienda. Scribis Attice dulciſſime. Ad te excurram) O Cicero relictis licet domeſticis negociis omnibus. ἀρχέτυπα) Exẽ Archetypa.
plaria, vt nos diceremus, ſi literarum cambii dies præſtituta deferenda, & cum die amittenda pecunia, tamen ad te viam vorabo. Conficiendæ) Futuræ ac præſentes tabulæ, hoc eſt tabulæ deferendæ, tamen ad te rapiat. Nihil tamen verba Attici) Tam gratum, tam neceſſarium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum.CCXXXVI.

PIVS.

Lacuna ĩauro

CVM Attic⁹ ſit Romę Cęliū debitorē cōpellari vult,ne ipſe cōpilet,mox trāſit ad domeſticā auctorū ſupellectilem,& id genus puſilla,nouę epiſtolæ principiū hoc eſt. NEqua lacuna)Ne qua ſit fraus interior velata pretextu dulci.Par ꝓuerbiū cū illo Perſiano,Nequa ſub ęrato mēdoſum tinniat auro. Impoſtores ſuperinducunt annulis aurum intus inani ac euacuato,& ita magnitudine tumoreq; emētibus imponūt.Innuere vult Cicero.vide ne minus ſolida ſint Cęliana verba.Pari trāſlatione pro-

# M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Cælio vide queſo,ne qua lacuna ſit in auro:ego iſta nō noui, ſed certe in collybo eſt detrimentum,ſatis huc aurū ſi accedit,ſed qd loquor? tu videbis. Habes Egeſiæ genus,quod Varro laudat. Venio ad Tyrannionē,ain te vnum hoc frui ſine me?At ego quoties cum eſſem ocioſus, ſine te tamen nolui. Quomodo ergo hæc lues?immo ſcilicet,ſi mihi librū miſeris,quod vt facias, etiam atq; etiam rogo , & ſi me non magis liber ipſe delectabit, q̃ tua admiratio delectauit.amo enim κώφον πϱόσωπον,teq; iſtam tam tenuem ϑεωϱίαν,tam valde admiratum eſſe gaudeo, & ſi tua quidem ſunt eiuſmodi omnia.Scire enim vis,quo vno animus alitur. Sed quæſo quid ex iſta acuta , & graui refertur ad τέλος; ſed longa oratio eſt, & tu occupatus in meo fortaſſe aliquo negocio , & pro iſto

ferē illđ ab eodē Mar. Tullio quarta i Verrē actione, Lacunam rei familiaris explerēt. Certe) Saltē. In collybo eſt detrimētum) Saltē in renumerādo,in recipiēdo iactură aliquā faciemus. Cū pecuniā ꝑmutamus cū altera ſpecie pecunię,vt pote in Galliā ituri,accipim⁹ ab nūmulario aurū coronariū,& damus aurū Venetū,id quod permutatione prope deperit Collyb⁹ appellatur.Vel cū auro argentum mutaē.Cicero quarto in Verrē,Ex omni pecunia quā aratorib⁹ ſoluere debuiſti, certis noībus deductiones fieri ſolebāt ſpectatiōe & collybo, deinde pro neſcio quo cerario.hęc oīa iudices nō rerum certarū,ſed furtorū improbiſſimorū ſunt vocabula.Nā collybus eſſe qui poteſt, cū vtantur oēs vno gñe nūmi?Tranquillus in Auguſto,Manibus collybo decoloratis Nerulonēſis mēſarius,pro decidua materia.Pollux ſic de Collybo, ἀϱγυϱίου ἀλλαγή, pecunię ꝑmutatio.Hinc collybiſtę pro nūmulariis accipiūtur .Miror literatos oēs hęc duo vetuſtiſſima ꝓuerbia tacuiſſe. Satis)Subintellige erit. Huc)Ad nos. Aurū) Si pecuniā etiā cū collybo reſtituet. Loquor)Memorē moneo. Fuit)Tāti. Egeſię genus)Morādi.Egeſias magne us orator egregi⁹, q Aſiatici ſtili auctor fuit Attico modo,qui tūc vigebat,immutato.De quo Plutarch⁹ meminit in Alexandro.Valerius Maximus,Quantū valuiſſe eloquētia Egeſiā Cyrenaicū philoſophū arbitramur? q ſic mala vitę repręſentabat,vt eorū miſerāda imagine audientiū pectorib⁹ inſerta multis volūtarię mortis oppetendę cupiditatē ingeneraret.Ideoq; a Rege Ptolemęo vlterius hac de re diſſerere ꝓhibitus eſt.Eadem fere Cicero libro primo Tuſculanarū queſtionū.Extat apud Pindarum laus Aceſiæ Syracuſani, qui curru mulorum victoriam eſt adeptus,quem vatē bonum & lancea pugnare idoneū vocat,non contenſioſum,nō litigioſum.De exemplo pereleganti Egeſiæ meminit Strabo libro nono.Sunt qui Aceſię legunt,reſpicientes id prouerbiū, ἀκεσίας ἰάσατο. Aceſias medicauit,de eo qui curādo dolorē auget.de eo qui,vt Aldus,ex furunculis carcinoma facit,& ex pernionibus podagras,cui alludit ſic Ariſtophanes, ἀκεσίας τὸν πϱωκτὸν ἰάσατο,quod podicem lauando curans,polluit.Diogenianus auctor. A contrario declamando, ἀκέσεως καὶ ἑλικῶνος ἔϱγα.hoc eſt Aceſei ac Heliconis opera prouerbio ferūtur,quod Aceſeus Patarenſis & Helicon Caryſtius peplum Palladis texuerūt opus peregregiū,quę in arce colitur , ſic Grecis luculenta tollentibus opera. Adagii auctor eſt Tarreus. Ain tu vnum hoc fui) Lege,Ain te vnum hoc frui.Scripſerat Atticus ſe vno frui Egeſia ſine Cicerone. miratur Cicero quod ſine amico fruatur. Nolui)Frui. Lues)Expurgabis hoc peccatū quod dixiſti te eo ſine me frui potuiſſe. Scilicet)Sane hoc pacto lues ſi mittes ad me librum a Tyrannione compoſitum,quo ſine te fruar.Hoc pacto pœna talionis reſpondebat,quod ius Antipeponthos vocat Ariſtoteles,Pythagoreum ac Rhadamanthęū ab aliis appellatum. Non magis)Nec me magis delectabit Tyrānionis librū legere,q̃ Tyranionē audire.Sēper legere poterimus,non ſemper audire. Admiratio) Quod admiratus es Tyrannionis eruditionē. Amo enim)Deeſt hic gręca aliqua dictio vel ſentētia.Aliqui audēt inſerer κώφον πϱόσωπον,hoc eſt perſonā mutā,librū videlicet nō minus ad omnia aſſentientē audire inhio q̃ viuentē & ſpirantē audire Tyrannionē.Perſona muta in comœdia aſſenſum pręſtabat ad omnia,de qua meminit epigrāmaticus poeta. Tenuē) Propter artē grammaticā ac ꝓfeſſionē humiliorē.Iuxta illud Ouidianū in Triſt.Ille Syracoſia modo formidatus in vrbe Vix humili durā repulit arte famē. Θεωϱίαν) Speculationē. Oīa) Admiraris ac foues literatos. Scire vis) delectat ſciētia tantū. Quo vno) Qua ſola ſciēt a animi ingenui ſaginātur. Referē ad) Antiqua lectio,refertur ad τέλος, finē videlicet bene beate q; viuēdi,quaſi dicat πάντα κόνις καὶ πάντα γέλως. Lōga)Sed nimis multa de nugis.

Collybus.

Collybiſtæ.

Egeſias.

Aceſias.

Aceſei ac Heliconis opera.

Podicem lauat.

Luere.

Talio.

Perſona muta.

aſſo ſole,quo tu abuſus es in noſtro pratulo,a te nitidum ſolem,vnctũq; repetemus. Sed ad prima redeo. Librũ,ſi me amas,mitte. tuus eſt enim profecto, quoniã quidẽ eſt miſſus ad te Chremes, tãtũ ne ab re tua eſt ocii tibi,vt etiã oratorẽ legas?Macte virtute mihi quidẽ gratũ,& erit gratius,ſi nõ modo in libris tuis, ſed etiã in aliorũ per librarios tuos , Ariſtophanẽ repoſueris pro Eupoli . Cæſar autẽ mihi irridere viſus eſt . Quçſo illud tuũ,qđ erat & vrbanũ,ita porro te ſine cura eſſe iuſſit, vt mihi qdẽ dubitationẽ omnem tolleret, Atticã doleo tãdiu,ſed quoniã iã ſine horrore eſt,ſpero eſſe,vt volumꝰ.Quç deſideras,oĩa ſcripſi in codicillis,eosq; Eroti dedi breuiter, ſed etiã plura, q̃ quçris in iis . De Cicerone, cuius qdẽ cogitationis initiũ tu mihi attuliſti, locutus ſũ cũ eo liberaliſſime, qđ ex ipſo modo velim,ſi tibi erit cõmodũ, ſciſcitare. Sed qd differo?Expoſuit te ex me detuliſſe,& qd vellẽ & qd reqrerẽ velle Hiſpaniã reqrere liberalitatẽ. De liberalitate dixi,quãtũ Publius, quãtum Flamen Lentulus filio.De Hiſpania duo attuli:primũ idẽ,qđ tibi,me vereri vituperationẽ. nõ ſatis eſt,ſi hçc arma reliqſſemus etiã cõtraria: deinde fore,vt ageret,cũ a fratre familiaritate & omni gratia vinceremur,velim magis liberalitate vti mea,q̃ ſua libertate:ſed tñ permiſi.tibi em̃ intellexerã nõ nimis diſplicere.Ego etiã atq; etiã cogitabo,teq; vt idẽ facias rogo.Magna res & ſimplex eſt manere, illud anceps,verũ videbimus. De Balbo,& ĩ codicillis ſcripſerã,& ita cogito ſimul, ac redierit . ſin ille tardius,ego tñ triduũ, & qđ præterii,Dolabella etiã mecum. De Cicerone multis res placet,comes eſt idoneus. Sed de prima pẽſione ante videamus.Adeſt em̃ dies,& ille currit.Scribe quçſo, quid referat Celer egiſſe Cæſarẽ cũ Candidatis, vtrũ ipſe in fœniculariũ,an in campũ Martium cogitet:& ſcire velim nũquid neceſſe ſit comitiis eſſe Romæ.nã & Piliæ ſatiſfaciendũ eſt,& vtiq; Atticç .

M.T.Cicero T.P.Attico S.

NÆ ego eſſẽ hic libẽter.atq; id quotidie magis,ni eſſet ea cã,quã tibi ſupiorībꝰ lrĩs ſcripſi.Nihil hac ſolitudine iucũdiꝰ niſi paulũ interpellaſſet Amyntæ filius

Aſſo) Torrido. hinc aſſa apodyterii alibi vocauit,Plautus aſſabula quç cõtraria ſũt elyxis. Vnctũ) Purũ ac lçuẽ.

Aſſus. Aſſabula.

Librũ)Tyrãnionis Chremes) Titulus erat Tyrãnionis. Per librarios) Per manꝰ librarioꝝ tuoꝝ. Eupoli) Errauerat Cicero vitio memorię,vbi neſcio.niſi cũ ſuperiꝰ dixerat, Eupolim ꝙ baptas ſcripſerat in mare deiectũ,qđ tñ nõ oĩno cẽſeo.ſed in Catone potuit. Irridere) Catonẽ meũ,Vel diffidẽtiam innuit.

Qđ erat) Deeſt verbũ hoc in loco qđ nullibi reperi. Tãdiu) Febri vexari. Expoſui) Legẽdũ,expoſuit. Te detuliſſe)Eum allocutũ. Ex me) Nomine meo. Quid vellet) Scribit Beroaldus.Quid vellẽ.Deſunt hçc poſt hãc vocẽ, & qd reqreret. Beroaldus tñ requirerẽ legit . Hiſpaniã) Videbat Cic.velle ire in Hiſpaniã cũ Dolabella. Liberalitatẽ) Cçſaris. Arma) Põpeiana. Etiã cõtraria) Cæſariana ſeqremur. Nõ minꝰ) Lege,nõ nimis. Illđ anceps) Dubiũ eſt ire. Triduũ) Expectabo.nõ vltra. Mecũ)Litigat. Comes idoneus) Ciceronis eſt Dolabella. Currit) Prçcurrit ,p̃mordet, p̃ripit iã volũtate Dolabellam.

Fœniculariũ) In aciem,ad exercitũ,quãdo fœnũ ſuccidi tur a militibus falciculariam faciẽtibus. Campũ Martiũ) Ad creandos magiſtratus.

Fœniculariũ

Argumẽtũ.CCXXXVII.

NÆ EGO) Initiũ epiſtolç qđ verba ſequentia declarãt.propter ea verba, quã tibi ſuperioribus literis ſcripſi. Laudat ſeceſſũ prçſentẽ ſtudiis idoneũ. Adde ꝙ proſpectu maris nihil eſt amabilius.Cludit epiſtolã ꝙ ſomnꝰ vrget. AMYNtç filiꝰ)Q .Ciceronẽ vt itelligat. ænigmaticũ eſt cur ita dicat. Amyntas em̃ fuit pater Philippi altero oculo defecti Macedonum Regis,de quo Ouidius in Ibin,

PIVS.

Aut vt Amyntiaden turpi dilectus amore
Oderit, & ſæuo vulneret enſe puer.

Intelligit Philippum interfectum a Pauſania Amaſio. quã hiſtoriam cum reſtitutione verſus Ouidiani: prius enim Amantiaden,nullo ſenſu legebatur, primus Codrum noſtrum docui per Lucam grammaticum Petronianum. Ea cauſa) Candidatorum.

Amyntas.

Locus in Ibin.

Intelligit Philippũ ad ſe venturũ.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ὦ ἀπεραντολογίαν ἀδός) Cui infinitam loquacitatem tribue. Interpellauit videlicet Q. Adoleſcens loquacitate incredibili. Quid ſi Amyntam, Q. patrem vocet quaſi vltorem, qui nec fratri quidem parcebat, ſiue repugnantem fratri atque compugnantem, a verbo gręco ἀμύνομαι qđ ſignificat vlciſcor,
ἀμυντικός. punio, repugno. ἀμυντικός vindicatiuus. locus lepidior eſt & ænigmaticoteros quoniam referri tum ad etymon, tum ad regem poteſt. Non de Quinto, tamen potes, ſed de Philippo intelligere, qui Ciceroni moleſtus interpellator erat: de quo ſic infra, Mihi adhuc nihil aptius fuit hac ſolitudine, quam vereor ne Philippus tollat.

ὦ ἀπεραντολογίαν ἀδός. cætera noli putare amabiliora fieri poſſe vlla, littore, proſpectu maris. tum his rebus omnibus. Sed neq; hęc digna longioribus literis, nec erat, quid ſcriberem, & ſomnus vrgebat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

MAle mehercule de Athamante. Tuus autem dolor humanus his quidem, ſed magnopere moderandus. Conſolationum autem multæ viæ, ſed illa rectiſſima. Impetret ratio, quod dies impetratura eſt. Alexim vero curemus, imaginem Tironis, quem ægrum Romam remiſi, & ſiquid habet tolli ἐπιδήμιον ad me cum teſtamento transferamus. Tota domus vacat ſuperior, vt ſis, hoc puto valde ad rem pertinere. Male de Seio, ſed omnia humana tolerabilia ducenda. Ipſi enim quid ſumus? aut quãdiu hæc curaturi ſumus? Ea videamus, quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multo: quid agamus de Senatu. Et nequid prætermittam, Cęſonius ad me literas miſit, Poſthumiam Sulpicii domum ad ſe veniſſe. De Pompeii magni filia, tibi reſcripſit nihil me hoc tempore cogitare. alteram vero illam, quam tu ſcribis, puto noſti: nihil enim vidi fœdius, ſed ad ſum, coram igitur. Obſignata epiſtola accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio, commotiunculis συμπάσχω. De dote tanto magis perpurga. Balbi regia conditio eſt delegandi. quoquo modo confice. Turpe eſt rem impeditam iacere. Inſula Arpinas habere poteſt germanam ἀποθέωσιν habere videatur γνώριμον, eſt igitur animus in hortis, quos tum inſpiciã, cum venero. Vale.

Cætera.) Omnia iocunda pręter Quinti loquaciſſimi
Vlla.ſ.re aduentum. Proſpectu maris, Homogeneo, quoniã oculus valde ſympathes. mare libenter videt.

PIVS. Argumẽtũ. CCXXXVIII.

CONSOLATVR Atticum morte domeſtici ſerui mœſtũ, remediis vſus validiſſimis. MALE mehercule) Auſpicatur a ſuperiori diuerſam & ipſam vitio librariorum corruptam & intortam. Male hoc eſt ſine ratione comparas Athamãtæo dolori tuam ſollicitudinem. Fabula nota eſt apud
Athamas. Ouidium, Athamantem a Furia ſtygia percitum filios iugulaſſe. Humanus) Ille Athamantæus melancholicus ac prope lupinus. Rectiſſima) Optima, congruentiſſima. Impetret) Præcurrat, ratio tempus, quo dolor omnis leuat vel finitur. Imaginem (Alterum Tironem. Icon Tyronis. Iuxta illud. Imago imaginis. Tollis) Ductus cõiectura ſępe felici, ſcribo, Tolli, ad tollendũ videlicet, vt tolli poſſit ac ſanari. ἐπιδήμιοι) Redeũtẽ. Cũ teſtamento) Quod Tiro cõdiderat pręgraui valetudine implicitus. Vacat) Euacuauit ſupellectilẽ. Superior vt ſis) Habites in ſuperiori ædiũ parte, qđ vt fiat ablata ſunt omnia, quę in parte inferiori fuerãt. Pertinere) Quoniã poterit illic habitare Tiro. Quãdiu) Paruo tẽpore, quare de colligendis ſarcinulis cogitandũ. Adſum) Appropinquo Romę. Corã igitur) Loquemur. συμπάσχω) Compatior. Regia) Optima. Delegandi) Qui iſta tractent. Inſula) No-
Inſula. men loci in Arpino ſine vicino, vt apud Iuriſperitos pro domo vndiq; viis ambita. Germanã) Parẽ apotheoſi Cõſulatus. Quẽadmodũ Conſulatus me diuũ fecit negociando, ita hęc inſula ociando, ſtudẽdo, meditando. ἀποθέωσιν) Deificationẽ. poteſt me deis miſcere ſuperis. γνώριμος) ſcribo γνώριμον familiarẽ ac domeſticũ vſum iucũditatis. Si cedit apotheoſi Cõſulatus in dignitate, nõ cedit in quiete.

Animus in hortis) Deſidero hortos latibulum dulce doloris, ac ſtudiorum inuitamẽtum. In hortulo meo, Ego Ioannes Baptiſta Pius Bononienſis iſta cudo, oblitus curarũ humiliũ, quæ muſis interpellãt, vbi cum me ſine arbitris colligo, immorior ſtudio legendi & ſcribendi, poſteritatem iuuans, ac turbarũ fugitans & ſine vxore, liberis, non ſine libris dulcibus in quacunq; fortuna ſodalibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Argumentum. CCXXXIX.

DE EPICVRO) Volebat Atticus Philoſophũ Epicureum ad Ciceronem mittere, Cicero breui ſe venturum ad Atticum ſcribit, ibi omnia compoſiturum. Μεταρμόζομαι) Adaptor. accingor. Ea) Amœnitates eas, quas hic non habemus. ſed in hortis habebimus. ἀνεμέσητον γάρ) Reuertamur ad antiquos hoſpites, in priſtinum hoſpitium ſine inuidia. Ad Academicos vilicet ac Stoicos, & Epicuro longum valere dicamus. PIVS. Anemeſeton.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Epicuro, vt voles, etſi μεθαρμόζομαι in poſterum. genus hoc perſonarũ incredibile eſt, q̃ ea quidem requirãt. Ad antiquos igitur ἀνεμέσητον γάρ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NIhil habeo ad te, quod perſcribã: ſed tamen inſtitui quotidie mittere, vt eliciam tuas literas. non quo aliqd ex his expectẽ, ſed neſcio quomodo, tamẽ expecto. Quare ſiue habes, ſiue nõ, ſcribe tamen aliquid. Te cura. cõmouet me Attica. et ſi aſſentior Cratero. Bruti literę ſcriptę & prudenter, & amice, multas mihi tamẽ lachrymas attulerũt. Me hęc ſolitudo minus ſtimulat, q̃ iſta celebritas. te vnũ deſidero. Sed literis nõ difficilius vtor, q̃ ſi domi eſſem. ardor tamẽ ille vrget, & manet: nõ mehercule indulgẽte me, ſed tamẽ nõ repugnãte. Qđ ſcribis de Apuleio nihil puto opꝰ eſſe tua cõtẽtione, nec Balbo & Oppio quibus qdẽ ille receperat, mihiq; etiã iuſſerat nũciari, ſe moleſtũ oĩno nõ futurũ, ſed cura vt excuſer morbi cauſa in dies ſingulos. Lęnas hoc receperat. prehẽde C. Septimiũ, L. Statiliũ. deniq; nemo negabit ſe iuraturũ, quẽ rogaris. qđ ſi erit durius, veniã & ipſe perpetuũ morbũ iurabo.. Cũ enim mihi carẽdũ ſit cõuiuiis, malo id lege videri facere, q̃ dolore. Cocceium velim appelles: quod enim dixerat, non facit. Ego aũt volo aliquod emere* latibulũ perfugiũ doloris mei.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE me excuſando apud Apuleiũ dederã ad te pridie literas. Nihil eſſe negocii arbitror. Quęcunq; appellaris, nemo negabit. ſed Septimiũ vide, & Lęnatẽ & Statiliũ. tribus enim opus eſt, ſed mihi Lęnas totũ receperat. Qđ ſcribis a Iunio te appellatũ, oĩno Cornificius locuples eſt. ſed tñ ſcire velim quomodo dicat ſpopõdiſſe, pro patre, an pro filio neq; minus (vt ſcribis) procuratores Cornificii, &

Argumentum. CCXL.

NIHIL) Noua epiſtola a ſuperiori diuerſa, cuius hoc argumentum eſt. Quotidie ſcribere molitur vt litas Attico melle Titi literas eliciat. Cratero medico aſſentitur. Bruti literis illachrymatur. In vrbem non libenter redit. TE CVRA) Inualidum foue atq; conſerua. Cratero) Medico de quo Perſiꝰ, Sed quid opus Cratero magnos promittere montes? Celebritas) Frequentia. Repugnãte natura aſſuefieri vmbratico ſtudio neſcia. Prehẽde) Ambias. Iuraturum) Facturũ tanq̃ iuratus in verba magiſtri. Aliqui ſcribunt iuuaturum. Iuranda tamen videbãtur morbus aut æuitas, aut ſenium ſonticum. Inferius omnia clarius. Perpetuum morbum iurabo. Nunq̃ amplius publicis iudiciis & cauſis interero. Iurabo ęuitatem ac morbum ſonticum. Libro primo harum epiſtolarum, Aquilium non arbitramur, & iurauit morbum. Appelles) Veilas aurem vti pecuniã promat. Latibulum) Locũ deuiũ vbi tutiſſime queri poſſim, ac fortunã accuſare, qualia erant illa Propertiana,

Hæc nimium deſerta loca, & taciturna querenti,
Et vacuum Zephyri poſſidet aura nemus.

PIVS. Craterus.

Argumentum. CCXLI.

DE ME Excuſando) Principium alterius epiſtolii, ita enim verius q̃ epiſtolæ dici poſſunt. Excuſari vult Apuleio q̃ aduocatus cauſa morbi eſſe nõ poteſt. De mœrore minuendo fruſtra nonnulla. NEGOCII) Difficultatis. Seſtiũ) Vetus lectio, Septimiũ. Quando dicat) Ex inferioribus, legendum, quomodo. Et pro patre) Et copulatiua ſuperfluit, ideo eradenda.

PIVS.

Apuleiũ prędiatorẽm) Tribunũ plebis ſeditioſiſſimũ, qui olim prædia & agros per legẽm agrariam diuiſerat. Ab hoc mœrore De obitu Tulliolæ intelligendum eſt. Facis) Officioſe & amãter. Mihi non defuiſſe) Expertum remedia expungendi doloris. Per literas) Per epiſtolas an per ſcripta, quo opere Crantorem imitatur, vt ait Plinius, In conſolatione filiæ Crantorem, inquit, ſequor. Deſcripſerint) Tranſcripſerint. Talem) Dolori reſpondentem. Scribo) Idem Ouidius.

Gratia muſa tibi, Nam tu ſolatia prębes,
Tu curæ requies, Tu medicina venis.

Et ſubdit, In medioq; mihi das Helicone locum. Impedior) A dolore prohibeor. Vis) Doloris immenſitas. Pro malis) Vt in malis, pro conditione malorũ. Habebat) Scribendum, habebar. Ipſum doleo) Te non poſſe vti vt antea. Amabas) Aut Attica Põponij filia obierat, aut pignus aliquod Attico dulciſſimum. Sed de Attica verba ſequentia innuũt. Credo tamẽ Crater Opiliam angi vetabat id eſt mœrere pro omnibus. Menda fœdiſſima, ſic in honeſtam ſeriem redigẽda. Credo tamẽ Cratero, Piliam angi vetabat, id eſt mœrere præ omnibus. Craterũ ſupra diximus eſſe nomen medici. Vetabat) Cui dicerem, ne in dubia ſpe vitæ ante plagam parentes angerẽ. Id eſt) Illud eſt pro iſtud. Mœrori) Iſtud eſt mœrori, hoc me mœſtum reddit. Præ omnibus) Præ cunctis tormentis, ſupra cuncta. Imperpetuũ) Lege, in perpetuũ, æternum non placet.

Secundum. Secundum te) Poſt te. Maro, Et plena ſecundũ Flumina. Liuius libro .1. Belli Macedonici, Decemuiri ex libris res diuinas eaſdem, quæ proxime ſecundum id prodigiũ factæ eſſent, imperarunt. Idẽ eiuſdem belli libro .6. Omne humanum genus ſecũdum deos nomen Romanum veneratur. Interpellat) Interrumpit. Et ſi) Quãuis.

Interpellare.

ASCENſius ASCENſius. Perierunt illa quæ amabas: videtur mihi de Tullia & eius gratiis ac pręconiis loqui. Credo tamen Cratero, legam Craterus aut Ccratero qui vt ſit, Credo tamen Craterus Piliã angi vetabat. id eſt mœrere præ omnibus, vt ſit, id eſt veabat eã mœrere præ omnibus, ſup. aliis plus q̃ alii omnes, aut vt vetus lectio habet pro omnibus, id eſt loco omniũ Atticam nõ obiiſſe, ſed ægrotaſſe docet epiſtola ab hac ſecunda cuius principium putaram &c.

Apuleium prædiatorem videbis. Quod me ab hoc mœrore recreari vis, facis vt omnia, ſed me mihi non defuiſſe tu teſtis es. Nihil enim de mœrore minuẽdo ſcriptũ ab vllo eſt, quod ego non domi tuæ legerim, ſed omnem conſolationem vincit dolor. Quinetiam feci quod profecto ante me nemo, vt ipſe me per literas cõſolarer, quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarii. Affirmo tibi nullam conſolationem eſſe talem. Totos dies ſcribo, non quo proficiã quid, ſed tãtiſper impedior. Non equidem ſatis (vis enim vrget) ſed relaxor tamen, ad omniaq; nitor, non ad animũ, ſed ad vulnus ipſum. ſi queam, reficiendum, idq; faciens interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus eſſe, niſi faciã. Solitudo aliquid adiuuat, ſed multo plus proficeret, ſi tu tamen intereſſes. quæ mihi vna cauſſa eſt hinc diſcedendi: nam pro malis recte habebam. q̃q̃ ipſum doleo, non enim iam in me idẽ eſſe poteris. Perierũt illa, quæ amabas. De Bruti ad me literis ſcripſi ad te antea. Prudẽter ſcriptę, ſed nihil q̃d me adiuuarent. Quod ad te ſcripſit id velle, vt ipſe adeſſet, certe aliquid, quoniam me tam valde amat, adiuuaret. quod, ſiquid ſcies, ſcribas ad me velim: maxime autem penſa quando de Attica doleo. Credo tamẽ Cratero, q Piliã angi vetabat, id eſt mœrere præ omnibus. Apud Apuleium (quoniã in perpetuum non placet) in dies vt excuſer, videbis. In hac ſolitudine careo omniũ colloq̃o, quũq; mane me in ſyluam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum. Secundũ te nihil eſt mihi amicius ſolitudine. In hac mihi omnis ſermo eſt cum literis, eũ tamẽ interpellat fletus, cui repugno, quoad poſſum. ſed adhuc pares nõ ſumus. Bruto (vt ſuades) reſcribam. Eas literas cras habebis, cũ erit cui des, dabis. Te tuis negociis relictis nolo ad me venire. Ego eñ poti9 accedã, ſi diutius impediere, etſi ne deceſſiſſem quidem e conſpectu tuo, niſi me plane nihil vlla res adiuuaret. Quod ſi eſſet aliquod leuamen, id eſſet in te vno, & cum primũ ab aliquo poterit eſſe, a te erit.

Nunc tamen ipſum, ſine te eſſe non poſſum, ſed nec tuæ domui probatur, nec meæ poterã: nec, ſi propius eſſem vſpiã, tecũ tamen eſſem. Idẽ enim te impediret, quo minus mecũ eſſes, quod nunc etiã impedit. Mihi adhuc nihil aptius fuit hac ſolitudine, quã vereor ne Philippus tollat. Heri enim veſperi venerat. Me ſcriptio & literę non leniũt, ſed obturbãt. Martianus ad me ſcripſit, me excuſatũ eſſe apud Apuleiũ, Laterenſe Naſone, Lænate, Torquato, Strabone. his velim meo nomine reddẽdas literas cures, gratũ mihi eos feciſſe. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV. ſpopondiſſe, dicit Flauius. etſi reus locuples eſt, & Apuleius prędiator liberalis, tamen velim des operã, vt inueſtiges ex conſponſorũ tabulis, ſit ne ita. mihi eñ ante ædilitatẽ meã nihil erat cũ Cornificio. Poteſt tamen videri, ſed ſcire certũ velim, & appelles procuratores, ſi tibi videtur, q̃q̃ quid me? Verũtamẽ Panſæ profectionẽ ſcribes, cũ ſcies. Atticam ſaluere iube, & eã cura diligenter, obſecro Piliæ ſalutẽ. Dum recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodã dolorẽ efficiunt, refugio a te admonendo. quod velim mihi ignoſcas eiuſmodi eſt. Etenim habeo nonnullos ex iis quos nũc lectito authores, qui dicãt fieri id oportere, quod ſępe tecũ egi, & quod a te approbari volo. De fano illo dico, de quo tantũ quãtum me amas, velim cogites. Equidẽ neq; de genere dubito. Placet enim mihi claudi, neq; de re, ſtatutũ eſt enim: de loco nonnũq̃. Velim igitur cogites. Ego his tẽporibus tã eruditis, quantũ fieri poterit, profecto illam conſecrabo omni genere monimentorũ ab omniũ ingeniis ſcriptorũ Græcorũ, & Latinorũ: quę res forſitan ſit refricatura vulnus meum, ſed iam quaſi voto quodam, & promiſſo me teneri puto, longũq; illud tempus cũ nõ ero, me magis mouet, q̃ hoc exiguũ, quod mihi tamẽ nimiũ longũ videtur. Habeo eñ nihil tentatis rebus omnibus in quo acquieſcam. nam dum illud tractabam, de quo antea ſcripſi ad te, quaſi fouebam dolores meos. nunc omnia reſpuo, nec quicq̃ habeo tolerabilius, q̃ ſolitudinem, quam (quod eram veritus) nõ obturbauit Philippus. nã, vt heri me ſalutauit, ſtatim Romã profectus eſt. Epiſtolã, quã ad Brutum, vt

Nũc ipſum) Tempus. hoc enim tempore immo tempuſculo ſine te durare nõ poſſum. Philippus) Aduentus Philippi, quẽ ſuperi⁹ Amyntę filiũ vocat. Laterenſi) Viro grauiſſimo, de quo Cicero meminit in Quintiana, Verbũ indignũ probitate tua Laterẽſis. Naſone) Scribe Neſoni. De Naſone hiſtorico Trãquillus meminit in Cæſare Dictatore, ſi probati ſunt codices. Excuſatũ habe. Tabulis) Inſtrumentis hodie dicũt. A te admonendo) Qui me ipſum corrigere nõ poſſum, ac a vi doloris exonerare, aliis parco concaſtigandis. quoniã debet omni vitio carere, qui in alterũ paratus eſt dicere. De Fano) Aliq Fannio ſcribũt, propter Epitomẽ Fannianã de qua ſupra. Ego vero nihil immuto, quoniã inferius mẽtionẽ de Fano facit, qđ celebrare dedicareq; cepit. De genere) Aliqui genero, nihil ad rẽ. Iã obiit filia. Senſus eſt M. Tullij qđ dicaturus eſt fanũ. Sed de genere hoc eſt ſitu, loco, ſiue ſpecie fani dubitat. Cluati) pro Cluatij, hoc eſt opinio. Infra Cluatij meminit. Neq; de re) Subintellige dubito. De Fani dicatura nõ dubito, de genere Fani maxime. Statutum) Decretũ velle dicare.

Naſo.

De loco) Genera Fanorum ſtruẽdorũ a Vitruuio mutuare. Eruditis) Hinc colligimus ſecula Ciceronis fuiſſe Saturnia, eloquẽtięq; aureæ atq; perfelicis. ſemper deinceps hoc bonũ, auctore Seneca, ſe retroegit. Illã) Tulliolam. Refricatura) Reuocatura, renouatura vt Ouidi⁹, Quę meli⁹ nõ tetigiſſe fuit.

Erudita ſecula Cicer.

Cũ nõ ero) Aurea ſentẽtia, vox diuina, plena immortalitatis amore, qua θέιον animũ habuiſſe deprehẽdimus. Significat ſe magis affectare gloriã poſt cineres, q̃ hãc cito caſurã gloriolam. Videt) Vota mortiſ hominibus frequẽtiſſima in tot ærumnis auctore Secundo libro. 7. Natur. Hiſtor. Tentatis) Expertis.

Sentẽtia aurea.

ASCENſius. Laterenſi Naſoni &c. Ego potius oĩa in ablatiuo legam vt ſit ab Laterenſe Naſone &c. Qđ vero ſequit̃ de fano, intelligo de fano. i. ęde ſacra forſan manib⁹ Tullię extruẽda, de cuius genere. i. forma generali nõ dubitat q̃a cẽſet debere claudi. i. clauſum eſſe: nõ eñ placet Cluati pro Cluatij legatur Neq; de re. i. fano ipſo an ne conſtruendũ ſit dubito, de loco nõnũq̃, videlicet dubito, vbi cõſtruendũ ſit.

ASCENſius

tibi placuerat, ſcripſi, miſi ad te. eã curabis cum tua perferendã, eius tamen miſi ad te exẽplũ, vt, ſi minus placeret, ne mitteres. Domeſtica, quod ais ordine adminiſtrari, ſcribes, quę ſunt ea. quędã enim expecto. Cocceius vide ne fruſtretur. Nã Libo, qđ pollicetur (vt Heros ſcribit) nõ incertum puto de ſorte mea, Sulpitio cõfido & Egnatio ſcilicet. de Apuleio quid eſt, quod labores, cũ ſit excuſatio facilis? Tibi ad me venire, vt oſtẽdis, vide ne non ſit facile. eſt enĩ longũ iter, diſcedẽtẽq; te, qđ celeriter tibi erit fortaſſe faciẽdũ, nõ ſine magno dolore dimittã. Sed omnia, vt voles. Ego enĩ quicquid feceris, id tũ recte, tũ etiã mea cauſa factũ putabo. Heri cũ ex aliorũ literis cognouiſſem de Antonii aduẽtu, admiratus ſum nihil eſſe in tuis, ſed erant pridie fortaſſe ſcriptę, q̃ datę: neq; iſta q̃dẽ curo, ſed tñ opinor propter prędes ſuos accurriſſe. Qđ ſcribis Terentiã de obſignatoribus mei teſtamẽti loqui, primũ tibi perſuade, me iſthęc nõ curare: neq; eſſe quicq̃, aut paruę curę, aut noui loci, ſed tamẽ quid ſimile? Illa eos nõ adhibuit, quos exiſtimauit quęſituros, niſi ſciſſent quid eſſet. Num id etiam mihi periculi fuit? ſed tamẽ faciat illa, quoad ego dabo meũ teſtamentũ legẽdũ cui voluerit. Intelliget nõ potuiſſe honorificentius a me fieri de nepote, q̃ fecerim. nã ꝙ eã non aduocaui ad obſignãdũ, primũ mihi nõ venit in mẽtẽ: deinde ea re nõ venit, q̃a nihil attinuit. tute ſcis, (ſi modo meminiſti) me tibi tũ dixiſſe, vt de tuis aliquos adduceres. Quid enĩ opus erat multis? Eq̃dẽ domeſticos iuſſerã. tũ tibi placuit, vt mitterẽ ad Siliũ. inde eſt natũ, vt ad Publiũ. Sed neceſſe neutrũ fuit. Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur. Eſt hic q̃dẽ locus amœnus, & in mari ipſo, qui & Antio & Circęis aſpici poſſit: ſed ineũda nobis ratio eſt, quẽadmodũ in omni mutatione dominorũ, q innumerabiles fieri poſſunt, in infinita poſteritate (ſi modo hæc ſtabũt) illud quaſi conſecratũ remanere poſſit. Equidẽ iã nihil egeo vectigalibus, & paruo cõtẽtus eſſe poſſum. Cogito interdũ trans Tyberim hortos aliquos parare, & q̃dẽ ob hanc cauſam maxime, nihil enĩ video, qđ tã celebre eſſe poſſit, ſed hęc corã videbimus: ita tamen, vt hac æſtate Fanũ abſolutũ ſit. Tu tamẽ cũ Apella Chio confice de colũnis. De Cocceio & Libone quæ ſcribis, approbo maxime, quod de

Tibi) Iũgẽ cũ nõ ſit facile. Prędes) Fideiuſſores in re nummaria, Vades in capitali.

Obſignatores.

Obſignatoribus) Qui erãt ſeptẽ, de quibus nos alibi, & Iuriſcõſulti plura Cic. in Oratione pro Cluẽtio, Oppianicus obſignatores ad eũ, q neq; Aſiniũ neq; Aiulium noſſent, adducit. Reperio in veteri lectione obſignationib⁹. Eſſe) Iunge cũ loci. Sed quid ſimile) Vetus lectio, ſed tamẽ quid ſimile? Niſi ſciſſent) Tanq̃ Terentia rogauerit obſignatores, q eſſent iniuſti, nec eſſent repugnaturi voluntati eius in præiudiciũ Ciceronis teſtãtis. Quoad ego) Subintellige, prouidebo. Nã quod nõ aduocaui) Legitur eã, pro nam. Defendo tamen primã lectionem, Aduocaui) Vocaui. Ad obſignandũ) Eos quos illa volebat. Ea re) Ideo. Nõ venit) Ille Terentię ſignator. Ad Publiũ) Mitteremus qui obſignaret, affinem Terentiæ. Ineunda ratio) Inueniẽdus modus. Stabunt) Perſeuerabunt. Conſecratum) Intactum ac impollutum a Tyrãnide.

Vectigal.

Vectigalib⁹) Reditu. magnũ vectigal parſimonia, verbum vetus eſt. Horatius, Ego vectigalia magna, Diuitiasq; habeo tribus amplas regibus.

Vectigalis.

Vectigalis qui vectigal ſoluit. Liuius, Et vtrum Hannibal hic æmulus itinerum Herculis, vt ipſe fert, an vectigalis ſtipendiariusq; & ſeruus populi Romani. Celebre) Quam Ciceronem in hortis ſtudere, & inter choros muſarum conſeneſcere. Ita tamen) Hoc vnum tamen non mutetur, vt redẽptor fanum ad cõdictum abſoluat. Fanum) Templum quod Tulliæ defunctę erigere ſtudeo, vt diuæ matronæ perenne ſit monimentum, quã gratię, Venusq; perornabant. Dum inambularem ſuperiorib⁹ annis in Quirinali, deprehendi altare cũ ædicula nuper erutum, quod Veneri vel puellæ venereæ dicatum fuerat. Imago deæ & latera erant ex marinis conchilibus calce cementorum inſtar cohærentibus opere nouo & viſendo.

Apella Chio.

Apella Chio) Seiunge, Appella Chio. erat enim Appella patria Chius marmorarius vel architectus inſignis.

iudicatu meo reſpõſum ſit, ſiꝗd perſpexeris, & tñ ꝗd procuratores Cornificii dicãt velim ſcire ita, vt in ea re te cũ tã occupatus ſis, nõ multũ opę velim ponere. De Antonio quoq; Balbus ad me, cũ Oppio conſcripſit, idq; tibi placuiſſe, ne ꝑturbarer, illis egi gr̃as, re tñ, vt iã ante ad te ſcripſi, ſcire volo, me neq; iſto nũcio eſſe ꝑturbatũ, nec iã vllo ꝑturbatũ iri. Pãſa, ſi hodie (vt putabas) ꝓfectꝰ eſt, poſthac iã incipio ſcribere, ſcribe ad me de Bruti aduẽtu ꝗd expectes .i. quot ad dies. id ſi ſcies, vbi iã ſit facile cõiectura aſſequere. Qđ ad Tironẽ de Terẽtia ſcribis, obſecro te mi Attice ſuſcipe totũ negociũ. Vides & officiũ agi meũ qđdã, cui es cõſcius, & vt nõnulli putãt Ciceronis rẽ. Me qdẽ vt multo magis mouet, qđ mihi eſt & ſanctius & antiqus, ꝑſerti cũ hoc alterũ, neq; ſyncerũ, neq; firmũ putẽ fore. Nõdũ videris ꝓſpicere, q̃ me nec Antoniꝰ cõmouerit, nec qcq̃ eã eiuſmodi poſſit cõmouere. De Terẽtia autẽ ſcripſi ad te eis lr̃is, quas dederã pridie. Qđ me hortaris, idq; a cęteris deſiderari ſcribis, vt diſſimulẽ me tã grauiter dolere: poſſũ ne magis, qđ totos dies cõſumo in lr̃is? qđ etſi nõ diſſimulationis, ſed potiꝰ leniẽdi & ſanãdi animi cauſa facio, tñ ſi mihi minꝰ ꝓficio, ſimulatiõi certe facio ſatis. Minꝰ multa ad te ſcripſi, ꝙ expectabã tuas lr̃as ad eas, quas ad te pridie dederã. Expectabã aũt maxime de fano, non nihil etiã de Terẽtia, velim me facias certiorẽ ꝓximis lr̃is, Cn. Cepio Seruiliæ Claudii pater, viuo ne patre ſuo naufragio perierit, an mortuo, item Rutilio viuo ne C. Cotta filio ſuo mortua ſit, an mortuo, ꝑtinet ad eũ librũ, quẽ de luctu minuẽdo ſcripſimus. Vale.

### M.T.Cicero T.P.Attico S.

LEgi Bruti epiſtolã, eãq; tibi remiſi, ſane nõ prudẽter reſcriptã ad ea, q̃ reqſieras, ſed ipſe viderit, q̃q̃ illud turpiter ignorat. Catonẽ primũ ſentẽtiã putat de animaduerſione dixiſſe, quã oẽs ante dixerãt, ꝑter Cęſarẽ, & cũ ipſius Cæſaris tã ſeuera fuerit, q tũ Prętorio loco dixerit, Conſulariũ putat leuioris fuiſſe, Catuli, Seruilii, Luculloꝝ, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii Volcatii, Figuli, Cottę, L. Cæſaris, C. Piſonis, etiã M. Annii Glabrionis, Silani, Murenę, deſignatoꝝ Coſs.

Iudicatu) Iudicio, nõ ignorat mẽtẽ meã. Poſſum ne magis?) Diſſimulare. Seruilię Claudij Pr.) Alii codices, Seruilij Claudij Pater. Minuẽdo luctu) Conſolatione.

Argumentũ. CCXLII.

LEGI Bruti) Noua epiſtola. improbat Brutus ſcribẽtẽ Catonẽ primũ luculẽta oratione labãtẽ Senatum cõfirmaſſe, ac prolixa oratiõe in cõiuratos animaduertẽdũ cẽſuiſſe. PIVS. SVLlani) Lege Silani. Sic nomiſmata vetera ſcribi docent. Diuerſũ eſt hoc verbũ a Sulla, quare diuerſo modo ſcribendũ. Hic eſt ille Silanus, Cõſul deſignatus q vltimo ſupplicio cẽſuit cõiuratos afficiẽdos, cui Cęſar oratione fulminea inuidię tãtum metũ oſtẽdit, vt eã leniret quã mutare non poterat, cogeret, vltimã pœnã homini Romano carcerẽ aut exiliũ interꝑtatus. Tãta fuit Cęſaris auctoritas & eloquentia vt nutãtẽ & fluctuãtẽ Senatũ Cęſariana oratione cõfirmauerit Catonis or̃o. Antiqor Cationis fuit ſermo vt refert M. Tul. in Bruto, & q̃dã horridiora verba. Ita em̃ tũ loq̃bant̃. Poſt creber & diſtinctus Cato, in quo tñ erãt verba & vita ſeuera, veluti Thucydidiũ dicẽdi genus. Mox ſecuta eſt Aſiatica eloquentia, cuiꝰ duo ſunt genera, vnũ ſentẽtioſum & argutũ, ſentẽtiis nõ tã grauibꝰ & ſeueris q̃ cõcinnis & venuſtis, qualis in hiſtoria Timęus. Aliud autẽ genus eſt nõ tã ſentẽtiis frequẽtatũ, q̃ verbis volucre atq; icitatũ, qualis eſt nũc Aſia tota, nec flumine ſolũ orationis, ſed etiã exornato & faceto genere verboꝝ, in quo fuit Æſchylus Ouidiꝰ & Mileſiꝰ Æſchines. ſi qs ſcire voluerit qs ſit ꝓprie eloquẽs legat eũdẽ Cic. in li. q inſcribit̃ Orator his ꝓpe verbis, Inuẽtus eſt ille eloquẽs quẽ nũq̃ vidit Antonius. Is em̃ eſt eloquẽs qui & humilia ſubtiliter, & magna grauiter, & mediocria tẽperate poteſt dicere. Cuius flumẽ aliis verboꝝ, volubilitasq; cordi ſit. Diſtincta alios & interpũcta interualla, morę, reſpirationesq; delectãt. Quid poteſt eſſe tã diuerſum? tñ eſt in vtroq; aliqd excellẽs. Elaborãt alij lenitate & æquabilitate, & puto quaſi quodã & cãdido genere dicẽdi. Ecce alii duritatẽ & ſeueritatẽ quãdã verbis, & oratiõis quaſi mœſtitiã ſequũtur, & quot orationũ gñ̃a ſunt, tot oratorũ reperiũtur.

Silanus.

Dicẽdi variæ formæ.

Eloquens.

Cur ergo in ſententiã Catonis? quia verbis luculentioribus & pluribus rẽ eadẽ cõprehẽderat. me autẽ hic laudat,ꝙ retulerim,nõ ꝙ patefecerim,ꝙ cohortatus ſim,ꝙ deniq; anteq̃ cõſulerem, ipſe iudicauerim. Quę omnia quia Cato laudibus extulerat in cœlum, pręſcribẽdaq; cẽſuerat,iccirco in eius ſentẽtiã eſt facta diſceſſio. Hic autẽ ſe etiã tribuere multũ mihi putat,ꝙ ſcripſerit optimũ Cos. Quis enim tenuius dixit inimicus? Ad cętera vero,vbi,quẽadmodũ reſcripſit? tantũ rogat de Senatuſcõſulto, vt corrigas.hoc ꝗdẽ feciſſet,etiã Tyrãnio ſi admonitus eſſet,ſed hęc iterũ ipſe viderit. De hortis,quoniã probas,effice aliquid. Rationes meas noſti. Si vero etiã a Falerio recedit, nihil ei negocii eſt, ſed etiã ſine eo poſſe videor contẽdere. Venales certe ſunt Druſię,fortaſſe,& Tamianitę,& Caſſianę,ſed hęc corã. De Terentia nõ poſſum cõmodius ſcribere,q̃ tu ſcribis. Officiũ ſit nobis antiquiſſimũ,ſiquid nos fefellerit,illius malo me,q̃ mei pœnitere. Ouię a te Lælii curãda ſunt. HS. centum. negat fors poſſe,ſine me credo,qđ accipienda aliqua ſit,& danda æſtimatio, vellem tibi dixiſſet. ſi eñ res eſt,vt mihi ſcribis,parata,nec in eo ipſo mẽtitur, per te cõfici poterit,id cognoſcas & conficias velim. Qđ me in forũ vocas,eo vocas,vnde etiã bonis meis rebꝰ fugiebã. Quid enim mihi cum foro ſine iudiciis? ſine curia? in oculos incurrẽtibus iis,quos æquo animo videre nõ poſſum? Quod autẽ homines a me poſtulare ſcribis,vt Romæ ſim,neq; mihi, vt abſim concedere, aut quatenus eos mihi cõcedere,iã pridẽ ſcito eſſe,cũ vnũ te pluris,q̃ omneis illos putẽ,ne me ꝗdẽ cõtẽno, meoq; iudicio multo ſtare malo, q̃ omniũ reliquorũ. Neq; tamẽ progredior lõgius, q̃ mihi doctiſſimi homines concedũt,quorũ ſcripta omnia, quæcũq; ſunt, in eã ſententiã non legi ſolũ (quod ipſum erat fortis ægroti accipere medicinam) ſed in mea etiã ſcripta tranſtuli,qđ certe afflicti & fracti animi non fuit. Ab his me remediis noli in iſtã turbã vocare, ne recidam. De Terentia,quod mihi omne onus imponis, nõ cognoſco tuã in me indulgentiam. Iſta enim ſunt ipſa vulnera, quæ non poſſum tractare ſine maximo gemitu. Moderare igitur quæſo,vt potes,neq; enim a te plus q̃ potes,poſtulo. Potes autẽ quid veri ſit, perſpicere,hoc pro ſũma prudẽtia,& ſumma in nos beneuolẽtia facies,& valebis tu vnus. De Rutilia, quoniã videris dubitare,ſcribes ad me,cũ ſcies,ſed q̃primũ. nũ Clodia D. Bruto Conſulari filio ſuo mortuo, vixerit.

Cur ego) Scribe, cur ergo.

Retulerim) Ad Senatum traiecerim, nec meapte decernere voluerim. Patefecerim) Coniurationẽ. Optimum Cos.) Me. Tenuius) Minori cum laude. Etiam ſi Rannio) Alibi, Etiam Tyrannio ſi admonitus. Rationes) Voluntatem meam vel loculos. Illius) Amicitiæ) malo ego bonꝰ eſſe etſi ipſe malus perſeuerauerit. Ouiatæ) Beroaldus, Ouiæ a te. De Ouia paulo poſt meminit. Negat) Terentia.

Fors) Fortaſſis. Poſſe) Curari. Sine me) Sine pręſentia mea propter obligationũ ſolenne. Nec in ipſo) Si in hoc non mentitur. Potuit) Scribe, poterit. Bonis rebus meis) Fortuna mea florente.

Incurrentibus) Incidentibus cũ moleſtia. Scito eſſe) In votis reuerti, vel non pẽdere ab aliorum opinione.

Fortis ægroti) Conſtantis ac imperterriti qualis fuit Ouidius, qui auſus eſt dicere, Sępe bibi ſuccos quãuis inuitus amaros Æger, & oranti menſa negata mihi eſt. Recidam) In morbum. Indulgentiam) Qui me exonerare ſolitus es. Nũc premis, nec tener es vt ſoles, ſed vulnera coeuntia rumpis, quę melius non tetigiſſe fuit. Quis matrem niſi mentis inops in funere nati Flere vetat? non hoc illa monenda loco eſt. Cũ poſuit lachrymas animũq; remiſerit ægrum. Ille dolor verbis emoderãdus erit. Ille Perillæo Phalaris permiſit in ære Edere vagitus, & bouis ore queri. Sed quoniã (vt inquit Cicero) lachryma nihil citius areſcit, demus vſuram tẽporis, remittet ſe dolor: principio omnia intolerabilia videntur, poſtea vſu molliuntur. Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuẽci. Tempore lenta pati frena docentur equi. Quod male fers, aſſueſce, feres, bene multa vetuſtas Lenit, at incipiens omnia ſentit amor. Primo, vt inq̃t Platonicus Madaurenſis, eſt rerum rudimẽtum, mox experimentum.

De Marcello) A Marcello. Potero meis) Viuere. Vt nō vendam) Cōceſſo, poſito q; non vendam, emam vſuram pendendo pro precio, agrum ac pecuniam retinendo. Eiq; ) Abole ac erade. Poſſum aſſequi) Soluere precium. Paratiſſimi) Sunt horti. Puto Lamiæ) Hortos eſſe venales. Odorare) Clam inueſtiga. Ne filius) Scribe, Silius, non vtitur Silius pecunia, libenter ex hortis vēditis vſuras accipiet. Habe tuum) Hoc tanq̄ negocium tuum tracta.

id de Marcello, aut certe de Poſthumia ſciri poteſt. Illud autē de M.Cotta, aut de Syro, aut de Satyro, de hortis, etiā atq; etiā rogo, omnibus meis, eorumq; quos ſcio mihi nō defuturos, facultatibus, ſed potero meis, enitendū mihi eſt, ſunt etiam, quę vendere facile poſſim: ſed, vt nō vendā, vſuram pendā: a quo emero, non plus annum poſſum aſſequi, quod volo. Si me adiuuas, paratiſſimi ſunt. Druſia enim cupit vendere proximos, puto Lamiæ, ſed abeſt. Tu tamen, ſiquid potes, odorare. Ne Silius quidem quicq̄ vtitur, & iis vſuris facillime ſuſtentabitur. Habe tuū negocium, nec quid res mea familiaris poſtulet, quam ego non curo, ſed quid velim, exiſtima. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PVtaram te aliquid noui, quod eiuſmodi fuerat initium literarum, q̄uis nō curarem, quid in Hiſpania fieret, tamen te ſcripturum, ſed videlicet meis literis reſpondiſti, vt de foro, & de curia, ſed domus eſt, vt ais, forū. Quid ipſa domo mihi opus eſt carenti foro? Occidimus, occidimus Attice iam pridē nos quidem, ſed nunc fatemur, poſteaq̄ vnum, quo tenebamur, amiſimus. Itaq; ſolitudinem ſequor, & tamen ſiqua me res iſto abduxerit, enitar, ſi quomodo potero (potero autem) vt præter me nemo dolorem meum ſentiat, ſi vllo modo poterit, ne tu quidem, atq; etiam illa cauſa eſt non veniēdi. Meminiſti quid ex te Atedius quęſierit, quinetiam nunc moleſti ſunt. Quid exiſtimas, ſi venero? De Terētia ita cura, vt ſcribis, meq; hac ad maximas ægritudines acceſſiōe maxima libera. Et ne ſcias me ita dolere, vt non taceam quibus COSS. Carneades, & ea legatio venerit Romam, ſcriptum eſt in tuo annali. Hæc nunc quæro, quæ cauſa fuerit. De Oropo opinor, ſed certum neſcio: etſi ita eſt, quæ controuerſiæ pręterea? qui eo tēpore nobilis Epicurus fuerit Athenis, qui præfuerit hortis, qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illuſtres, quæ etiam ex Apollodoro puto poſſe inueniri. De Attica moleſtum, ſed quoniam leuiter, recte eſſe cōfido.

Argumentū. CCXLIII.

PVTaram) Principiū epiſtolę alterius in qua cupit hortos vt ſupra, apricari, cū filiolis viuere, quędam ex libris ſuis loca diligēter euentilat. DOMVS) Philoſopho in hortis apricāti, domus eſt loco fori. Mihi carēti foro) Nō curo domum habere vicinā foro, quoniā foro nō vtor. Vnū) Solamen malorū noſtrorū filiolos & cū filiolis Rēpub. Iſto) Ad vrbē. Poterit) Fieri. Ne tu quidē) Dolorē meū ſentias.

PIVS.

Acceſſione) Incremento, additamēto dolorū ac malorū. Nō maxima) Scribe, nō minima. Carneades) Tres Legati Romā ſe contulerāt. Hoc tradit Plutarchus in vita Catonis. Macrobius in primo Saturnaliū. Cic. in tertio de Oratore. Gellius lib. vii. Tres philoſophos, vt inquit Gellius Athenienſes, Romā ad Senatū miſerant impetratum vti mulctā remitterēt, quā fecerūt ꝑpter Oropi vaſtationem. Ea mulcta fuerat talentū prope quingentum. Erant iſti philoſophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticꝰ. Violēta & rapida Carneades dicebat, ſcita & teretia Critolaus, modeſta Diogenes & ſobria. De Oropo opinor) Recte enim opinabatur, venerunt enim vt mulcta Athenienſibus remitteretur indicta, quod ipſi Oropum vaſtauerāt. Oropus inter Bœotiam & Atticam, de quo ſępe inter vtroſq; contētio fuit. Controuerſię) Finium inter hos populos.

Carneades.

Legatio Athenienſiū

Diogenes. Critolaus.

De Oropo.

Qui eo) Pręterea ſcribe πολιτικοὶ) Et ſcribe o Attice ad nos qui eo tempore ciues nobiles fuerint, q̄ oia apd Apollodorū repies. Attica) Valetudinaria. Leuiter) Ægrotat. Ex his apparet non obiiſſe Atticam, quod ſupra viſi ſumus opinari vel ægrotaſſe.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ligus. De Megala)Nomē mulieris,q̄ hęres fuit mariti pecunioſi,vnde mulierculę pater ditatus eſt. Ligus) Liguſticus pater. Perſius, Mihi nūc Ligᵘ ora intepet,hybernatq; meū mare. Fœmina Ligus nūcupatur a Tacito lib.xviii. Ligus eſt nomē aīalis auctore Priſciano. Leuari)Exilarari Licuiſſe)Appreciatos fu Licitari. iſſe. Dicimus licere auctore Plauto,liceri & licitari,vnde licitator,de quo ſuperius. Sed quāti) Licētur.

Quāti)quāto p̄cio. Bene) Honeſte & vtiliter. Q đ emere bene ac parce & vtiliter qm̄ auctore Cęcilio Nouocomēſi, Mala emptio ſemp ingrata eſt,vel quod obiicere ſtultitiam ſolet emptori. Mihi)Bellis Bene emere. ciuilibᵘ attrito. Neceſſe eſt) Bene emere. Quoquo)Scribe,Quoq; modo. Et quomodo tu exiſtimas me bene hoc eſt vtiliter emere debere.

Si minus) Si non eſt leuatio doloris. At) Saltem.

PIVS. Argumentū.CCXLIIII.

Sica. AD SIcam)Diuerſi corporis epiſtola, a Chao ſuperiori ſubſecanda, eiuſdem pene tamē argumēti. Sica nomen eſt propriū, de quo Cicero in orationibus,& lib.iii. huius operis affatim.

VTITVR)Alibi vtatur.

Cotta) Fratre alterius Cottæ,quo mediatore emere poterit hortos Hoſtienſes.

Conficeretur) Lege conficietur. Habes) T. Vetus lectio Tyberinos præfert,quos alluit Tyberis. Alia lectio,habet in Hoſtienſi.T.Cotta.

Quibuſdam) Aliis naturæ ſuperfluis. Amœnis locis hoc) Iunge cum ſequentibus. Nobis non opus eſt auro, ſed hoc opus eſt amœnis videlicet locis. Eſt appoſitio.

Tranſegerit)Sibi emerit. Deeſſe volebam) Abiurare vel differre precium rei venditę,nec tamen habebam. Tempus videtur) Vt Athenas ad ſtudia philoſophię nauiget. Athenis) Studere.

Permutari) Lege permittam. Ferendum ſit) Suſtinendum adhuc ſtudium annuo ſpatio. Ciſpiana) Hiſtoriā de Ciſpiis explica vel abſolue ac finias rem pertinētem ad hortos Ciſpianos venales,& pretianos. De Filio) Scribe Silio vt in ſuperioribus ſæpe.

ASCEN. ASCEN. Permutari vt poſſit) Sic legam potius q̄ permittam hoc ſenſu:quęro quid illi opus ſit Athenis ad honeſte viuendum vt poſſit p̄mutari, ſcilicet pecuniis aut rebus Romę pendendis, pro illo qui ſumptus ſuppeditet an e rendum ſit illi, ſcilicet Ciceroni,id eſt an debeat ſecum ferre quod illic expēdat,de qua re dicet epiſtola ſequenti:nummorum quantum opus erit vt permutetur tu videbis.

De Megala dubiū mihi nō erat. vnde enim tam felix Ligus pater? nam quid de me dicā,cui,vt omnia contingant quę volo,leuari nō poſſum. De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis,id ego quoq; audierā, & vt opinor,heri ad te ſcripſerā,ſed quāti quāti bene emitur,quod neceſſe eſt mihi, quoq; modo tu exiſtimas. ſcio enim ego ipſe,quid de me exiſtimē, leuatio quædam eſt,ſi minus doloris,at officii & debiti. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD Sicā ſcripſi q vtatur L. Cotta, ſi nihil cōficietur de tranſtyberinis, habe in Hoſtienſi. T.Cotta celeberrimo loco ſed puſilum loci. ad hāc rē tamē plus etiam ſatis,id etiā cogites. Nec tamen iſta precia hortorū pertimueris:nec mihi argēto iā nec veſte opus eſt,nec q̄buſdā,amœnis locis hoc opus eſt. Video etiā a q̄bus adiuuari poſſim,ſed loquere cū Silio, nihil enim eſt melius. Mādaui etiā Sicę,reſcripſit cōſtitutū ſe cū eo habere,ſcribat igit̃ ad me, q̄d egerit, & tu videbis. Bene fecit A. Silius, qui trāſegerit: neq; enim ei deeſſe volebā,& q̄d poſſem,timebā. De Ouia cōfice, vt ſcribis. De Cicerone tēpᵘ eſſe iā videtur,ſed quęro,q̄d illi opus erit Athenis permutari vt poſſit,an ipſi ferendū ſit,de totaq; re quemadmodū, & quādo placeat,velim cōſideres. Publius iturus ne ſit in Africā, & quādo,ex Aledio ſcire poteris,quęras, & ad me ſcribas velim. Et,vt ad meas ineptias redeā, velim me certiorē facias,P.Craſſus Lumilię filius viuo ne P.Craſſo Cōſulari patri ſuo,mortuus ſit,vt ego meminiſſe videor,an poſt. Item quęro de Regillo Lepidi filio,recte ne meminerim patre viuo mortuū. Ciſpiana explicabis,itemq; Pretiana. De Attica optime id,ei ſalutē dices,& Pylię. Scripſit ad me diligenter Sica de Silio,ſeq; ad te rem detuliſſe,quod tu idē ſcribis. mihi & res,& cōditio placet,ſed ita vt numerato malim,q̄ æſtimatione,voluptarias enim poſſeſſiones volet Silius. Vectigalibus autem,vt his poſſum eſſe contentus,quę habeo,ſic vix minoribus. Auide ergo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

numerato.HS.DC. exprimes ab Hermogene,cum præſertim neceſſe erit. Et domi video eſſe.HS DC. reliquæ pecuniæ vel vſuram Silio pendemus: vel a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repręſentabimus. Erit etiam aliquid alicunde, ſed totam rem tu gubernabis. Druſianis vero hortis multo antepono, neque ſunt vſquam comparanda, mihi crede. Vna me cauſa mouet, in qua ſcio me τετυπῶσθαι, ſed vt facis, obſequere huic errori meo. Nam quod ſcribis ἐπίγραμμα, actum iam de iſto eſt, alia magis quęro. Sica (vt ſcribit) etiam ſi nihil confecerit cum Agidio, tamen ſe ſcribit decimo Calendarum eſſe venturum. Tuis occupationibus ignoſco, eæq; mihi ſunt notæ. De voluntate tua, vt ſimul ſimus, vel ſtudio potius & cupiditate, non dubito. De Nicia, quod ſcribis, ſi ita me haberem, vt eius humanitate frui poſſem, in primis vellem illum mecum habere, ſed mihi ſolitudo & ſeceſſus prouincia eſt, quod quia facile ferebat Sica, eo magis illum deſidero. Præterea noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, conſuetudinem victus, cur ego illi moleſtus eſſe velim, eum mihi ille iucundus eſſe non poſſit? Voluntas tamen eius mihi grata eſt, vnam rem ad me ſcripſit, de qua decreui nihil ad te ſcribere. Spero enim me a te impetraſſe, vt priuares me iſta moleſtia. Pyliæ & Atticæ ſalutem. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Siliano negocio, etſi mihi nō eſt ignota conditio, tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cogniturum, certe quidē negas te noſſe, ſed vltra Silianam villā quam puto tibi notam eſſe, villula ſordida & valde puſilla eſt. Nihil agri ad vllam rem, loci ſatis, nihil ad eam, quam quæro & ſequor celebritatem: ſed, ſi perficitur de hortis Silii, hoc eſt ſi perficis (eſt enim poſitū in te totū) nihil eſt ſcilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone, vt ſcribis, ita faciam. ipſi permittā de tempore numorū quātum opus erit, vt permuteť tu videbis. Ex Aledio quod ſcribis, ſiq̄d inueneris, ſcribes. Et ego ex tuis animaduerto literis, & profecto tu ex meis, nihil habere nos, q̄d ſcribamus: eadem quotidie, quæ iam iamq; ipſa contrita ſunt, tamē facere nō poſſum, quin ad te mittā, vt tuas

Numerato) Per decēpedā & menſorē. Exiſtimatiōe) Lege ęſtimatiōe hoc eſt cōiectura ſoli & terræ, ad occultū vt diciť. Vectigalib⁹) Reditib⁹. Vix minorib⁹) Indigeo reditibus quos habeo. Exprimes) Rediges, exiges. Dū a Faberio) Scribe, vel a Faberio. Vel cū aliquo) Lege, vel ab aliquo. Repręſētabim⁹.) Soluemus vſurā Silio vel a Faberio, vel ab alio exhibebim⁹, reſoluem⁹ p̄ſentē. Erit) Inueniet, inueſtigabiť aliq̄d pecuniarū. Alicūde) Aliqua via, Plautinū, aliqua alicūde. Idquod aiūt vulgo aliq̄d fiet. Gubernabis) Pręeris huic emptiōi. Vnq̄ cōparata) Lege vſq̄ cōparāda. Socio) Lege Scio. τετυπῶσθαι) Tumefactum eſſe ac inflari, heſitare, ac ſtupere cur in hūc errorē volēs incidā. Epigrāma) Volebat epigrāma q̄d imponeret fano dicādo. Nicia) Eruditū hoīe; mittere volet. q̄d nō magni facit. Receſſus) Alibi ſeceſſus. Prouīcia eſt) Pro celebritate maxia habeť. Proheręſius p̄cib⁹ fatigās deū, vt ad frugē inſpiraret, vocē cælitus emiſſā audiuit. fuge, late, q̄eſce. Alter Agatho, ni memoria labor, lapidē ore ferebat, ne q̄d pœnitēdū loq̄reť. Scipio ait, nunq̄ minus ſū ſol⁹ q̄ cū ſol⁹. Mollicię) Docti fere oēs ſūt cacoſtomachi.

Repręſētare. Alicunde. Prohæreſij exemplum. Agatho.

Argumentū. CCXLV.

DE Siliano) Studebat Cic. Silianos hortos emere p̄curāte Pōponio occurrit caſula, quā vt nullius vſu cōtemnit ac abiicit. TE Noſſe) Quid de Siliano negocio videbiť. Vltra) Dic. Vltra Silianam villam, quam puto tibi eſſe notam villula ſordida eſt. Perficiť. Cura & arte tua. Ad eam) Rem & vſum. Celebritatē) Locum amœnitate celebrē non hominum frequentia, quam fugitabat. Ipſi p̄mittam) Iter diſponat ac ſtudiū. Ne tempore) Scribe de tēpore, vt tēpus arripiat q̄d ſibi videať idoneū. ASCEN. Druſianis vero hortis multo anpono. Nō dicit q̄ anponat, niſi Siliana p̄dia intelligas.

PIVS. Celebritas.

Accipiam) Scribendũ eliciam. Alibi. Vt tuos eliciam cũ Boopide dialogos, Tardius) Quoniã ad eũ viſendũ recurrendum erit. Ad Silium) Dic ad illum hoc eſt Brutum, me excuſatũ habeat, ſi Romam non venero.

Argumentũ. CCXLVI.

PIVS.

PERSTAT in emptione hortorum, vult Atticum operam dare vt ſignificet Ciceroni filio ꝙ cauſa illius non patris huic emptioni ſtuderet. Tito reuocãti ad ineundum Senatum reſpondet. DE Silio) Silianis hortis. Nihil extinguitur) Voluntas aliqua parte non remittitur. Vt cœpiſti) Sequere. Vt illi probetur) Confice, facito quod ille probauerit. Ciceronem) Filium meum, cui perſuadeas me cauſa ſua emere, nõ mea.

Niſi id) Ad id, vt ſit pro tẽpore latibulum doloris mei.

Quod ego æſtimo) magni, leuare videlicet dolorem, ac habere locum me a curis abducentem. Quod in eam cauſam meam me ad conſuetudinem reuocas Lege ex antiquo codice. Quod me ad cõſuetudinem meam reuocas. Volebat Atticus vt in Senatum ac forum rediret. Intererat enim) Antiqua lectio Interim erat. Cum Rempu. curarem ac ſummo ſtudio pro eius ſalute ſudarem, erãt mox ſolatia domeſtica, quæ me leuarent curis publicis oneratum: nunc euanuere dulcia & iucunda. Colere) Tenere, exercere. Conſcientia) Iuxta illud Perſianũ, Nec te quæſiueris extra.

Vellem) Papinius, Dulce queri miſeris, veteresq́ reſoluere queſtus. Interpretatus) Es. Nihil) Facito.

Argumentũ. CCXLVII.

PIVS.

A BRVTO cõſolationẽ non expectat, quare colloquium eius non deſiderat. Rogat vt de hortis explicet. quoniam in turba eſſe non poteſt.

eliciam. De Bruto tamen aliquid habebis: ſcire enim iam puto, vbi Panſam expectet, ſi (vt cõſuetudo eſt) in prima prouincia, circiter Calendas affuturus videtur, vellem tardius: valde enim vrbẽ fugio multas ob cauſas. Itaq; id ipſum dubito an excuſationem aliquã ad Silium parem, quod quidem video facile eſſe, ſed habemus ſatis temporis ad cogitandum. Pyliæ, & Atticæ ſalutem. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Silio nihilo plura cognoui ex præſenti Sica, q̃ ex literis tuis: Scripſeras enim diligẽter. Si igitur tu illũ cõueneris, ſcribes tu ad me, ſiqd videbitur, de quo putes ad me miſſũ eſſe, ſit miſſum nec ne, ſcio dictum quidẽ mihi. Certe nihil extinguitur, vt cœpiſti: & ſiquid ita conficies, quod non equidẽ arbitror fieri poſſe, vt illi probetur. Ciceronẽ, ſi tibi placebit, adhibebis, eius aliquid intereſt videri illius cauſa voluiſſe, mea quidem nihil, niſi id, quod tu ſcis, quod ego æſtimo. Quod me ad conſuetudinem meam reuocas, Fuit meum quidẽ iamdpridẽ Remp. regere, quod faciebã, ſed interim erat vbi acquieſcerẽ. Nunc plane nec ego victum, nec vitam illam colere poſſum, nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conſcientia pluris eſt, q̃ hominum ſermo. Quod me ipſe per literas conſolatus ſum, nec pœnitet me quantum profecerim. Mœrorem minui, dolorem nec potui, nec (ſi poſſem) vellem. De Triario bene interpretaris voluntatem meam, tu vero nihil: niſi, vt illi volẽt. Amo illum mortuum, tutor ſum liberis, totam domum diligo. De Caſtriciano negocio, ſi Caſtricius Romam cupit, is pecuniam accipere volet, eamq; ſibi ſolui, vt nunc ſoluitur, certe nihil eſt commodius. Sin autem ita actum eſt, vt ipſa mancipia abduceret, non mihi videtur eſſe æquũ. Rogas enim me, vt tibi ſcribam, quid mihi videatur, nolo enim negocii. Q. Fratrem quicq̃ habere, quod mihi videor intellexiſſe, tibi videri idem. Publius, ſi æquinoctium expectat, vt ſcribis Atedium dicere, nauigaturus videtur, mihi autem dixerat per Siciliã, vtrum & quando, velim ſcire, & velim aliquando, cum erit tuum commodum. Lentulum puerum viſas, eiq; de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Pyliæ & Atticæ ſalutem. Vale.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SIllius, vt ſcribis, hodie, cras igitur, vel po
tius cū poteris, ſcribes, ſiqd erit, cū vide
ris. Nec ego Brutū vito, nec tamē ab eo
leuationē vllā expecto, ſed erant cauſæ,
cur hoc tēpore iſtic eſſe nollē, quę ſi ma
nebūt, quęrēda erit excuſatio ad Brutū: &, vt nūc eſt,
māſurę videnť. De hortis, quęſo explica, caput illud
eſt, quod ſcis, ſeqtur, vt etiā mihi ipſi quoddā op9 ſit,
nec eñ eſſe in turba poſſum, nec a vobis abeſſe. Huic
meo conſilio nihil reperio iſto loco aptius. De hac re
qd tui cōſilii ſit, mihi ꝑſuaſum eſt, & eo magis, ꝙ idē
intellexi tibi videri, me ab Oppio, & Balbo valde dili
gi. Cū iis cōmunices, quātopere & quare velī hortos,
ſed ita poſſe, ſi expediať illud Fabeɾianū: ſin igitur au
thor es futurus, ſiqua etiā iactura faciēda ſit in reprę
ſentādo, quod poſſum, adducito. Tū enim illud deſpe
ratū deniq; intelliges, & quid inclinēt ad hoc meū cō
ſiliū adiuuandū. Siquid ęrit, magnū eſt adiumētum,
ſin minus, quacūq; ratione cōtendamus. Vetus illud
ἐπίγραμμα, quemadmodū ſcripſiſti, vel ἐπιτάφιον puta-
to. De illo Hoſtienſi nihil eſt cogitandū, ſi hoc nō aſ
ſequimur, a Lamia non puto poſſe, Damaſippi experi
endum eſt. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVæro quid ad te ſcribā, ſed nihil eſt, ea-
dem quotidie. Q; Lentulū inuiſis val-
de gratum. Pueros attribue ei, quot, &
quos videbiť. De Silii volūtate vēdēdi,
& de eo quāti tu vereri videris, primum
ne nolit, deinde ne tanti. Sica aliter, ſed tibi aſſentior.
Quare, vt ei placuit, ſcripſi ad Egnatiū. Quod Silius
te cū Clodio loqui vult, potes id mea voluntate face-
re, cōmodiusq; id eſt, q̄ quod ille a me petit, meipſum
ſcribere ad Clodiū. De mancipiis caſtricianis, cōmo-
diſſimum eſſe credo tranſigere Egnatium. Quod ſcri
bis te ita futurū putare cum Ouia, quæſo quidem, vt
conficiatur. Quoniā (vt ſcribis) nox erat, in hodierna
epiſtola, plura expecto. Siliū mutaſſe ſentētiam Sica
mirabatur. Equidē magis miror, ꝙ tum in filiū cau-
ſam conferret, quæ mihi non iniuſta videtur (habet
eñ qualē vult) vt ais te putare, ſi addiderimus aliud,

SILIVS) Romā mouebit.
Siquid erit) Si quid cū Si-
lio confeceris. Videris) Si-
lium. Leuationem) Dolo-
ris leuamētū. Iſtic) Romę.
Si manebunt) Cauſę cur
Romam nō veniā. Vt nūc
eſt) Quantū ad pręſens per-
ſpici poteſt. Manſurę) Per-
ſeueraturę cauſę illę. Expli
ca) Expedi. Caput) Sūma — Caput.
rei vertitur in hoc. Peculia-
ris elocutio Ciceroni. Quod
dā opus ſit) aliquod negociū
habeā. Sine aliqua arte viue-
re non poſſum. In ſtudiis in-
ter hortos viuam. Faberia
num) Verſura a Faberio fa-
cienda. Sin igitur) Si non
procedet nummus ille Fabe
rianus, melius ſin pro ſi, & le-
ge, futurus. Si expedieť, eris
auctor huius emptionis.
Repræſentando) Præſen- — Reprę́ſētare.
tariam pecuniam numeran-
do. Reprę́ſentare eſt pręſen-
ti tempore proponere. Idem
Cicero libro quinto Epiſt. fa-
miliariū. Neq; expectare tē-
poris medicinam, quā repræ-
ſentare ratione poſſumus. — Reprę́ſētatio
Idem libro. xvi. eiuſdem ope
ris, Dies promiſſorum adeſt,
quem etiam repræſentabo ſi
adueneris. In calce eiuſdem
operis de Attributione in-
quit, conficies, de repræſenta
tione videbis. Quid) Qua
tenus, quantum. Epigram — Epigramma.
ma) Epigramma ponit pro
epitaphio. Epitaphia & epita — Epitaphiſtæ.
phios vocamus ſuperſcripti-
ones ſepulcrorum, ac defun-
ctorū laudes, auctore Quin-
tiliano. Epitaphiſtæ compoſi
tores epitaphiorū, ſicut epo- — Epopoei.
poei, epici hoc eſt heroici car- — Epici.
minis auctores. Aſſeqmur)
Conſequimur, impetramus.
Poſſe) Impetrari vt ven-
dat. Damaſippi) Votum de
vendendo.

Argumentū. CCXLVIII. — PIVS.
QVÆRO) Epiſtola a
ſuperiori ſeiungēda,
in qua de Lētulo pue
ro, de hortis & eiuſmodi reb9
perpuſillis. NIHIL eſt)
Quod ſcribam Eadem quo
tidie) Subitellige ſcribo. Pu — Inuiſere.
eros) Superius. Lentulū puerū viſas, eiq; de mancipiis quæ tibi videbitur attribuas. Inuiſis) viſitas
hodie diciť. De eo) Ab eo, ſubitellige mihi ſignificas. Tāti) Preciū qđ dare volum9 nolit. Sica aliter)
Subitellige ſcribit. Clodio) Filio. Futurū) Pręſens eris. Quod cū in filiū) Scribe. Quod tū in filiū.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A quo refugiat)Vetus lectio.ad quod refugiat. Fieret)pluris. Deſtinatū)Deliberatū,non impetu animi. Druſi)Subintellige putē. Acceſſi) Nō vidi,nec ſum contēplatus. Fructū) Neſcio.prouentus mihi eſt incognitus. Neutrius) Druſinę & Coponianæ. Sed mihi) A me. Senſus eſt.Nō noui

Alii vtriuis. fructus iſtorū prędiorū,nec pœnitet de ratione fructuū,apud me Plurimi eſt ſi dolorē minuerit. Vtriusiſtorū) Vtriuſq;. Tēpore magis in eo) Meo vetera exēplaria habēt,vt mei calamitoſi tēporis portus ſint. Ratione) cōditione redituū. Vel repręſentatione) Etiā numeratione oculata pręſentiq; pecunia. De Silianis) Transfigere te velē. Repræſentādo) Oſtendendo pecuniā manuariam vt aiūt,latine præſentem.Hermogenes eſt nomē, Trapezitæ Mercurialisq; ſaliuæ glutoni, vt Perſiano verbo vtar,appoſitum, quod ab

Hermogenes Herma genitꝰ ſit hoc eſt Mercurio. Autē cōcede) Lege. At cōcede. Mea manu)Nūc barbare manu propria.

ad quod refugiat,cū ab ipſo id fieret,deſtinatū vēditurum.Quęris a me,quod ſummū preciū conſtituā, & quantū anteire iſtos hortos Druſi,tantū acceſſi propius,nunq̃ Coponianā villā veterē,& nō magnā. Noui ſyluā nobilē,fructū autē neutriꝰ, quod tamē puto nos ſcire oportere,ſed mihi vtriuis iſtorū tēpore magis meo,q̃ ratione æſtimandi ſunt.Poſſim autē aſſeq, nec ne,tu velim cogites.Si enim Faberianū venderē, explicare vel repręſentatione nō dubitarē. De Silianis,ſi modo adduceretur,vt vēderet, ſi venales nō haberet,tranſirē ad Druſum,vel tāti,quāti Egnatius illum velle tibi dixit.Magno etiā adiumēto nobis Hermogenes poteſt eſſe in repręſentando.at cōcede mihi quæſo,vt eo animo ſim,quo is debeat eſſe, qui emere cupiat,vel ſeruiat cupiditati,& dolori meo, vt a te regi velim.Egnatius mihi ſcripſit,is ſiquid tecum locutus erit(cōmodiſſime enim per eū agi poteſt) ad me ſcribes,& id agendum puto.Nam cū Silio nō video confici poſſe.Pyliæ,& Atticæ ſalutē.Hęc ad te mea manu.Vide quæſo quid agendum ſit.Vale.

Argumentū.CCXLIX.

PIVS. RECVSAT ſe ab aliquibus ſalutari,quare curet ne frequentia ad eum ventitet,curet filio Ciceroni viaticum ſtudiorum ex tabernis Argiletanis.

M.T.Cicero T.P.Attico S.

PVblia ad me ſcripſit,matrē ſuam,cū Publio vt loquerer,ad me venturam , & ſe vna (ſi ego paterer) moraturam. Orat multis,& ſupplicibꝰ verbis,vt liceat,& vt ſibi reſcribam,res q̃ moleſta ſit,vides. Reſcripſi me etiam grauius eſſe affectū, q̃ tum, cum illi dixiſſem me ſolum eſſe velle,quare nollem hoc tēpore eam ad me venire. Putabam, ſi nihil reſcripſiſſem,illam cum matre venturam,nunc non puto:apparebat enim illas literas non illius eſſe.Illud autem, quod fore video,ipſum volo vitare,ne illę ad me veniant,& vna eſt vitatio,& ego nollē,ſed neceſſe eſt. Te hoc nunc rogo,vt explores aliquā diem, hic ita poſſim eſſe,vt ne opprimar.Ages,vt ſcribis , temperate. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen (ſi tibi non iniquum videbitur)vt ſumptus huius peregrinationis,quibus ſi Romæ eſſet,domūq; cōduceret (quod facere cogitabat) facile contentus futurus erat , accommodet ad mercedes Argileti & Auentini, & cū

PVBLIA ) Principium alterius epiſtolæ. Ordo. Publia ſcripſit matrē tuam cum Publio ad me venturā, vt loquerer. Cum illo) Verba ſunt ſuperflua. Loquerer. Scribendum,vt loquerer. Id eſt rogauit vt alloquerer,niſi mauis,vt ſubintelligere.

Apparebit ) Legendum apparebat. Non illius) Publiæ,ſed eius qui ſubornare volebat. Vna eſt vitatio) Vnum remedium ſi vitauero ne veniant. Nollem)Vt ad me veniant. Sed neceſſe eſt. Vt veniant ) Vitare ergo non potero. Hic ita poſſim.) Vt hic manens non opprimar,& inſperato ſuperueniant. Admonitus occultabo me ac ſubterfugiam.

Opprimere. Opprimar) Ab inuiſentibus incautus inueniar. Videbit) Priſca lectio videbitur. Peregrinationis) Ad muſas Atticas. Accommodet) Cōpenſet cum mercede ac annuo reditu, qui mihi ex Argiletanis tabernis ſoluitur. De Argileto loco Romæ & vnde, meminerunt omnes, etiam epigrammatarius , Argiletanas mauis habitare tabernas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ei propoſueris, ipſe velim reliqua moderere, quemadmodum ex his mercedibus ſuppeditemus, ei quod opus ſit, præſtabo: nec Bibulum, nec Accidinum, nec Meſſalam, quos Athenis futuros audio, maiores ſumptus facturos, quàm quod ex eis mercedibus recipietur. Itaq; velim videas, primum conductores, qui ſint, & quanti: deinde vt ſit, qui ad diem ſoluat, & quid viatici, quid inſtrumenti ſatis ſit, iumento certe Athenis nihil opus ſit, quibus autem in via vtatur, domi ſunt plura ꝙ opus erat, quod etiam tu animaduertis. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EGo vt heri ad te ſcripſi, ſi & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Druſus facilem ſe præbuerit, Damaſippum velim aggrediare. Is (opinor) ita parteis fecit in ripa neſcio quotenorum iugerū, vt certa precia conſtitueret, quę mihi nota non ſunt, Scribes ad me igitur, quicquid egeris. Vehementer me ſolicitat Atticæ valetudo noſtrę, vt verear etiam, nequa culpa ſit: ſed & pædagogi probitas, & medici aſſiduitas, & tota domus in omni genere diligẽs, me rurſus id ſuſpicari vetat. Quid igitur? Plura eñ nõ poſſum. Ego hic vel ſine Sica (Tironi eñ melius eſt) facillime poſſem eſſe, vt in malis. Sed, cum ſcribas videndum mihi eſſe, ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius profectionis diem non habere, putaui eſſe commodius me iſthuc venire, quod idem video tibi placere. Cras igitur in Sicæ ſuburbano, inde quemadmodum ſuades, puto me in Ficulenſi fore. Quibus de rebus ad me ſcripſiſti, quoniam ipſe venio, coram videbimus. Vale.

## M.T.Cicero T.P.Attico S.

TVam quidem & in agendis noſtris rebus, & in conſiliis ineundis, mihiq; dandis: in ipſis literis, quas mittis beneuolẽtiam, diligentiam, prudentiam mirifice diligo. Tu tamen, ſiquid cum Silio, illo ipſo die, quo ad Sicã veturus ero, certiorẽ me veli facias, & maxime cuius loci detractionẽ fieri velit. Qđ eñ ſcribis extremi: vide, ne is ipſe locꝰ ſit, cuius cauſa

Ei) Ciceroni filio. In villa) Corrige in via, itinere. Nõ opus eſt facere ſumptum in veſtibus viaticis & endromydibus, domi ſunt.

Argumentum. CCL. PIVS.

EGO vt heri) Altera a ſuperioribus ſeiungẽda. eſt argumentum facile de agro diuiſo, de Tirone, ac reliquis friuolis ac minutis huiuſmodi. PARtes) Diuiſit agrum ſuum iugeratim, particulam tibi tradet emendam. Ne qua culpa ſit) Ne curetur indiligenter. Cur igitur) Non ſaneſcit: vetus lectio, quid nõ cur, habet. Non poſſum) Scribere. Tironi eſt melius) Tiro ſe habet meliuſcule.

Vt in malis) Pro infortuniorũ conditione. Opprimar) Incautus a Publia ſuperueniente ruri deprendar.

Ficulenſi) Vico extra vrbẽ, neſcio an illo, de quo Martialis, Incolis & veteres tu quoq; ficedulas. Non tamen puto, quinimmo longe differre ficedulas, & vicum ficulenſem autumo. Liuiumq; opinor ficulenſis vici facere mentionem. A ficuum frequẽtia nomen habuit hic forte vicus quarum genera multa referunt. Ideæ rotũdiores, Chalcidicæ Lydiæ purpureæ, & mamillanę calliſtrutię, terinę candicãtes. Rhodia nigra, & Tyburtina p̄cox. Porphyritis lõgiſſimo pediculo e minimis popularis dicta, vulgo viridecula. Sub hyeme maturatur, ſerotina Chelidonia.

Ficulenſis ager.

Ficuum genera.

Argumentum. CCLI. PIVS.

TIRONEM melius ſe habere inquit, de hortis Silianis, ex quibus Silius iugera nonnulla detrahere volebat. TVAM quidem) Epiſtola noua. Conſiliis ineundis. Capeſſendo cõſilio. Vel eo ipſo die. Vetus lectio Illo ipſo die. Detractationem. Dicebat Silius ſe hortos vendere nonnullos, ſed non integros, Super his tamen nonnulla iugera velle detrahere. Extremi) Loci detractionem facere velle.

Cuius cauſa) Propter cuius loci adipiſcendi cauſam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De tota re) De toto agro emendo. Caue detrahat illam partem, quę eſt ocellus hortorũ, propter quem fruendum totos hortos emero. Quo) Melius quod. Inſumptum) Vna dictio quę ſignignificat impenſum, numeratum. In monimentum) Memoriam Tulliæ.. ἀλόγως) Inconſulte, iũge cum verbo ſequenti. Nollem illud) Principium clauſulæ. Vrgeor) A dolore. Fani) Vellem eſſe ſepulcrum. Collegi( Aſſurrexi, qui quaſſatus ac proiectus eram. Cogitationem) De hortulo.

de tota re( vt ſcis )eſt a nobiſcogitatũ. Hirtii epiſtolam tibi miſi, & recentẽ, & beneuole ſcriptam: ante, q̃ proxime diſceſſi, nũq̃ mihi venit in mentẽ, ꝙ plus inſumptũ in monimentũ eſſet, q̃ neſcio quid, quod lege cõceditur, tantundẽ populo dandũ eſſe, quod me ma gnopere moueret, niſi neſcio quomodo, ἀλόγως fortaſſe. Nollẽ illud vllo nomine niſi Fani appellari, quod ſi volumus, vereor, ne aſſequi nõ poſſimus, niſi mutato loco. hoc quale ſit, quęſo cõſidera. Nã etſi minus vrgeor meq; ipſe propemodũ collegi, tamen indigeo tui conſilii. Itaq; te vehemẽter etiã atq; etiã rogo, magis q̃ a me vis, aut pateris te rogari, vt hanc cogitationem toto pectore amplectare. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

FAnũ fieri volo, neq; mihi hoc erui poteſt, ſepulcri ſimilitudinem, effugere. Non enim tam propter pœnam legis ſtudeo, q̃ vt maxime aſſequar ἀποθέωσιν quod poteram, ſi in ipſa villa facerem. Sed, vt ſæpe locuti ſumus, commutationem dominorum reformido. In agro vbicunq; fecero, mihi videor aſſequi poſſe, vt poſteritas habeat religionẽ. Hę meę tibi ineptiæ( fatebor enim )ferendæ ſunt. Non habeo, ne me quidem ipſum quicum tam audacter cõmunicẽ, quã tæ ſint ibi res, ſi locus, ſi inſtitutum placet. lege quæſo legem, mihiq; eam mitte. Siquid in mẽtem veniet, quomodo eam effugere poſſimus, vtemur. Ad Brutũ ſiquid ſcribes, niſi alienum putabis, obiurgato eum, ꝙ in cumano eſſe noluerit propter eam cauſam, quã tibi dixi. Cogitanti enim mihi nihil tã videtur potuiſſe facere ruſtice, etſi tibi placebit, ſic agere de Fano, vt cœpimus, velim cohortere, & exacuas Cluatiũ, nã etiã ſi alio loco placebit, illius nobis opera conſilioq; vtẽdum puto. Tu ad villam fortaſſe cras. A te heri duas epiſtolas recepi, alteram pridie datã Hilaro, alterã eodẽ die a tabellario, accepiq; ab Ægypta literas eodem die, Pyliam & Atticã plane belle ſe habere. Tuę literæ mihi redditę ſunt tertiodecimo die. Quod mihi Bruti literas, gratum, ad me quoq; miſit, eã ipſam ad te epiſtolã miſi, & ad eam exemplũ mearum literarũ.

Argumentũ. CCLII

PIVS.

PERſtat in opinione ſepulcri conficiendi ac tẽpli. FANVM) In priori epiſtola dixerat ſe Fanũ velle facere, non ſepulcrum, cui tamen inſit religio, quæ tolli non poteſt, quoniam ſepulcra ſacra ac heroes moueri non licet, religionem habent. Erui) Deleri ex animo. Pœnam legis ) Quæ pro conditione modum ædificiis imponebat. ἀποθέωσιν) Deificationem, numẽ.

Apotheoſis.

Commutationes) Alienationes agrorum, quibus ius dominij trãſfertur. Poſteritas) Ius ſepulcri inuiolabile eſt, quod Didymus in prouerbiis, ἀκίνητα κινεῖν, hoc eſt immobilia mouere non licere declarat, Plinius lib. ii. naturalis hiſt. Terra nouiſſime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos, tũ maxime vt mater operiens, nullo magis ſacramento, q̃ quo nos quoq; ſacros facit, etiam monimenta ac titulos gerẽs, nomenq; prorogans noſtrũ & memoriam extendens cõtra breuitatẽ æui. Lege Plutarchum in vita Numę, qui ſacros mortuos appellat. Cic. de Legib. Deorum manium iura ſacra ſũto. Hos leto datos diuos habẽto. Sũptũ in illos, luctũq; minuũto. Et Iuriſconſulti de ſepulcro violato. Trãqlli verba ſũt hęc, Matrẽ terrã orabãt vt ſedẽ qetã daret.

Sepulcri ius.

Plinius explicatus.

Exacuas) Ad vẽdendũ ipellas ac prõptiorẽ reddas & cupidiorẽ. Metaphora ab ferro ad aium. Alio loco) Diuerſa regione vel ſitu placebit hortos emere. Illius Cluatii. Vtẽdũ) Ad hortos emẽdos. Cras) Cõferas, ſubintellige colloquemur inuicẽ, ac rem cõtexemus. A tabellario) Accepi. Ægypta) Attici liberto. Belle ſe habere) Accepi. Mihi) Miſiſti exemplum Bruti literarum ad te. Mearũ) Quas ego ad Brutum. De Fano) Ordo eſt.

De fano, ſi nihil mihi hortorum inuenis, ſiquidē tibi inueniendi ſunt, ſi me tanti facis, quanti certe facis, valde probo rationē tuā de Tuſculano. q̄uis prudēs ad cogitandū ſis, ſicut es, tamē niſi magnę curę tibi eſſet, vt ego cōſequerer id, quod magnopere vellem, nūq̄ ea res tibi tā belle in mentē venire potuiſſet: ſed neſcio quo pacto celebritatem requiro. Itaq; hortos mihi conficias neceſſe eſt. maxima eſt in Scapulæ, celebritas, propinquitas. præterea vbi ſis, ne totū diē in villā. Quare anteq̄ diſcedis, Othonē, ſi Romæ eſt, conuenias peruelim. Si nihil erit, et ſi tu meā ſtultitiā conſueſti ferre, eo tamen progrediar, vt ſtomachere. Druſus enim certe vendere vult: ſi ergo aliud erit, nō mea erit culpa, niſi emero, qua in re, ne labar, quęſo prouide. Prouidendi autem vna ratio eſt, ſiquid de Scapulanis poſſumus, & velim me certiorē facias, q̄diu in Suburbano ſis futurus. Apud Terentiā gratia opus eſt nobis, tuaq; authoritate, ſed facies, vt videbitur. Scio enim, ſi quid mea interſit, tibi maiori curæ ſolere eſſe, q̄ mihi. Hirtius ad me ſcripſit Sextū Pōpeiū Corduba exiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniā citeriorē, Cn. fugiſſe neſcio quo, neq; enī curo. Nihil pręterea noui. Literas Narbonæ dedit. XIIII. Calen. Maii. Tu mihi de Caninii naufragio quaſi dubia remiſiſti. Scribas igitur, ſiquid erit certius. Quod me a mœſtitia vocas, multū proficies, ſi locum fano dederis. Multa mihi ἐς ἀποθέωσιν in mentē veniūt: ſed loco valde opus eſt. Quare etiā Othonem vide. non dubito, quin occupatiſſimus fueris, qui ad me nihil literarū. ſed homo nequā, qui tuū commodū non expectarit, cum ob eam vnā cauſam miſſus eſſet. Nunc quidē, niſi quid te tenuit, ſuſpicor eſſe in Suburbano. At ego hic ſcribendo dies totos, nihil eq̄dē leuor: ſed tamen aberro. Aſinius Pollio ad me ſcripſit de impuro noſtro cognato, quod Balbus minor nuper ſatis plane, Dolabella obſcure, hic apertiſſime. Ferrē grauiter, ſi nouæ ægrimonię locus eſſet. Sed tamē, qd impurius? O hominē cauendū, q̄q̄ mihi quidē, ſed tenēdus dolor eſt. Tu quoniā neceſſe nihil eſt, ſic ſcribes aliquid, ſi vacabis. quod putas oportere prouideri iam animi mei firmitate, grauiuſq; quoſdā ſcribis de me loqui, q̄ aut te ſcribere, aut Brutū. ſi qui me fractū animo, & debilitatum putāt: ſcient quid literarū, & cuius generis cōficiā. Credo (ſi modo homines ſint) exiſtimēt me, ſiue ita leuatus ſim, vt animū vacuū ad res difficiles ſcribendas afferam, reprehendendū nō eſſe: ſiue hanc

De fano valde probo rationē tuam. ſi hortos non inuenis. Scire debeas fuiſſe in animo Ciceronis hortos emere, & in iis dicare Fanū filiæ: nunc cenſet Atticus ſi non inuenit hortos, vt dicaret alibi, probat conſilium Cic. ſi horti non reperientur. Celebritatem) Vt huiuſmodi horti pateant omnibus. Iuxta illud de triuio, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.

Conficias) Pares. In Scapulæ) Hortis. Propinquitas) Loci, iuxta vrbem. Prę terea) Si emis in ꝓpinquo, es in vrbe, non extra. Vbi ſis) Locus eſt. Totum diem) Conſumes. ſed frueris vrbe & villa. In villam) In ruſticum receſſum. Si nihil erit) Si nihil a te fiet de his hortis. Eo progrediar) In tm̄ prouehar garriendo & nugādo. Stomachere) Indigneris, nauſeam cōtra has ac me repoſconem voces. Corduba) Quæ eſt in vlteriori Hiſpania vltra Bethim fluuiū.

Multa) Epigrāmata, eruditę & ſcitę inſcriptiones. ἐς ἀποθέωσιν) In dedicationē fani. Loco) Frequētia hortenſi vbi ponat̄ ara vel ſtatua filię. Qui ad me nihil literarū) Subintellige dederis. Alij codices habēt, quia. Aberro) Auferor ex faucibus doloris tāq̄ leonis. Cognato) An filiū Quinti, an patrē? Minor) Iunior ꝓpter Balbū patruū ſeniorē. Obſcure) Cautius.

Acrimonię) Scribēdū, ægrimoniæ, hoc eſt dolori. vox Plautina. Expreſſit illđ Ouidianum, Vix habet in nobis iam noua plaga locū. Mihi quidē) Iure impoſuit, qui anſam dedi, aut aliquid tale. Eſt Apoſiopeſis figura indignātibus grata. Tenēdus) Ne erūpat in conuicia. Neceſſe nihil eſt) Qui liber es. Prouideri) Occurrere magna animi firmitate atq; conſtantia cōtra linguas malignorum.

Firmitatem) Vetus lectio, firmitate. Grauius) Malignius, acerbius. Quid literarum) Quod ſcribendi genus aggreſſus ſū, tūc videbūt me fortem ac magnanimū.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime libe- raliſſima, doctoq; homine digniſſima, laudari me etiã oportere. Sed cũ ego faciã omnia, quæ facere poſſim ad me adiuuandũ: tu effice id, quod video te non mi nus, q̃ me laborare. Hoc mihi debere videor, neq; le- uari poſſe niſi ſoluero aut videro me poſſe ſoluere .i. locũ, qualẽ volo, inuenero. Hęredes Scapulę, ſi iſtos hortos (vt ſcribis) tibi Othonem dixiſſe, partibus quatuor factis, liceri cogitãt, nihil eſt ſcilicet emptori loci, ſin vęnibunt, quid fieri poſſit videbimus. Nã ille locus publicanus qui eſt Trebonii, et Cuſini, erat ad me allatus: ſed ſcis areã eſſe, nullo pacto probo. Plo- ciæ ſane placent, ſed non puto eſſe venales. De Druſi hortis q̃uis ab his abhorreas (vt ſcribis) tamen eo confugiã, niſi quid inueneris. Ædificatio me nõ mo- uet, nihil enim aliud ædificabo, niſi id quod etiã ſi il- los nõ habuero τόμυς. mihi ſic placuit, vt cętera An- tiſthenis hominis acuti magis q̃ eruditi.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TAbellarius cũ ad me ſine literis tuis ve- niſſet, exiſtimaui tibi eã cauſam nõ ſcri- bẽdi fuiſſe, ꝙ pridie ſcripſiſſes ea ipſa, ad quę reſcripſi hac epiſtola. Expectarã tamẽ aliquid de literis Aſinii Pollionis, ſed nimiũ ex me ociũ expecto, q̃q̃ tibi remitto, niſi qd neceſſe erit, nec ne habeas ſcribere, niſi eris valde oci- oſus. De tabellariis facerẽ, quod ſuades, ſi eſſent vllæ neceſſarię literę (vt erãt olim) cũ tamẽ breuioribus diebus quotidie reſpondebãt tẽpori tabellarii: & erat aliquid Silius, Druſus alia quædam, nunc niſi Otho extitiſſet, quid ſcriberemus, non erat. Ipſum dilatum eſt, tamen alleuor, cum loquor tecum abſens: multo etiã magis cũ tuas literas lego. Sed quoniã etiã abes (ſic enim arbitror) & ſcribendi neceſſitas nulla eſt conquieſcent literæ, niſi quid noui extiterit.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QValis futura ſit Cæſaris vituperatio contra laudationem meam perſpexi ex eo libro, quem Hirtius ad me mi- ſit, in quo colligit vitia Catonis, ſed cũ maximis laudibus meis. itaq; miſi librum ad Muſcam, vt tuis librariis daret. Volo eñ eum diuulgari: quod quo facilius fiat, imperabis tuis

Abèrrationẽ) Fugã. Sol- uero) Orã Circes, aut Loto- phagos. Liceri) Appreciari, emi. Loci) Occaſionis, Cõ- moditatis. Vęnibunt) Pro- mercales erũt. Quid fieri) le- ge, quod. Cuſini) Nomẽ ꝓ- priũ. Publicanus) Vectigalis reip. Clodię) Horti. Eo cõ- fugiam) Vertã me illuc, eos emã. Qđ etiã) Ædificarem.

**Liceri.**

Nõ habuero) Poſt hęc Aldi ni codices κυςῶς habẽt. i. na- ctus. Antiqu⁹ codex τόμυς hoc eſt tractat⁹. Placuit) An- tiſthenis Tomos, de quo Epi- grãmaticus poeta, Tomosq; vilis. Antiſthenis) Fuerũt quatuor ꝑclari Antiſthenes, vn⁹ Atheniẽſis Socratis diſci- pulus ꝑceptor Diogenis, ſcri- pſit de Magica. Fuere & alii tres, vn⁹ de ſchola Heracliti, alius Epheſius: tertius Rho- dius hiſtoricus. Diogenes au- ctor. Antiſthenes Sybarita nobilẽ veſtẽ elaborauit, ĩ qua varij dij & terrę erãt depictę. Hãc quotãnis in Lacinię Iu- nonis tẽplo ſuſpẽdi miraculi cauſa ſolebat, quã a Dionyſio Syracuſano Carthaginenſes cxx. emerũt, Auctor Ariſto- teles de admirãdo auditu. De primo reor intelligere Cic.

**Tomos.**

**Antiſthenes**

**Antiſthenes**

Argumentũ. CCLIII.

**PIVS.**

EXPEctauerat aliquid de Pollionis literis, ta- bellariũ mitteret ſi ne- ceſſitas occurreret. Othonis horti ꝓuidẽdi. TABEL- larius) Diſtincta eſt hęc apri- ori epiſtola. Scripſiſſe) Lege ſcripſiſſes verit⁹ tautologian. Tabellariis) Ad te deſtinã- dis. Reſpondebãt) Lege, re- ſpõdebat. Aliqd) Materiæ ad ſcribẽdũ. Silius) Sermo de Silio dabit occaſionem.

Argumentũ. CCLIIII.

**PIVS.**

DVBITAT Atticus ne Ciceronis gratia latendo minuatur, re- ſpõdet, mox de Cæſaris An- ticatonibus, qui cum ſum- ma Ciceronis laude prodie- runt. QVALIS) Diuiſa a ſuperiori quoque corpore epi- ſtola. Vituperatio.) Anti- catones. Eo libro) Cæſa- ris. Colligit) Cæſar. Im- petrabis) Dic imperabis, tu- is, videlicet librariis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

συμβουλευτικὸν, ſæpe conor, nihil reperio: & quidē nihil habeo, niſi ἀριστοτέλους πρὸς ἀλέξανδρον, ſed quid ſimile? Illi & quæ ipſis honeſta eſſent ſcribebant, & grata Alexandro, & quid tu eiuſmodi reperis? Mihi quidē nihil in mentem venit. Quod ſcribis te vereri, ne & gratia, & authoritas noſtra hoc meo mœrore minuatur: ego quid homines, aut reprehendant, aut poſtulent, neſcio. Ne doleam? qui poteſt? ne iaceam? quis vnq̄ minus, dum tua me domus leuabat? Quis a me excluſus: quis venit, qui offenderetur? Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD Aſturā ſum a te profectus. Legere iſti læti, qui me reprehendunt, tam multa non poſſunt, q̄ ego ſcripſi, q̄ bene nihil ad rem, ſed genus ſcribendi id fuit quod nemo abiecto animo facere poſſet. XXX. dies in hortis fui. Quis aut congreſſum meū, aut facilitatem ſermonis deſiderauit? Nunc vbi ſum ea lego, ea ſcribo: vt ii, qui mecū ſunt, difficilius ocium ferant, q̄ ego laborem. Si quis requirit a te, cur Romæ nō ſim, quia diſceſſum eſt: cur non ſim in his meis prædiolis, quæ ſunt huius temporis, quia frequentiam illam non facile ferrem. Ibi ſum igitur, vbi is, qui optimas Baias habebat, quotānis hoc tempus cōſumere ſolebat. Cum Romam venero, nec vultu, nec oratione reprehendar. hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi. Conſtantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur. De hortis Scapulæ hoc videt̄ effici poſſe, aliud tua gratia, aliud noſtra, aut præconi ſubiiciantur. id niſi fit, excludemur: ſin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis noſtra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo ſcribis: non eſt in eo. Faberiana modo res certa ſit, tuq; enitare, quod facis. qđ volumus, conſequemur. Quod quæris quādiu hic. paucos dies, ſed certū non habeo, ſimulac conſtituero, ad te ſcribā, & tu ad me quādiu in ſuburbano ſis futurus. Quo die ego ad te hæc miſi, de Pilia, & Attica mihi quoq; eadem, quæ ſcribis, & ſcribuntur, & nunciantur.

συμβουλευτικόν) Deliberatiuū genus dicendi videlicet. *Symbuleuticon.*

Nihil habeo) Qđ reperiā, amiſi vires dicendi ac materiā. Alij codices habēt, Et quidem mecum habeo ἀριστοτέλους, hoc eſt Ariſtotelis ad Alexandrum. Quid ſimile) Habet illa materia cū mea? Iſti) Ariſtoteles & cæteri ad Alexandrum ſcribentes.

Eiuſmodi) Quid tale in Cæſare reperies gratum Cæſari & honeſtum? Laudari regia dignitas poteſt, Tyrannis nō poteſt. In mentem venit) Quid in Cæſare laudem, qui patriam oppreſſit. Qui poteſt) Quomodo fieri poteſt? res naturalis eſt dolor. Qui cum accentu circūflexo ſcribitur. Iaceā) Me ipſum cōtemnam. Quis vnq̄ min⁹?) Remedium ſibi afferre potuit videlicet ne iaceret. per interrogationem pronunciādum. Tua domus) Florens fortuna tua mihi dolorem exhauriebat, nunc meæ ſimilis afficit ac dolorem auget. erat funeſta (vt apparet) Attici domus.

Argumētum. CCLV.

REPRENditur a ſciolis ꝙ latitat. extare ocii ſui rationem ait, quod ſcribit ea quæ mirifice poſteritati proderunt. Se vēturum Romam, inquit confirmatum, ſed hilarem, quoniam irrecuperabilis eſt hilaritas. De hortis Scapulę & reliquis nonnulla. AD Aſturam) Epiſtola diuerſa ſuum caput habens. Facilitatem) Sine auſteritate, ruſticitateve vlla adeuntes admiſi. Nō ipſum) Scribe, nūc vbi ſum. *PIVS*

Diſceſſus) Beroaldus & recte ſcribit diſceſſum eſt. quia Roma diſceſſi ne habear inconſtans, non venio Romā.

Sunt huius temporis) Pertinent ad hoc tempus anni. Erant eñ molles & frigidiuſculi. Baias) Baianū tuſculū, hoc tamen illi præponebat.

Condiebam) Temperabā.

Aliud) Precium minuere gratia & auctoritate tua cum Scapula, & ego non nihil efficiam mea. Niſi) Melius erit vt auctioni ſubiiciat, ac plura offerenti diſtrahat. Ad tabulam) Inſtrumētum emptionis, vnde tabelliones. Vincemus facultates) Offeremus plura q̄ poſſimus. Cupiditate) Emacitate. In eo) Propoſito non perſeuerat. Euitare) Scribendum, enitare. Quādiu hic) Erimus. *Tabula.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NIhil erat quod ſcriberem, ſcire tamen volebã, vbi eſſes: ſi abes, aut abfuturus es, quãdo rediturus eſſes: facias igitur velim me certioré. Et quod tu ſcire volebas, lego. Quãdo ex hoc loco, poſtridie Iduũ Lanuuii conſtitui manere, inde poſtridie in Thuſculano, aut Romæ, vtrũ ſim facturus, eoipſo die ſcies: Scis q̃ ſit φιλάιτιος συμφορά minime vito quidé, ſed tamen auide ſum affectus de Fano, quod niſi (nó dico effectũ erit) ſed fieri videro, audebo hoc dicere, & tu (vt ſoles) accipies: incurſabit in te dolor meus non iure ille quidé, ſed tamen feres hoc ipſum, quod ſcribo, vt omnia mea fers, & tuliſti. Omnes tuas conſolationes, vnã hãc in ré velim conferas. Si quęris qd opté: primũ Scapulę, deinde Clodiæ, poſtea ſi Silius nolet, Druſinus ager, inde Cluſini & Trebonii. Puto Terétium eſſe dominũ Rebilliũ fuiſſe certo ſcio. Sin auté tibi Thuſculanũ placet, vt ſignificaſti quibuſdã literis, tibi aſſentiar. hoc quidem vtiq; perficies, ſi me leuari vis, qué iam etiã grauius accuſas, q̃ patitur tua conſuetudo. Sed facis ſummo amore, & victus fortaſſe vitio meo. Sed tñ ſi me leuari vis, hęc eſt ſumma leuatio. Vel, ſi verũ ſcire vis, vnã Hirtii epiſtolam ſi legeris, quę mihi quaſi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quã Cæſar ſcripſit de Catone, facies, quid tibi viſum ſit, (ſi tibi erit cõmodũ) me facito certioré. Redeo ad fanũ: niſi hac æſtate abſolutũ erit, quã ré vides integrã reſtare, ſcelere me liberatũ nó putabo: nullũ. a te deſideraui diem literarũ. Videbã enim, quę ſcribis: & tamé ſuſpicabar, vel potius intelligebã nihil fuiſſe, qđ ſcriberes. Ad. VI. Iduũ vero & abeſſe te putabã, & plane videbã nihil re habere. Ego tamé ad te fere quotidie mittã. Malo enim fruſtra, q̃ te nó habere, cui des; ſi qd forte ſit, qđ putes me ſcire oportere. Itaq; accepi. VI. Iduũ literas tuas inanes. Quid eñ habebas, qđ ſcriberes? Mihi tñ illud, quicqd erat nó moleſtũ fuit: nihil aliud ſcire me noui, niſi te nihil habere: ſcripſi tñ neſcio quid de Clodia. Vbi ergo ea eſt aut quãdo ventura? Placet mihi res ſic, vt ſecũdũ Othonem nihil magis, ſed neq; hãc venditurã puto. Delectatur enim & copioſa eſt: & illud alterum, q̃ ſit difficile, te nó fugit: ſed obſecro enitamur, vt aliquid ad id qđ cupio, excogitemus. Ego me hinc poſtridie exiturum puto: ſed aut in Thuſculanũ, aut domum,

## Argumentum. CCLVI.

PIVS.

AVIDE eſt affectus Fano de quo ſuperiꝰ. Cõſolationes omnes reſpuit, hortos cupit, latibulũ doloris ſui. NIHIL erat) Epiſtola iſtæc a ſuperiori ſeiũgẽda. Futurus) Lectio emẽdatior, abfuturꝰ. Lego) Studeo, percũctor doctos. Quãdo ex hoc loco) Sum diſceſſurus. Vtrum) Quod ex duobus potiꝰ. φιλάιτιον) Lege φιλάιτιος, hoc eſt querula calamitas. Incurſabit) Incurret. Attuliſti) Legendũ & tuliſti. Omnes tuas) Principium clauſulæ ſequentis. Vnam hanc in rem) Ad dolorem meum leniendum. Scapulæ) Hortos. Si volet) Vendere volo Silianos. Druſus aget) Scribunt nõnulli, Druſinus ager, hortus Druſinus poſt Silianũ mihi placet. Iniuſte) Vetus lectio Inde Cuſini, ſubintelige mihi placent horti. Summa leuatio) Vltimum leuamenti mei remediũ. πρόπλασμα) Præcurſoria materia. Vituperationis) Anticatonum. Scripſi) Legendum, ſcripſti, pro ſcripſiſti, vt dixti pro dixiſti, iſta dictionum eclipſis etiam Ciceronem delectauit. Melius tamen leges ſcripſit & ad Cæſarem referes qui ſcripſit contra libros Ciceronis in Catonis laudem compoſitos. Certiorem) Quid de libris his effeceris. Niſi) Ordo, Fanum niſi hac æſtate abſolutum erit, ſcelere me liberatum non putabo, quam rem vides integram reſtare. Quæ ædificatio Fani non modo non eſt perfecta, ſed eſt integra, vix videlicet incœpta. Clodia) Horti Clodiæ. Res) Horti. Secundum) Poſt. Interpellatione) Moleſtiis impedientibus generoſos heroicosq; conatus.

Philætica. Incurſare. Proplaſma. Secundum.

ASCENſius

ASCENSIVS. Si Silius volet) Lego nolet, vt ſit, ſi Silius nolet, ſc; vẽdere hortos ſuos aut agrum ſuũ Druſinus ager placet, qui nõ placeret ſi Silius vellet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

inde fortaſſe Arpinũ, cum certũ ſciero, ſcribam ad te. Venerat mihi in mentẽ monere te, vt id ipſum, quod facis faceres. Putabam enim cõmodius te idem iſtud domi agere poſſe, interpellatione ſublata. Ego poſtri die Iduũ (vt ſcripſi ad te ante) Lanuuii manere conſtitui, inde aut Romæ, aut in Thuſculano: ſcies autem vtrunq;. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVod ſcis recte illã rẽ fore leuamento, bene facis, cũ id efficis (mihi crede) perinde vt exiſtimare tu non poſſes. Res indicat quãtopere id cupiã, cum tibi audeã confiteri, q̃uis non ita id te probare arbitrer: ſed ferẽdus tibi in hoc meus error, ferendus? immo vero etiam adiuuandus. De Othone diffido, fortaſſe, quia cupio: ſed tamen maior etiã res eſt q̃ facultates noſtræ: præſertim aduerſario, & cupido, & locuplete, & hęrede. Proximum eſt, vt velim Clodiæ, ſi iſta minus confici poſſunt, effice quiduis. Ego me maiore religione, q̃ quiſq̃ fuit vllius voti obſtrictũ puto. Videbis etiã Trebonianos, etſi abſunt domini. Sed, vt ad te heri ſcripſi, conſiderabis etiã de Thuſculano, ne æſtas effluat, quod certe nõ eſt committendũ. Et Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me ſcripſiſſe facile patior. Fecit enim humane, & eius epiſtolam ad me nõ miſiſſe multo facilius: tu enim etiã humanius. Illius librum, quẽ ad me miſit de Catone, propterea volo diuulgari ab tuis, vt ex iſtorũ vituperatione fit illius maior laudatio. Quod ꝑ Muſtelã agis, habes hominẽ valde idoneũ, meiq; ſane ſtudioſum. Iam inde a Pontiano. Perfice igitur aliqd. Quid aũt aliud? niſi vt aditus ſit emptori, quod per quẽuis hęredẽ poteſt effici. Sed Muſtelam id perfecturum, ſi rogaris, puto: mihi vero locũ, quem opto ad id quod volumus, dederis. & pręterea illa Silii, & Druſi nõ ſatis οἰκοδεσποτικὰ mihi videtur. Quid enim ſedere totos dies in villa iſta? Igitur malim primũ Othonis, deinde Clodiæ. ſi nihil fiet, aut Druſo ludus eſt ſuggerẽdus, aut vtendũ Thuſculano. Quod domi te incluſiſti. ratione feciſti. ſed queſo cõfice, & te vacuum redde nobis. Ego hinc, vt ſcripſi antea, poſtridie Iduũ Ian. deinde poſtridie in Thuſculano. Cõtudi.n. animũ, & fortaſſe vici, ſi modo ꝑmãſero. Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummũ perendie. Sed qd eſt q̃ſo? Philotimus

Argumentũ.CCLVII.

DE HIRTII epiſtola ſympathetica nõnulla, mox de Anticatone promulgando, vt ex eorũ vitupatione laus Catoni accreſcat. ad hortos deĩde trãſit. De Sexto Põpeio mox agit.

PIVS.

QVOD Scis) Epiſtola noua. Recte illam rẽ fore) Ad illum negociũ pertinere de hortis, quo leuamen doloris mei affuturũ ſpero. In illam rem) Ad Hortenſe negociũ.

Leuamẽto) Iũge cũ fore, qd ſperabis recte fore leuamẽto in illã rẽ. Cũ id eſſet) Scribẽdũ, cũ id efficis. Perinde vt) Supra q̃. Exiſtimare tu nõ poſſes) Nũq̃ cogitare poſſes quãtum boni efficias hoc agẽdo. Q; id non ita) Priſca exemplaria, Q;q̃ id non ita. Diffido) Vendituru. Maior res) Emptio hortorũ & preciũ. Aduerſario) Qui cõcurrit in emptione & grãdi precio licitatur. Maiori religione) Voto in hoc loco, & reatu voti. Iuxta illud Plautinum, Religio fuit denegare nolui. Scio alias opinari religionẽ apud Plautũ poni pro metu quem ſecutus eſt Maro illo verſu, Iam tum relligio pauidos terrebat agreſtes. Relligio hic ponitur pro metu ne incurrat ſcelus. Supra. ſcelere me liberatum non putabo.

Religio.

Domini) Hortorũ, villicos coge tibi oſtẽdere. συμπαθῶς) Miſeranter. Meiq; ſtudioſum) Vetus lectio, Mei ſane ſtudioſum. Iam inde) Qui Muſtela mihi fauere cœpit ex quo in Pontiano negocio illum adiuui. in cauſa videlicet cõtra neſcio quem Pontium. Perfice) Dum calet Muſtela, quem poſtea oppugnauit Cicero in Philip. & alibi Taxiarches, id eſt ductor ordinis in militia dicitur. Aditus ſit emptori) Intrare in poſſeſſionem poſſit emptor, ad quam eum promouere poteſt quis hæres. erant horti hęreditarii. Pręterea) Deformis area, quomodo ſuppleretur, reperire non potui. οἰκοδεσποτικὰ) Patriſfamilias officia. Summũ) Ad ſummũ plus minꝰ.

Oecodeſpotica.

negat Catínę Pópeiũ teneri,qua de re literarũ ad Clodiũ Patauinũ miſſarũ exéplũ mihi Oppius & Balbus miſerãt:ſed id factũ arbitrari, bellũq; narrat reliquũ ſatis magnũ.ſolet oíno eſſe Fulminaſter:ſed tñ ſiquid habes mitte. Volo etiam ſcire de Gabiniano naufragio,quid ſit.ego hic duo magna σωντάγματα abſolui. Nullo em̃ alio modo a miſeria quaſi aberrare poſſũ. Tu mihi,etiã ſi nihil erit qđ ſcribas,qđ fore ita video, tñ idipſum ſcribas velim,te nihil habuiſſe,qđ ſcriberes, dũmodo ne his verbis. De Attica optime ἀκηδία tua me mouet.Et ſi ſcribis nihil eſſe.In Tuſculano eo cõmodius ero,ꝗ & crebrius tuas literas accipiã,& te ipſum nõnũq̃ videbo. Nã cętera q́dẽ ἀνεκτότερα erant Aſturę,nec hęc,quę me refricãt,hic me magis angũt, et ſi tamen vbicũq; ſum,illa ſunt mecum.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Cæſare vicino ſcripſerã ad te, quia cognorã ex tuis lr̃is,eũ Quirini malo q̃ Salutis.Tu vero peruulga Hirtiũ, id em̃ ipſum putarã,qđ ſcribis, vt cũ ingeniũ amici noſtri ꝓbaret̃ ὑπόθεσις vituperãdi Catõis irrideret̃. Vincã(opinor)animũ: ex Lanuuio pergã in Tuſculanũ, aut em̃ mihi in perpetuũ fundo illo carẽdũ eſt(nã dolor idẽ manebit tã tũmodo ſocius)aut neſcio,q́d interſit, vtrũ illuc nũc veniã,an ad decẽ annos.Neq; em̃ iſta maior admonitio,q̃ quibus aſſidue cõficior & dies & noctes. Quid ergo inquies? Nihil literę in hac quidẽ re? Vereor,ne etiã cõtra,nã eſſem fortaſſe durior.Iſto em̃ animo nihil agreſte, nihil inhumanũ eſt. Tu igit̃,vt ſcripſiſti, nec incõmodo cũ tuo, vel (binę em̃ tãtũ potuerũt literę) occurrã etiã,ſi neceſſe erit,ergo id quidẽ,vt poteris.De Muſtella,vt ſcribis,et ſi magnũ opus eſt,eo magis delabor ad Clodiã,q̃q̃ in vtroq; Faberianũ nomẽ explorãdũ eſt: de quo nihil nocuerit,ſi aliquid cũ Balbo eris locutus.Et q́dẽ,vt res eſt,emere nos velle, nec poſſe ſine iſto nomine, nec audere incerta. Sed quãdo Clodia Romę futura eſt,& quãti rẽ æſtimas? eos prorſus expecto,nõ quin illud malim,ſed magna res eſt, & difficile certamen cũ cupido, cũ locuplete, cum hærede, etſi de cupiditate nemini concedam,

Nec Catini) Beroaldo placet,Negat Catinę.De Sexto Põpeio intelligit,q Piraticã exercẽs mare infeſtum habebat, Siciliãq; occupauerat, q poſtea victus eſt ab Octauio & Agrippa.

Fuluiaſter. Fuluiaſter)Fuluii amicus.Beroaldus contra opinionẽ Laurẽtij Vallen

Fulminaſter Fulminaſter,emẽdat,tãq̃ fulmina, hoc eſt panicos terrores iaceret. σωντάγματα) Opa animi arcana. Ne his verbis) Sed diuerſis vt tecũ

Acedia. garrire valeã. ἀκηδία) Incurioſitas. ἀνεκτότερα) Tolerabiliora.

Argumentũ.CCLVIII.

PIVS. LITERÆ & ſtudiũ nõ leuãt,nõ exonerãt animũ Ciceronis læſum, ſed augẽt dolorẽ.epiſtolę Attici valde leuant & corroborant. De Muſtellę hortis,Hirtio. Anticatonibus, Attica.

DE CÆSARE Separãdę hoc ordine ſunt literę vt nos ordinauim⁹. Eũ) In oib⁹ codicibus,quos ad hãc vſq; diẽ legerim turpe caluitiũ ineſt ſi ſomniare liceret, diuinarẽ, q poteſ ſic emẽdarẽ. Eũ vicinũ Quirini mallo. Execrat̃ Cęſarẽ,vt quẽ haſtę Romuli donet q tãq̃ pater vrbis haſtã in Cęſarẽ vibrare deberet. Iuxta illđ Catullianũ i eũdẽ Cęſarẽ.Cynede Romule,hęc videbis & feres.Huc vergit illud Satyri Aqnatis,Nec galeã quaſſas, nec terrã cuſpide pulſas. Peruulga)Legũt aliq perurge,iſta. Defendo puulga ex ſupioribus Hirtii librũ volo diuulgari ab tuis, vt ex iſtorũ vitupatione ſit illi⁹ maior laudatio. Inferi⁹)Hirtii librũ diuulga. Amici)Cęſaris eloquẽtia ac animi vigor incredibilis. ὑπόθεσις)Subiectũ, materia. Et Lanuuio) Scribẽdũ ex Lanuuio. Oci⁹) Dic ſoci⁹. An ad decẽ annos) Q m̃pinde hinc ad decẽ ãnos dolebo,vt nũc doleo. Nihil literę)Proficiũt. Ne etiã cõtra)Ne obſint lr̃ę. Durior) Magis apathea,& dolori impenetrabilis ſi literas nõ callerẽ,quę ꝓpter ociũ ac vitã vmbraticã animos molliũt & faſcinãt. Iuxta illđ Ouid. Scilicet ingenuas animum excoluiſſe per artes Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Alibi) Et ſtudio mores conuenienter eunt. Iſto animo) Docto & vmbratico. Tu igitur)Cõſolare me frequenter. Incommodo) Commodo cum tuo ſcribe. Occurram) Prouocabo te ſcribentem,Scribenti ſuperuenientibus noſtris interpellabo. Id quidẽ) Scribere. Nomen) Pecunia debita,æs alienũ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cæterís rebus ínfírmíores ſumus. Sed hęc corã Hírtíí librũ (vt facís) díuulga. De Phílotímo ídẽ & ego arbítrabar. Domũ tuã pluris vídeo futuram vícino Cæſare. Tabellaríum meũ hodíe expectamus. nos de Pylía & Attíca certíores facíet. Domí te líbẽter eſſe facíle credo: ſed velím ſcíre, quíd tíbí reſtet, aut íam ne confeceris. Ego te ín Tuſculano expecto, eoq; magís ꝙ Tíroní ſtatím te venturũ ſcrípſiſtí, & addídíſtí, te putare opus eſſe. Sentíebam omníno quantũ míhí pręſens prodeſſes: ſed multo magís poſt díſceſſum tuũ ſentío, quã ob rẽ, vt ante ad te ſcrípſi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, quod lícebít.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

HErí nõ multo poſt q̃ tu a me díſceſſiſtí, puto qdã Vrbaní (vt vídebãtur) a me mãdata, & líteras attulerũt, a C. Marío Cn. Fílío multís verbís agere mecũ, per cognatíonẽ, quę míhí ſecũ eſſet, per eũ Maríũ, quẽ ſcrípſiſſem, per eloquẽtíã L Craſſi auí ſuí, vt ſe defenderẽ, cauſamq; ſuã míhí perſcrípſit. Reſcrípſi patrono íllí níhíl opus eſſe, quoníã Cæſarís ꝓpínquí eíus omnís poteſtas eſſet, virí optímí, & homínís líberalíſſimí, me tamen eí fauturũ. O tẽpora fera, cũ dubítet Curtíus Cõſulatũ petere. Sed hęc hactenus.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Tírone míhí curę eſt, ſed íã ſcíã quíd agat. Herí eñ míſi, quí vídere, cuí etíã ad te líteras dedí. Epíſtolã ad Cæſarem tíbí míſi. Hortí, quã ín díem proſcríptí ſínt, velím ad me ſcríbas. Vt me leuarat tuus aduẽtus, ſic díſceſſus afflíxít. Quare cũ poterís, íd eſt cum Seſtíí auctíoní operã dederís, reuíſes nos, vel vna díes míhí erít vtílís: quíd dícã gratíus? Ipſe Romã veníre, vt vna eſſemus, ſi ſatís conſilíũ quadã de re haberem. Tíronẽ habeo cítíus, q̃ verebar. Venít etíam Nícías, & Valeríum hodíe audíebã eſſe venturũ, q̃uís multí ſint, magís tamẽ ero ſolus, q̃ ſi vnus eſſes. Sed expecto te a Peduceo vtíq;. Tu autẽ ſignífícas alíquíd etíam ante, verũ íd quídem, vt poterís. De Vírgílío, vt ſcríbís. hoc tamen velím ſcíre, quãdo auctío. Epíſtolã ad Cæſarẽ mittí, vídeo tíbí placere. Quíd quęrís? Míhí quoq; ídẽ maxíme placuít, & eo magís, ꝙ níhíl eſt ín ea níſi optímum, & optímí cíuís: ſed íta optímí, vt tempora, quíbus parere omnes

Cæterís rebus.) Pecunía neruo rerũ. Quod licebit) Facere poteris.

Argumentũ. CCLIX.

DETEſtatur tempora ſua, quibus bonis in vrbe nec locus nec ſecuritas, hęc cõprobat Allato Mari cuiuſdam exemplo. HERI non multo) Hoc eſt alterius epiſtolę principium. Cn. Corfinio) Emẽdat Beroaldus, Cn. filio. Scripſiſſem) Literis poſteritati commẽdaſſem. Propinqui) Affinis. Cęſar eñ Marianus fuit. quare circũfertur celebre Syllæ dictũ, Cæſari multos Marios ineſſe. O tempora fera) Vetus litera, O tẽpora. o mores. Exclamatio Ciceronis in Catilinam, ad quam reſpexit Epigrammaticus poeta ſic,

Dixerat, O mores, O tẽpora Tullius olim
Sacrilegum ſtrueret cũ Catilina nefas.

Quid ſi ſcribas? O tempora fea, Barbara videlicet, horrida, immania tẽpora, quibus vitiis patent honores, ſtrumę dibapho veſtiuntur, aſini volãt, aquilæ repũt. Cicer. libro. 1. in Catilinam, O tempora, O mores. Senatus hoc intelligit. Conſul videt, hic tamen viuit.

PIVS.

In tempora noſtra.

Argumẽtum. CCLX.

TIRO Ciceroni curæ eſt, De hortis iterat. Ab Attici pſentia expectat noua certiora. Cõſulit Titum an ad Cæſarem ſcribenda ſit quædam epiſtola. Nõ vult debere, potius proſcribere. DE TIRONE) Seiũge a ſuperioribus, Proſcripti) Venales facti. Leuarat) Exonerauerat. Auctioni) Publicæ venditioni. Vel vna) Saltem vna dies ponitur vtiliter, cætera effluunt. Satis conſilium) Si conſiliũ cœpiſſem de re quadam noſtra. Solus) Alludit illi dicterio Africani, ſed a contrario declamat, nunq̃ minus ſolus ſum q̃ cũ maxime ſum ſolus. Significat Cicer. quod illis non magis lætetur q̃ ſi non adeſſent. Vtrum) Scribe, verum. Auctio) Fiet.

PIVS.

πολιτικοὶ.) Ciuiles viri. Pro repudiatione) Qui ſimulat, repudiat, diſcedere vult ab amico q cauſas quęrit. De Cerelia) Ante hæc in Aldinis codicib⁹ ſunt hæc verba græca τοῦτο δὲ γνώσῃ, id eſt hæc vero intelliges. Debere) Qui debet infelix eſt vt græco prouerbio fertur. Perſcriptionem) Lege, proſcriptionem, hoc eſt hortorum venditionem. Hoc metuere) Ne proſcribantur. Alterum) Ne ſimulando vendete recuſent, vel quando vęneant.

Pręs.

Præs) Fideiuſſor in re pecuniaria.

Spinther.

Spintherem) Lentulum a ſimilitudine cuiuſpiam hoc nomine familia Lentulorū dicta. ἀπόγραφα vel ἀγιόγραφα) dele hoc ſecundum verbum.

Apographa.

Apogarpha latine deſcripta. Scripſerat Cicero latine orationes Demoſthenis & Æſchinis. has nunc intelligit. Quidam codices habent agiographa, hoc eſt ſancte ſcripta.

Agiographa.

Interpretatio & Argumentum. CCLXI.

PIVS.

EGO ET ſi nihil) Altera epiſtola breuitate Laconica. Poſtmeridianæ) Alii pomeridianæ, p poſtmeridianæ. Sic enim Cicero dici maluit.

Pomeridianum.

In lib. XIII. Argumentum. CCLXII.

PIVS.

ATTICVS inter Cicerones pariſicator interpoſitus. epiſtolam ſcripſerat caduceatoris vice fungentem. Quæ ſola vel nulla Q. ſeniorem ad fraternam charitatem, filium autem ad diſciplinam adducere poterat affectu domeſtico & ſanguine vnde abſq; proauis clarus erat, oppido cōdignam. Marcum quoq; Ciceronē ad frugem reuocabat.

πολιτικοὶ pręcipiūt, ſed ſcito ita nobis eſſe viſum, vt iſti ante legerent. Tu igitur id curabis: ſed niſi plane iis intelliges placere, mittenda non eſt. Id autem vtrum illi ſentiant, an vero ſimulent, tu intelliges. ſed mihi ſimulatio pro repudiatione fuerit. τοῦτο δὲ γνώσῃ. De Cerelia quid tibi placeret Tiro mihi narrauit, debere non eſſe dignitatis meæ proſcriptionem tibi placere, hoc metuere, alterum in metu non ponere. Sed & hæc, & multa alia coram. Suſtinenda tamen (ſi tibi videbitur) ſolutio eſt nominis Cereliani, dum & de Metione, & de Faberio ſciamus L. Tullium Montanum noſti, qui cum Cicerone profectus eſt. ab eius ſororis viro literas accepi Montanum Planco debere, quod pręs pro Flaminio ſit HS. XX. De ea re neſcio quid a Montano rogatum ſane velim, ſiue Plancus eſt rogandus, ſiue qua re potes illum iuuare, iuues. pertinet ad noſtrum officiū, ſi forte res tibi notior eſt, q̄ mihi, aut ſi Plancum rogandum putas, ſcribas ad me velim vt quid rei ſit, & quid rogandum ſciam. De epiſtola ad Cæſarē quid egeris expecto. De Silio non ita ſane laboro: tu aut Scapulanos, aut Clodianos efficias, neceſſe eſt, ſed neſcio quid videris dubitare de Clodia vtrum quando veneant, an ſint ne venales. Sed quid eſt, quod audio Spintherem feciſſe diuortium? De lingua latina ſecuri es animi: dices qui talia cōſcribis ἀπόγραφα ſunt, minore labore fiūt. verba tamen affero, quibus abundo.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

EGo, et ſi nihil habeo, quod ad te ſcribā, ſcribo tamen, quia tecum loqui videor. Hic nobiſcū ſunt Nicias & Valerius. Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortaſſe alteræ pomeridianę, niſi te Epiroticę literæ impedient, quas ego nō interpello. miſi ad te epiſtolas ad Martianū, & ad Montanum, eas in eundem faſciculum velim addas, niſi forte iam dediſti. Vale.

# SEQVITVR M. T. CICERONIS

Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER XIII.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD Ciceronem ita ſcripſiſti, vt neq; ſeuerius, neq; temperatius ſcribi potuerit, nec magis, q̄ quemadmodū ego maxime vellem. Prudentiſſime etiā ad Tullios. Quare aut iſta proficient, aut aliud agamus. De pecunia vero, video a te omnem diligentiā adhiberi, vel potius iam adhibitam eſſe. efficis enim, a te hortos habeo. Nec vero vllū genus poſſeſſionis eſt, quod malim, maxime ſcilicet ob eam cauſam, quæ ſuſcepta eſt, cuius feſtinationem mihi tollis, quoniā de ęſtate polliceris, vel potius recipis. Deinde etiā ad καταβίωσιν, mœſtitiāq; minuendam, nihil mihi reperiri poteſt aptius, cupiditas impellit me interdū, vt te hortari velim, ſed me ipſe reuoco. Nō enim dubito, quin quod me valde velle putes, in eo tu meipſū cupiditate vincas. Itaq; iſthuc iā ꝑfacto habeo. Expecto quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarē. Nicias te (vt debet) amat, vehementerq; tua ſui memoria delectatur. Ego vero Peduceum noſtrum vehementer diligo, nam & quāti patrē feci, totū in hunc ipſum perſequor, æque amo, atq; illū amaui, te vero plurimū, qui hoc ab vtroq; noſtrū fieri velis. Si hortos inſpexeris, etſi de epiſtola certiorē me feceris, dederis mihi quod ad te ſcribā: ſin minus, ſcribā tamen aliquid. Nunq̄ deerit, gratior mihi celeritas tua, q̄ ipſa res: quid enim indignius? Sed iam ad iſta obduruimus, & humanitatē oēm exuimus. Tuas literas hodie expectabā, nihil equidem, vt ex his noui. Quid enim? Verūtamē Oppio & Balbo epiſtolas deferri iubebis, & tamen Piſonē ſicubi, de auro Faberiꝰ, ſi venerit, videbis, vt tantū attribuatur, ſi modo attribuetur quantū debetur, accipies ab Erote. Ariarathes Ariobarzani filius Romā venit: vult opinor regnū aliquod emere a Cæſare. Nam quomodo nunc eſt, pedem vbi ponat in ſuo, non habet omnino. eum Seſtius noſter parœciis publicis occupauit, quod quidem facile patior. Veruntamen ꝙ mihi ſummo beneficio meo cum fratribus illius neceſſitudo eſt, inuito eum per literas, vt apud me diuerſetur. Ad eam rem cum mitterē Alexandrū, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducei, cum poteris: etſi impediet fortaſſe Faberius, ſed tamen, cum licebit. Dionyſius noſter

NEC Magis) Scribi potuit. Quēadmodū) Vt nō aliter deſiderarē, cōſiderandū hoc eſt verbū quēadmodū rarenter ita locari. Aliud agamus) Ne vlterius laterē lauemꝰ & podicē, vt (Gręci dicūt) abſtergeamꝰ. & Ægyptiū Deſperatis Hippocrates vetat adhiberi medicinā. Efficis) Quod cupio. Habeo) Spero me habiturū labore tuo.

Quemadmodum. Aliud agamꝰ

Sed potius) Dic vel potiꝰ.

Recipis) Onus tuum peculiare. καταβίωσιν) Tenuē victum vel depreſſionē vitæ interpretatur Aldus. Beroaldus vero meus vitæ deſperationē. Sui memoria) Q̄d eum ſępe in animū tuum reuoces, memoriā eius viridē conſerues. Dederis) Materiam mihi ſcribendi. Deerit) Scribendi viciſſitudo.

Catabioſis.

Piſonem) interpellabis.

Sicubi) Si aliqua via & modo. De auo) Prouidit.

Attribuatur) Faberio ſoluatur. Ariarathes) Cui pater auctore Maximo Valerio, regno ceſſit, ac nolenti diadema viuēs impoſuit. Pulchra concertatio, patris coronam imponere nitentis ac filii recuſantis. Pater huiꝰ fuit Ariobarzanes, quem Cicero libro. xv. Epiſt. fam. εὐσεβῆν & φιλορωμαῖον hoc eſt pium & amicum Romanorum appellat. Quomodo nunc eſt) Si regnum eius ſpectes, nihil eo ſpoliatius. Parœciis) Peregrinis ſiue vectigalibꝰ & attributis glebæ colonis, penſionibus aduentitiorum, incolatibus externorum, græce παροικία, a verbo παροικέω quod eſt incolo. Parœcia igitur. Sic enim, ſcribēdū eſt, pro incolatu ponit̃. Hieronymꝰ ad Ripariū. Miror ſanctū epiſcopū. in cuius parœcia eſſe pręſbyter dicit̃ acquieſcere furori eius. De parœcia an ſit incolatus lege Hieronymum ad Furiam.

Ariarathis regis exemplum. Parœcia.

Argumentū. CCLXIII.

DE Nominibus Titus dubitare Ciceroni videtur quod ad eum refert, Cicero vero non dubitat, in quo diligentiam Tito peculiarem notat.

PIVS.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

grauiter queritur, & tamē iure, a diſcipulis abeſſe tā diu, multis verbis ſcripſit ad me, credo item ad te, mihi quidem videtur etiam diutius abfuturus, ac nollē. Valde enim hominem deſidero. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

ATe literas expectabam nōdū ſcilicet, nam has mane reſcribebam. Ego vero iſta nomina ſic ꝓbo, vt nihil aliud me moueat, niſi quod tu videris dubitare. Illud enim nō accipio in bonam partē, quod ad me refers. Quid ſi ipſe negocium meum gererem / nihil gererem, niſi conſilio tuo: ſed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua ſemper vteris, q̃ ꝙ dubites de nominibus iſtis. Etenim Cœlium non probas, plura non vis, vtrunq; laudo. His igitur vtēdum, expers aliquando factus eſſet in his quidem tabulis. A me igitur omnia, ꝙ dies longiores, teneamus modo, quod volumus. Puto fore iſtam etiam a præcone diē, certe ab hæredibus. De Criſpo & Muſtella videbis, & velim ſcire, quæ ſit pars duorum. De Bruti aduētu eram factus certior, attulerat enim ab Ægypta libertus literas. Miſi ad te epiſtolam, quia commode ſcripta erat. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO. S,

HAbeo munus a te elaboratum decem legatorum, & quidem puto. Nam Silius anno poſt Quæſtor fuit, q̃ Conſul Mumius. Sed quoniā ſæpius de nominibus quæris quid placeat: ego tibi quoq; ſæpius reſpōdeo, placere. Siquid poteris cum Piſone, cōficies (Annius enim videtur in officio futurus) Veli ante poſſis, ſi minus vtiq; ſimul ſimus, cum Brutus in Tuſculanū veniet, magni intereſt mea, vna nos eſſe, ſcies autem, qui dies is futurus ſit, ſi puero negocium dederis, vt quęrat Spurium Mumiū, puta rem in decem Legatis fuiſſe, ſed videlicet εὔλογον fratri fuiſſe. Fuit enim ad Corinthū. miſi tibi Torquatum. Colloquere tu quidem cum Silio, vt ſcribis, & tu vrge. Illam diem negabat eſſe menſe Maio, iſtam non negabat. Sed tu, vt omnia, iſtuc quoq; ages diligenter. de Criſpo, & multis ſcilicet cum quid egeris, quoniam ad Bruti aduentum fore te nobiſcum polliceris, ſatis, præſertim cum hic tibi dies in magno noſtro negocio conſumatur. Vale.

---

Nomina.

AD Te literas) Idoneū alterius epiſtolę principiū a ſuperiori diuerſę. Noia) Debitores. Columella, Bona noia fiūt mala, ſi nūq̃ interpelles. Cic. ſeptima in Verrē actiōe, Pecuniā in noibus numeratā. Dubitare) Iuxta illud, Qđ dubites ne feceris. Ad me refers) Reiicis ad meū iudiciū de noib⁹. Plura) Verba ab ilio, vel ꝑte maiori onerē ſarcina. His vtendū) Noib⁹ etiā dubiis. A me oia Expedient cū Romā venero.

Teneamus) Modo hortos habeam⁹. Fore) Affore celerē. Diē) Certū tēp⁹. A ꝑcone) Qui auctionē iſtam hortenſem faciat. Certe) Saltē.

PIVS.

Argumentū. CCLXIIII.

HABEO) Alteri⁹ epiſtolę principium. Pōponius dono Tullio miſerat librum Romanarū gētilitatum ac familiarum. & cum eodem neſcio quæ, in quibus hærebat, euentila uerat. LABOratum) Priſca manus elaboratum, elucubratum videlicet ac euigilatū.

Puto) Ita eſſe vt ſcribis. Nā filius) In codicibus emendatis ita reperio. Nam Silius anno poſt quæſtor fuit q̃ Cōſul Mumi⁹. Animus) Dic Annius, forte Milonis filius, vel alius eodē nomine. Velim autem poſſis) Lectio vetus. Velim ante poſſit. Mumium) Inter decem Legatos, q forte miſſi ſunt Athenas pro iure decēuirali. nō tamen ita dixerim ex ſupputatione temporum & his quæ infra. Quinimmo fuit vt tēpora diuerſa, ita legatio diuerſiſſima. εὔλογον) Rationabile ſubintellige eſt. Fratri) Iniunctam hanc fuiſſe legationem, quoniam Mumius Achaicus tūc expugnabat Corinthum & Achæos, vel qđ Legatus fratri fuit, vt inferiora inuere videntur. Fuit) Illo tempore quo Legati miſſi ſunt. Perge) Scribēdum vrge hoc eſt Silium vt vendat. Et multis) Supple verbis nos admone cum qd egeris. gradatim nobis innue ſingula negocia quæ cōfeceris.

Mumius,

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE aquæ ductu probe feciſti,columnarium vide ne vllum debeamus:q̄q̄ mihi videor audiſſe iam illic commutatam eſſe legem.Piſoni quid eſt, quod honeſtius reſpondere poſſimus, q̄ ſolitudinem Catonis?nec cum hæredibus ſolum Herennianis:ſed etiam vt ſcis(tu enim mecū egiſti)de puero Lucullo,quam pecuniā tutor(nam hoc quoqꝫ ad rem pertinet)in Achaia ſumpſerat.Sed agit liberaliter,quoniam negat ſe quicq̄ facturum contra noſtrā voluntatem.Coram igitur(vt ſcribis)cōſtituemus: quemadmodū rem explicemus.Qꝫ reliquos cohæredes conueniſti,feciſti plane bene. Qꝫ epiſtolā meam ad Brutum poſcis:non habeo eius exemplum, ſed tamen ſaluū eſt,& ait Tyro te habere oportere: etſi, vt recordor, vna cum illius obiurgatoria tibi meā quoqꝫ quam ad eum reſcripſeram,miſi.Iudiciali moleſtia vt caream,videbis.Tuditanum iſtum proauum Hortenſii plane non noram,& filium,qui tum non potuerat eſſe Legatus,fuiſſe putaram.Mumium fuiſſe ad Corinthū pro certo habeo. Sæpe enim hic Spurius, qui nuper eſt mortuus,epiſtolas mihi pronunciabat verſiculis facetis,ad familiareis miſſas a Corintho:ſed nō dubito,quin fratri fuerit Legatus non in decem. atqꝫ hoc etiam accepi non ſolitos maiores noſtros legare in decē,qui eſſent Imperatorū neceſſarii,vt nos ignari pulcherrimorum inſtitutorum,aut negligentes potius,M.Lucullum:& L. Murenam, & cæteros ad L. Lucullum miſimus .Illudqꝫ ὀυλογώτατον , illum fratri in primis eius Legatum fuiſſe. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

OPeram tuam multam,qui & hæc cures, & mea expedias,& ſis in tuis multo minus diligēs,q̄ in meis.Seſtius apud me fuit,& Theopompus pridie . Veniſſe a Cæſare narrabat literas:hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere, cauſamqꝫ eam aſcribere,quæ erat in epiſtola noſtra, ne ſe abſente leges negligerētur,ſicut eſſet neglecta ſumptuaria.Eſt εὔλογον idqꝫ eram ſuſpicatus.Sed iſtis mos gerendus eſt, niſi placet hanc ipſam ſententiam nos perſequi , & Lentulum cum Metella feciſſe diuortium . Hæc omnia tu melius.Reſcribes,igitur quicquid voles, dūmodo

Interpretatio.CCLXV. PIVS.

DE Aquæ) Nouę Epiſtolæ principiū. Columnariū)Vectigalis & publici nomen,de quo Cæſar in Cōmentariis ac in quadā Epiſtola Beroaldus. Cælꝰ ſic exponit hūc locū,Colonariā conditionē in Decretis canonicis diſtinctione 87. & apud iuriſcōſultos eā accipio, quę ad rē ruſticā tractātes pertinet. vnde & colonarios in epiſtola Cęliana apud Ciceronem,humiliores intelligimꝰ hoies,forteqꝫ ruſticanas tribꝰ In Epiſtolis ad Atticū, colonariū eſſe arbitror vectigal quod pro re pēderetur ruſtica.In eundē ſenſum protulit hoc Cęſar libro ciuiliū bellorum tertio.Beroaldus aliter hic & apd̄ Cęſarē legit in quadā epiſtola, cuius hæc verba ſunt. Epicephalia ſunt tributa,quę viritim imponi ſolēt per capita.De hoc genere tributi ſic ſcribit Cęſar in.iii.cōmentario ciuilis belli Pōpeiani,In capita ſingula ſeruorū ac liberorum tributum imponebatur , vt oſtiaria columnariaqꝫ genera tributorum in ſingula oſtia & columnas. Colūnariū hic beroaldus legit non colonarium.

Columnariū.

Colonaria conditio

Locus Cæſaris

Beroaldi opinio.

Epicephalia.

Vide ne debeamꝰ.Berold. legit.Vide ne vllū debeamus. Nup eſt)Deeſt verbū mortuus. Verſiculis) Breuitate Laconica. Pro linea verſus Plinio iuniori Ciceroni,cęteris. Legatꝰ) Hic Spurius. Fratri)Aliud eſt eſſe Legatū ad Cęſarē,aliud Legatū Cęſaris.Labeo fuit Cęſaris legatus in Gallia,q rationes eius adminiſtrabat. ἐυλογώτατον) Rationabiliſſimū ſi dici poteſt,rationi valde cōgruū. Legatis)Scribe Legatum.

Verſiculus.

Eulogotatos

Interpretatio.CCLXVI. PIVS.

OPErā tuā)Per epiphonema pronunciandū. O operā tuam multā. Sumptuaria)De minuendo ſumptu in cibis emendis,quę leges cibariæ quoqꝫ dictæ,cenſorię videlicet,quæ cibos moderabantur. Gerēdus) Eorum negocia non curanda. Melius) Noſti qui reſides in vrbe.

Sumptuaria

nequid. Iam enim nõ reperio, quid te reſcripturũ putẽ, niſi forte de muſtella, aut ſi Silium videris. Brutus heri venit in Thuſculanũ poſt horam decimã. hodie igitur me videbit, ac vellem, tum tu adeſſes. Miſi equidẽ ei nunciari, te quoad potuiſſes, expectaſſe eius aduentum, venturũq;, ſi audiſſes, meq;( vt ſcribo )continuo te certiorem eſſe facturum. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NIhil erat quod ad te ſcriberem, modo enim diſceſſeras, & paulo poſt triplices remiſeras. Velim cures cras titulũ quęſtorũ deferendũ, & alicui des negociũ, qui quærat. Q. Faberii fundus nũquis in Põpeiano, Nolano venalis ſit. Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas, & a Philoxeno παναιτίου περὶ προνοίας. Te Idibus videbo cum tuis. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

COmmodũ diſceſſeras heri, cum Trebatius venit, paulo poſt cultius huc, ſalutandi cauſa, ſed mãſit inuitatus. Trebatium nobiſcum habemus. Hodie mane Dolabella. Multus ſermo ad multum diem. nihil poſſum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. Ventũ eſt tamen ad quædã multa ἄφατα, ἀδιήγητα. ſed vnum eiuſmodi, quod niſi exercitus ſciret nõ modo Tironi dictare: ſed ne ipſe quidem auderẽ ſcribere, ſed hactenus. εὐκαίρως ad me venit, cum haberẽ Dolabellam, Torquatus: humaniſſimeq; Dolabella, quibus verbis ſecum egiſſem, expoſuit: commodũ enim egeram diligentiſſime, quę diligentia grata eſt viſa Torquato. A te expecto, ſiquid de Bruto, q̃q̃ Nicias confectum putabat, ſed diuortium non probari: quo etiã magis laboro, idem quod tu. Siquid eſt enim offenſionis, hęc res mederi poteſt. Mihi Arpinũ eundũ eſt: nam & opus eſt conſtituta nobis ad illa prędiola, & vereor, ne exeundi poteſtas non ſit, cum Cæſar venerit, de cuius aduentu eam opinionẽ Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex literis Meſſalæ. cum illuc venero, intellexeroq; quid negocii ſit, tũ ad quos dies rediturus ſim, ſcribam ad te. Vale.

Neq;) Reſcribas de nõ emẽdis hortis. Alii interpretãtur ꝑ Terentia. Cũ tu adeſſes) Alii codices habent. Ac vellem tum tu adeſſes, quando ſcilicet me videbit.

PIVS. Interpretatio. CCLXVII.

NIHIL erat) Diuerſa Epiſtola, vt cuiuis facile videre licet. Cures eas) Lege, cras. Titulũ) Indicẽ ꝓſcribẽdorum vel noia exploratorum quos ad hortos diſptire volumus. Oliuetorum) Alii legũt hortorum, alii quęſtorũ, eorũ videlicet quos ad hortos venales inquirẽdos delegabimus.

Epitome. Epitomen) Brutus, vt ſuperius attigim⁹, librũ ſcripſit de Romanis familiis ſiue oratoribus, quem inſcripſit epitomen hoc eſt breuiariũ. παναιτίου) Panętii librum de prouidentia vel de officio. Panętius.

PIVS Interpretatio CCLXVIII.

Commodũ. COMmodũ) Statim. Diuidit a ſuperiori. Culti⁹ hic) Alii codices habẽt, Cęlius hic. Videtur tamẽ ex ſequentibus de ſolo Trebatio loqui. Quare cum Beroaldo, huc emenda tali ſenſu. Trebatius venit huc cultius, id eſt ornatius, comitatu videlicet honeſtiſſimo. ἐκτενέστερον) Contẽtius, extenſius. φιλοστοργότερον) Pientius, amantius. ἄφατα) Ineffabilia, inenarrabilia. Quæ) Lege quædã, quę ſecreta erãt & myſticotera, nec proferre licebat, ſed in ſinu habere neq; diſcingere, vt alibi a Cicerone dicitur. Multa) Et multa, quæ neq; ſint Eleuſinis, vt Gręci dicũt, ſymmyſtis cõmunicanda. Cum paucis debet ſapiens ſecreta cõmunicare, iuxta illud in Deuteronomio, Non arabis in boue ſimul & aſino, id eſt ſapiens & fatuus non ſunt iugandi. Exercitus ſciret) Omnibus notum eſſet. Ne ipſe quidem) Secreto, mihi ſoli cõſcius. εὐκαίρως) Tempeſtiue. Offenſionis) Iræ inter illos. Hęc res) Diuortium. Mederi poteſt) Tollere diſſenſiones, quæ ex illa affinitatate ortum habuerunt. Opus eſt) Subintellige Arpinum ire ad horam condictam. Conſtituta nobis illa) Emenda. Conſtituta nobis ad illa prædiola. Subintellige eſt hora, dies tempus melius, opus eſt nobis conſtitutis illis prædiolis, vt prædiorum prouentus conſtituantur ac ordinentur. Paulopoſt, ſed fuit faciendum vt conſtituerem mercedulam prædiorum. Secreta celanda.

## M. T. Cicero T. P. Attico S.

MInime miror te, & grauiter ferre de Marcello, & plura vereri periculi genera. Quis enim hoc timeret, quod neq; acciderat antea, nec videbatur natura ferre, vt accidere poſſet? Omnia igitur metuenda, ſed illud παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu præſertim me reliquũ Cõſularem. Quid tibi Seruius, quid videtur? q̃q̃ hoc nullam ad partẽ valet ſcilicet, mihi præſertim, qui nõ minus bene actum cum illis putẽ. Quid enim ſumus? aut quid eſſe poſſumus? domi ne? an foris? Quod niſi hoc mihi veniſſet in mentem iſta ſcribere, neſcio quę, quo verterem me, non haberẽ. Ad Dolabellã (vt ſcribis) ita puto faciẽdum κοινότερα quædã, & πολιτικώτερα, faciendũ certe aliquid eſt. Valde enim deſiderat Brutus, ſiquid egerit, curabis, vt ſciam: cui quidẽ q̃primũ agendum puto, præſertim ſi ſtatuit. Sermunculũ eñ omnem aut reſtrinxerit, aut ſedarit. Sunt enim qui loquãtur etiam mecum, ſed hæc ipſe optime, præſertim ſi etiam tecũ loquẽtur. Mihi enim eſt in animo proficiſci. XI. Calend. Hic enim nihil habeo, quod agam, ne hercule illic quidẽ, nec vſq̃: ſed tñ illinc hodie Spintherem expecto. Miſit enim Brutus ad me per literas, purgat Cęſarem de interitu Marcelli, in quem ne, ſi inſidiis quidẽ ille interfectus eſſet, caderet vlla ſuſpitio. Nunc vero, cum de Magio conſtet, nonne furor eius omnem cauſſam ſuſtinet? plane quid ſit, non intelligo. Explanabis igitur: q̃q̃ nihil habeo, quod dubitẽ, niſi ipſi Magio, quę fuerit cauſa amentię: pro quo quidem etiam ſponſor factus. & nimirum id fuit, Soluendo enim non erat, credo enim petiiſſe a Marcello aliquid, & illum, vt erat, conſtantius reſpondiſſe: ὄυ γὰρ ὄνειδος, credebam eſſe facile totum. Eſt aliud poſtea q̃ ſum a te diiunctior: ſed fuit faciendum, vt & conſtituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obſeruantiæ Bruto noſtro imponerem. Poſthac eñ poterimus cõmodius colere inter nos in Tuſculano. Hoc autem tempore, cum ille me quotidie videre vellet, & ego ad illum ire non poſſem, priuabatur omni delectatione Thuſculani. Tu igitur, ſi Seruilia venerit, ſi Brutus quid egerit, etiam ſi conſtituerit quando obuiam, quicquid deniq; erit, quod ſcire me oporteat, ſcribes. Piſonem, ſi poteris, conuenias. Vides q̃ maturũ ſit, ſed tamen, quod cõmodo tuo fiat. Vale.

Argumentũ. CCLXIX. PIVS.

MINIme miror) Secernatur hęc a ſuperiori epiſtola. παρὰ τὴν ἱστορίαν) Pręter hiſtoriam.

Me reliquum) Subintellige facis id eſt pręteris. Quid tibi Seruius) Excuſat ſe exẽplo Seruii & optimatum, qui vacillarunt omnes. Nullam ad partem) Nullo modo, Seruius errauit, errauit Cicero, igiť honeſte Cicero errauit.

Actum) A me errante nõ dico Seruio, ſed mũdo. Iſta neſcio quę) Tuſculanas quæſtiones, in quo genere Cicero dolorem ſuũ leuabat. Quo me verterem) Quid agerem Cicero alibi, Quo me vertã neſcio. Reſpondet Plautina perſona, ſi deos ſalutas, dextrouerſum cenſeo. κοινότερα) Cõmuniora. πολιτικώτερα) Ciuiliora. Sermunculum) Hominũ vocula. Hęc ipſe) Nouit Brutus, nihil ignorat Brutus ſi tecũ locutus eſt. Proficiſci) Diſcedere. Marcelli) Interfecti a Magio pręfecto fabrum Põpeii. In quem) Cęſarẽ principum clementiſſimũ, a quo Cicero reditũ impetrauerat.

Sermũculus.

Magius.

Furor) Magianus. In furorem & amentiam Magii referẽda eſt cauſa mortis Marcelli. ὄυ γὰρ) Non enim probrum. Sponſor factus) Declarat cauſam quare Magius Marcellũ interfecerit. Soluendo nõ erat) Magius. Aliquid) Mutuũ. Illum) Marcellum. Vt erat) Conſtans.

Eſt aliud) Latens cauſa mortis Marcelli. Diſiũctior) Subintellige, tacenda eſt cauſa latens. Sed fuit faciẽdum) Opera danda fuit vt agri mei prouentus ordinarem. Magnum onus obſeruãtiæ) Ne me Brutus obſeruare cogeretur, adire, ſalutare. Colere) Simul ętatem traducere, nunc lingua vernacula, ſimul gaudere dicit.

Quid) Aliquid egerit.

Obuiam( Eundum ſit Cęſari. Maturum) Accelerata præcepta tibi affero.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Interpretatio.CCLXX.

VALDE me momorderūt) Diuerſi corporis epiſtola eſt. Ligarianā) Hereditatē vel poſſeſſionē. Scripſero) Proſcripſero,venale propoſuero. Pręconium deferam) te magiſtrum emptionis faciam. De Varrone) Animi ad immortalitatē nati ſigna vides.Etenim Varro deſiderabat in primis dialogis inſeri Ciceronis,ſe facturū Cic.recipit cū ea cōponet quę Varronis pſonā admittere poterūt. φιλολογώτερα) Eruditiora ſubitellige,tēpeſtiue inſerā, προσφώνησιν) Nūcupationē,q̄ mihi op⁹ ſublime dicare nūcupati volebat. Fuit hoc diuinū op⁹ Varronis de lingua latina.

Philologotera.

Proſphoneſis.

Callipides.

καλλιπίδης) Callipides. hoc nomine accuſat Varronis tarditatem,qui vt ille cognomento κάπιθ, multa pollicebatur,nihil pręſtabat, & vt ait Terentius,qui ſedulo mouens ſeſe, nihil promoueret. Cum ſignificare voluimus hominē facere minantem,neq; facientem,Callipidem vocam⁹, a Tragœdo in tragica actione claro,& Ageſilai tempore percelebri, auctor Plutarch. in Apophthegmatis. Vtebatur hic Callipides veſtitu exquiſitiore atq; cultiore, inceſſu pompatico,in proſcenio proſiliebat crebro,mox reſiliebat non vltra cubiti longitudinem progrediens.Vnde natū prouerbium de ſatagente,nec tamē proficiente aut abſoluente quod inceperat,vt Callipides diceret.Trāqllus in Tiberio Cęſare,ad extremū vota pro itu & reditu ſuo ſuſcipi paſſus vt vulgo iam per iocum Callipides vocaretur,quē curſitare,ac ne cubiti quidē mēſurā progredi prouerbio græco notatum eſt.Hoc ante nos præceptor Philippus Lynceus interpres interius olfecit. Ad hunc Plutarchus infit Ageſilaum reſpondiſſe ita dicentem.Num agnoſcis me Rex,nec qui ſim audiſti? Ageſilaus contemplatus hominem, An non tu es inquit Callipides ille Dicelicta? quod hoc nomine vocant Lacedæmonii mimos.Callipidis meminit Ariſtophanes in Nephele,indicans hanc dictionē ab equis eſſe deductā. Cubitū) Nā callipides ille menſurā cubiti nō procedebat,auctore Plutarcho. Parabam) Ad ἐπικάρπιον, vt par pari redderē. αυτῷ τῷ μέτρῳ) Ipſa menſura & melius. Aliter dicitur ἴσον ἴσῳ ἐπιφέρειν. Tamē magis ad beneficii penſationem referendū quod ait Heſiodus, αυτῷ τῷ λώϊον αἴκε δύνηαι,aut menſura eadē aut melius ſi facultas ſuppetit,ac fœcūdos agros imitandos. Prouerbii Lucianus meminit in Imaginib. αἴκε δύνηαι,ſi poſſis.Sic enim legendū,non ἀκαδημίην,literarū confinio & grecę linguę inſolentia ſeculo turpiſſime labante.Integer verſus Heſiodicus erat. ἀυτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον,αἴκε δύνηαι.Nā Mēſura eadē metiēdū, & maiore mō poſſis.Nō teneor lege Heſiodi,qm̄ nō poſſum.Cicero lib.i.Officiorum,Quod ſi ea acceperis maiore menſura, ſi modo poſſis, iubet reddere Heſiodus,quid nam beneficio prouocati facere debemus? περὶ τελῶν) De finib⁹ cōpoſitionē vel opus. Deſpondimus) Dicauimus tanq̄ ſpōſam proco penelopęo.Fuit enim Brutus grauiſſimus philoſophus,ſi neſq; philoſophię op⁹ illō excutit. Nō nolle) Brutū cupere. ἀκαδημικήν) Academicos lib. Tūc illius fuit opinionis. ἀντιόχεια) Ex opinione Antiochi philoſophi, vel ſectā Antiochi ſequētia, q̄uis ꝓprie Platonē vt p̄cipuū ducē intueant̄,nō nihil tn̄ adhęrēt Antiocho.Mox Cic.ob repudiū Terētiæ Varronis ꝓpinquę,vel ob aliā cauſam propoſitū mutauit,& Academicos Lucullo dicauit, Antiochus Aſcalonita,de quo hoc in loco meminit Cicero,ex vetere Academia dicēdi peritiſſimus, Luculli pręceptor auctore Plutarcho,Cicero vero Philonē eodem tēpore e noua ſectabat̄. Freqūēs pręterea inter eos diſputatio.quare Cicero librū edidit cōtra veterē academiā,qui Lucullus inſcribitur,vbi dat ei partes veteris, ipſe nouā tuetur. Lucullo) Cui deſpōſuri decreueramus academicos libros. Alibi) Noui operis fœtura. Reponemus) Reddemus honorē ſuum.Reponere Plauto ac cæteris eſt reſtituere.

Philippi laus.

Dicelicta.

Ipſa menſura & meli.

Antiochus.

Reponere.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VAlde me momorderūt Epiſtolę tuæ de Attica noſtra, eædē tamen ſanauerunt. Quod enim te ipſe cōſolabare eiſdē literis,id mihi erat ſatis firmū ad leniendā ægritudinē. Ligarianā præclare vendidiſti:poſthac quicquid ſcripſero,tibi pręconiū deferā. Quod ad me de Varrone ſcribis,ſcis me antea orationes,aut aliquid id genus ſolitū ſcribere, vt Varronē nuſq̄ poſſem intexere.Poſtea autē q̄ hæc cœpi φιλολογώτερα:nam Varro mihi denunciauerat magnā ſane & grauē προσφώνησιν. Bienniū præteriit,cum ille καλλιπίδης aſſiduo curſu cubitū nullū proceſſerit.Ego autē me parabā ad id, quod ille mihi miſiſſet, vt αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον,ſi modo potuiſſem. Nam hoc etiā Heſiodus aſcribit αἴκε δύνηαι. nunc illā περὶ τελῶν σύνταξιν ſane mihi probatam,Bruto(vt tibi placuit)deſpondimus,idq; eum non nolle mihi ſcripſiſti.Ergo illam ἀκαδημικήν,in qua homines nobiles illi quidē,ſed nullo modo philologi,nimis acute loquuntur,ad Varronem transferamus.Etenim ſunt ἀντιόχεια,quę iſte valde probat. Catulo & Lucullo alibi reponemus,ita tamen, ſi tu hoc probas,deq; eo mihi reſcribas velim. Vale.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Brutiniana auctione accepi a Veſtorio literas, ait ſine vlla controuerſia rem ad me eſſe collatam, Romę videlicet, aut in Thuſculano me fore putarunt, ad. VIII. Calēdarũ Quintil. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni coheredi meo, vel Labeoni noſtro, paulum proferāt auctionē, me circiter Non. in Thuſculano fore cum Piſone. Erotē habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus, dies adeſt. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

COmmotus tuis literis, quòd ad me de Varrone ſcripſeras, totam Academiā ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, tranſtuliq́ʒ ad noſtrum ſodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor. grādiores ſunt omnino, q̄ erant, ſed tamen multa detracta. Tu autem mihi peruelim ſcribas, quid intellexeris illum velle. Illud vtiq́ʒ ſcire cupio, quę intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, niſi forte Brutus id ei deteſtabatur, ſed tamen ſcire peruelim. Libri quidem ita exierunt (niſi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere, ne apud Gręcos quidem ſimile quicq̄. Tu illam iacturam feres æquo animo, ꝙ illa, quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt, multo tamen hæc erunt ſplendidiora, breuiora, meliora. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NVnc autem ἀπορῶ quo me vertam. Volo Dolabellę valde deſiderāti placere, nec reperio quid, & ſimul αἰδέομαι Τρῶας. neqʒ ſi aliud quid potero μέμψιν effugere. aut ceſſandum igitur, aut aliquid excogitādum. Sed quid hęc leuia curamus? Attica mea obſecro te quid agit? quæ me valde angit. Sed crebro reguſto tuas literas. in his acquieſco, tamen expecto nouas. Bruna libertus cohęres noſter ſcripſit ad me velle, ſi mihi placet, cohęredes, ſed Sabinũ Albũ ad me venire, id ego plane nolo: hęreditas tāti non eſt, & tamen obire auctionis diē facile poterũt (eſt enim. III. Iduum) ſi me in Thuſculano poſtridie Nonarũ mane cōuenerint. Qꝫ ſi latius volent proferre diē, poterũt: vel biduum, vel triduũ, vel, vt videbitur: nihil enim intereſt. Quare, niſi iam profecti ſunt, retinebis hoīes.

Interpretatio. CCLXXI. PIVS.

DE Brutiniana) Diuide ac ſeuelle a ſuperiori hanc epiſtolā prępoſtere coagmentatā. Auctione) Venditione. Proferāt) Ampliēt atqʒ dilatēt, procraſtinētur. Toto pectore) Senſibus omnibus cōgruētibus παντὶ στήθει, gręce dicit.

Interpretatio. CCLXXII. PIVS.

COMMOtus) Notũ epiſtoliũ. Perſuaſus inquit literis tuis quibꝰ mecũ agebas de Varronis deſiderio, ſuſtuli Catulũ & Luculiũ nobiliſſimos viros de præſidio Academiæ, ac Varronem noſtrum ſubſtitui. Sed erāt) Lectio vetus. Sed tamen. ζηλοτυπεῖσθαι) Obtrectari. Brutum) Scribe Brutus in recto caſu. Id) Hoc opus. Ei) Apud Varronē. Deteſtabatur) Deuouebat vt merus Stoicus. φιλαυτία) Amor ſui, quē amorē ꝓpriũ vulgo dicũt. Philautia. Cōis) Promiſcue cōplectēs oēs. Simile) Sit.

Interpretatio. CCLXXIII. PIVS

NVNC aũt) Epiſtolę nouę principiũ. ἀπορῶ) Dubito. αἰδέομαι Τρῶας) Vereor Troianos, ne in me videlicet populꝰ latret. μέμψιν) Accuſationē, querelā. Agit) Annominationē facit in verbo agit & angit. Reguſto) Retracto, relego. Alibi idem, & latinus Atticiſmus reguſtādus. Brima) Vetus lectio Bruna prefert. res leuicula. Obire diē) Obſeruare. Auctionis) Cum vēdetur hęreditas. Si me) Tamen neceſſario alloqui voluerint. Proferre diē) Procraſtinari. Vel biduũ) Proferre. Tempus enim quandoqʒ ſententiam maturat, vnde ab illo philoſopho vocatum eſt ſapientiſſimum, quoniam omnia perficiuntur in tempore. Nam mora dat vires, inquit Ouidius, etiam Epicharmus, Tempus conſultorem optimum refert. Triduum Proferatur, ego digitum leuabo. Vt videbitur) Etiam Maius tempus prorogent. Intereſt) Noſtra quantum prorogetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

De Bruto ſi quid erit, de Cęſare ſiquid ſcies pręterea, ſcribes. Illud etiam, atq; etiam conſideres velim, placeat ne tibi mitti ad Varronem, quod ſcripſimus, etſi etiam ad te aliquid pertinet. nam ſcito te ei Dialogo adiunctum eſſe, tertium opinor. Igitur conſideremus, etſi nomina iam facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVid agit obſecro te, Attica noſtra? nam triduo abs te nullas acceperam. Nec mirũ, nemo enim venerat, nec fortaſſe cauſa fuerat. Itaq; ipſe quid ſcriberẽ non habebam, quo autẽ die has Valerio dabã, expectabam aliquem meorum, qui, ſi veniſſet, & a te quid attuliſſet, videbam non defuturum, quid ſciberem. Nos cum flumina & ſolitudinem ſequeremur, quo facilius ſuſtentare nos poſſemus, pedem e villa adhuc egreſſi non ſumus: ita magnos & aſſiduos imbres habebamus. Illam Academicen σύνταξιν totã ad Varronem traduximus, quæ modo fuit Catuli, Luculli, Hortenſii. Deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον non videbatur, quod erat hominibus nota, non illa quidem ἀπαιδευσία, ſed in his rebus ἀτριψία, ſimulac veni ad villam, eoſdem illos ſermones ad Catonem Brutumq; tranſtuli. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ECce tuæ literæ de Varrone. nemini viſa eſt aptior ἀντιοχεία ratio, ſed tamen velim ſcribas ad me primũ, placeat ne tibi aliquid ad illum. Deinde, ſi placebit, hoc ne potiſſimum. Quid Seruilia, iam ne venit? Brutus etiam quid agit, & quando? de Cæſare quid auditur? Ego ad Nonas, quemadmodum dixi. tu cum Piſone ſiquid poteris. de Sexto expectabam Roma aliquid, non imperaſſem igitur aliquid tuis, nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut ſi aliquid egit, & quid a Cęſare. Sed quid iſta, quę minus curo? Attica noſtra quid agat, ſcire cupio, & ſi tuæ literæ (ſed iam nimis veteres ſunt) recte ſperare iubent, tamen expecto recens aliquid. Vale.

Si quid erit) Quod ſcias, vbi locorũ ſit, qua parte mũdi cõſeruator vrbis futurus, heros degat. Virtus ac honeſtas duę potentiſſimæ conciliatriculæ, quoniã inquit Horatius, virtus tua fecit amicũ. Nam inter bonos eſt dare ſymbolum. Quod ſcripſimus) Academicos libros.

Induci. Ei) Tertio. Nomina) Interlocutores. Induci) Deleri nouis ſuperadditis.

Interpretatio. CCLXXIIII.

PIVS. QVID Agit) Alterius epiſtolę initium. Cauſa) Scribendi, quare ad nos ſcriberes. Defuturum) Mihi. Flumina) Pręripia fluminum viridantia, locum videlicet fluuiatilem ſequebamur, vt frueremur, frui tamen non potuimus. Academicen) Academicum opus. Traduxim⁹) Tranſtulimus a Lucullo ad Varronem. Hortenſi) Mox ad eoſdem tranſtulit, vt hodie titulus oſtendit, ad nos e barbarię naufragio enatantes, ſemilaceri peruenerũt ii libri. Deinde) Ordo. Deinde ſimulac veni ad vil ã, eoſdẽ illos ſermones ad Catonẽ Brutũq; tranſtuli, quia præter decorum non videbatur, quoniam erat nota illis hominibus, Catoni videlicet ac Bruto, nõ illa ruditas, ſed pertinacia. ἀπαιδευσία) Apedeuſian Academicorum nõ appellat, ſed perſeuerantiam vel pertinaciam. Nõ ſunt rudes, nec ex imperitia dicunt Academici, ſed pertinaci conſtantia.

Interpretatio. CCLXXV.

PIVS. ECCE tuę) Mutato cõſilio meo ſuperuenerũt literæ tuæ quæ ad Varronem opus Academicũ transferebant. Viſa eſt) Tibi nemini magis conuenire hęc ratio, id eſt materia Academica q̃ Varroni.

Antiochæa. ἀντιοχεία) Academia noua, i qua diſputans ac pro illa propugnans introducitur Antiochus. Aliquid ad illũ) Varrronem inſcribi. Placebit) Deſponderi. Hoc ne potiſſimum) Deſpondeam. Ad Nonas) Veniam Romam. De Sexto) Pompeio, quem ſupra dixi eſſe Catinę. Imperaſſem) Beroaldus imperaſſem. Quid a Cæſare). Agitur.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

VIdes propinquitas quid habet, nos vero conficiamus hortos. Colloqui videbamur, in Thuſculano cum eſſem, tanta erat crebritas literarum: ſed id quidem iam erit. Ego interea admonitu tuo perfeci ſane argutulos libros ad Varronem: ſed tamen expecto quid ad ea, quæ ſcripſi ad te. primum quid intellexeris eum deſiderare a me, cum ipſe homo πολυγραφώτατος nunq̃ me laceſſiſſet, deinde q̃ ζηλοτυπεῖν. Multo Hortenſium minus, aut eos, qui de Republica loquuntur. plane hæc mihi explices velim. In primis maneas ne in ſententia, vt mittam ad eum, quæ ſcripſi, an nihil neceſſe putes, ſed hęc coram.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

COmmodum diſceſſerat Hilarus librarius .IIII. Calendarum, cui dederam literas ad te, cum venit tabellarius cum tuis literis pridie datis, in quibus illud mihi gratiſſimum fuit, ꝙ Attica noſtra rogat te, ne triſtis ſis, quodq; tu ἀκίνδυνα eſſe ſcribis. Ligarianam (vt video) præclare authoritas tua commendauit. ſcripſit enim ad me Balbus, ac Oppius mirifice ſe probare, ob eamq; cauſam ad Cæſarem meam ſe oratiunculam miſiſſe. Hoc igitur idem tu mihi antea ſcripſeras. In Varrone iſta cauſa me non moueret, ne viderer φιλόδοξος: ſic enim conſtitueram, neminem includere in dialogos eorum, qui viuerent: ſed quia ſcribis, & deſiderari a Varrone, & magni illum æſtimare, eos confeci, & abſolui, neſcio q̃ bene: ſed ita accurate, vt nihil poſſet ſupra. Academicam omnem quæſtionem libris quatuor in eis, quæ erant contra ἀκαταληψίαν præclare collecta ab Antiocho Varroni dedi, ad ea ipſe reſpondeo. Tu es tertius in ſermone noſtro. Si Cottam, & Varronem feciſſem inter ſe diſputanteis, vt a te proximis literis admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον eſſet. hoc in antiquis perſonis ſuauiter fit, vt &

Interpretatio. CCLXXVI.

VIDES propinquitas) Altera epiſtola, i qua dolet diſceſſum, quē e Thuſculano fecit, quoniam crebrum & quotidianũ colloquium erat ſibi cum Attico. Conficiamus hortos) Negocium hortorum expediamus. Id erit) Crebritas & frequentia. Rem de propinquioribus hortis expediemꝰ. Quæ ſcripſi) Reſcribas nũ Varroni placeat iſtud opꝰ an aliud. Primum) Reſcribe. Quid itellexeris) An a Varrone ſenſeris aliquid a me expectari. πολυγραφώτατος) Multę ſcriptionis vir. Quã ζηλοτυπεῖν) Quãtum Antiochenis afficiatur & Academicis. Alii legunt, Quid qd a me expetat Varro ſciſcitare. Zelotypin Aldus exponit obtrectare, cõtrario ſenſu an Varro Stoicus Academicis detrahat. Multo) Minus in dialogis meis Hortenſiũ loqui facio q̃ faciebam. Ad eum) Varronem.

PIVS.

Polygraphotatos.

Interpretatio. 277.

COMMODũ) Alia epiſtola. Commodũ aduerbium ſignificat ſtatim. ἀκίνδυνα) Innoxia, ſine periculo. Ligarianã) Villam quam Cicero ab Attico proſcribi voluit, a cuius auctoritate pluris venit, de qua ſupra fit mẽtio. φιλόδοξος) Ambitioſus. Conſtituebã) Lege, cõſtitueiã. Sed quia & deſiderari) Deeſt verbum ſcribis. ſed quia ſcribis & deſiderari. Illum) Varronem. ἀκαταληψίαν) Incomprehenſibilitatẽ. Academici dicebant omnia in dubiũ venire, nihil comprehendi, aut explorato ſciri poſſe. Interrogati an nix eſſet alba, reſpondebant, poteſt eſſe ꝙ ſic, & põt eſſe ꝙ non. Quæ Fauorinus in Academicos egregie diſputãs, iuſto volumine collegit. κωφὸν πρόσωπον) Perſona muta, quarta in ordine. ſup qua Horatius, nec quarta loqui perſona laborẽt, ſuperius affatim. Eſſe) Scribendum, eſſet. In antiquis) Quoniã perſonę, quæ ſupra ætatem noſtram floruerunt, introducũtur, ne aliquid ambitioni vita dediſſe videretur. Aliquãdo fumũ ementes ac vendentes nos dibapho ſtrumas veſtiẽtes, liberales auidiſſimos appellamus, & ſcorta ſcortea Penelopas, aut nugaciſſimi poetæ, Tria vipereo fecimus ora cani. Luimus mendaciorum pœnas, digni flagello Hieronymi, qui virgineum ſacrę ſcripturæ ſermonem, fuco Ciceronis oblinebat.

PIVS.

Philodoxos.

Acatalepſia.

Cophon Proſopon.

Heraclides.

Heraclides) Intelligit de Heraclide Pontico philoſopho, qui Athenas ad Platonem cõceſſit, deinde Ariſtotelẽ audiuit. Reliquit ingenii monimenta & dialogos auctore Cicerone, quæ nõ extant. vir fuit

Ponticus.
Pompicus.

mollioris habitus, vt pro Pontico Pompicus vocaretur. Auctor Laertius. Demetrius Magneſi⁹ tradit illũ nutriſſe draconem, iuſſiſſeq; eũ pheretro poſt mortẽ imponi, vt ex hoc putaretur ad deos migraſſe. Plures fuerũt Heraclidę, vt Lycius Sophiſta, qui coram Seuero principe ac eius aulicis extẽporaliter de-

Rhetorica ager.

clamaturus excidit, qui deceſſit octogenarius. Filiæ ſuperſtiti Rhetoricã nomine ex profeſſione emptũ octo talentis agrum reliquit.

Heraclides in multis, & nos ſex de republica libris fecimus. Sunt etiã de Oratore noſtri tres, mihi vehementer probati, in eis quoq; eæ perſonę ſunt, vt mihi tacendum fuerit. Craſſus enim loquitur, Antonius, Catulus ſenex, C. Iulius frater Catuli, Cotta, Sulpitius. Puero me hic ſermo inducitur, vt nullę eſſe poſſent partes meę. Quæ autẽ his tẽporibus ſcripſi, Ariſtotelicũ morem habent, in quo ſermo ita inducitur cęterorũ, vt penes ipſum ſit principatus. Ita confeci quinq; libros περὶ τελῶν, vt Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Piſoni daremus. ἀζηλότυπον id fore putarã, ꝙ omnes illi deceſſerãt. Hæc Academica (vt ſcis) cũ Catulo, Lucullo, Hortenſio contulerã, ſane in perſonas nõ cadebant. Erant enim λογικώτερα, q̃ inutilia, deus, omnia & iniqua viderẽtur. Itaq; vt legi tuas de Varrone tanq̃ ἑρμαῖον arripui. Aptius eſſe nihil potuit ad id philoſophiæ genus, quo ille maxime mihi delectari videtur, easq; parteis, vt non ſim cõſecutus, vt ſuperior mea cauſa videatur. Sunt enim vehementer ἀντιόχεια, quæ diligẽter a me expreſſa acumen habẽt Antiochi, nitorem orationis noſtrũ, ſi modo is eſt aliquis in nobis. ſed tu dandos ne putes hos libros Varroni, etiam atq; etiã videbis. Mihi quędam occurrunt, ſed ea coram. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

A Cæſare literas accepi cõſolatorias datas pridie Calendarum Maii Hiſpali, De vrbe augẽda quid ſit promulgatum, non intellexi, id ſane ſcire velim. Torquato noſtra officia grata eſſe facile patior, eaq; augere nõ deſinã. De vxore Tuberonis, & priuigna, neq; poſſum iã abdere (eſt enim res peruulgata) neq; Tuberonẽ volo defendere. Mirifice eſt enĩ φιλαίτιος. Theatrũ q̃dẽ ſane bellũ habuiſti. Ego & ſi hoc loco facillime ſuſtentor, tamen te videre cupio: itaq; (vt conſtitui) adero. Fratrẽ credo a te eſſe conuentum: ſcire igitur ſtudeo, quid egeris. De fame nihil ſane laboro, & ſi ſcripſeram ad te tũc ſtulte.

De Republica) In quo volumine introduco Scipionẽ & antiquos. De oratore) Ad Q. Fratrem, in quibus inducit Sceuolam, Craſſum, Antonium, qui eo puero deceſſerant, ipſeq; auctor Cicero tacet. Ex perſonæ) Et graues & antiquę. Puero me) Ineũte ętate. Ipſum) Sit loquẽdi principatus. Non excludit ſe Ariſtoteles vt Plato ſolet.

M. Antonio) Beroaldus legit M. Catoni. De Paradoxis intelligere nõ poteſt, q̃ Bruto dicant. De Thuſculanis min⁹ quę poſt mortẽ Catonis Bruto. περιπατητικὰ) Ariſtotelica. ἀζηλότυπον) Æmuloca rẽs interp̃tat Aldus, potẽs & inaffectatũ. æmulo carẽs melius quaſi dixerit, ſi de mortuis loquar, nõ inducã ze ũ ac ęmulationẽ nõ mouebo. Deceſſerãt) Obierãt: cũ mortuis nõ niſi laruę luctãtur.

Logicotera.

λογικώτερα) Rationabiliora vel ꝓbabiliora, q̃ inutilia. Oĩa de his pſonis Hortẽſio & Lucullo ſubtiliora inutiliter & iniquc. i. inepte dicunt, hoĩb⁹ videlicet Rhetoricis & q a ſubtilitate abſunt. Inutilia de his) Codices editionis Venetę, Deus habent, vt ſit Epiphonema quale illd̃ Catullianũ, Doctis Iupiter & laborioſis. De Varrone) Vt Varroni ſubtilia ſubtili dicarẽ. qm̃ pſonã decebãt. ἑρμαῖον) Inſperatũ lucrũ. Vt nõ ſim) q̃uis nõ ſim. Cõſecutus) Tamen nihil a nobis omiſſũ eſt quo apti eſſe videremur. Sũt eñ) Quę ſcripſi. ἀντιόχεια) Antiocho philoſopho ſimilia.

Iupiter.

Hermæon.

Interpretatio. 278.

PIVS.

A CÆSARE) A ſuperiori diſtinguẽda. Hiſpali) In Hiſpania. De Vrbe augenda) Inuictus Imperator nihil humile cogitabat. Iũge inferioribus. φιλαίτιος) Querulus. Theatrũ) Spectaculum cõuiuarũ.

Philætios.

Nihil enim melius) Scribe,Nihil enim minus.Fama enim non appètenda. ſed recte viuendum.Nil conſcire mihi,nulla palleſcere culpa. A noſtra) Emendandũ a recta. Tranſuerſum vnguem) Latitudine pollicari,paruo diſcrimine abeſſe debemus. Haud fruſtra) Non de nihilo igitur nos philoſophos appellas & putas,qui fama cæteriſq; affectibus non mouemur. Hæc in manibus habere) Hæc philoſophica,grauia videlicet ſancta ac ſeuera te in manibus habere,te ab illis non diſcedete. Δεδ'είχθαι) metuere.nolo imperitę turbę credas,quę omnia timet.Stoicus ac ſapiẽs eſto qui nihil timet.Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ. q̃uis tales ſtupidos dicat Ariſtoteles. Vt ei deſim) Famã cõtemnã a cõtrario declamauit Ouidius, Sed famæ vigilare iuuat. Quis noſter Homerum Illius æternum ſi latuiſſet opus?
Id agnoſci licet) Q. famæ nuncium remiſi. Vt) Quãtũ. Tenere) Scribe,Temnere. Poſt hoc verbum deſunt iſtę dictiones.μὴ γὰρ αὐτοῖς. nihil enim ipſis,ſubintellige iudiciis teneor. Iam iudicia, in quibus regnabam flocciſacio. Domeſtica) Terẽtiam, Quintũ, cæteras familiares tricas & curas. Non licet ſcilicet) Emẽdati codices habent ſcindere,vbi alii, ſcilicet non debemus ſentẽtiam noſtram ſcindere ac mutare,ſed tamen probo quę ſunt acta.
Nõ curari) Lege, nõ curare.

nihil enim mihi curandum eſt, atq; hoc, in omni vita ſua quéq; a recta conſcientia tranſuerſum vnguẽ non oportet diſcedere. Viden q̃ philoſophos haud tu nos fruſtra exiſtimas? Hæc in manibus habere,δεδέχθαι te nollem,quod nihil erat. Redeo enim rurſus eodẽ. Quicq̃ ne me putas curare in toto,niſi vt ei ne deſim? Id agnoſci licet,vt iudicia videar temnere,μὴ γὰρ αὐτοῖς. Vellem tã domeſtica ferre poſſem, q̃ iſta cõtemnere. Putas autem me voluiſſe aliquid,quod perfectũ non ſit? Non licet ſcindere ſententiam ſuam : ſed tamen, quæ tum acta ſunt,non poſſum non probare,& tamẽ non curare pulchre poſſum, ſicuti facio. ſed nimium multa de nugis. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

AD Hirtium dederam epiſtolam ſane grandem, quam ſcripſeram proxime in Thuſculano: huic,quam tu miſiſti, reſcribam alias,nũc aliis malo. Quid poſſum de Torquato, niſi aliquid a Dolabella? quod ſimulac,continuo ſcieris. Expectabam hodie, aut ſummum cras ab eo tabellarios, qui ſimulac venerint, mittentur ad te.A Quinto expecto. proficiſcens enim e Thuſculano. VIII.Calendarum, vt ſcis, miſi ad eum tabellarios. Nunc ad rem vt redeam. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. Eſt enim verbum totum nauticum, q̃q̃ id quidem ſciebam, ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cum inhiberi eſſent remiges iuſſi. id non eſſe eiuſmodi didici heri, cum ad villam noſtram nauis appelleretur. Non enim

Interpretatio.CCLXXIX.

AD HIRtium( Diuerſa epiſtola. Alias malo) Scribendum, aliis. De Torquato) Intelligere. A Dolabella) Audiuerim. Simulac) Cum primũ accepero. Scieris) Lege, Scietis,vos omnes. Summum) Ad ſummũ. Ad plus hodie barbare dicitur. Inhibere) Cicero libro primo de Oratore ſic ſcriptũ reliquit,Atq; etiam ſi quando in dicendo ſcriptum attulerit aliquid,cũ ab eo diſceſſerit,reliqua ſimilis oratio conſequetur,vt cõcitato nauigio, cũ remos ſuſtinuerunt, retinet tñ ipſa nauis motũ & curſum ſuũ,intermiſſo impetu pulſuq; remorũ. Sic in oratione perpetua cũ ſcripta deficiũt,parẽ tñ retinet oratio reliqua curſum ſcriptorũ ſimilitudine & vi concitata. Emẽdauit Attic⁹ illud verbũ ſuſtinuerũt,& ſubſtitui cẽſuit inhibuerũt,qđ primo adeo placuit Cicironi vt iudiciũ Põponii ſecutus eraſerit primũ,ſubdideritq; ſecũdũ,quã cẽſurã longo interuallo poſteritas eſt ſecuta.In oib⁹ eñ codicib⁹ inhibuerũt perperã,pro eo qđ eſt ſuſtinuerũt, ſcriptũ eſt. Cicero ꝓpugnat in hac epiſtola nihil immutari debere,qñ ſuſtinẽt remos,nõ inhibẽt nautę cũ orę ac portui appellunt qđ nauigãdi perito facile liquet.Dixit tñ Quintilian⁹ lib.12.Vnũ modo illa immẽſa vaſtitate cernere videmur M.Tulliũ,qui tñ ipſe q̃uis tãta atq; inſtructa naue hoc mare ingreſſus,cõtrahit vela,inhibetq; remos Ciceroni in Academicis quoq; placet verbũ ſuſtinet,cuius hęc verba ſunt.Ego vt agitator callid⁹ pri⁹ q̃ ad finẽ veniã,equos ſuſtinebo.Sed idẽ nũc trutina diligẽtiori hoc verbũ expẽdit,& hui⁹ fori iudicio ſtandũ eſſe decerno. Arriſerat) Placuerat obtutu primo. Diſplicet) Maturius conſiderãti. Inhiberi) Retardari nauigationẽ. Appelleretur) In portũ ſubduceretur. Alii cõtendũt dicẽdũ appelleret.

PIVS.

Summũ.

Inhibere.

Inhibere.

Appelli.

ſuſtinent, ſed alio modo remigant, id ab ἐποχῆς remotiſſimũ eſt: quare facies, vt ita ſit in libro queadmodũ fuit. Dices hoc idem Varroni, ſi forte mutauit. nec eſt melius quicq̃, q̃ vt Lucullus ſuſtineat currũ, equosq́ꝫ, vt bonus ſępe agitator. ſemperq́ꝫ Carneades προβολὴν pugilis, & retẽtionem aurigæ ſimilem facit ἐποχὴν ἑρμοδώρου. Inhibitio autẽ remigum motũ habet, & vehementiorẽ quidẽ remigationis nauem conuertentis ad puppim. Vides quãto hoc diligentius curẽ. q̃ aut de rumore, aut Pollione. De Panſa etiã, ſiquid certius. credo enim palam factũ eſſe. De Critonio, ſi quid eſſet: certe, ne de Metello, & de Balbino: Dic mihi, placet ne tibi primum edere iniuſſu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat: is, qui Platonis libros ſolitus eſt diuulgare: ex quo λόγοις ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. Quid illud? rectũ ne exiſtimas quicq̃ Bruto? cui, te authore προσφωνῶ. Scripſit enim Balbus ad me, ſe a te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe, in quo non ſane multa mutaui: ſed tamen quædam addidi. Tu autem cõmode feceris, ſi reliquos continueris, ne & ἀδιόρθωτα habeat Balbus, & ἕωλα Brutus. Sed hęc hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. Et ſi nũc quidẽ maxima mihi ſunt hæc. Quid eſt eñ aliud? Varroni quidẽ, quæ ſcripſi te authore, ita propero mittere, vt iam Romam miſerim deſcribenda. ea ſi voles, ſtatim habebis. Scripſi enim ad librarios, vt fieret tuis, ſi tu velles, deſcribẽdi poteſtas. ea vero continebis, quoad ipſe te videã. q̃d diligẽtiſſime facere ſoles, cũ a me tibi dictũ ſit. Quomodo autẽ fugit me tibi dicere? mirifice Cerelia ſtudio videlicet philoſophię flagrans, deſcribit a tuis. iſtos ipſos de Finibus habet. Ego autem tibi cõfirmo (poſſum falli, vt humanus) eã a meis librariis nõ habere. Nũq̃ eñ ab oculis meis abfuerũt.

Suſtinere remos.

Suſtinent) Remos cum appellunt portui. Sed rectis remis remigant, retinentes impetum nauis. Suſtinent) Cum diſtantiã oræ capientes ac animo concipientes leuatos remos librant, vt per ſe nauis ac conatus virtute prioris lente in portum veniat. Id) Remis rectis. Nauem moderari ab impetu, ne litori illideretur. ἐπέχειν) Inhibere. Ita ſit) Nihil mutetur in exemplari. Varroni) Miſerat enim ac dono dederat Varroni libros de Oratore. Suſtineat currum) Hic Atticus inhibeat emẽdauerat, vt eſſet a nauibus metaphora. Equorum enim currentiũ lora ſuſtinentur ne præcipitẽt in metas vt nauis in litus, cum curſu concitato expatiantur. Aduerte tamẽ cũ ſuperius diximus in libris de Oratore Atticũ mutaſſe ſuſtineat, ſubdito verbo inhibeat, nos ex hoc loco id non elicuiſſe. Verũ ſi in Academicis ſuſtineat, defenditur a Cicerone ac inhibeat ſubſtitutũ ab Attico eraditur, idẽ iudicari debet in libris de Oratore pari re ac exẽplo. Equos) Vt Fertur equis auriga, neq́ꝫ audit currus habenas. Sunt nõ inhibẽdi equi, ſed ſuſtinendi, ac ſenſim retinẽdi. Carneades) Nouæ Academiæ princeps. προβολὴν) Ingreſſum.

Retentio.

Retentionẽ) Suſtẽtationẽ, remorum. Inhibitio) Docet cur potius ſuſtinere dixerit. Vehementiorẽ quidẽ) Legẽdum, vehementiorẽ conatũ. Tunc enim cũ inhibent remos rectos celeriter alternãt ac inuicem mouẽt, ne nauis impetu acta illidat litori ac omnino quaſſetur. Ad puppim) In puppim. nauis cum erat in curſu roſtris rectis ac prora currebat in litus, inhibebant remorã crebritate, ac rectis frequẽtibus remigationib⁹, ſed puſillis: & conabant̃ ad oram puppim cõuertere, cui puppi primneſia addunt & retinacula. Hoc curem) Signate ſignificãterq́ꝫ loqui. Palam) factũ. Panſanũ negociũ. Edere) Promulgare opera mea. Hermodorus) Prouerbium his verbis erat λόγοις ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται, hoc eſt, Hermodorus ſermones venditat. Hermodor⁹ Siculus auditor Platonis. huic vitio datum eſt q̃ queſtui philoſophiã habuerit, dicta quę ſub pręceptore audiuerit colligẽdo, ac dein in Sicilia venditãdo Hæc ex libro Coloniarũ nuper inuento. λόγοις) Sermones Hermodori prouerbialiter dicit̃ de his q iniuſſu cõditoris opus alienũ promulgãt. λόγοισιν ἑρμόδωρος) legit Aldus. Quicq̃ Bruto) Dicari, deſponderi. προσφωνῶ) Nũcupo. In alia epiſtola, rectũ cẽſuiſti vt aliqd dicarẽ, nũc a te peto an huius ſis adhuc opinionis. A te) Te cõmodãte. Deſcripſiſſe) Copiaſſe hodie barbare dicunt. ἀδιόρθωτα) Munera indigna, quæ dona non dona ſunt niſi ſint bona. ἕωλα) Obſoleta, ſordida. περὶ μικρὰ) Circa parua ſollicitũ eſſe. Tuis) Librariis. Cõtinebis) Supprimes. Deſcribit a tuis) Tranſcribit a tuorũ librariorũ exẽplo. Eam me non habere) Mutila clauſula. Scribẽdũ ex veteri lectione, Eã a meis librariis non habere, Cerelia a te deſcripſit, a me nõ habuit.

Hermodorus vendit ſermones.

Deſcribere.

Tantũ puero aberat,vt binos ſcriberẽt, vix ſingulos confecerunt . tuorum tamen eo nullum delictum arbitror , itemq; te volo exiſtimare, a me enim prætermiſſum eſt vt dicerem,eos exire nondũ velle. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

HVI Q̃diu de nugis? De re enim nihil habeo,quod loquar. De Dolabella tibi aſſentior,cui hærebis , vt ſcribis,in Tuſculano. De Cæſaris aduentu ſcripſit ad me Balbus nõ ante Cal. Sextil. De Attica optime, quod leuius ac lenius, & q̃d fert εὐκόλως. Quod autem de illa noſtra cogitatione ſcribis,in qua nihil tibi credo ea, quæ noui, valde probo hominem,domum,facultates. Quod caput eſt,ipſum non noui,ſed audio laudabiliora. De Scrofa etiã proxime accedit ſiquid hoc ad rem. εὐγενέστερος eſt etiam,q̃ pater . Coram igitur,& propenſo quidem animo ad probandũ. Accedit enim ꝙ patrem(vt ſcire te puto) plus etiam,q̃ non modo tu,ſed q̃ ipſe ſcit,amo,idq; & merito,& iãdiu. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE Varrone non ſine cauſa quid tibi placeat,tam diligenter exquiro. Occurrunt mihi quædam,ſed ea coram. Nunc autem ἀσμενέστατα intexui , faciamq; id crebrius . Proximis enim tuis literis primum te id nõ nolle cognoui. De Marcello ſcripſerat ad me Caſſius antea τὰ κατὰ μέρος. Seruius rem acerbam . Ad prima redeo . Scripta noſtra nuſq̃ malo eſſe,q̃ apud te, ſed ea timui foras dari , cũ vtriq; noſtrum videbitur . Ego & librarios tuos culpa libero , neq; te accuſo , & tamen aliud quiddam ad te ſcripſeram. Ceteliam quædam habere, quæ niſi a te nõ potuerit. Balbo quidem intelligebam ſatisfaciendum fuiſſe,tãtũ nolebam,vt aut abſolutũ Bruto, aut Balbo inchoatũ dari. Varroni,ſimulac te videro (ſi tibi videbitur) mittam. Quid autem dubitarim, cum videro te,ſcies . Ad Tribunos ꝙ appelles,valde probo. Te de prædio auiæ exerceri, moleſte fero . De Bruto noſtro perodioſum,ſed vita fert. Mulieres autem vix ſatis humanę,quæ inimico animo ferãt, cum vtriq; officioſe pareat . Tulliũ Scribã nihil fuit,quod

Tantũ aberat) Tãtũ abfuit. mos loquẽdi perelegãs. Vix ſingulos cõfecerũt) Reſolue, vt vix ſingulos confecerint, hoc eſt deſcripſerint librarii noſtri. Eo) In eo,in ea re.

Argumentũ.CCLXXX.

HVI q̃diu) Epiſtolę ſequẽtis principiũ, qua relictis puſillis,hortat ſe ad meliora ſcribẽda. DE RE) Hyperbolicos ac operte rẽpublicã ſignificat,ac Cęſarẽ clãculum taxat. Cũ hęredis) Lege, Cui hęrebis, cũ quo ad me hoſpitẽ ad˙ris in Tuſculano meo. Non ante Cal.) Futurum aduentũ Cæſaris. Leuius) Se habet. Lenius) Mitius vexatur. εὐκόλως) Facile morbum. Quod caput eſt) Quod principale eſt & ante cuncta reſpiciendum. εὐγενέστερος) Generoſior. Ad probandum) Panſam ero.

PIVS.

Caput eſt.

Eugeneſteros.

Argumentũ.CCLXXXI.

DE VARROne) Eximatur ex aceruo confuſionis hæc epiſtola ſuiq; corporis fiat. Varronis quędam ſuſpicio Scripta ſua eſſe vult in manibus Attici. De Bruto, Tullio,idq; genus reliquis perpuſilla. COram te) Superflua vocula,te, eradenda eſt,quæ ſemper ſubintelligi debet , & reponatur nunc quod ſit ſequentis clauſulæ principium. ἀσμενέστατα) Libentiſſime. Intexui) Varronem. τὰ κατὰ μέρος) Particularia. Rem acerbam) Facinus acerbum addidit. Foras dari) Promulgari. Hoc dicendi modo pertinaciſſime non fuiſſem vſus , niſi Cicero vteretur. Videbitur) Emittentur in publicum. Non potuerit.) Habere. Dubitarim) Ad Varronem dare. Vita fert) Moleſtias quotidianas. Iuxta illud Horatianum , Nil ſine magno Vita labore dedit mortalibus. Vix ſatis humane.) Subintellige ſunt. Vtraq; officio) Lege,Vtriq; officioſe pareat. auia videtur ac Seruilia mater certare cũ Bruto,cum tamen pius ac officioſus filius ſit Brutus .

PIVS.

Foras dare.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Appellares) Velleres aurem de re nũmaria. Nomine voti) Cauſa voti vel quod libẽter & ex voto depoſuerim, ne me parũ ſapiẽtẽ voces, qui apud illũ pecuniã depoſuerim, vel qua pecunia votũ meũ ſolueretur. Illũ) Tulliũ. Meũ) Æs meũ. Id) Quãtulãcũq; pecuniã. In hãc rẽ) Ad hortos fortaſſis emẽdos.

Vbi eſſet) Pecunia. Recte) Veridice, ſine mẽdacio. Ille) Tullius ſcriba. Recte) Salua fide domini pecunię negauit pecuniã habere. Ipſum) lũge cũ locũ. Hominibus) Humanę ſanitati. ἐυλογίαν)

Eulogia. Honeſtã rationẽ vel probabilẽ, & rationabiliter mihi cõmodus erit, q deſertiſſima q̃ro, ac loca inacceſſa, qua nulla humano ſit via trita pede. Hoc quoq;) Fiat. de hoc loco cõſilio tuo pareamꝰ.

Quippe qui oĩa) Cũ oĩa noſtra ſub iudicio ac cẽſura tua poſita velimus. Die) Adſis.

Sin poſtridie) Si nõ aderis eodẽ die, adeſto poſtridie. Cohęredes) Affuturi ſunt poſtridie. A qs) A qbꝰ cohęredibꝰ.

Opprimi militia eſt) Corrigit Aldus malitia. Sed qd fecit? fuco locũ cõpreſſit, & vlceri Chironio Rhodinũ addẽs, hoc pacto, vt ſepia iniecta caligine ſubterfugit. Scribẽdũ ex antiqua lectiõe ſine te opprimi mi Tite æſtuo. Dubito qm̃ tu melior es paterfamilias, opprimi ſine te, ſi tñ noui digitos tuos, iã rationẽ ſubductã habes. Illã) Ad me nihil ſcribẽtẽ. Ne ſalutẽ) Quidẽ miſit Attica. Iraſci) Atticæ negligẽti. Si minꝰ legiſſes Si forte nõ prius legiſſes, vt tibi legendi ſit copia.

ASCENſius ASCEN Noĩe voti, qa de alio voto mihi nõ cõſtat, intelligo de voto qđ fecit de fano Tullię cõſecrãdo. Et ideo ſic expono qđ ſequit̃: in eã rẽ. In conſtructionẽ fani: nã de hortis emẽdis nõ fuit illi votũ alio cũ hoĩbus: ego ſeparẽ ab eo qđ p̃miſit, hoc quoq; ip̃m: nam nõ diceret hoc locum. Æſtuo anxie timeo.

Argumẽtũ. CCLXXXII.

PIVS. DE Bruto parua, cuiꝰ congreſſum declinat. Libros ad Varronem curabit & ad Brutũ. Poſſeſſiũculis ſuis nõ afficitur. ANtemeridianis) Epl'a a ſupiori

Antemeridianę literę. ſeiũcta. Antemeridianę literę vocãtur, quę ante meridiẽ ſcriptę fuerũt. Duodecim tabulę auctore Plinio lib. 7. Nat. hiſt. ortũ & occaſum noĩabãt ante hoc horologiũ automaton. mox meridiẽ obſeruarũt Accẽſo talẽ ſolẽ inter Gręcoſtaſim & roſtra pnũciãte. Auguſtus nõ modo diẽ in literis, ſed horã & horarũ

Symbioſis. momẽta addebat. Συμβίωσις) Cõuictus, vnde cõuictores vel Ouidio teſte. Ille ego conuictor denſoq;

Conuictor. domeſticus vſu. Quo) In quo articulo & cardine vices cõtinuas patiẽte. Non morabãtur) Lege, nos

Menda librariorum. morabãtur. Defecti) Emẽda, defecti, hoc eſt æquati, lęuigati, vmbilicis decorati. Mẽda librariorũ) Errata ſcriptoꝝ nos dicimus. Hoc mendũ & hęc mẽda mẽdę, vnde mẽdoſus apud Ouidiũ p vitioſo, Non ego mẽdoſos auſim defendere mores. Scis dubitaſſe) An Varroni dicarent̃ an Lucullo & Catulo. Quos Bruto) An Paradoxa? an Tuſculanę q̃ſtiones? Retẽtione oẽs) Lege, retẽtione omiſſa, nõ oẽs cũ Beroaldo. Retinẽt aliena bona iſti Cęſaris amici. q ſublata nihil habẽt ĩ bonis. Videt̃ tñ infra p retẽtionẽ ĩtilligi cohęredũ iniqtatẽ, q retinere aliquã ptẽ hęreditatis iniq volebãt. paulo poſt clariꝰ intelliges. Ei) Cęſari.

Trebatiꝰ) Trebaciſſimꝰ ſenex ac effrenis nimiũ lingue. Cõfice) Rege. ἐυλόγως) Rõnabilr ac ſancte.

appellares: nã tibi mãdaſſem, ſi fuiſſet. Nihil enim eſt apud eũ poſitũ nomine voti, ſed eſt quiddã apud illũ meũ. Id ego in hanc rẽ ſtatui conferre. Itaq; tibi recte dixi, vbi eſſet, & tibi ille recte negauit. hoc quoq; ipſum cõtinuo adoriamur. Locũ hominibus non ſane probo, q̄ eſt deſertior: ſed habet ἐυλογίαν. Verum hoc quoq;, vt cẽſueris, quippe q omnia. Ego (vt cõſtitui) adero, atq; vtinã tu quoq; eodem die: ſin (quid enim multa?) vtiq; poſtridie. Etenim cohęredes, a quis ſine te opprimi mi Tite æſtuo. Alteris iam literis nihil ad me de Attica: ſed id quidẽ mihi in optima ſpe pono. Illud accuſo: non te, ſed illã: ne ſalutẽ quidẽ. at tu & illi, & Pilię plurimam. nec me tamen iraſci indicaris. Epiſtolam Cæſaris miſi, ſi minus legiſſes.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ANtemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi, nunc reſpõdebo veſpertinis. Brutꝰ mallẽ me accerſeret. nã & ęquus erat, cũ illi iter inſtaret & ſubitũ, & lõgũ: & mehercule nũc, cũ ita ſimus affecti, vt nõ poſſimꝰ plane ſimul viuere. Intelligis em̃ pfecto, in quo maxime poſita ſit συμβίωσις. Facile patiebar nos potius Romę vna eſſe, q̃ in Thuſculano. Libri ad Varronẽ nos morabãtur: ſunt enim defecti, vt vidiſti, tãtũ mẽda librariorũ tollũtur. De qbus libris ſcis me dubitaſſe, ſed tu videris. Itẽ quos Bruto mittimus, in manibus habẽt librarii. mea mandata (vt ſcribis) explica, q̃q̃ iſta retẽtione omiſſa, vt ait ei Trebatius, qd tu iſtos putas? Noſti domũ, quã cõfice ἐυλόγως. Incredibile eſt, q̃ ego iſta nõ curẽ, omni tibi aſſeueratione affirmo, qđ mihi credas velim, mihi maiori

Offenſioni) Hodie faſtidio dicũt. Humanitatis) Me vereri. Perſeca) Sermone libero detere ac amputa. Confice) Tolle prorſus, vnde confectores ferarum dicti. Excita) Rigido ſermone expergefacias. Sceualo qui putes) Scribit Aldus nec perperã. Cũ illo Sceua loqui putes. Beroaldus, Cum tuo Sceuola loqui putes perfamiliari Attici, cũ quo loquebatur quicquid in buccam veniſſet. Ne exiſtimes) Ordo, Ne exiſtimes eos remiſſuros qđ debeatur, qui ſoleant conſectari nõ debita. Admonet Atticum vt preuideat calendariũ ac diẽ debitorũ, ſoluatq; tẽpeſtiue, nec putet illos parcituros debitoribus qui magna crudelitate prediti etiã a nõ debentibus petunt. De die) Tẽpeſtiue curato. Bono modo) Plautina locutio, ſobrie videlicet ac moderate.

offenſioni eſſe, q̃ delectationi poſſeſſiunculas meas. Magis enim doleo, me nõ habere cui tradã, q̃ habere qui vtar. Atq; illud Trebatius ſe tibi dixiſſe narrabat. Tu autem veritus es fortaſſe, ne ego inuitus audirẽ. ſuit id quidem humanitatis, ſed mihi crede, iam iſta non cura. Quare da te in ſermonem, & perſeca, & cõfice, excita, compella, loquere, vt te cum tuo Scęuola loqui putes. Ne exiſtimes, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros. De die tantum video, & id ipſum bono modo.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVid eſt hoc, quod Hermogenes mihi garrit Andromedem ſibi dixiſſe, ſe Ciceronem vidiſſe Corcyræ. Ego enim audita tibi putarã. nil igitur, ne ei quidẽ literarum? an non vidit? Facies ergo, vt ſciam. Quid tibi ego de Varrone reſcribã? Quatuor διφθέραι ſunt in tua poteſtate. qđ egeris, id probabo: nec tamen αἰδέομαι Τρῶας. Quid enim? ſed ipſi q̃ res probaretur, magis verebar: ſed quoniam tu ſuſcipis in alteram aurem.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DE retentione, reſcripſi ad tuas accuratę literas ſcriptas. Conficies igitur, & quidẽ ſine vlla dubitatione, aut retractatione. hoc fieri & oportet, & opus eſt. De Andromene, vt ſcribis, ita putaram: ſcripſiſſes enim mihi quæ didiciſſes. tu tamen ita mihi de Bruto ſcribis, vt de te nihil. quando autẽ illum putas? Nam ego Romã pridie Iduũ. ita volui Bruto ſcribere: ſed quoniam tu te legiſſe ſcribis, fui fortaſſe ἀσαφέστερον me ex tuis literis intellexiſſe, nolle eũ me quaſi proſequendi ſui cauſa Romam nunc venire. Sed quoniã iam adeſt meus aduẽtus, fac quęſo, ne quid eum Idus impediant, quo minus ſuo cõmodo in Tuſculano ſit. Nec enim ad tabulam eum deſideraturus eram. In tali enim negocio cur tu vnus nõ ſatis es? ſed ad teſtamẽtum volebam, quod iam malo

De die.
Bono modo.

PIVS.

Argumẽtũ. CCLXXXIII.

DE CICErone Cercyrę viſo agit. Varroni librũ dicatũ deſcribit. De Bruto, puſilla. QVID eſt hoc?) Incipit alia epiſtola. Clodius) Scribe garrit. Ciceronẽ) Filiũ. Audita tibi) A te fuiſſe audita. Si hęc vera ſunt, puto te inaudiuiſſe. Διφθέραι) Veſtes pelliceas interptat̃ Aldus. ſed perperã hoc ĩ loco. Ego p̱ diphtheras volumina ac mẽbranas intelligo, macrocolas, vt paulo infra, Impẽſam fecimus in macrocola. Diphthera pellis capręcęleſtis, in qua ſcripta erãt fata. αἰδέομαι) Nec amplius ſermũculos hominũ reformidamus vt prius. Quid enĩ vereri Troianos debeo, q̃ honeſte viuens dego mihi & muſis? Ipſi) Tibi. Quã p̱baret̃ p̱ an. Suſcipis) Nõ ſolũ p̱bas. ſed defendis. In alterã autẽ) Subintellige, dormio, ſecurus ſũ. prouerbialiter de nimiũ tutis effert̃. In vtrãq; aurẽ dormio, quo vſus Menãder apud Gelliũ. In vtrãq; aurẽ cui filia nubilis eſt, ne dormiat. In vtrũq; oculũ in eadẽ ſignificatiõe Plautus ait. Sed vt ad rẽ redeamus. In vtrũq; oculũ, alterã q; aurẽ dormit, q̃ cõpoſito vno negocio ſecuriſſime viuit.

Diphthera.

In alteram aurem.

In vtrãq; aurem.

PIVS.

Interpretatio. 284.

DE Retẽtione) De qua ſupius affatim. Ad cohæredes referẽdum. Hoc puto principiũ alterius epiſtolę. De Bruto) Bruti aduẽtu. De te) Tuo aduẽtu. Nihil) Scribas. Putas) Brutũ vẽturũ, nõ ignoret̃ dies. Romã) Veniam. ἀσαφέστερος) Obſcurior. Tabulam) Auctionem. In tali negocio) Practico. Cultu vnus non ſatis eſt) Emenda, Cur tu vnus non ſatis es?

alio die,ne ob eã cauſam Romã veniſſe videar. Scri-pſi igitur ad Brutũ iã illud,ꝙ putaſſem, Idibus nihil opus eſſe. Velim ergo totũ hoc ita gubernes,vt ne minima q̃dẽ re vlla Bruti cõmodũ impediamus.Sed quid eſt tãdẽ,quod perhorreſcas? Quia tuo periculo iubeã libros dari Varroni, etiã nũc ſi dubitas, fac vt ſciamus.Nihil eñ eſt illis elegãtius.Volo Varronẽ, pręſertim cũ ille deſideret:ſed eſt,vt ſcis, δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο. ita mihi ſępe occurrit. Vultus eius eſt querẽtis fortaſſe vel hoc, meas partes in his libris copioſius defenſas eſſe,q̃ ſuas,quod mehercule intelliges nõ eſſe,ſiquãdo in Epeirũ veneris,nam nũc Alexionis epiſtolis cedimus:ſed tamẽ ego nõ deſpero probaturũ iri Varroni,& id,quoniã impẽſam fecimus in Macrocolla,facile patior teneri: ſed etiã atq; etiam dico, tuo periculo fiet.Quare,ſi addubitas,ad Brutũ trãſeamus: eſt eñ is quoq; Antiochius. O Academiã volaticam,& ſui ſimilem,modo huc,modo illuc. Sed quæſo epiſtola mea ad Varronem valde ne tibi pla-cuit? Male mihi fit,ſi vnq̃ quicq̃ tã enitar. Ergo ego, ne Tironi quidem dictaui,qui totas περιοχὰς perſequi ſolet: ſed Spintheri ſyllabatim. De Virgilii parte valde probo.Sic ages igitur.Equidem id erat primũ & maximũ Clodiæ.Q̃ ſi neutrum,metuo ne turbem & irruam in Druſum.Intemperans ſum in eius rei cu-piditate,quã noſti. Itaq; reuoluor identidem in Thu-ſculanum. Quiduis enim potius,q̃ vt non hac æſtate

Alio die) Cõdere. Δεινὸς ἀνὴρ) Verſus Homericcus lib. Iliados.x.ſub perſona Patrocli. ἔνθα σὺ οἶσθα γεραιὲ διοτρεφές, οἷος ἐκεῖνος δεινός. Ipſe probe noſti ſenior qd vt eſt ferus ille,Culparit facilẽ innocuũ, culpaq; vacãtẽ.In Demoſthenẽ verſiculus iſte cõuerſus eſt,q pecunia corruptus & emptus ſępe bonos oppugnabat,maloſq; defendebat. Occurrit vultus ei⁹) Videor aſpicere Varronẽ vultu ſubtriſti cogitare me ei iniuriã cõflaſſe,q ptes meas,quas accepi defendẽdas,inſtructius & ornati⁹ defendiſſem q̃ ſuas. Vel hoc) Quereť ſaltẽ Varro circa hoc. Id facile patior teneri) Hoc ꝓpoſitũ tenere volo vt Varronẽ teneam nec opere iſto excludã. locus, quaſi iuuat nõ curare quã opinionẽ Varro teneat, nolo tollere de libro eũ ne pdã impẽſam factã in emendã chartã.

Macrocolla.
Catulli locus

Macrocolla) Charta regia,de qua Catull⁹, Charta regia noui libri,noui vmbilici,lora rubra,mẽbranę. Adhuc lingua vernacula Bononiẽſi chartã regalẽ vocitãt, de qua ſic Plinius lib.13.Nat.hiſt. Auxit latitudinẽ.Pedalis erat mẽſura & cubitalis Macrocollis. Sed ratio dep̃hendit vitiũ vnius ſchedę reuulſione plures infeſtãte paginas, ob hoc prælata oib⁹ claudia.

Claudia.

Ad Brutũ trãſeamus) Mutabo Varronẽ in Brutũ. Is) Brutus. Antiochi⁹) Imitator Antiochi philoſophi.quẽ facio in his libris diſſerẽtẽ.. O Academiã volaticã) O librũ meũ Academicũ deſultoriũ faciẽtẽ, modo ad Varronẽ,modo ad Lucullũ,modo ad Brutũ trãſeũtẽ.Volaticã dixit Academiã, quã alij diſputãdi genus vocãt Aſyſtaton,qđ innuit Cic. cũ ſubdit modo huc,modo illuc,qđ vt facilius pcipias audi Lactãtiũ libro Diuinarũ Inſtitutionũ iſta ſcribẽtẽ,Recteq; vidit Archeſilas arrogãtes vel potius ſtultos eſſe, q putẽt ſciẽtiã veritatis cõiectura poſſe cõprehẽdi, ſed tñ falſo dicẽtẽ redarguere nõ põt,niſi qui ſcierit ante qd ſit verũ.Qđ Archeſilas veritate nõ cognita facere conatus,introduxit genus philoſophię aſyſtaton, qđ latine inſtabile ſiue incõſtãs poſſumus dicere.vt eñ ſciẽdũ ſit,aliqd ſciri neceſſe eſt.

Academia volatica.

Aſyſtatos diſputatio.

Nã ſi oĩno nihil ſcias,id ĩpm nihil ſciri poſſe tolleť.Ita qui velut ſentẽtię loco pronũciat,nihil ſciri tãq̃ perceptũ profiteť & cognitũ.Ergo aliqd ſciri põt.Huic ſimile eſt illud,qđ in ſcholis ꝓponi ſolet in Aſyſtati generis exẽplũ,ſomniaſſe ſe quẽdã ne ſomniis crederet.& q̃ ſequũtur luculẽter apud Fortunatianũ explicata. Sui) Dogmatis Aſyſtati & incõſtãtis. Modo illuc) Deſiliẽtẽ,nihil ſtabile ducẽtẽ. Enitar) Elaborabo,quin potius elaboraui,q̃ illã epiſtolã.iuxta illud Ouidianũ, Pagina iudiciũ docti ſubitura mouetur Principis,vt Clario miſſa legenda deo. Ne dictaui) Sed ipſemet elaboraui & ſcripſi.

Periocha.

περιοχὰς) Argumenta,circũſtantias ſi dici poteſt,cõpreſſiones quidã,alij deſcriptiones interpretantur, & multa id genus,; vt belle Tiro doctus de ſuo ſupplere ſolet.propterea adminiculator ſtudiorum Ciceronis appellatur. Spinthero) Lege,Spintheri,hoc eſt Lentulo. Syllabatim) Minutim dictaui in cunctis hæſitans. Virgilij) Cohęredis mei.Hinc patet Virgilium non a virga ſurgente vocatum,cum hic ante poetã Mantuanũ eodẽ nomine fuerit.Super qua re plura in Lucretianis cõmẽtariis ediſſeruimus.

Syllabatim.
Virgilius
ASCENſius

ASCENſius.Ne Tironi qdẽ dictaui.Nõ negat ſe dictaſſe,quia ſubdit,ſed Spintheri ſup.dictaui ſyllabatim,ſingulas pronũciãdo & declarãdo ſyllabas: negat aũt dictaſſe Tironi, cui maxime ſoleat,qui quia Ciceronis formã dicẽdi nouit totas periochas perſequi,inquit,ſolet: & ita a mente Ciceronis aberrare potuit. Equidem id erat &c. Notandũ equidem cum tertia perſona iunctum,ſicut paulo poſt Equidẽ credibile non eſt:niſi vtrobiq; legatur,Et quidem. quia Equidem,eſt ego quidem.

Equidem.

Abſoluatur) Perficiatur emptio de hortis. Mœſtitiam) Solitudinis meę luctuoſam acerbitatẽ,quo niam ſinguli quiq; ad hilaritatem propenſi ſumus. Proficiſcor) Dic proficiſcar. Quo autem) Proficiſcar. Vt nunc eſt) Pro pręſenti ſtatu rerum,non ſunt ad Cæſarem mittendę.

Argumentum.CCLXXXV.

CICEro compoſuerat epiſtolã ad Cęſarẽ,qua eum hortabatur ad bellum contra Parthos ſuſcipiendum,amici multa reſecanda conſulebant,tandẽ mittere non placuit, quoniã periculũ facere in re periculoſa nõ placuit. Redit ad hortos,mox Cæſaris ſupbiam taxat.

PIVS.

abſoluatur.Ego,vt tempus eſt noſtrum locum habeo nullum, vbi facilius eſſe poſſim q̃ Aſturę.Sed qa qui mecum ſunt:credo ꝙ mœſtitiam meam non ferũt,domum properãt.Etſi poteram remanere,tamẽ(vt ſcripſi tibi) proficiſcar hinc,ne relictus videar.quo autẽ Lanuuio?coner equidem in Tuſculanum, ſed faciam te ſtatim certiorem.Tu literas conficies. Equidẽ credibile non eſt,quantum ſcribam die,quinetiam noctibus,nihil eſt enim ſomni. Heri etiam effeci epiſtolã ad Cæſarem,tibi enim placebat,quam non fuit malũ ſcribi ſi forte opus eſſe putares, vt quidem nunc eſt, nihil ſane eſt neceſſe mittere,ſed id quidem, vt tibi videbitur:mittam tamen ad te exemplum fortaſſe Lanuuio,niſi forte Romam,ſed cras ſcies. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EPiſtolam ad Cæſarem nobis vero ſemp rectiſſime placuit,vt iſti ante legerent. Aliter enim fuiſſemus,& in hos inofficioſi,& in noſmetipſos, ſi illum offenſuri fuimus,pene periculoſi.Iſti autem ingenue,mihiq; gratum:ꝙ quid ſentirent,non reticuerũt.Illud vero vel optime,ꝙ ita multa mutari volũt, vt mihi de integro ſcribendi cauſa non ſit, q̃q̃ de parthico bello quid ſpectare debui,niſi quod illum velle arbitrabar?Quod enim aliud argumentum epiſtolæ noſtræ,niſi collatio fuit?An, ſi ea quæ optima putarã ſuadere voluiſſem,oratio mihi defuiſſet?Totis his igit̃ literis nihil opus eſt. Vbi eñ ἐπίτευγμα magnum nullũ fieri poſſit,ἀπότευγμα vel nõ magnũ moleſtũ futurum ſit,quid opus eſt παρακινδυνεύειν pręſertim cum illud occurrat,illum cum antea nihil ſcripſerim exiſtimaturum me,niſi toto bello confecto, nihil ſcripturum fuiſſe.Atq; etiam vereor, ne putet me hoc quaſi Catonis μείλιγμα eſſe voluiſſe. Quid quæris? Valde me pœnitebat,nec enim in hac quidem re quicq̃ minus, vt vellem, accidere potuit, q̃ ꝙ σπουδὴ noſtra non eſt probata.Incidiſſemus etiam in illos, in eis in

EPISTOlã) Altera epiſtola. Officioſi) Scribaẽ inofficioſi. Et i nos) Iũge cũ pene periculoſi. Ingenue)Subintellige fecerũt. Retinuerũt)Ex priſcis exẽplarib⁹ reticuerũt. Vel optime) Vel auget. Cã nõ ſit)Volũtas nõ ſit. De Parthico bello) Cicero epiſtolã ad Cęſarẽ ſcripſerat,in qua hortabaẽ eũ cõtra Parthos,vt nomẽ imortale cõſequereẽ,cõmunib⁹ amicis Ciceronis & Cęſaris non placuit hoc argumẽto ſcribi, ne videreẽ Cic.diſceſſũ & abſentiã Cęſaris cupere, multa ex hac epiſtola immutarunt. Trãquillus auctor eſt Cęſarẽ expeditionẽ in Parthos deſtinaſſe,qm̃ i ocio,morbo comitiali corripiebaẽ. Epiſtolę) Subintellige fuit, q̃ vt Parthos adorireẽ. Colatia)Beroaldo,collatio,placet,qua emẽdatione nihil antiqus.Cõparabat Alexãdro magno Cæſarẽ,& ſi Parthos viciſſet anteponebat. ἐπίτευγμα) Lucrũ,nõ putat epiſtolã ſcribendã quia iuuari nõ poteſt,& iacturam facere nequit. ἀπότευγμα) Damnũ. Vel non magnum) Etſi non magnũ, tamen futurũ eſt illud paruũ diſpendiũ mihi moleſtum.

Epiteugma. Apoteugma

παρακινδυνεύειν) Periculũ ſubire,piclitari. μείλιγμα) Mitigatio,blãdimentũ,q mitem his blãditiis eũ reddere velim. Catonis) Filii, qui cum humane & ſũmiſſe ad Cæſarem ſcripſiſſet, iactauit Cęſar ideo factum fuiſſe,vt a Catone mitigaretur. Pœnitebat) Scripſiſſe. Cũ)Multa acciderint,quę minime ꝓbaui.Ordo,Nec in hac re potuit qcq̃ accidere vt min⁹ vellem,cũ multa ſup. acciderint Eſt eñ minus legẽdũ nõ magis,hoc exigẽte ſenſu. σπουδὴ) Studiũ. Incidiſſemus) In malignos interp̃tes Cæſarianos.In eis)In nũero quoꝝ.

Paracindyneuein. Miligma.

Cognatus. E quercu. Loc⁹ Horatii. Dolorũ materia.

Cognatũ tuũ) Fratrẽ meũ. Seruius quoq; ſic appellat maritũ ſororis. Operã Faberio ponamus) Demus operãvt per Faberiũ ad nos pecunia veniat, qua emẽtur horti. Si quid ſcies) Nos admone. Ad decus) Impellere. Oratio) Suaſoria. E quercu) E materia viliori ſimulacro nõ cõdigna, qm̃ cariẽ ſentit, ſed cedro & cupreſſo: vnde illud Horatianũ, Cupreſſum ſcis ſimulare. Ex hebeno materia rariore ac durabiliore Mercuriolũ fabricat Apuleius Platonicorũ maximus Apologię lib. i. Cicero Plato togatus in Legibus ſic, Aurũ & argentũ in vrbibus, & priuatim, & in fanis inuidioſa res eſt, tñ ebur ex inani corpore extractum haud ſatis caſtum donũ deo. Iam æs atq; ferrum duelli inſtrumenta non fani. Lignũ autẽ quod cunq; voluerit vno e ligno cauato. Itemq; lapideum in delubris communibus, textile, nec operoſius q̃ mulieris opus menſtruum. Color autem albus pręcipue decorus deo eſt, tum in cæteris, tum maxime in textili. Tincta vero abſint niſi a bellicis inſignib⁹. Hic Roman⁹ olor albi⁹.

Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde deus.

Cupreſſus nõnullis omnino nõ placet, quoniam funerea eſt arbor. E quercu ſimulacrũ fecit metaphorice Cic. ad ſuperiora reſpiciens, pertinaciter enim cariẽ vincit robur, retundit rũcinas & aſcias, ſerras etiam ſępe confringens, vt Plinius auctor eſt. Non pœniteret) Placuiſſent Cæſari. Alii contendunt ſcribendum, nos pœniteret ob ſuperiora. Crudelem) vt qui Clytum in menſa iugulauerit, alterũ leoni obiecerit. De põpa Quirini) De Romuli nobilitate, victriciq; gloria, qui ciuilem pompam ob oculos noſtros obduxerit. Quid putas) Quaſi dixerit, putare nõ debes. Non ſcripta) Moderata. Abiit illud) Euanuit, nõ eſt amplius in vſu. Quod tibi dabam) Quod tibi monẽti concedebã Problema archimedeum) Lege quę ſupra excogitauimus, vbi Dędalũ & acutũ interpretati ſumus.

Optato. Mihi) Ad me. Optato) Aduerbium, deſideranter.

Manu mea) Scripſi hodie manu propria barbare dicũt.

cognatum tuum. Sed redeo ad hortos. Plane illuc te ire niſi tuo magno commodo nolo. Nihil enim vrget, quicquid erit, operam Faberio ponamus. De die tamen auctionis, ſiquid ſcies, eum qui e Cumano venerat, quòd & plane valere Atticam nunciabat, & literas ſe habere aiebat, ſtatim ad te miſi. Hortos quoniam hodie eras inſpecturus, quid viſum tibi ſit cras ſcilicet. De Faberio autem, cum venerit. De epiſtola ad Cæſarem (iurato mihi crede) non poſſum. Nec me turpitudo deterret, etſi maxime debeat. quàm enim turpis eſt aſſentatio, cum viuere ipſum turpe ſit nobis? ſed (vt cœpi) non me hoc turpe deterret ac vellem quidem (eſſem enim, qui eſſe debebam) ſed in mentem nihil venit. Nam quæ ſunt ad Alexandrum hominum eloquentium & doctorũ ſuaſiones, vides quibus in rebus verſentur. Adoleſcentem incenſum cupiditate veriſſimæ gloriæ, cupientem ſibi aliquid conſilii dari, quod ad laudem ſempiternam valeret, cohortamur. Ad decus non deeſt oratio. Ego quid poſſum? tamen neſcio quid e quercu exculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri. In eo quo nonnulla erant paulo meliora, q̃ ea, quæ fiunt, & facta ſunt, reprehenduntur, quod me minime pœnitet. Si enim perueniſſent iſte literæ (mihi crede) nos pœniteret. Quid tu? Non vides ipſum illum Ariſtotelis diſcipulum ſummo ingenio, ſumma modeſtia, poſteaq̃ Rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe? Quid? tu hunc de pompa Quirini contubernalem his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum putas? Ille vero potius non ſcripta deſiderat, quàm ſcripta non probet. Poſtremo, vt volet. Abiit illud, quod tum me ſtimulabat, quod tibi dabam πρόβλημα ἀρχιμήδειον. multo mehercule magis nunc opto caſum illum, quem tum timebam, vel quem libebit, niſi quid te aliud impediet, & mihi optato veneris. Nicias a Dolabella in magno opere arceſſitus. Legi enim literas, etſi inuito me, tamen eodem me authore profectus eſt. Hoc manu mea.

Vale.

Argumentũ. CCLXXXVI.

PIVS.

DE QVINti filia vetula & multarũ nuptiarum. De hortis & luco, Othonianos cupit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

CVM Quaſi) Diuerſa a ſuperioribus epiſtola. De Philologis) Sermocinatorib⁹ interpretibus. E Ni- Philologi.
cia) A Nicia interrogabã neſcio quid ad Philologiã pertinẽs In Talenã) Scribe cũ Beroaldo Talnã. no- Talnæ.
men eſt propriũ. hoc eſt mẽtionẽ Talnę. Ille) Nicias. De ingenio) Ab ingenio Talnã laudauit. Mul- Multinuba.
tarum nuptiarũ) Multinubã Hieronymus appellat. Mulieribus) Noſtris. Rem) Patrimoniũ. Chry-
ſippo) Interpretãtur fere omnes Ciceronẽ ꝑ literas iſta cognouiſſe, & a Chryſippo inaudiuiſſe. Alij Eu-
ripo vel cripta ſcribũt, ꝙ hęc erãt in hortis. Eſt enim Euripus canalis, q latine Nilus auctore M. Tullio Euripus.
dicitur, & Plinio lib. viii. nat. hiſt. Cripta locus cauernoſus ac tectus, de quo Iuuenalis, Criptã penetrare ſuburrę. Hodie Crota lingua vernacula vocaẽ. Videtur tamẽ ex inferioribus, Cryſippus eſſe neceſſario legendũ, vt Architecti ſit nomẽ. Cuius) Vel Chryſippi vel Euripi deformitatẽ. Cripta.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm quaſi alias res quærerẽ de philologis e Nicia, incidimus in Talnã, ille de ingenio nihil nimis, modeſtũ & frugi, ſed hoc mihi nõ placuit. Se ſcire aiebat ab eo nuper petitã Cornificiã Quinti filiã vetulã ſane, & multarũ nuptiarũ non eſſe probatã mulieribus, qđ ita reperirẽt rem nõ maiorẽ. DCCC. Hoc putaui te ſcire oportere. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chryſippo in villa, cuius inſulſitatẽ bene norã: video nihil, aut pauca, aut ad balnearia, tamen laudat maiora de minoribus. ait hyberna effici poſſe. Tecta igitur ambulatiũcula addẽda eſt, quã vt tantã faciamus, quantã in Thuſculano fecimus prope dimidio minoris cõſtabit iſto loco. Ad id autẽ, quod volumus ἀφίδρυμα. nihil aptius videẽ, q̃ lucus, quem ego norã, ſed celebritatem nullã tum habebat, nũc audio maximã. Nihil eſt, qđ ego malim. In hoc τὸμ τύφομ μου- πρὸς θεῶμ τροποφόρησομ. Reliquũ eſt, ſi Faberius nobis nomẽ illud explicat, noli quęrere quãti. Othonẽ vincas volo, nec tamẽ inſaniturũ illũ puto, noſſe eñ mihi hominẽ videor. Ita male autẽ audio ipſum eſſe tractatũ, vt mihi ille emptor nõ eſſe videaẽ. Quid enim pateretur? Sed quid argumẽtor? Si Faberiũ explicas, emamus vel magno: ſin minus, ne paruo qdẽ poſſumus. Clodiã igitur, a qua ipſa ob eã cauſam deſiderare videor, quod & multo minoris ſunt, & Dolabellæ nomen. Iam expeditũ vt detur, vt etiam reprẹſentatione concludã. De hortis ſatis. cras aut te, aut cauſam, quã quidẽ futurã Faberianã, ſed ſi poteris. Vale.

Aut paucã) Lege, aut pauca. Aut vt balnearia) Opera ſcribo. Tamen) Laudat laudat Chryſippus quę ſunt. De minoribus) Iunge inferioribus. Tecta igitur ambulant vniuerſa addenda ſunt, q̃ vt tantam faciamus quantam) Deformiſſimę mendę. Corrige ex Aldo & coniectura ſolerti. Tecta igitur ambulatiuncula addenda fuit, quã vt tãtam faciamus quãtã in Tuſculano fecimus. Vt ſignificat dato qđ. ἀφίδρυμα) Sedes rei vt ſtatuę quæ dedicatur. Celebritatẽ) Hoĩum frequentiã colentiũ ac venerantiũ deos illos nemorẽſes. Vt. Aphidryma.

Malim) Quã lucũ illũ eſſe celebrẽ. τὸν τῦφον) Elationi meę per deos morem gerito. Si iacto in hac gloriola ceruiculã, parce mihi ꝑ deos immortales. Nomen explicat) Debitum expũgit. Quãti) precii, quo fœnore, tranſigas quouis fœnore. Vincas) Precio. Cic. alibi dixit nihil non eſſe venale, ſi tantum addas quãtum emptor petit. Inſaniturũ) Quin pecuniã accipiat. Ita male) Cum Otho emit hortos maximi emit, vt emptio dici nõ potuerit, quoniã venditori ſupra captũ & ſolitũ auxit, ſed emptorẽ oppreſſit. Emptor) Sed emax. Quid pateretur) Cui bono teneret hos hortos? in quorũ emptione naufragiũ fecit. Videẽ tñ ex inferiori hic Otho cõpetitor fuiſſe Ciceronis. Infra ſic Cicero, Sed accedit cupiditas, in qua præter Othonẽ nõ puto nos vllum aduerſarium habituros. Danda eſt ergo noua his oibus interpetatio. Faberiũ explicas) Reſoluis hodie dicunt, vt ad aliquã, vt vulgo dicitur, numerãdi cõcluſionẽ veniat. Vel magno) ꝑcio etiã magno. Explicare.

Si minus) Si Faberium nõ mouemus vt pecuniam numeret. Clodiã igitur) Adoriamur ſi vincere Othonem non poſſumus, vel licitantem ſuperare. A qua) Clodia. Ob eam cauſam) Ideo. Deſiderare videor) Hortos venales. Nomen) Debitũ, quod habebã cum Dolabella. Iũge cum inferioribus. Nam expeditũ) Scribe, iam expeditũ. Solui quod debebã Dolabellę. Reprẹſentatione) Numeratione, & prẹſenti pecunia. Concludã) Claudã ſolutionẽ, ac creditori demũ ſatiſfaciã. Aut te) Fac videã. Aut cauſam) Audiam quare non veneris. Quam) Cauſam a qua retentus es. Futurã) Spero. Faberianam) Faberii pecuniam Hortenſem numerantis. Si poteris) Cras veni. Repſentatio

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Argumentum.CCLXXXVII.

TITVM precibus Quinti Ciceronis non motum, ferreum appellat. De hiſtoria neſcio qua Polybiana. De Dicæarcho. De epiſtola illa Cęſariana bene nota, Othonem aggrediatur & precibus amoueat ab emptione, quem guloſum indicat, vt appareat ab eo Imperatorem Othonẽ nõ degeneraſſe.

CICERONIS) Alia epiſtola. Per Ciceronem Quintum fratrẽ intelligit. Auctionem) Hortorum futuram. Biduum) Hoc Biduo futuram. Ab ea) Poſt eam. Vt ſcribis) Venies. Hodie) Affuturum. Cras mane) Affuturũ putat. κολάζειν) Caſtigare, aliqui aſſentari exponũt. Perẽdie) Dabo. Sicunde) Si ab aliquo loco. Eruere) Expiſcari, ſciſcitari. ſupple erue.

Publium Mumium) Scribe, Spuriũ. Tuditano) Alii codices Tuditanum, nomen eſt hiſtorici. Infra de C. Tuditano quærebam, quẽ ex Hortenſio audieram fuiſſe in decem. Non ſane quadratulo aliquẽ olympia, aut vbi) Scribe, Non ſane quadrat illũ ciuem olympiade ea ibi viſũ.

πολιτικὸν σύλλογον) Ciuilem conuentum. Subintellige faciam Familiaris tui) Qui vitã contemplatiuam vt Atticus præponebat.

ASCEN.

ASCEN. Dicęarchi) non intelligo quomodo Dicęarchus vitã contemplatiuam actiuę p̃ferẽs cõuentũ ciuilẽ faciebat niſi forſã ſcribẽdo, vt ſit ſcripto faciã aut deſcribã. Legã aũt, ſicũde potes erue.

PIVS.

Argumẽtũ.CCLXXXVIII.

MOnet vt de Faberio expediat. Dicæarchi de anima libros petit. De C. Tuditano exploratius ſcribit, & de nonnullis huiuſmodi friuolis. QVINTO Calend) Seiungenda a priori hæc epiſtola. Morabor te) Ero cauſa morę tuę vt iniũgens ea tibi quę ſuper hortis iniungo. Exemplũ) Legendũ expeditũ extricatũ videlicet a mora abſolutumq;. Vt habeat) Dic, vt non habeat.

Etiamdũ) Adhuc καταβάσεως) Deſcenſus. Celtica) Gallicana, quã Cęſar de reb' Celtarũ, qui Rhenani ſunt. Cõſtitutis) Cõfirmatis. Vtrũ liberet) Aggredi Celtas vel in Parthos ire. Me auctore) Conſilio meo. Hoc) Vt ſuadeam, Hoc vel hoc faciam de noſtro conſilio. Ironia. Videlicet) Scilicet. Maro, Scilicet hic ſuperis labor eſt. Latendo) Vt illi reſponſum eſt, cælitus, fuge, tace, quieſce.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CIceronis epiſtolã tibi remiſi. O te ferreum, qui illius periculis nõ moueris, me quoq; accuſat. Eam epiſtolam tibi miſi, & illam alteram de rebus geſtis eodem exemplo puto. In Cumanũ hodie miſit tabellarium, ei dedi tuas ad Veſtoriũ, quas Farnaci dederas. Cõmodum ad te miſeram Demeã, cum Heros ad me venit: ſed in eius epiſtola nihil erat noui, niſi auctionem biduum. ab ea igitur, vt ſcribis, & velim confecto negocio Faberiano, quem quidem negat Heros hodie, cras mane putat, a te colendus eſt. Iſta autem κολάζειν non longe abſunt a ſcelere, vt ſpero perendie. Si cunde potes eruere. Qui decem Legati Mumio fuerunt Polybius non nominat. Ego memini Albinum Conſularem, & Sp. Mumium: videor audiſſe ex Hortenſio Tuditanum, ſed in Libonis Annal. XIIII. annis poſt Prætor eſt factus Tuditanus q̃ Conſul Mumius. non ſane quadrat illum ciuem olympiade ea ibi viſum πολιτικὸν σύλλογον, more Dicæarchi familiaris tui. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVinto Calend. mane accepi a Demea literas pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras te expectare deberẽ. Sed (vt opinor) idem quoq; ego, qui expecto tuum aduentum, morabor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum negocium, etiam ſi eſt futurum, vt nõ habeat aliquid morę. Cum poteris igitur, quoniam etiamdum abes Dicæarchi quos ſcribis libros, ſane velim mihi mittas, addas etiam καταβάσεως. De epiſtola ad Cæſarem κελτικῶ, atq; id ipſum, quod iſti aiunt illum ſcribere, ſe niſi conſtitutis rebus non iturum in Parthos, idem ego ſemper ſuadebam in illa epiſtola, me (vtrum liberet) facere poſſet authore. Hoc enim ille expectat videlicet, neq; eſt facturus quicq̃, niſi de meo conſilio. Obſecro abiiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus, quod aſſequemur & tacẽdo, & latẽdo. Sed aggredere Othonẽ, vt ſcribis. Cõfice mi Attice iſtã rem. Nihil eñ aliđ repio, vbi & in foro nõ ſim, & tecũ eẽ poſſim,

Quãti autẽ)Per interrogationẽ. Monere)Ne licitatorẽ agat & annonã accẽdat. Sicanũ)Lege, Siſcarũ, piſcẽ videlicet notiſſimũ, quo ei facile pſuaderes vt taceret. Erat gulæ deditus hic homuncio.

Argumentum. CCLXXXIX. PIVS.

GAVdet ac exultat Othonẽ poſſe vinci. De eodẽ Legato quo ſupra Varronem contẽpſit. Colloqa narrant cũ Carrinate & Capitone. De Hirtio lõga fabula. ALTErã) Initium recẽtis epiſtolæ. Volui a te me) Vetus lectio. Volui te mea vna. περὶ ψυχῆς) De anima. καταβάσεως πολιτικόν) Deſcẽſum politicum. Daretur) Beroaldo placet. Catullum) Libros Academicos hoc titulo. Vt opinor antea) A te viſos. Hi ſunt libri Academici dicati Catullo & Lucullo, quos ſuperi⁹ Varroni dicare volebat. Noua) Quoniã vetera interpollauerat Varronianis additis. Intellexi) Dic intellexti Διὰ σημείων) Per ſigna & notas. In Libonis) Libris hiſtoricis. Rupilio) Quid ſi Rutilio. Eum) Tuditanũ. Legitimis annis) Cõceſſis a lege. Fuiſſe) In decẽ Legatis. σύλλογον) Conuentum. Idoneã) Addidiſti. πομπεῦσαι) oſtẽtare etiã perſonis. Profeſſionem relatam) Denunciationẽ vt hodie dicũt pecuniȩ non modo factam ſed refectã. Profiteri ſane apud priſcos eſt denunciare, vt aiũt quantũ numerũ, exempli cauſſa, vini vel frumenti penes ſe quiſq; habeat. Cic. in Verrẽ, Edixerat vt aratores iugera ſationũ ſuarũ profiterẽtur. Idẽ Tyroni, Tu vero confice profeſſionem ſi potes, etſi hȩc pecunia ex eo gñe eſt, vt profeſſione non egeat. Salluſtius in Catilina, Poſt paulo Catilina pecuniarũ repetundarũ reus prohibitus erat Cõſulatũ petere, qa intra legitimos dies profiteri nequerat. Vlpianus Dig. de cenſib⁹, Si vero quis agrũ in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager eſt. Liuius, Profiteri cogẽdo frumentũ & vendere qđ vſu menſtruo ſupereſſet. Idẽ, primo expectauerãt vt q ſe dignos tanto imperio crederẽt noĩa profiterentur. Idem, Poſtq̃ profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni. Professio. Profiteri qd.

ASCEN. Politicon, ſequentibus iungã, vt ſit Politicon nõ inuenio in epiſtola eius quã ad Ariſtoxenũ miſit: & tamẽ quia eius dicitur opus: tres eos libros maxime nunc vellem, non ergo exponam deſcenſum politicum, ſed opus de deſcenſu & politicum. In Libonis ſupple Annalib⁹, ſic enim in ſuperiori ſcribitur epiſtola. ASCEN.

Quãti autẽ: hoc mihi venit in mentẽ C. Albanius proximus eſt vicinus. Is CC. iugera de M. Pilio emit, vt mea memoria eſt. HS. CXII. oĩa ſcilicet nũc minoris ſed accedit cupiditas, in qua prȩter Othonẽ nõ puto nos vllum aduerſariũ habituros, ſed eũ ipſum tu poteris monere, facilius etiã ſi ſcarum haberes. O gulã inſulſã, pudet me patris. Reſcribes, ſiqd voles. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

ALterã a te epiſtolã cũ hodie accepiſſem, volui te mea vna cõtentũ. Tu vero age, qđ ſcribis de Faberio. In eo eñ totũ eſt poſitũ id qđ cogitamus, quæ cogitatio ſi nõ incidiſſet (mihi crede iſthuc, vt cætera) nõ laborarẽ. Quã ob rẽ (vt facis, iſthuc eñ addi nihil poteſt) vrge, inſta, pfice. Dicȩarchi περὶ ψυχῆς vtroſq; velim mittas, & καταβάσεως, πολιτικόν nõ inuenio in epiſtola eius, quã ad Ariſtoxenũ miſit. Tres eos libros maxime nunc vellẽ, apti eſſent ad id, quod cogito, Torquatus Romæ eſt: iuſſi, vt tibi daret Catulũ, & Lucullũ (vt opinor) antea. His libris noua procemia ſunt addita quibus eorũ vterq; laudat. Eas literas volo habeas. Et ſunt quȩdã alia, & quod ad te de decem Legatis ſcripſi, parũ intellexti credo, qa διὰ σημέιων ſcripſerã. De C. Tuditano eñ quȩrebã, quem ex Hortenſio audierã fuiſſe in decẽ, eũ video in Libonis Prȩtorẽ, L. Popilio P. Rupilio Coss. Annis XIIII ante, q̃ Prȩtor factus eſt, Legat⁹ eſſe potuiſſet, niſi admodũ ſero Quȩſtor eſt factus, quod nõ arbitror. Video eñ Curules magiſtratus eũ legitimis annis pfacile cepiſſe. Poſthumũ autẽ, cuius ſtatuam in Iſthmo meminiſſe dicis, ſciebã fuiſſe. Is autẽ eſt, qui cũ Lucullo fuit, quẽ tu mihi addidiſti. Sane ad illũ σύλλογον perſonam idoneam. Videbis igitur (ſi poteris) cæteros, vt poſſimus πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις negligentiam mirã. Semel ne putas mihi dixiſſe Balbũ, & Faberiũ, profeſſionẽ relatã: quinetiam eorũ iuſſu miſerim, qui

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Profiteretur) Denũciarẽt,exhiberet,palã prodendo oſtẽderet,nõ aſſignaret, vt patet cũ de alimentis pupilli loquens Iuriſconſultus inquit,Quod Prętor cogere tutorẽ debet vt profiteatur pecuniã pupilli & bona,vnde is frugaliter viuat. Oportere) In emptionibus proprie pecuniã profitẽtur ac exhibẽt.Offerre pecuniã iuriſperitus appellat cum publice exhibetur.Poteſt & hic apud Ciceronẽ profiteri ſignificare denunciare,vt Faberius denunciaret ad robur emptionis vallandũ ſe hãc pecunię Ciceronis portionem habere. Librariũ) Philotimũ. In Capitolio) In rationibus capitolinis,quę mihi debentur,quas ad triũphũ depoſuerã, poſtea non triũphaui. HS) Scribe ſeſtertia.CC.ex inferioribus. Reperies ex eo libro, in quo ſunt Seſtertia.CC. In Virgilio) Circa Virgiliũ cohæredẽ de quo ſupra. De Virgilii parte valde probo. Δυσωπία) Verecũdia, capere partẽ meã. Quid erit)Quę cauſa erit. Quod poſtulet)Quare accuſet. Ne his cũ ſit)Quęratur. Nomine) Debitis.Nomina & debita & debitores diximꝰ appellari. Deſtinat) Emere decernit. Difficultatẽ) In auctione. qm̃ potẽtiſſimus eſt Plãcus. Iſta res)Auctio,hortorũ emptio.

Offerte.

Virgilius.
Dyſopia.

profiteretur,ita enim oportere dicebãt. Profeſſus eſt Philotimus libertus. Noſti credo librariũ,ſed ſcribis & quidẽ confectũ. Ad Faberium(vt tibi placet)literas miſi:cum Balbo autẽ puto te aliquid feciſſe. HS. CC.in Capitolio in Virgilio mihi nulla eſt Δυσωπία. nec em̃ eius cauſa ſane debeo. Etſi emero, q̃d erit, q̃d poſtulet? Sed videbis,ne is,cũ ſit in Africa,vt Cœliꝰ. De nomine tu videbis cũ Cuſpio,ſed, ſi Plãcus feſtinat,tũ haberes difficultatẽ. Te ad me venire vterq; noſtrũ cupit,ſed iſta res nullo modo relinquẽda ẽ. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

OThonẽ,quod ſperas poſſe vinci,ſane bene narras. De æſtimatione,vt ſcribis,cũ agere cœperimus, etſi nihil ſcripſit, niſi de modo agri. Cũ Piſone ſiquid poterit. Dicęarchi librũ accepi, καταβάσεως expecto. negociũ dederis. Reperies ex eo libro,in quo ſunt Senatuſcõſulta Cn.Cornelio,& L.Coss.de Tuditano autẽ,quod putas ὀλογεῖν, tũ illũ,q fuit ad Corinthũ. Non em̃ temere dixit Hortẽſius ad Quęſtorẽ. Trib. mil.idq; potius fuiſſe credo. Sed tu de Antiocho ſcire poteris. Vide etiã quo anno Q.An.Tr.Mil.fuerit,ſi ue vtrũ eadẽ in Pretura, aut in cõtubernio fuerit,modo fuerit in eo bello. De Varrone loquebamur. Lupus in fabula. Venit enim ad me,& quidẽ id temporis, vt retinendus eſſet:ſed ego ita egi, vt non ſcinderẽ penulam:memini enim tui,& multi erant, noſq; imparati. Quid refert? Paulo poſt C.Capito cum T. Carrinate. Horum ego vix attigi penulam,tamen remanſerunt, cecidit belle. Sed caſu ſermo a Capitone de vrbe augenda a ponte Miluio ad Tyberim, pauci

PIVS.

Argumentum.CCXC.

OTHOnẽ) Diuerſa epiſtola & a ſupioribꝰ ſecernẽda. Superiꝰ Atticũ monuerat vt Othonẽ vinceret in hortorũ licitatione, vel moneret vt a licitando deſiſteret,nunc idem repetit. Agere) Venire ad viuam emptionẽ nõ præcuſſoriam. Cœperimus) Subintellige videbimus. De modo agri) De mẽſura. Horatiꝰ, Modus agri nõ ita magnus. Mos loquendi cultiorũ auctorum. Poterit)Tranſigi, trãſigat. Accipies)Beroaldus accepi ſcribit & recte & καταβάσεως,id eſt deſcenſus pariter. Quod putas) Deeſt verbũ εὐλογεῖν.i.benedicere hoc eſt recte ſentis. Lupus in fabula)Cũ in medio ſermone ſuperuenit ille,de quo habebat ſermo,dicimus,Lupus in fabula,iuxta illud Homericum ex Iliados.κ. οὔπω πᾶν εἴρητο,ὅτ᾽ ἄρ᾽ ἤλυθον αὐτοί. Iamq; aderãt ipſi nondum ſermone peracto. Prouerbiũ hoc ſumptũ ex Adelphis Terentiana fabula. Addit Ælius,Silentii indictio eſt in hoc prouerbio,quod lupum vidiſſe hoies dicimus,qui repente obmutuerunt,quod fere his euenit,quos prior viderit lupus,vt cum cogitatione in qua fuerint etiam voce & verbis careãt. Sic Theocritus & Virgilius. Scinderem penulam)Reuocarem ac repeterem vacationes, quod cum facimus pallio reuocamus,ac retrahimus. Memini tui) Qui ſuperuenientes hoſpites pertinaciter retinere non ſoles. Quid refert)Quid intereſt declinaſſe Varronem,Capitonem non effugimus. Cecidit belle) Tempori euenit.

Modus.

Lupus in fabula..

ASCEN.

ASCEN. Vt retinendus eſt,quia paulo ante prandium aut cœnam, quo tpe amici retinẽdi ſunt. Vt ſcinderem penulam, qui volentes abire per veſtes violenter retinent dum illi penulam ſeu togam retrahunt interdum ſcindunt, vnde qui parum manere cogunt,veſtem nõ ſcindere vulgo dicuntur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſecundum montes Vaticanos. Campum Martiũ tum ædificari. Illum autem Campum Vaticanũ fieri quaſi Nartium Campum. Quid ais inquam? At ego ad tabulam, vt ſi recte poſſem Scapulanos hortos. Caue facias inquit, nam iſta lex perferretur. Vult enim Cæſar: audi rem. Facile paſſus ſum: fieri autem moleſte fero. Sed tu quid ais? q̄q̄ quid quęro? Noſti diligentiã Capitonis in rebus nouis perquirendis, non concedit Camilio. Facies igitur me certiorẽ de Idibus. Iſta eñ me res adducebat, eo adiunxerã cęteras, quas cõſequi tamen biduo, aut triduo poſt, facile potero. Te tamen in via cõfici minime volo, quinetiã Dionyſio ignoſco. De Hirtio quod ſcribis, feci: vt ei liberum eſſet, quod ad me attineret. Scripſi enim ad eũ heri Idibus Maii, eius opera mihi nihil opus eſſe. Aſturã veni VIII. Calẽd. Iulii: vitãdi enim caloris cauſa Lanuuii tres horas acquieueram. Tu velim, ſi graue non erit, efficias, ne ante Nonas mihi illuc veniendũ ſit. Id potes ꝑ Egnatium Maximũ. Illud in primis cũ Publio me pene abſente conficies, de quo, quę fama ſit, ſcribes. Id populus curat ſcilicet, noui mercedẽ, arbitror etenim, hæc decãtata erat fabula, ſed cõplere paginã volui. Quid plura? Ipſe enim adſum, niſi quid tu prorogas: ſcripſi enim ad te, de hortis. O rem indignã. Gẽtilis tuus vrbem auget, quam hoc biennio primũ vidit, & ei parũ magna viſa eſt, quę etiã ipſum capere potuerit. Hac de re igitur expecto literas tuas. Varroni ſcribis, te ſimulac venerit, ei daturũ. Dati igitur iã ſunt, nec tibi integrũ eſt. Hui ſi ſcias quãto periculo tuo. Fortaſſe literę meę te retardarũt, ſi eas nondum legeras, cum has proximas ſcripſiſti. Scire igitur aueo quomodo res ſe habeat. Vale.

M.T.CIC.T.P.AT S.

DE Bruti amore, veſtraq; ambulatione, & ſi mihi nihil noui affers, ſed idẽ quod ſępe, tamen hoc audio libẽtius, quo ſępius, eoq; mihi iucundius eſt, ꝙ tu eo lætaris, certiuſq; eo eſt, ꝙ a te dicit̃. Has alteras hodie literas. De Xenonis nomine, & de Epiroticis XL, nihil poteſt fieri nec commodius, nec aptius quàm vt ſcribis. Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Noui nihil ſane: niſi Hirtium cum

Secundũ) Poſt. Montes Vaticanos) Vbi adhuc regio deſerta ẽ & inculta, ad quorũ radices Iuliꝰ Quercẽs viã nomine Iuliam aperuit proxime, quę ſecundum Tyberim currit. Vbi cultiſſimos hortos poſſidet Petrꝰ Aloyſius Farneſius Heros Romanus nulli maiorum ſuorũ ſecundus, qui bello clariſſimiſq; geſtis viam ſibi ad nominis claritudinem pepererũt, duces inuicti Reip. Florentinæ, Romaniq; põtificis, fortitudine, iuſtitia, fide Dynaſtian Etruſcã nũc imperio æqſſimo tenẽt. Diſcipulo meo Aloyſio in cęteris forte pares, literis, humanitate lepore gratia, fauore in muſas certe impares:, q plauſu ſæculi noſtri in aſtra cognata conatur. Tabulã) Calculum. Subducebã rationem quãtum mihi pecuniæ eſſet, vt recte hortos emerẽ.

Iulius quercens.

Petri Aloyſii Earneſii laus.

Iſta lex perferretur) De precio fundorum ruſticorũ & vrbanorum, quod Cæſar decreuit auctore Trãquillo. Vult Cęſar) Vt lex ꝑferatur. Audire me) Scribit Beroaldus. Audi rem, Attende diligenter o Cicero. Moleſte fero) Quoniã lex iſta emptionem agrorum turbabit. Sed tu) Attice. Ais) De opinione ac ſentẽtia illius. Quid quęro) Quaſi Capitoni vt nimis curioſo plenam fidem non adhibeat. Camilio) Ea tempeſtate rerum nouarum ſectatori. Eo) Ad Idus, & ad hoc negocium negocia cætera contraxeram. In tua re) Priſca lectio, habet in via. Calor erat ac æſtus impatibilis.

Vitandi eum cauſa caloris) Scribe, Vitandi enim. Id populus) Terẽtianum eſt, ſtomachãter pronunciandũ.

Noui mercedem arbitror) Subintellige tibi redditam epiſtolicã, tibi perſolui. Decantata) Nota lippis & tonſoribꝰ, ideo a me dicta vt implerem tabulã & foliũ. Gentilis) Quem intelligat non ſatis compertum habeo. Daturum) Libros Academicos Ciceronis.

Argumentum. CCXCI

PIVS.

LÆTAtur ꝙ cum Bruto ambulans merã iucunditatẽ cepit. De Quinti Iunioris verbis cũ Hirtio. De Porcia paucula. DE Bruti amore) Nouæ Epiſtolæ initium. Amore) Erga me. Literas) Accepi. Hirtium Cæſarianum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quinto) Filio fratris. Eũ) Hirtium. Cum rediret) Tẽpus explicat quo hęc altercatio facta eſt, cũ Q. Axiopiſtos. rediret ad patrem, Cercyra vel aliũde ἀξιοπίστως) Fidedignũ, Fidẽ) Dicũt Cæſariani. φοβερὸν ἦν) Formidabile erat, Senſus, Quę Hirtius gladiatoreſq; Cęſariani in me cõiecerunt: formidabilia erant & tremenda mihi: niſi Rex hoc eſt Cęſar ſciret me eſſe meticuloſum. ſcire Regem) Cęſarẽ non ignorare me ſcilicet animi nihil habere. Supra diximus Cęſarem vocatũ eſſe Regẽ, Calpurniã vxorẽ Reginã nõ quod haberet diadema, ſed quod regnare cupiebat: nec ob aliam cauſam ſemper a die prętextę cũcta turbauit, niſi vti regnaret, putauit. n. eſſe dulciſſimũ ſummo ſtare loco, quare Syllam dicebat neſciſſe literas, quoniam volẽs & prudens dictaturam depoſuit. Vexari) His verbis turbari filiũ meũ.

Id quidem) Queratur quãtum velit Arbitratu ſuo) Vt lubet queratur, ita ſe res Anemophorita. habet. ἀνεμοφόρητα Quę venti ferunt, inania, futilia ſunt. Publio) Alij puto ſcribunt. Habet Balbus) Cõſcripta omnia. Propinquũ diẽ & Romę) Scribe eſſe Romæ.

Moraretur) Eſſe Romę. Is) Cæſar.

Argumentũ. CCXCII.

ANTE LVcem) Sciunximus hãc epiſtolam ſignis euidentiſſimis adducti. Querelę a Quinto iuniori. Quare ne domum illam videat reuerti recuſat, & adoleſcentem ita deprauatum, vt etiã patrem inceſſat. PIVS.

CONTRA Epicurẹos) In Thuſculanis videlicet: quibus cum Stoico dogmati penitꝰ inhęreat, tollit ac iritat oſcitatores epicurẹos. Oleo) Lucubratiõe ad olei lychnium. Exarauí) Scripſi. Ante lucem) Meditatione antelucana. οὐκ ἐπέστησεν) Non inſtitit, non ſtatuit: alij aduertit. Eſt ſic) Principiũ epiſtolę Quinti Iunioris tale eſt.

Dici poteſt) Vidẽtur hęc verba ſignificare quod in Ciceronẽ patruum multa belle dici pñt. Belle) Decẽter. quod Cicero patruꝰ vlcera ſua habet: & q̃cq̃d patruo obijci nõ poteſt, ab eo nõ laudari. Q. Filio videlicet Vult) Videt̃ velle & concedere Quintꝰ quod multa in me belle dici poſſint. Hoc) Cõiicio Quinti.

Ne quas) Lege quas eraſa negatiua. Cõmotum) Iratum. Tanq̃ laude mea velut inimici oſtenderetur. Iſtũ) Quintum. Aliquid ad me ſup. ſcripſit. De matre) Pomponia ſorore tua. Q̃ pie) Dixerit audi in epiſtola ad me vel matrem ſcripta Tecũ eſſẽ) O Cicero patrue. Ordo, Voluerã inquã cõduci mihi domũ vt q̃plurimũ tecũ eſſem.

Quinto acerrime pro me litigaſſe: omnibus eũ locis facere maximeq; in conuiuiis: cũ multa de me diceret: cum rediret ad patrẽ. Nihil autem habeo tã ἀξιοπίστως dici: quã alieniſſimos nos eſſe a Cęſare. fidẽ nobis habẽdã nõ eſſe: me vero etiã cauẽdũ φοβερὸν ἦν: niſi viderẽ ſcire regem: me animi nihil habere. Ciceronem vero meum vexari: ſed id quidem arbitratu tuo. Laudationẽ Porcię gaudeo me ante dediſſe Leptę tabellario: q̃ tuas acceperim literas. Eã tu igitur, ſi me amas, curabis: ſi modo mittetur: iſto modo mittẽdã Domitio & Bruto. De gladiatoribus, de cæteris, quæ ſcribis ἀνεμοφόρητα: facias me quotidie certiorẽ velim: ſi tibi videtur, appelles Balbũ: & Ophiliũ. De auctione proſcribenda equidem locutus ſum cũ Balbo. placebat puto conſcripta habere Ophilium omnia. habet & Balbus: ſed Balbo placebat propinquũ diem eſſe Romæ, ſi Cęſar moraretur. poſſe in diẽ tertiũ differre. Sed is quidem adeſſe videtur. Totum igitur conſidera: placet enim Veſtorio. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ANte lucem cũ ſcriberem contra Epicuræos: de eodẽ oleo & opera exaraui neſcio quid ad te, & ante lucẽ dedi. deinde cum ſomno repetito ſimul cũ ſole experrectus eſſem, datur mihi epiſtola a ſororis tuę filio: quã ipſam tibi miſi: cuius eſt principium, Non ſine maxima cõtumelia: ſed fortaſſe οὐκ ἐπέσχεν. Eſt autem ſic, Ego enim non probo quicquid non belle in te dici poteſt. poſſe vult in me multa dici nõ belle: ſed ea ſe negat approbare: hoc quicq̃ poteſt eſſe impurius? Iam cętera leges (miſi em̃ ad te) iudicabiſq;. Bruti noſtri quotidianis aſſiduiſq; laudibus: quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renunciauerant, cõmotum iſtum aliquãdo ſcripſiſti, aliquid ad me credo & ad te: idq; vt ſciã facies: nam ad patrem de me quid ſcripſerim, neſcio. De matre q̃ pie. Volueram inquam, vt q̃ plurimum tecum eſſem conduci mihi domum: et id ad te ſcripſeram:

Neglexit) Dic neglexti. Ita) Erratum eſt a te, vt hoc errore abſentes eſſe cogamur. Iſtam domũ) Vbi eſt pater vel mater. Qua de cauſa ſcis) Quare hanc domũ videre non poſſum, tenes, exoſus videlicet matrem. Per odium) Propter odium matris. πότερον φανερῶς, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, Vtrum aperte an obliquis fraudibus. Ac reſpuam) Sic exple Caluitium illud ἢ σκολιαῖς ἀπάταις, An aſtu obliquo, declinando, ſcindendo, non lacerando. Δίχα μοι νόος) Ambigit mihi mens verum dicere. Ambiguus ſum an verum dicam Quinto, an fingam. Illud) Aperte loqui, ac veritatem non fucate.

neglexti. Ita minus multum vna erimus: nam ego iſtã domũ videre non poſſum: qua de cauſa ſcis. hanc autẽ cauſam pater odium matris eſſe dicebat. Nunc me iuua mi Attice conſilio πότερον φανερῶς ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. vtrũ aperte hominẽ aſperner ac reſpuam ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. Vt enim Pindaro, ſic δίχα μοι νόος ἀτρεκὲς εἰπεῖν. omnino moribus meis illud aptius: ſed hoc fortaſſe temporibus. Tu autẽ quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum puto. Equidem vereor maxime, ne in Tuſculano opprimar. In turba hæc eſſent faciliora. Vtrum igitur Aſturæ. Quid ſi Cæſar ſubito? Iuua me queſo conſilio, vtar eo quod tu decreueris. O incredibilem vanitatem, ad patrem domo ſibi carendum propter matrem plenam pietatis. Hic autẽ iam langueſcit, & ait tibi illum iure iratum: ſed vtar tuo conſilio. σκολιὰ enim tibi video placere. Romam, vt cenſes, veniam, ſed inuitus, valde enim in ſcribẽdo hæreo. Brutum, inquis? eadem ſcilicet, ſed niſi hoc eſſet, res me iſta non cogeret. Nec enim inde venit, vnde mallem, neq; diu fuit, neq; vllam literã ad me: ſed tamen ſcire aueo, qualis ei totius itineris ſumma fuerit. libros mihi, de quibus ad te antea ſcripſi, velim mittas: & maxime φαῖδρον. Ita ne nunciat Brutus illum ad bonos viros εὐαγγέλια, ſed vbi eos? niſi forte ſe ſuſpendit. Hic autem, vt fulcrum eſt. Vbi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenion caſa, & Brutum. Sed quid faciat? illud optime, ſed ne is quidem, qui omniũ flagitiorum author, bene de noſtro. At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim ſignificarat his literis: quas ad meas. At vellem aliquid deguſtaſſe de fabulis, ſed coram, vt ſcribis. Et ſiquid mihi authores, aduolo ne, an maneo? Equidem & in libris hæreo, & illum hic excipere nolo, ad quẽ vt audio, pater hodie ad Saxam acrimonia mirũ qua inimicus ibat, vt ego obiurgarẽ, ſed ego ipſe. Itaq;

Hoc) Obliquo aſtu vti. Quo) Veniet vel venire poſſet. Antiqua lectio, Quid ſi Cæſar ſubito? Vanitatem) Crudelitatem potius. Ad patrẽ) Scribit. Domo ſibi carẽdũ) Domũ redire nolle. Matrẽ) Pomponiam. Plenam pietatis. Quis ille aliter cẽſeat.

Langueſcit) Quintus Nepos. Ait) Subſequit in epiſtola. Illum) Cæſarẽ. Vtar tuo conſilio.) Diſſimulabo.

Σκολιὰ) Tortuoſa nõ aperta. Brutũ) Venturũ. Eadẽ) Quotidie repetis. Sũma) Voluntatis cumulus. φαῖδρον) Phædri videlicet dialogum, vel librum Phædri, alii qui codices habent φαῖδρον librum videlicet Platonis. — Scolia.

Euãgelia) Lętos nũcios ſe aliqñ miſſurũ. Iã cõſciſcebat liberũ facinus, ac mortẽ Cęſaris ruminabat. Vbi eos) Bonos viros reperit. Niſi forte ſe ſuſpẽdit) Vt tãdẽ vn⁹ optimatũ ſit bonus, nec qdẽ Brutus viuẽs eſt bon⁹. Hic aũt) In furca. Vt) O quãtũ & quale, q̃ pulchrũ. Fultũ eſt) Scribe, fulcrũ eſt. O pulchrũ fulcrũ aptũ pſonę ac moribus Bruti. φιλοτέχνημα) Ars cõminiſcẽdi. Parthenocala) Vetus lectio, Parthenion caſa. Veluti ſcorio Brutum inſinuat. i. cõcubitu furtiuo natũ. Quis pprie Parthenios is ſit q natus ſit ea, q̃ virgo crederet, ac iã pepererat, vnde Partheniatę Lacedæmonii dicti. Scimus nãq; Brutũ Cæſaris filiũ creditũ, in cuius matrẽ Cicero ſic iocatus eſt, Et vt melius emptũ ſciatis, Tertia deducta eſt. Faciat) Brutus. Illud optime) Faciat ſi ſe ſuſpẽdat. Ne is qdẽ) Male faciat Hirtius, q eſt auctor flagitiorũ nepotis mei. — Euangelia. Scorios. Brutus. Parthenios. Partheniatę.

Bene de noſtro) Factũ erit, ſi ſe ſuſpendat nepos. Saxa) Priſci codices habẽt Saxã, vt nomẽ ſit pprium. Mirũ quã) Scribe, mirũ qua, ſupple acrimonia pater ibat in filiũ. Vt ego obiurgarẽ) Quintũ fratrẽ tãta acrimonia, hoc eſt acerbitate eũtẽ in filiũ. Sed ego ipſe) Subintellige obiurgãdus erã, q obiurgabã fratrẽ. Veriſimile eſt hãc ſentẽtiã Ciceronẽ verbis Gręcis ſubdidiſſe, q̃ hodie interciderũt, ex libidine vero noſtra cõminiſci, facile qdẽ, verũ oneroſũ erat. ASCEN. Hic aũt pater, vt opinor, Quint⁹ eſt frater. lãgueſcit iã, min⁹ amat vxorẽ, & ait illũ, filiũ vc; iure iratũ tibi. Neſcio quõ tã abrupte ad Cęſarẽ referat. — ASCENſius



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS. Poſt) Me. Secūdo loco fratrem obiurga ne in filiū ſic excandeſcat. τὰ ὅλα) Cuncta, in vniuerſum, Potuerint) Cūcta. Mane) Fac vt maue ſciā. Dixi) Alij codices dixit. Redarguiſſe ſe) Dic, relāxuiſſe, tepuiſſe odiū. Σκολιαῖς) Obliquo aſtu. Me nō fore) Eū de quo Hirtius loquebať. Canai) Hoſtis Cęſariani, nō Ciceronis. In mea grauiores) Lectio vetus p̄fert. In me grauiores. Quis Quintus Iunior in me grauius q̄ in alium deliquerit. Certe) Saltem, quod peccatum aggrauat. Brutus aliquid afferret) Quis Brutus Partheniata aliquid afferret aduentu ſuo. Expectat enim Cic. quo lenire ac mederi vulneribus ſtuderet a fratris filio illatis, ſuſpendat ſe Brutus nihil proficeret. Nulla dubitatio eſt) Dubitationē mihi non eximeret fraudis ac doli iuuenilis. Cras igiť) Veniā. Niſi quid a me commeatus) Scribo, Niſi quid a te cōmeatus. vel ad me. Cras veniā, niſi literas a te habebo, quę res alicuius momenti afferentes retineāt me, vt cōmeatus milites ſolet, quo deficiente, dilabuntur, ac ſigna mouēt. Cōmeatus hodie victualia dicunt.

ASCENſius. ASCENſius. Cras igiť hęc corā agemus, quia proficiſcēdū hic mihi erit, niſi aliquid cōmeatus .i. penus aut annonę ad me ſup. feratur. Quoniā rem probat, placet antiqua lectio.

poſt fac. tu tamen vide quid de aduentu meo cēſeas, & τὰ ὅλα, cras, ſi perſpici potuerint, mane ſtatim, vt ſciā. Ego vero Quinto epiſtolā ad ſororē miſi, cū ille quereretur filio cū matre bellum, & ſe ob eā cauſam domo ceſſurū filio diceret. Dixit illum cōmodas ad matrē literas, ad te nullas. Ille alterū mirabatur. de te autē ſuā culpā, quod ſępe grauiter ad filiū ſcripſiſſet de tua in illū iniuria. Quod autē relanguiſſe ſe dicit: ego ei tuis literis lectis σκολιαῖς ἀπάταις ſignificaui me non fore, tum enim mentio Canai. Omnino, ſi id conſiliū placeret, eſſet neceſſe: ſed, vt ſcribis, ratio eſt habēda grauitatis, & vtriuſq; noſtrū idem conſiliū eſſe debet, etſi in me grauiores iniuriæ, & certe notiores. Si vero etiā Brutus aliquid afferret, nulla dubitatio eſt, ſed hęc corā. Magna enim res, & multę cautionis. Cras igitur, niſi quid ad me commeatus.

PIVS. Argumentum. CCXCIII.

VENIT ille) Nuperæ principiū epiſtolæ, in qua de aduētu Quinti iunioris agit. καὶ μάλα κατηφής) & admodū triſtis. ET ego) Subdo. Σὺ δὲ τὶ σύννους;) Tu vero quid cogitabundus? Quod iter inſtet) Quā viā moliatur. Inquā) Dico. Quę vis) Vrget te ad triſte bellū. Æs alienum) Nomina, debita. Ne viaticū quidē) Abūdat mihi, vel ſupereſt, ſufficit. Hoc loco) Verba Ciceronis ad Atticū. Tua eloquētia) Obliquo aſtu, vel opportuna taciturnitate. Ille eloquens eſt, q nō tā dicere, q̄ tēpori tacere nouit. Et ille) Quintus. Auuūculus) Atticus. Cur pateris?) Iraſci. Cur cōmittis) Cur tā grauiter peccas, vt iraſci neſciū pectus, accendatur. Non patiar) Iraſci, ex purgabo, ſatiſfaciā. At ego) Dico. Rectiſſime) Facies. ? Ita) Hoc pacto nō ſatiſfaciēdo matri. Illi) Auunculo. Quoniam rem probat) Lege modo rem probet, modo non improbet conſilium Atticus quid mihi de tempore? Priusq̄ proficiſcaris) Sententia mea eſt vt anteq̄ te moueas in bellum auunculo ſatiſfacias. Dialogus) Sermo inter me & Quintum Iuniorem.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VEnit ille ad me, καὶ μάλα κατηφής. Et ego, σὺ δὲ τὶ σύννους; Rogas, inquit, quod iter inſtet? eſt iter ad bellū, idq; tum periculoſum, tum etiā turpe. Quæ vis igitur inquā? Æs alienū, & tamē, ne viaticū quidē. Hoc loco ego ſumpſi quiddā de tua eloquentia. ā tac ui. Et ille, Sed me maxime angit auūculus. Quidnā inquā? Qz mihi, inquit, iratus eſt. Cur pateris inquā? Malui eñ ita dicere, q̄ cur cōmittis. Nō patiar, inqt: cauſam eñ tollā. At ego, Rectiſſime quidē. Sed ſi graue non eſt, velim ſcire, quid ſit cauſę. quia, dū dubitabā, quā ducerē, non ſatiſfaciebā matri. Ita ne illi quidem? Nunc nihil mihi tanti eſt. faciā, quod volunt. Feliciter velim inquā, teq; laudo. ſed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniā rem probat. Ego inquā ſentio prius, q̄ proficiſcaris. ita patri quoq; morem geſſeris. Faciam, inquit, vt cēſes. Hic Dialogus ſic concluſus eſt. Sed heus tu, diem meum ſcis eſſe. III. Nonarū Ianuarii. Aderis igitur. Scripſerā iā.

Ecce tibi) Parelcon eſt tibi,ſeruit ornamento. Orat) Dum hæc ſcribo. Lepidi literæ monentes vt Romam properarem,ſuperueniunt. Afflandum) Beroaldus,effandum emendat omniũ doctiſſime. Effari templum Augures ſolent cum inaugurant & conſecrant,vnde effata Termiui locorum cõſecratorum ac Diis vrbanis hærentium vocantur. Effata vltimæ precationes Augurum, quæ poſt locum inauguratum Augures iidem extra vrbem effabantur. Auctores Seruius libro Æneid.6. & Varro de Ling. Lat. Et quoniam Æneas pontificaliter & Augurum in morem loqui perhibetur, Maro verbum illud ſolenne protulit. Sic effatus veſtigia preſſit. Si pertinaciter communem lectionẽ tueris,afflandum interpretare euaporandum odore Thuricremo. Fatur μιασκόςδυ) Loquitur turpiſſime ac immundiſſime. Dictio compoſita eſt per cõtractionem. μίασμα emundicies. σκόςοδον allium. Scorodia, eius purgamenta. Alii codices habent μίκρυ κόδρυ, hoc eſt inſtar medici qualis fuit Codrus pauperculus. Alii volunt de Codro Rege,qui pro patriæ libertate cecidit, intelligendum eſſe, vt ſit ſenſus. loquitur inſtar Codri parui, qui non poteſt ſuperare vel æquare Codrum: tamen pro ſui puſillitate,quantum poteſt,imitatur,vt ſuperius eadem loquẽdi figura dixit. Fauonio vſi ſumus pſeudocatone. Non omnino iſta implent aures meas. Prorogatione) Tempus ampliabo. Ab ludis) Poſt ludos. Conſequemur) Continuabimus aduentum tuum Romam poſt biduum.

Ecce.
Effari.
Effata.
Locus Maronis.
Miaſcordu loquitur.
Scorodia.
Codrus paruus.

Ecce tibi. orat Lepidus vt veniam. Opinor Augures nihil habere ad templũ effandum. Fatur μιασκόςδυ. Videbimus te igitur. Ego vero vtar prorogatione diei, tuq; humaniſſime feciſti,qui me certiorem feceris: atq; ita,vt eo tempore acciperem literas,quo non expectarem. Tuq;,vt ab ludis ſcriberes: Sunt omnino mihi quædam agenda Romæ, ſed conſequemur biduo. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

Argumentũ.CCXCIIII.

POPVLVM Romanũ laudat, qui Cæſari Cæſarianisq; nõ plauſerit. Brutum non contemnit. Ligarianam orationẽ retractat.

PIVS.

POſt ſuaues tuas literas, et ſi acerba pompa, veruntamen ſcire omnia non acerbum eſt,vel de tota. Populum vero præclarum, ꝙ propter malum vicinum, ne victoria quidem plauditur. Brutus apud me fuit, cui quidem valde placebat, me aliquid ad Cæſarem. Adnueram, ſed pompa videlicet: tu tamen auſus es Varroni dare. Expecto q̃d iudicet: quando autem perleget? De Attica probo. eſt quiddam etiam animũ leuari tum ſpectatione, tũ etiam religione opinionis,& fama. Cottam mihi velim mittas. Libonem mecum habeo,& habueram ante Caſcam. Brutus mihi Titi Ligarii verbis nunciauit, ꝙ appelletur L. Curſidius in oratione Ligariana. erratum eſſe meum: ſed vt aiunt μνημονικὸν ἁμάρτημα, ſciebam Curſidium perneceſſarium Ligariorum,ſed eum video ante eſſe mortuum. Da igitur quæſo negociũ Pharnaci, Antæo, Saluio, vt id nomẽ ex omnibus libris tollatur.

POST Suaues) A ſuperiori ſecerne. Acerba pompa.) Triumphauerat enim Cæſar de Scipione ac Iuba, exuuięq; ciuiles populo diſplicuere. Vel de tota) Gratũ fuit audire per te omnia & ſi Cęſar de tota vrbe ac Italia triumpharet. Populũ) O præclarũ populum. Malum vicinum) Parthos aut Sextum Pompeium qui Siciliam occupauerat. Ne victoria) Nec quidem in victoria. quoniam cæſa eſt arbor nõ euulſa, itaq; q̃ fruticetur vides. Plauditur) Ciuilibus triumphis Cæſaris non applauſit populus. Cui) Bruto placebat vt aliquid ad Cæſarem ſcriberem. Pompa videt) Dic, Pompa videlicet, ſubintellige obſtat, ne aliq̃d ſcribam. quoniam non legeret occupatiſſimus. Dare) Libros meos. Perleget) Beroaldus emendat, pelleget quod eſt idem. L. Curſidius) Q; in Oratione pro Ligario dixeram,aliquid de Curſidio,nunc intelligo errorem eſſe meum. Μνημονικὸν) Memoriæ peccatum. Fragilitas memoriæ excuſat errorem. Libris) Orationibus, ne Curſidius in Oratione pro Ligario legatur.

Memoriæ peccatum.

Argumentum. CCXCV.

DE ADVENTV celeri Iulii Cæſaris,& apparatu ludorum. In philoſophia conſumere ſpondet totos dies. De nummis & argento Cæſaris multa. Dubitat ne ſit negligentior.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

FVit apud me Lamia poſt diſceſſum tuũ, epiſtolamq; ad me attulit miſſam ſibi a Cæſare, quæ q̃q̃ ante data erat, q̃ ille Dicarcheæ, tamẽ plane declarabat illũ ante ludos Romanos eſſe venturum: in qua extrema ſcriptũ erat, vt ad ludos omnia pararet, ne ve cõmitteret, vt fruſtra ipſe properaſſet. Prorſus ex his literis nõ videbatur eſſe dubiũ, quin ante eam diẽ venturus eſſet. Ideq; Balbo, cũ eam epiſtolam legiſſet, videri Lamia dicebat. dies feriarũ mihi additos video: ſed q̃ multos, fac, ſi me amas, ſciã. De Bebio poteris, & de altero vicino Egnatio. Q; me hortaris, vt eos dies conſumã in philoſophia explicanda, currẽtem tu quidẽ, ſed cũ Dolabella viuendum eſſe iſtis diebus vides. Q; niſi me Torquati cauſa teneret ſatis erat dierũ, vt Puteolos excurrere poſſem, & ad tempus redire. Lamia quidẽ a Balbo (vt videbatur) audiuerat: multos numos domi eſſe numeratos, quos oporteret q̃primũ diuidi. magnum pondus argenti, auctionẽ, propter prandia, primo quoq; tempore fieri oportere. Scribas ad me velim, quid tibi placeat. Eqdem, ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligentiorẽ, nec officioſiorem facile delegiſſem Veſtorio, ad quẽ accuratiſſimas literas dedi, quod idem te feciſſe arbitror. Mihi quidem hoc ſatis videtur. Tu quid dicis? Vnũ enim pungit, ne negligentiores eſſe videamur. Expectabo igitur tuas literas. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

POlex quidẽ, vt dixerat, ad Idus Sextil. ita mihi Lanuuii pridie Iduum prȩſto fuit: ſed plane pollex, nõ index, cognoſces igitur ex ipſo. Balbũ cõueni. Lepta em̃ de ſua vi in Curionẽ laborãs, me ad eũ perduxerat. me autẽ Lanuuio, quo Lepido tradidit. Ex eo hoc primũ. paulo ante acceperam eas literas, in qbus magnopere cõfirmat ante ludos Romanos. Legi epiſtolã. multa de meo Catone, quẽ ſȩpiſſime legẽdo ſe dicit copioſiorẽ factũ. Bruti Catone lecto ſe ſibi viſum diſertum. ex eo cognoui cretionem,

Diacria.

FVIT) Noua epiſtola. Ille) Cæſar. Diocharme) Scribo, de cõiectura Diacriæ. ſubintellige eſſet. Eſt locus Atticȩ. Auctorẽ ſui Pallanta habet filiũ Pandionis. Populares Diacris i. διακρεῖς appellãtur. Alii legere malũt Dicarcheæ quȩ ciuitas Cãpaniȩ eſt, Puteoli a Romanis dicta, vbi Herodianus Sympoſiũ ſcripſit. Incola Dicȩarchæus & Dicȩarchites. Adiuuãt hȩc inferius poſita, Qđ niſi me Torquati cauſa teneret, ſatis erat, vt Puteolos excurrere poſſem. Poſt) Plane Puteolos nõ fuit eũdũ, quia Cæſar adeſt. Ad libros) Corrige, ad ludos. Item Balbo) Legẽdũ, Ideq; Balbo, ſubintellige videbat̃. De Bebio) A Bebio ſciſcitari. Currẽtẽ) Hortaris. Addis oleũ camino & ſulphur incẽdio. Dierũ) Tẽporis. Auctionẽ) Vẽditionẽ iſtarũ rerũ. Prȩter prandia) Lege, propter prandia. Epulo em̃ populũ Cæſar accepit. Veſtorio) Qui Cæſari literas redderet.

Dicarchæa.

Argumentũ. CCXCVI.

PIVS.

DE LEPTA & Curione, nõnullisq; minutulis. Gaudet Cæſari placuiſſe Catonẽ ſuũ, adeo vt copioſiorẽ ſe factũ dicat. De hortis Cluuianis, idq; genus puſillis.

Polex.

POLEX) Diuelle hãc a ſupiori. Ludit in nomine. eſt em̃ Polex nomẽ ꝓpriũ & nomẽ digiti prioris. Sed duplicatur in digito, ll. verũ antiqui nõ geminabãt cõſonãtes. Nõ fuit index Polex, quoniã nihil indicauit, & index eſt digitus omnia indicans. Meo autẽ) Scribe, me autẽ. Lanuuio videlicet ad vſque Curionẽ adduxit. Quod) Lege, quo, hoc eſt vnde mox ad Lepidũ. Ex eo) A Lepido hoc primum adduci Cȩſarẽ venturũ. Cõfirmat) Cȩſarẽ affuturũ. Bruti ſermone) Libri de perfecto genere dicẽdi Bruto dicati, vel librum a Bruto compoſitũ intelligit.

ASCENſius

ASCENſius. Cretionem, exponam aditionẽ hæreditatis quȩ fiebat cernẽdo & ad rem præſentẽ eundo, prȩſentibus teſtibus. Et paulo poſt, vt meo iuſſu ſcilicet tanq̃ mandato meo cernat, id eſt adeat, ſunt qui legant iniuſſu, id eſt niſi iuſſerat.

PIVS.
Cretio.

Cretionem) Pugnã forenſem vt aliqui, a cer no quod eſt pugno. Et cernere ferro ait Maro. Et Plautus ſubinde cernitur pro pugnatur: vel computum. Vide inferius & hoc a cerno. i. diſcerno. Quid enim

teſtibus præſentibus ſexaginta duobus . metuebã,ne ille arceſſendus eſſet. Nõ cõmittẽdũ eſt,vt meo iuſſu cernat. Idẽ igitur Polex etiã de hortis Cluuianis egit cũ Balbo liberalius. ſe eñ ſtatim ad Cæſarẽ ſcripturũ. Cluuiũ autẽ Attico Hordeonio legare, & Terẽtię. HS LIII. vtilia & ſepulcro,multisq; rebus.nihil a nobis.ſubaccuſa quęſo Veſtoriũ. Quid minus ꝓbãdũ,q̃ Plotiũ vnguentariũ,per ſuos pueros,omnia tãto ante Balbo . Illũ mi Attice per eos perire reum mihi doleo,dilexi hominẽ . Quintum delegabo,ſiquid æri meo alieno ſuperabit,in emptionibus,in quibus mihi etiã æs alienũ faciendũ puto. De domo Arpini nihil ſcio. Veſtoriũ nil eſt quod accuſes. Iã enim obſignata hac epiſtola, noctu tabellarius noſter venit , & ab eo literas diligenter ſcriptas attulit,& exẽplũ teſtamẽti.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

POſteaq̃ abs te Agamemno nõ,vt venirẽ (nã id quoq; feciſſem,niſi Torquatus eſſet) ſed, vt ſcriberẽ, fecit, omiſi ea,quę in manibus habebã, abieci, qđ iuſſeras edolaui. Tu velim e Polìce cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias. Turpe eſt eñ nobis illũ, qualiſcũq; eſt,hoc primo anno egere, poſt moderabimur diligẽtius. Idẽ Polex remittẽdus eſt,vt ille cernat. Plane Puteolos nõ fuit eũdũ,cũ ob ea,quę ad te ſcripſi,tum ꝗ Cæſar adeſt. Dolabella ſcribit, ſe ad me poſtridie Iduũ . O magiſtrũ moleſtũ. Lepidus ad me heri veſperi literas miſit Antio, nã ibi erat:habet eñ domũ,quã nos vẽdidimus. Rogat magnopẽ, vt ſim Calendis in Senatu,me & ſibi,& Cęſari vehementer gratũ eſſe facturũ. Puto equidẽ nihil eſſe,dixiſſet enim tibi fortaſſe aliquid Oppius . Balbus eſt æger. Sed tamen malim venire fruſtra, q̃ deſiderari. ſi opus eſſet,moleſte ferret poſtea . Itaq; hodie Antii, cras ante meridiẽ domi. Tu velim ſis (niſi te impediuiſti) apud nos pridie Calendarũ cũ Pylia. Te ſpero cum Publio confeciſſe.equidẽ Calendis in Thuſculanũ recurrã. Me enim abſente omnia cũ illis tranſigi malo. Q. Fratris epiſtolam ad te miſi,nõ ſatis humane illam quidem reſpondentem meis literis : ſed tamen, quod tibi ſatis ſit , vt equidem exiſtimo , tu videbis . Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe,

aliud agit qui cõputat & ratiocinatur. Infra, Non metuendũ eſt ne illi meo iuſſu cernat . Mox. Polex remittendus eſt vt ille cernat . præpoſuerat enim. Tu velim e Polìce cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias. Cretionẽ tñ Iuriſcõſulti aditũ ad hęreditatẽ vocãt. Cernere eñ auctore Feſto eſt hæreditatẽ adire . Sed de hoc verbo libro. xj. fuſius diſſeruimꝰ ad vndecimi libri ſecũdã epiſtolã te relego , vbi huius verbi veritatẽ nãciſci poteris. Iuſtinianꝰ, Cretiones hęreditatũ ſuſtulit. Quęnã ille cretiones fuerint. Accurſius ignorat & earũ deriuationẽ & originẽ. Fiebãt ſolẽniter cretiones , hoc eſt aditus ad hęreditates nõ ſine ſolẽni iuris prętorii iudicio,quod tãq̃ inutile moramẽtum ſuſtulit Iuſtinianus . Improbe fecit Aldus qui verbũ priſcũ ius redolẽs inuertit,ac turpiter a Romana editione diſceſſit, ex furunculo carcinoma facere ſolitus, & ex pernionibus podagras. Sexaginta diebꝰ) Lege, duobus. Cernat) hæreditatem adeat. Sepulcro) In conditurã ædificationẽq; ſepulcri . Tanto ante Balbo) Subintellige oppigneraſſe vel quid tale. Per meos) Corrige ꝑ eos,teſtimonio videlicet illoꝝ pueroꝝ. Quidẽ) Lectio vetus perire. Deos) Dic,reum. Mihi doleo) Mecũ doleo,qui tantũ amicũ perdidi. Æri meo alieno) Fœnori ſumpto . Supabit) Reſtabit. Et emptionibus) Lege, in emptionibus vtar. Ex quibus) Scribẽdũ,in quibus. Æs alienũ faciendum) Contrahenda debita.

De cretione pro Iureconſultis.

Cernere.

Argumentũ.CCXCVII.

ROGAt Atticũ vt rationes ſũptuarias corrigat, ne Polex egeat. Puteolos nõ inuiſit , qđ Cæſar adeſt. In Senatũ veniet.

PIVS.

POSTEA) Diſcludenda a ſuperiori epiſtola. Veniẽs Agamemno) Nomen ſerui. Edolaui) Cõpoſui . metaphora fabrilis. Sũptuarias) Impẽſas domeſticas. Cernat)Hęreditatẽ adeat. Se ad me)Vẽturũ. O magiſtrũ)Dolabellã q Ciceroni dictabat quõ cũ Cæſare ſe gereret. Nihil eſſe)Opus. Delirat Lepidus hõ leuiſſimꝰ. Si opus eſſet)Si neceſſitas veniẽdi inſtaret. Ferre) Scribe,ferret Cæſar videlicet. Publio) Quid ſi Spurio, de quo ſupra.

Edolare.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cum diceres te in Thuſculanũ venturum,quod vtinã iterum,vtinam tuo tamen cõmodo. Lepta me rogat: vt,ſiquid ſibi opus ſit,accurram. Mortuus enim Babulius. Cæſar opinor ex vncia, et ſi nihil adhuc, ſed Lepta ex triente. Veretur autem,ne non liceat tenere hæreditatem. ἀλόγως omnino,ſed veretur tamen. Is igitur,ſi acciérit,accurram: ſin minus ante, q̃ neceſſe erit. Tu Policem,cum poteris.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

LAudationem Porciæ tibi miſi correctã, ac eo properaui,vt ſi forte hæc aut Domitio filio,aut Bruto,mitteretur. Id,ſi tibi erit cõmodũ,magnopere cures velim, & velim Marci Varronis & Olli mittas laudationẽ.Olli vtiq;,nã illã legi,volo tamen reguſtare.Quędã eñ vix mihi credo legiſſe. Atticæ primũ ſalutẽ, quã equidẽ ruri eſſe arbitror. Multã igitur ſalutem & Pyliæ.De Tigellio ſiquid noui,qui quidem,vt mihi Gallus Fabius ſcripſit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quãdã iniquiſſimã,me Phameę defuiſſe, cũ eius cauſam recepiſſem, quã quidẽ receperã cõtra pueros Octauii Cn.F. nõ libenter,ſed Phameę cauſa volebã. Erat enim,ſi meminiſti, in Cõſulatus petitione per te mihi pollicitus,ſiquid opus eſſet. Quod ego perinde tuebar,ac ſi vſus eſſem. Is ad me venit, dixitq; apud iudicem operã darẽ,ibi cõſtituiſſe eo die ipſo, quo de Seſtio noſtro lege Põpeia in conſiliũ ire neceſſe erat. Scis eñ dies illorũ iudiciorũ prẹſtitutos fuiſſe. Reſpõdi nõ ignorare eũ, quid ego deberẽ Seſtio: quem vellet aliũ diẽ,ſi ſumpſiſſet,me ei nõ defuturũ. Ita tũ ille diſceſſit iratus,puto me tibi narraſſe. Non laboraui ſcilicet, nec hominis alieni iniuſtiſſimã iracũdiã mihi curandã putaui.Gallo autẽ narraui,cũ proxime Romę fui, quid audiſſem,neq; nominaui Balbũ minorem.Habuit ſuũ negocium Gallus,vt ſcribit. Ait illũ me animi conſcientia, ꝙ Phameam deſtituiſſem, ſuſpicari.Quare tibi hactenus mando de illo noſtro, ſiquid poteris, exquiras. De me nequid labores. Eſt bellũ aliquẽ odiſſe libẽter, quẽadmodũ nõ omnibus ſeruire, et ſi mehercule, vt intelligis, magis mihi iſti ſeruiũt,ſi obſeruare,ſeruire eſt. Vale.

Cum diceres) Aiebant te dixiſſe. In ſtrepitu) Rumuſculis. Vtinã iterũ) Beroald⁹ emendat, Verũ,perperam tamen. Cæſar) Factus hæres. Si nihil adhuc) Quis nihil habeam explorati. ἀλόγως) Sine ratione, veretur. His) Scribendum, is, ſine afflatu. Anteq̃) Non accurram. Cũ poteris) expedies.

Argumentum.298.

PIVS. LAVDAtionem Porciæ mittit vt ad Brutum mitteretur. Reguſtare vult Olli laudationẽ. Tueri vult Phameam, nec omnes amat, quod eſt bellũ aliquem odiſſe. LAVDAtionem) Separa vt cæteras. Mitteretur) Legit Beroaldus, hęc mitteretur, Subintellige, eſſet expedita. Olli vtiq;) Omnino. Ollus propriũ nomen,ſubintellige laudationem. Reguſtare) Relegere. Ruris) Dic,ruri. Μέμψιν) Accuſationẽ adſcribit. Ephameę) Lege,Phameę, de quo ſupra. Cũ eius re cauſam cepiſſem) Scribe, cũ eius cauſam recepiſſem. Octaui⁹) Protegebatur a me. Vſus eſſem) Beneficio. Iuxta illud Ouidianum,

Et ſi nil prẹſtes, animi ſum factus amici
Debitor, & meritum velle iuuare voco.

Gratus eſt qui dono & beneficio capitur, gratiſſimus qui volũtate benefica. In magnis & voluiſſe ſat eſt. Is) Phamea. Dixitq; iudicem) Legẽdũ apud iudicem. Dare) Scribe darem. Patrociniũ ei apud iudicẽ nõ denegarem. Ibi cõſtituiſſe) Phamea patrocinium meum petebat,ac diem elegerat quando Seſtiũ noſtrũ defenſurus erã. A me enim fieri nõ potuit vt vna fidelia duos parietes dealbarem. Animi conſciẽtia) feciſſe. Eſt bellum) Lepidum, facetum. Græci, inquit ille, belliores quam Romani noſtri. Quemadmodum) Bellum eſt. Seruire) Patrociniũ miniſteriũ prẹſtare. Obſeruare) Seruire hoc nõ eſt,ſed propter ciuilem obſeruantiã patrociniũ prẹſtare,nec ſeruitus dici debet.

Reguſtare.

ASCENſius

ASCENSIVS. Octauius) Legam, Octauii: vt ſit contra pueros Octauij Cn. filii, alioqui obſcure diceret pueros,non addendo cuius.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ADmonitus quibuſdā tuis literis, vt ad Cæſarē vberiores literas mitterē, inſtituerā, cū mihi Balbus nuper in Lanuuio dixiſſet, ſe & Oppiū ſcripſiſſe ad Cęſarē, me legiſſe libros cōtra Catonē, & vehemēter probaſſe. Cōſcripſi de his ipſis libris epiſtolā Cæſari q̄ deferet̄ ad Dolabellā, ſed eius exēplū miſi ad Oppiū & Balbū, ſcripſiq; ad eos, vt tū deferri ad Dolabellā iuberēt meas lr̄as, ſi ipſi exēplū ꝓbaſſent: ita mihi reſcripſerūt, nihil vnq̄ ſe legiſſe melius. Epiſtolāq; meā iuſſerūt dari Dolabellę. Veſtorius ad me ſcripſit, vt iuberē mācipio dari ſeruo ſuo ꝓ mea parte Hetereio cuidā fundū Brinnianū, vt ipſe ei Puteolis recte mācipio dare poſſet. Eū ſeruū, ſi tibi videbitur, ad me mittes. Opinor enim ad te etiā ſcripſiſſe Veſtoriū de aduētu Cæſaris idē qđ a te mihi ſcriptū eſt ab Oppio & Balbo. Miror te nihildū cū Tigellio velut hoc ipſum, quātū acceperit, prorſus aueo ſcire, nec tamen floccifacio. Quęris quid cogitē de obuiā itione. Quid cēſes, niſi Alſium? & qdē ad Murenā de hoſpitio ſcripſerā: ſed opinor cū Matio ꝓfectū. Salluſtius igitur vrgebitur. Scripto iā ſuperiore verſiſiculo Heros mihi dixit, ſibi Murenā liberaliſſime reſpōdiſſe. Eo igitur vtamur: nā Silius culcitras nō habet. Dida aūt (opinor) hoſpitibꝰ totā villā cōceſſit.

## M.T.CICERO T.P.Attico S.

AD Cæſarē quā miſi epiſtolā, eius exēplū fugit me tum tibi mittere, nec id fuit, qđ ſuſpicaris, vt me puderet tui. Nę ridicule Micillus. Nec mehercule ſcripſi aliter, ac ſi πρὸς ἴσον ὅμοιόν q; ſcriberē. Bene em̄ exiſtimo de illis libris, vt tibi corā. Itaq; ſcripſi ἀκολακεύτως. & tn̄ ſic, vt nihil eū exiſtimem lecturū libētius. De Attica nūc demū mihi eſt exploratum: itaq; ei de integro gratulare. Tigelliū totū mihi, & quidē q̄primū. nā pēdeo animi, narrabo tibi. Q. Craſſus, ſed ad me, an ad te neſcio, mihi ſcripſit Romā. VIII. Cal. ſed miſi, q inuitaret. Etſi hercle Romā iā veniēdū eſt, ne ille ante aduolet. O hoſpitē mihi tā grauē ἀμεταμέλητον. Fuit em̄ ꝓiucūde. Sed cū ſecūdis Saturnalibꝰ ad Philippū veſperi veniſſet, villa ita cōpleta militibꝰ vt vix tricliniū, vbi cœnaturus ipſe Cęſar eſſet, vacaret, quippe hominū. CCCC. Sane ſum cōmotus, qd futurum eſſet poſtridie: ac mihi Barba Caſſius ſubuenit, cuſtodes dedit. Caſtra in agro. Villa defenſa eſt.

Epiſtola.CCXCIX.

ADMONItus) Et hāc ā ſuperioribus diuide. Inſtituerā) Mittere. Libros) Cæſaris. Deferetur ad Dolabellam) Vt per manus Dolabellę Cæſari redderetur. Mancipio dari) Vēdi. — PIVS.

Brinnianum) Quid ſi Briuianū. Alibi Cicero. Briuius quidā Caupo de via Latina. — Briuius.

Ab Oppio) Ex ſententia Oppii. Nihildum.) Nihil adhuc. De obuiam itione) Cæſari, de occurrēdo Cæſari. — Nihil dum.

Culcitras non habet) Eſt inanis, & vacuus, fartum nō habet. — Culcitras nō habet.

Argumentum.CCC.

CVR Epiſtolam ad Cæſarem Attico non miſerit. Aduentu Cæſaris villam militibus fuiſſe completam. Menſam Cæſaris laudat, ſermonem quoq; genialem & ſcitum. AD CÆſarem) Diuerſa ab ſuperiori hæc epiſtola eſt. Fugit me) Oblitus ſum. Ne ridicule) Scribe, næ ridicule. Supple dixit. πρὸς ἴσον) Ad ęquale, ſimile, par pari. ὅμοιόν q;) Que coniungit, non refert. πρὸς ἴσον ὅμοιόν q;. — PIVS.

ἀκολακεύτως) Sine aſſentatione. Vt vere referam nihil dās auribus, veritate nuda, ſimplici, recta, maſcula vſus, nulla Græca, nec Hiſpana aſſentatione. Olim Græculi vitiorum omnium genitores. Romam inuaſerant, miro aſſentationum artificio proceres. Romanos perdebant, mellito laqueo ſtrangulabāt. Exploratum) Certum conualuiſſe. Totum mihi) Expecto venturum, vel reſtitue & in amorē reuoca. Quintum) Expecto. — Acolacentos.

ἀμεταμέλητως) Sine pœnitentia, vel quem non pœnitet. Aldus emendat ametameleton, nō pœnitendum, vel non pœnitentem. — Ametameletos.

Barba Caſſius) Cognomentum cuiuſdam Caſſij. Reperio in quodam codice babe, quæ vox eſt græca ſignificans idem quod papę. — Caſſius Barba. Babe



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad. VIII. Calend. nec quẽq̃ admiſit, rationes opinor cũ Balbo. inde ambulauit in litore. poſt hæc in balneum. tum audiuit. De Mamurra non mutauit. vnctus eſt, accubuit ἐμετικὴν agebat. Itaq; & edit & bibit ἀδεῶς, & iucunde, opipare ſane & apparate. Nec id ſolum ſed bene cocto & condito ſermone bono. & ſi quæris, libenter. præterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copioſe. Libertis minus lautis, ſeruiſq; nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Quid multa? Homines viſi ſumus, hoſpites tamen nouos qui diceres, amabo te, eodem ad me cum reuertere. ſemel ſatis eſt σπουδαῖον οὐδὲν in ſermone, φιλόλογα multa. Quid quæris? Delectatus eſt, & libenter fuit. Puteolis ſe aiebat vnum diem fore, alterum ad Baias. Habes hoſpitiũ, ſiue ἐπισταθμίαν odioſam mihi duxi, non moleſtam. Ego pauliſper hic, deinde in Thuſculanum. Dolabellæ villam cum præteriret, omnis armatorum copia, dextra, ſiniſtra ad equum, nec vſq̃ alibi. Hoc ex Nicia. Vale.

Tertiis Saturnalibus) Tertia die Saturnaliorum. Rationes) Legebat. Audiuit) Audientiã fecit, accepit adeũtiũ deſideria, quod maxime regium eſſe ſolet. ἐμετικὴν) Vomitũ. Edit & bibit) Subde dictionem præpoſtere ſitam. & edit & bibit. ἀδεῶς) Intrepide videlicet. οἱ περὶ αὐτὸν) Qui apud eum. Valde copioſe) Accepti ſũt. Hoſpes tamen nouis) Legendũ hoſpites tamen nouos qui diceres, quomodo vocares? Amabo) Finis ſequentis clauſulæ. Eodem) Victu accipieris. Semel ſatis eſt) Accipere hoc victu, nec natura ferre poteſt exceſſus, vnde a Satyro dictum, Voluptates cõmendat rarior vſus. σπουδαῖον οὐδὲν) Serium nihil. φιλόλογα.) Eruditula. ἐπισταθμίαν) Diuerſorium. Pauliſper hic.) Ero. Ad equũ) Erant ad equũ Cęſaris, ad frena Cæſaris pcurrebãt. Hoc ex Nicia) Audies. Res leuis a leui Gręculo nõ togato Cicerone referenda.

Philologia.

Ad equum.

Argumẽtum. CCCI.

PIVS.

CÆSARIS Impotentiam deſcribit, ac eius de Bruto iudicium penſitatum ac verũ, ſi quis exitũ rerũ conſideret. DIVERti) Diuertere eſt hoſpitari, vnde diuerſorium locus, etiã hoſpitium. Diuerſitor qui accipit hoſpitio. Illum) Oppium. Tecum mane) Subintellige loquebar. Nihil perditius) Rebus optimatum. Explicari) Expediri. Non poſſe) Aiebat, ſentiebat Oppius. Tali ingenio) Pręditꝰ. Tumultũ gallicum) Veriti ſunt ne Galli deſciſcerent. Hoc docet epiſtola inferiꝰ poſita his verbis, Horribile eſt quæ loquantur: quæ minitentur, ac vereor Gallica etiã bella. Ipſe Sextus quo euadat. In ſermonem) Vocatum aiebat a Cæſare. Lepidi) Nemini accidit præterq̃ illi & Lepido vt ſermoni Cæſaris interfuerint. Ad ſummã) Duplex dictio Beroaldo. Ad ſummã, in ſumma, ad ſummũ. Non poſſe) Dicebat Oppius. O prudentem) Ironia. Suſpirat antiqua tempora Oppius, & tamen Cæſarem ſaluum vult, quo incolumi Reſpublica nunq̃ erit. Pigrere) Moreris, Pigritare etiã priſci dicebãt.

Diuerſitor.

Pigrari.
Pigritare.

# M·T·CICERONIS

## Epiſtolarum ad T. Pomponium Atticum LIBER XIIII.

### M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

REVERTI ad illum, de quo tecum mane. Nihil perditius, explicari rem non poſſe. etenim, ſi ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nunc reperiet? Quid quæris? Periiſſe omnia aiebat, quod haud ſcio an ita ſit, verum ille gaudens affirmat, minꝰ diebus. XX. tumultum Gallicum. in ſermonẽ ſe poſt Idus Martii, pręterq̃ Lepidi veniſſe nemini. ad ſummã non poſſe iſtęc ſic abire. O prudẽtem Oppium, qui nihilominus illũ deſiderat, ſed loquitur nihil, quod quenq̃ bonum offendat. Sed hęc hactenus. Tu quæſo quicquid noui (multa autem expecto) ſcribere ne pigrere. in his

De Seſtio) Scribe Sexto, Pompeio videlicet qui Catinam in Sicilia occupauerat. Infra, Ipſe Sext⁹ quo euadat. Ille) Oppius dicebat. Magni refert) Plurimũ intereſt. Hic) Brutus. Valde volet) Mordicus vt Cynegirus propoſitum apprehendet. Id) Dicebat Cæſarem ſe naturam Brutinã aduertiſſe, cum interceſſit apud eũ pro Rege Deiotaro. Nicææ) Stephanus, Nicęa ciuitas Bithynię vocata prius Ancora: poſt Antigonia, poſtea a Lyſimachi vxore Nicęa. Vt quicq; ſuccurrit) Prout aliquid in buccam venit, Vt nihil omittã. Seſtij) Qui patrocinio meo apud Cæſarẽ egebat. Eũ) Cæſarẽ. Ego dubitem) Dubitare non debeo, liquet. Sedeat) Excluſus cubiculo) Verba Cęſaris ingenuitatẽ ac humanitatem incredibilẽ referentia Suo cõmodo) Pro voto & nutu. Conuenire) Adire alloqui. Atqui) Laus Cæſaris a facilitate. Hic eſt) Cæſar. Male) Valde. In ſequenti epiſtola. Ego nũc tam ſim ſtultus, vt hunc ipſum facile hominem putem mihi eſſe amicũ, cũ tandiu ſedens meũ commodum expectet. — Nicæa.

de Sexto ſatis ne certum: maxime autẽ de Bruto noſtro, de quo quidem ille, ad quem diuerti: Cęſarem ſolitũ dicere, magni refert, hic quid velit, ſed quicquid volet, valde volet, idq; eum animaduertiſſe, cum pro Deiotaro Nicęæ dixerit, valde vehemẽter eum viſum & libere dicere. Atq; etiam (vt eũ quicq; ſuccurrit, libet ſcribere) proxime, cum Seſtii rogatu apud eũ fuiſſem, expectaremq; ſedens quoad vocarer, dixiſſe eum, Ego dubitem quin ſummo in odio ſim, cum M. Cicero ſedeat? nec ſuo cõmodo me conuenire poſſit? Atqui ſi quiſq̃ eſt facilis, hic eſt: tamen non dubito, quin me male oderit. Hæc & eiuſmodi multa. Sed ad propoſitum, quicquid erit non modo magnum, ſec etiam paruum ſcribes, equidem nihil intermittam. Vale.

ASCENſius. Male. i. valde: ſed vt Valla adnotauit de re mala dicitur. vt in Eunucho Terẽtij: Illud rus tã male odi. Bene tamen pro valde ponitur in re nõ bona: vt ſiquis dicatur bene ſtult⁹ aut bene malus &c. — Male. — ASCEN.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

Argumetnum. CCCII. — PIVS.

AVDIT libenter vrbana, ac Caſſio datũ plauſum ridet. Refert ſcõma Cęſaris de M. Tullio expectante. Itineris futuri ſeriẽ reddit.

Dvas a te accepi epiſtolas heri, ex priore theatrum Publiumq; cognoui, bona ſigna conſentientis multitudinis: plauſus vero Lucio Caſſio datus, etiã facetus mihi quidem viſus eſt. Altera epiſtola de Madaro ſcripta, apud quem nullum σαλάκωμα, vt putas. Proceſſit enim, ſed minus diutius, ſermone enim ſum retentus. Quid autem ad te ſcripſeram, obſecro fortaſſe, id eiuſmodi eſt. Aiebat Cęſarẽ ſecum, quo tempore Seſtii rogatu veni ad eum, cum expectarem ſedens, dixiſſe, Ego nunc tam ſim ſtultus, vt hunc ipſum facile hominem putem mihi eſſe amicum, cum tandiu ſedẽs meum commodum expectet? Habes igitur φαλάκρωμα inimiciſſimũ ocii, id eſt Bruti. In Thuſculanum hodie, Lanuuii cras, inde Aſturę cogitabam. Pyliæ paratum eſt hoſpitium, ſed vellem Atticam. Verum tibi ignoſco, quarum vtrique ſalutem. Vale.

DVAS) Proprie & ſignificanter, binas de literis diceretur. Theatrum) Multitudinis Theatricę acclamationes & reclamationes. Publium) Dolabellam. Bona ſigna) Populi conſentientis in Cæſarem & Cæſarianos. Σαλάκωμα) Inanem iactãtiam, vnde aliqui Salacomis legunt libro. vii. Epiſt. Fami. Cognouiſti meam cauſam, & iſtius Salacomis iniquitatẽ. — Salacoma. Aiebat) Publius Facilẽ) Scribe facile & iũge cum putem. Variauit) P. Verba Cęſaris, dicebat ille ſe non dubitare quin non ametur a populo, cum Cicero tantus Senator excluderetur. Φαλάκρωμα) Caluitium, Intelligit ſe caluum & ſenem amare ociũ. — Phalacroma. Alii ad Cæſarem referunt caluum, & reuocare capillos aſſuetum, vnde ius laureæ perpetuo geſtandæ oblatum a populo libenter accepit. Auctor Tranquillus. Bruti) Qui pacem ac quietem publicam optabat. Hodie) Veni. Cras) Ero. Cogitabam) Fore.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Argumentum.CCCIII.

DVBItat vt tranquillitas diuturna eſſe poſſit,& quędã affert etiã panica, terroris cõſternationiſq; plena. LITERÆ) Fuerũt. Diutius) Eſſe poſſint. Maius) Corrigendũ eſſe Matius epiſtola ſequens vtiq; cogit. Tumẽt negocia) Nam cum Matius,& reliqua. Poſſe) Diu eſſe tranquillitatem. Structores) Structor proprie,qui in mẽſa diuidit ac obſonia cõponit. Iuuenal. Structorẽ interea ne qua indignatio deſit ſaltantẽ videas In hoc loco pro frumẽtatoribus,qui ad coemendũ frumentũ pręfecti fuerant. πανικὸν)Tumultus ac vniuerſa cõſternatio,cuius Pan auctor creditus eſt a priſcis, q tumultus ꝑut cito creſcit,tacito detumeſcit, vnde panicõ hoci loco repẽtinãq; cõſternationẽ,ſed inanẽ ſignificat. Scripſiſſes)Si quid haberes certi,pręſertim in re tam ſubita ac magna. Torumbus. Architecti nomẽ.

Structor.

Panicon.

Torumbus.

Bellus) Feſtiuus ille Torũbus. Ad obſignãdũ) Cæſar ac Cæſaris amici adhibuerũt. Atticũ ſignatorẽ teſtamento ſuo. Quare hoc faciãt,Marcus Tullius interpretatur.

Ita putarẽ) Nos habere minime ſuſpectos,ac in ſuis,ſed indifferẽtibus adhibẽt. Nõ animo)Cum ex animo ac penite ſenſu nos nõ amẽt. Odorare)Tacite iueſtiga. Διάθεσιν) Affectũ. An mihi afficiatur. Epularũ)Lurco erat Antonius ac nunq̃ ſobrius, quare ab eo nõ formidandũ Cęſar olim reſpõdit, ſed a pallidis Bruto videlicet & Caſſio. Pragmaticõ) Negociale,in praxi. Scribes) Emenda ſcribe. ἐπισημασίαν) Deſignationẽ,ſignificationẽ, arenas,venationes,ſpectacula idq; genus reliqua. Minorũ) Mimorũ Beroaldus emendat & recte.

Odorari.

Pragmaticõ.

Epiſemaſia.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TRanquillę quidẽ tuę literę, quod vtinã diutius,nam Matius poſſe negabat. Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentũ profecti,cũ inanes rediiſſent, rumorẽ afferunt magnũ Romæ,domũ ad Antonium frumentũ omne portari. πανικὸν certe,ſcripſiſſes enim. Torũbus Balbi nullus adhuc,& mihi notũ nomen. Bellus enim eſſe dicitur architectus:ad obſignãdũ tu adhibitus nõ ſine cauſa videris: volũt enim nos ita putare. Neſcio cur nõ animo quoq; ſentiãt,ſed qd hęc ad nos,odorare tamẽ Antonii διάθεσιν, quẽ quidẽ ego epularũ magis arbitror rationẽ habere, q̃ quicq̃ mali cogitare. Tu,ſiquid pragmaticon habes, ſcribe: ſin minus,populi ἐπισημασίαν,& mimorũ dicta perſcribito. Pyliæ,& Atticæ ſalutem. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NVnc quid putas me Lanuuii? At ego te iſtic quotidie aliquid noui ſuſpicor. Tument negocia. Nam cũ Matius, qd cenſes? Cętera equidẽ doleo, quod nunq̃ in vlla ciuitate accidit,non vna cum libertate Remp. recuperatã. Horribile eſt, quæ loquãtur, quę minitẽtur:ac vereor Gallica etiã bella: ipſe Sextus quo euadat. Sed omnia licet cõcurrãt,Idus Martiæ conſolantur. Noſtri autem ἥρωες, quod per ipſos confici potuit,glorioſiſſime & magnificentiſſime cõfecerunt. Reliquę res,opes & copias deſiderãt, quas nullas habemus. Hęc ego ad te,vt ſiquid noui(nam quotidie aliquid expecto)confeſtim ad me , etſi noui nihil,noſtro more tamen ne patiamur intermitti literulas,ſiquidem non committam. Vale.

PIVS.

Argumentum. CCCIIII.

DE Rumorib⁹ hoim, inſtãtibus bellis etiã Gallicis, Laus tyrãnicidarũ quos Heroas appellat. Reliqua copias deſiderãt. Rogat ne literulæ intermittantur. NVNC)In Lanuuina ciuitate quę ex antiquis memoriis Laniuina dicebatur, nũc ciuitas diuina. Cicero ſe cõtinebat,& hoc poſt cædem Cęſaris. Tument) Erũpunt ſeditiones & bella. Cum Matius) Dicat tranquillũ eſſe nõ poſſe. Quid cẽſes) De verbis Matianis. Doleo emerſiſſe cauſas cõtrarias,liberi ſunt populatim,& Reſp.eſt amiſſa,libere loquuntur, & ſeruiũt. In nulla) Scribendũ vlla. Nõ recuperatã Remp.) Quod Reſp.recuperata nõ eſſet. Vna cũ libertate) Simul cũ libertate. Libertas ipunitaſq; loquẽdi paſſim regnat,Reſp.piit. Loquãtur)Hoies paſſim. Sextus) Põpeius,q Siciliã occupauerat. Idus Martię)Quibus trucidatus eſt Cęſar in curia Pompeiana. ἥρωες) Coniurati,& tyrannicidæ. Quod per ipſos) Quantum ab ipſis fieri potuit. Reliquæ res) Tyranni amicis obſtare etiam armatis. Ad me) Scribas. Siquidem) Quando ego quidem. Non committ am) Vt literularum fiat intermiſſio.

Lanuuina ciuitas.

Argumentum.CCCV. PIVS.

OMNIA Turbarũ plena videt poſt mortẽ Cęſaris.Signa nõ bona q legiones veniũt e Gallia. Satellites Tyranni ſunt in imperiis. Tyrãnicidę frigẽt,qui in cæloeſſe debeb ãt.noua rerũ molimina inſtãt. ESSE) Bene valere.Quoniã quidẽ)Significaſti vel nobis innotuit, deeſt hic verbũ latinũ vel gręcũ idem ſignificans. Q leuiter) Turbatus eras corpore,ſed leuiter. Caluena) Nomen propriũ,de quo paulopoſt,Omnia plena pacis ac mihi Caluena dixerat.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SPero tibi iam eſſe,vt volumus, quoniã quidẽ ἐσίγνωσας q leuiter cõmotus eſſes, ſed tamẽ velim ſcire, quid agas. ſigna bella,q Caluena moleſte fert, ſe ſuſpectũ eſſe Bruto.Illa ſigna nõ bona,ſi cũ ſignis legiones veniunt e Gallia.Quid tu illas putas quę fuerunt in Hiſpania? nonne idem poſtulaturas? Quid eas,quas Annius tranſportauit?Caniniũ volui, ſed μνημονικὸν ἁμάρτημα. Ab aleatore φυρμὸς πολύς. Nã iſta quidẽ Cæſaris libertorũ cõiuratio, facile opprimeretur,ſi recta ſaperet Antonius.Meã ſtultã verecundiã, qui legari noluerim ante res prolatas,ne deſerere viderer hũc rerum tumorẽ,cui certe ſi poſſem mederi, odiſſe non deberẽ.Sed vides magiſtratus,ſiquidẽ magiſtratus illi ſunt, vides tamen Tyranni ſatellites in imperiis,vides eiuſdẽ exercitus,vides ĩ latere veteranos,quę ſunt εὐρίπιστα omnia.Eos autẽ,qui orbis terrę cuſtodes nõ modo ſepti,verũ etiam magni eſſe debebãt,tantũmodo laudari atq; amari,ſed parietibus cõtineri. Atq; illi quoquomodo beati: ciuitas miſera. Sed velim ſcire,quid aduẽtus Octauii,nũ qui concurſus ad eum,num quę νεωτερισμοῦ ſuſpitio. nõ puto quidem: ſed tamen quicquid eſt,ſcire cupio.Hæc ſcripſi ad te proficiſcens Aſtura.III.Iduum. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PRidie Iduum Fundis accepi tuas literas cœnãs. Primum igitur melius eſſe,deinde meliora te nunciare: odioſa illa enim fuerant,legiones venire. Nã de Octauio ſcis quæ expecto, quid de Matio? quem quidem ego ſublatum rebar a Cæſare. Antonii colloquium cum Heroibus noſtris

Legiones) A laudarũ ac militũ Cęſaris properabãt vltorib⁹ Cęſarianę mortis affuturæ. Quid tu illas putas) Facturas. Annius) Caniniũ voluit,mox ſeipſũ corrigit. μνημονικὸν) Memorię peccatũ. Ab aleatore) Ab Antonio. Antoni⁹ fecẽ cõcit. φυρμὸς) Permiſtio multa. Libertorũ) An libertos ciues vocat ſeruiles,q Cæſari ſeruiebant etiã publice iugulato. Legari) In legationẽ votiuã aliquo mitti. Voluerim) Vetus lectio,nolueri. Ante res plataṡ) Ante cõiurationẽ cũ facinore apertã. Cui) Tumori. Odiſſe nõ deberẽ) Quod in vrbe ſubſtiti, tãq medic⁹ mali maximi emergẽtis. Tyranni ſatellites) Dolabellã & Antoniũ,cęterosq; quos ex ſinu ſuo Cęſar poſuerat in imperiis. In latere) In Italię partibus etiã ꝓpinquis,vt in Cãpania. εὐρίπιστα) Inſtabilia, ab Euripo,q ſepties in die fluit & refluit,Liui⁹ negat. Eos) Heroes.Tyrãnoctonos. Parietibus cõtineri) Immo tueri ſe ſtipatoribus armatis,populo domos illorũ cõuolãte. Illi) Sed illi Tyrãnicidæ. Quoquomodo) Quomodocũq; res vergat,an felicem exitũ res habebit, an contra. quoniã vt ait Plautus, q per virtutem peritat,nõ interit. Beati) Erũt. Ciuitas) Roma. Quid aduẽtus Octauii) Significet. Veniebat adoleſcẽs Octaui⁹ in vrbẽ vt pecunias Cęſaris repeteret ab Antonio. Ad eũ) Fiãt. Νεωτερισμοῦ) Nouarũ rerũ. Nũqd aliqua turba extabit. Nõ puto) Octauiũ fore cauſã nouitatis,& tñ fuit. Sed adiuuãte Cic.per ſe eñ nihil poterat.

Memorię peccatum. Aleator. Phyrmos. Euripiſta. Neoteriſmus

Argumentum.CCCVI. PIVS.

LITERÆ ſunt animi paulum excitatioris occiſo tyranno,de legionibus Gallicanis falſus rumor. FVNDIS) Sinu Caietano continuus Cæcubus mõs, cui adiacent Fundi. In via Appia, prope ager Cæcubus,vitibus laudatus.Oppidũ familiæ Columnenſis notiſſimum. Heroibus) Coniuratis, Tyrannicidis. Brutos Cicero in Epiſtolis Familiaribus conſeruatores patriæ vocat, vbi ſentẽtiam Marco Tullio condignam protulit,hiſq; congruentem. O rem miſeram,dominum ferre non potuimus,conſeruo ſeruimus.

Fundi. Cæcubus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Pro re nata) Pro articulo & cardine, in quo res vertit. Pro rei dubię momēto. Seſti illi) Lege Seſtilii vt ſit nomē propriū. Beroaldus Seſtilianū ſcribit. Seſtion enim vt prodit Stephanus ciuitas mediterranea Oenotriorū. Gētile Seſtieus. Verberone) Seruo vel liberto Cęſaris, qui fundus ciuiū Romanorū fuerat. De toto genere) De vniuerſis iniuriis quas ſub Cæſare ciuitas eſt paſſa. Ea) Propter cōmētarios Cęſaris, quos Cōſul probabat Antonius, & iis imperiū promercale corrupto Faberio ſcriba Cęſaris, habebat, cū diceret, Ita ſtatuerat Cęſar, ſic dono dederat, iſta ꝓmiſerat. Illū) Cęſarē. Cōſules) Habebimus.

In biennium) Spatio biennii. Cæſar his Cōſulatum in biennium promiſerat, fiat ergo Conſul. πολιτεύεσθαι) Gubernare Rempub. Nihil enim σόλοικον) Nihil tā ſolœcon. Significant hæc verba nihil tam abſurdum q̄ tyrannicidas. in cælo eſſe, id eſt diuinis extolli laudibus: & tamen tyrāni facta defendi. Vides eos) Tyrānicidas languere ac pene latere. Nōnulli legunt, ſed vides Conſules. Subintellige quos Cæſar ſine ſuffragiis ſolo nutu deſignauit. His non abludūt quę in Familiaribus idē ſcripſit, Oppreſſa ſunt oīa, nec habent ducem boni, noſtriq; Tyrannoctoni longe gentiū abſunt. Magiſtratus) Impoſitos nobis a tyranno. Languorē) inertiā, non mollitatem, ſed malitiā. Gaudeāt) De morte Cæſaris. De re) Scribe, De Republica. Vlla decreta) Subintellige fiunt. πεπολιτεύμεθα) Rempub. adminiſtrauimus. πολιτικώτερα) Ciuiliora. Tu quid agas) Scribe, & me facito certiorē. A te nihil) Scribitur. Scire aueo omnia) Iunge ſuperioribus. Ego e Formiano) Principium clauſulæ ſequentis. πεπυκνωμέναι) Denſæ. Cętera) Belle ſi ſcribit Cicero filius meus, non intumeſco, quoniam a docto præceptore vel ab aliquo amico filii, ſcribi poſſūt. cæterum crebritas mittendi facit vt rear eſſe illius. πυκνῶς hoc in loco ſignificat crebritatem. Doctiorem) Ac facundiorem factum Ciceronem. Ei) Ciceroni filio. Si ergo eſt) Tam doctus filius ac patris imitator, diutius eius deſiderium ferre non poſſum. Volo) Volabo. Tempus pro tempore. Tueamur) Muniamus contra neceſſitates humanas.

pro re nata nō incōmodū, ſed tamē adhuc me nihil delectat pręter Idus Martii. Nam quoniā Fundis ſum cum Ligure noſtro ſtructore Seſtilii fundū a Verberone Curtilio poſſideri: quod cum dico, de toto genere dico. Quid enim miſerius, q̄ ea nos tueri, propter quę illū oderam⁹? Etiamne Cōſules & Tribunos Pl. in bienniū, quos ille voluit? Nullo modo reperio, quēadmodum poſſim πολιτεύεσθαι. Nihil enim tā σόλοικον ἢ τυραννοκτόνους in cælo eſſe, tyranni facta defendi. Sed vides eos, vides reliquos magiſtratus, ſi iſti magiſtratus. Vides languorē bonorū. exultant lætitia in municipiis: dici enim non poteſt quantopere gaudeāt, vt ad me cōcurrāt, vt audire cupiāt verba mea de Rep. nec vlla interea decreta. Sic enim πεπολιτεύμεθα, vt victos metueremus. Hęc ad te ſcripſi appoſita ſecunda mēſa. Plura, & πολιτικώτερα poſtea, & tu q̄d agas, quidq; agatur. Poſtridie Iduū Paulum in Caieta vidi. Is mihi de Matio, & de Rep. alia quędā ſane peſſima, a te ſcilicet nihil. nemo enim meorum aliqua. Sed Brutū noſtrum audio viſum ſub Lanuuio. vbi tandem eſt futurus? nam tum reliqua, tum de hoc ſcire aueo omnia. Ego e Formiano exiens. XVII. Calendarum, vt inde altero die in Puteolanum, ſcripſi hæc. A Cicerone mihi literæ ſane πεπυκνωμέναι, & bene longæ. Cætera autem vel fingi poſſunt, πυκνῶς literarum ſignificat doctiorem. Nunc magnopere a te peto, de quo ſum nuper tecum locutus, vt videas ne quid ei deſit. Id tū ad officium noſtrū pertinet, tum ad exiſtimationē & dignitatem, quod idem intellexi tibi videri omnino. Si ergo eſt, volo menſe Quintili in Græciam. Sunt omnia faciliora: ſed, cum ſint ea tempora, vt certi nihil eſſe poſſit, quid honeſtum mihi ſit, quid liceat, quid expediat: quæſo da operam, vt illum q̄ honeſtiſſime, copioſiſſime tueamur. Hæc & cætera quæ ad nos pertinebunt, vt ſoles cogitabis: ad meq; aut quod ad rem pertineat, aut, ſi nihil erit, quod in buccam venerit, ſcribes.

Vale.

ASCENSIVS. Aut volo, id eſt cupio ſupple proficiſci, vt ſit a verbo volo vis &

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

TV me iam rebare, cũ ſcribebas in agris eſſe noſtris, & ego accepi. VII. Calend. in diuerſoriolo Sinueſſano tuas literas. de Matio probo, etſi doleo L. Craſſi ne potem optime, tam etiam Bruto noſtro probari Antoniũ. Nam quod Cluuiã ſcribis modera te & amice ſcriptas literas attuliſſe, mihi dedit Paulus ad ſe a fratre miſſas, quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri, ſe id certis authorib⁹ cõperiſſe. Hoc nec mihi placebat, & multo illi minus. Reginę fuga mihi moleſta eſt, ſed Clodia quid egerit, ſcribas ad me velim. De Byzantiis curabis, vt cętera, & Pelopẽ ad te arceſſe. Ego, vt poſtulas, Baiana negocia, chorũq; illum, de quo ſcire vis, cũ perſpexero, tum ſcribã, ne qd ignores. Quid Galli, quid Hiſpani, qd Sextus agat vehemẽter expecto. Ea ſcilicet tu declarabis, qui cæte ra. Nauſeolã tibi tũ anſã ocii dediſſe facile patiebar, videbare em̃ mihi legẽti tuas literas reqeſſe pauliſp. De Bruto ſemper ad me omnia perſcribito, vbi ſit, qd cogitet: quẽ quidẽ ego ſpero iã tuto, vel ſolũ tota vrbe vagari poſſe. Veruntamẽ de Rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidẽ multiiuges accepi vno tempore a Veſtorii liberto: ad ea autẽ, quę requiris breui reſpõdebo. Primũ vehemẽter me Cluuiana delectant. Sed quod quęris quid arceſſerim Chryſippũ, tabernæ mihi duę corruerũt, reliquę rimas agũt. Itaq; non ſolũ inquilini, ſed mures migrauerũt. Hanc cæteri calamitatẽ vocãt: ego ne incommodũ quidẽ. O Socrates. O Socratici viri, nunq̃ vobis gratiã referam. Dii immortales, q̃ mihi iſta pro nihilo: ſed tamen ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem, & authore Veſtorio, vt hoc damnũ quęſtuoſum ſit. Hic turba magna eſt, eritq;, vt audio, maior. Duo quidem quaſi deſignati Conſules. O dii boni. Viuit tyrannis? tyrãnus occidit? eius interfecti morte lætamur, cum facta defendimus? Itaq; q̃ ſeuere nos M. Curtius accuſat, vt pudeat viuere. Neq; iniuria, nam mori millies præſtitit, q̃ hæc pati, quæ videntur habitura etiam vetuſtatem. & Balbus hic eſt, multumq; mecum, ad quẽ a Vetere literæ datæ pridie Calend. Ianuarii, cũ

Argumentum. CCCVII. PIVS.

NOnnulla de Parthis & Parthorum victoria, mox eorũdẽ reſipiſcẽtia. Ruina duarũ tabernarũ eũ nõ cõuellit Socraticis munitũ doctrinis. TV ME iã) Epiſtola a ſuperiori ſeiuncta.

In actis) Legatur in hortis. Beroaldo placet in agris.

Diuerſoriolo) Hoſpitiolo. Optime) Zeugma ab inferiori. Subintellige probari. Fieri) Tẽdi. Illi) In nõnullis exẽplarib⁹ tibi legit. Reginę) Calpurnię vxoris Cæſaris, quępoſt mariti mortẽ cõuaſauit, vt verbo Terẽtiano vtar, atq; delituit. Alii Octauiũ puerũ, Alii Citheridem ſcortum Antonii Triũuiri intelligũt. Seſt⁹) Lege, Sextus, Põpeius videlicet q iam imperio Siciliam tenebat.

Nauſeolã) Faſtidiũ ſtomachi, vel illo Ouidiano verſiculo docẽte, Nõ ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo. Tum cauſã) Scribe, Tũc anſã. Anſa p occaſione ponit. nauſeola fuit in cauſa vt Atticus ocia duceret. Multiiugas) Multipharias. Chryſippũ Architectũ de quo ſupra, vbi alii legebãt Euripũ, docet hic loc⁹ eos facile decipi. Inqlini) Aliq ſcribũt aranei. aiũt ruiturã domũ araneos ac mures primo deſerere ac lõge faceſſere. Plin. auctor. Hirũdines idẽ factitare tradunt. Incõmodũ) Tãtũ pollet philoſophica medela vt ſtirpit⁹ affect⁹ ai, quos Gręci vocãt pathe, cõuellat.

O Socrates) O Academia q̃ dulcis eſt cratera tua, q̃ iucunda, quãtã tranqllitatẽ ais iniicis. His germana pene i Famil. Epi. Philoſophię magnã habeo gratiã quæ me nõ mõ a ſolicitudine abducit, ſed etiam cõtra fortunę impet⁹ armat. Gratiã) Pro meritis.

Pro nihilo) Ducunt. Ratio initur) Hoc cõſiliũ capio Vt ędificẽ. Tyrãnis) Hæreditas Tyrãni in quęſtu. Cum facta) Et facta. Ridiculũ commentum. Præſtitit) Meliusfuit. Habitura vetuſtatem) Tranſitura ad poſteros cum noſtri ſuggillatione, vel diu victura iſta Tyrannis ſi tot honorum ſequelas habebit. Multum mecũ) Eſt & verſatur.

Ad quem) Balbum. A Vetere) Antiſtio Vetere. Legitur Laureæ verſiculus apud Plinium.

Nanq; Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu ſub potiore Vetus.

Diuerſoriolũ

Regina.

Nauſeola.

Anſa.

Multiiugæ.

Chryſippus.

Aranei & mures abeũt ante ruinã.

Antiſtius.

Vetus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A ſe) Antiſtio Vetere,qui poſt obitum Ciceronis Academicũ eius fundũ poſſedit,auctore Plinio. Catilius) Parthorũ dux. Pacorũ) Parthorũ Regẽ,de quo extat id epigrãmatici poetæ,Scis quid in Arſatia Pacorus deliberet aula. Hunc Cic. in Epiſt. Famil. Orodis filiũ dicit. Sibi) Ex manibus ſuis. Eum) Catiliũ. Ereptũ) A Pacoro. Accuſat) Vet⁹. Volcatiũ) Qui nõ tulit auxiliũ. Impetratũ) Scribe iperatũ.

Pacorus.

PIVS.

a ſe Catilius circũſederetur,& iam teneretur veniſſe cum maximis copiis Pacorũ Parthũ. ita ſibi eſſe eum ereptũ multis ſuis amiſſis,in qua re accuſat Volcatium. Ita mihi videtur bellũ illud inſtare,ſed Dolabella,& Nicias viderint. Idẽ Balbus meliora de Gallia XXI. die literas habebat,Germanos,illasq; nationes re audita de Cęſare,Legatos miſiſſe ad Aureliũ, qui eſt prępoſitus ab Hirtio,ſe quod imperatũ eſſet, eſſe facturos. Quid quæris? Omnia plena pacis, aliter ac mihi Caluena dixerat. Vale.

Argumentum. CCCVIII.

EIVlat Cicero funere elatũ Cęſarẽ,ac omnia periiſſe ſeruis tyrãni occiſo tyranno,tenẽtibus omnia. Tyrannicidas accuſat qui deuiis itineribus ſunt in prouinciã profecti.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ITa ne vero hoc meus, & tuus Brutus egit, vt Lanuuii eſſet? vt Trebonius itineribus deuiis proficiſceretur in ꝓuinciam? vt omnia facta,ſcripta,dicta,promiſſa,cogitata Cęſaris plus valerẽt, q̃ ſi ipſe viueret? Meminiſti ne clamare illo ipſo primo Capitolino die? Senatũ in Capitoliũ a Pretorib⁹ vocari? Dii immortales,quę tum opera effici potuerũt,lætãtibus omnibus bonis,etiam ſat bonis,fractis latronibus. Liberalia tu accuſas. Quid fieri tũ potuit? Iã pridẽ perieram⁹. Meminiſti ne te clamare cauſã periiſſe, ſi funere elatus eſſet? at ille etiã in foro cõbuſtus,laudatusq; miſerabiliter,ſeruiq; & egẽtes in tecta noſtra cũ facibus imiſſi. Quę deinde vt audeãt dicere, tu ne cõtra Cęſaris nutũ? Hęc & alia ferre nõ poſſũ. Itaq;

ITA ne) Diuidenda a ſuperiori epiſtola. Ita egit) Interfecit Cæſarem Brutus vt eſſet Lanuuii non in vrbe, in qua manendum fuit, & cum reliquiis tyranni confligendum. In hoc Brutum Cicero reprendit in quadam ad eum epiſtola, In medio Achaico curſu cum eteſiarum dieb⁹ Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei cõſilii retuliſſet,te vidi Veliæ, doluiq; vehementer. Cedebas enim Brute,cedebas,quoniã Stoici veſtri negant fugere ſapientis. Itineribus dubiis) Per diuortia viarum & anfractus. Vt Viuerent) Cedentibus patrię cõſeruatoribus qui aduerſus hęc monſtra pugnare debebant,quorũ fomes erat Antonius,cuius furori cum omnes deſperatam prouinciam fugerent,ſe Marcus Tullius obiecit,vt vere glorietur in quadam epiſtola familiari, Antonium ructãtem & nauſeantem conieci in Cæſaris Octauiani plagas. Clamare) Vociferari Antonium q̃ non Conſul,ſed Prætor Senatum vocaret. Capitolino die) quo poſt mortem Cæſaris ſtatim vocatus eſt Senatus in Capitolium pro libertate vindicãda. Cicero infra. Illam ſeſſionem Capitolinã mihi non placuiſſe, tu teſtis es,& quę ſequuntur. Tum) In principio cum Conſules Cæſariani auctoritatem amiſerant. Opera egregia) Euelli debuit radicitus arbor,& reliquiæ quæ mox miſerrime torſerunt, ſuccidendæ. Etiam ſat bonis) Mediocriter bonis. Fractis) Debilitatis, immo conciſis. Latronibus) Dolabella & Antonio,reliquisq; tyranni fautoribus. Liberalia accuſas) In Liberalibus Senatus conuocatus eſt ab Antonio frequens,circunſeptus eſt Ituræis & armatis,coactusq; eſt in acta Cęſaris iurare,de quo infra. ſic idẽ Cicero,Cæteri,quis non? cui ſeruire ipſi nõ potuimus. eius libellis paremus. Nam Liberalibus quis potuit in Senatum non venire? Fac id potuiſſe aliquo modo fieri: nunc etiam cum veniſſemus,libere potuimus ſententiam dicere? Nonne omni ratione veterani,qui armati aderant, cum præſidii nos nihil haberemus,defendendi fuerunt? Cauſam) Optimatum. Funere) Non modo publico, ſed cõceſſo funere. Laudatus) Ab Antonio,qui in fine orationis oſtenſa pretexta populum in tyrannicidas irruere coegit. Extat adhuc Antonii oratio apud Dionem. Tranquillus quoq;, In ſummo,inquit publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim ſuo quæq; more lamentata eſt , pręcipueq; Iudæi recutiti. Tranquilli verba ſunt hæc,Plebs ſtatim a funere ad domum Bruti & Caſſii cum facibus tetendit,atq; ægre repulſi. Quæ deinde) Me miſerum conſecuta ſunt. Vt audeant dicere) Serui tyranni. Tu ne contra Cæſaris nutum) Aderis,venies.

Liberalia.

γῆν)Ita ſcribendũ. γῆν πρὸ γῆς)Hoc eſt terram pro terra. Integrũ eſt. γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι, in eũ fertur qui ſedes mutat & vagatur. Ariſtophanes. καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς. Lucianus in Pſeudomante huius prouerbii meminit, & Alciphron Grecus auctor in quadã epiſtola. ὑπηνέμιος)Subuẽtanea, a vento cõcepta, vt oua epizephyria & vria, vel ventoſa & inanis. Dixit enim ſupra Atticũ nauſeola laborare. Terram pro terra. Hypenemia.

Lętanti) De incolumitate tua. Beroaldus lectitanti mauult. Theobaſſos)Nulli vſq̃ ſunt hoc nomine populi. Quare legendũ videtur Theos, Beſſos. Thea ciuitas Laconię auctore Stephano, q fortaſſis populus erat in armis. Beſſi vero ſunt Sarmatarũ feri populi, qui audita morte Cæſaris cõtineri nõ poterãt, de quibus ſic Ouid. Viuere q̃ miſerũ eſt inter Beſſosq; Getasq;. Theobaſſi. Thea. Beſſi.

γῆν πρὸ γῆς cogito. tua tamen ὑπηνέμιος nauſea iam plane abiit, mihi quidem ex tuis literis tum lectitanti ita videbatur. Redeo ad Theos, Beſſos, Sueuos, Francones: hos tu exiſtimas cõfidere ſe illa habituros ſtantibus nobis, in quibus plus putarunt virtutis, q̃ experti ſunt? pacis iſti ſcilicet amatores, & nõ latrocinii authores. At ego cum tibi de Curtilio, Seſtilianoq; fundo ſcripſi, de Ceſorino, de Meſſala, de Plãco, de Poſthumio, de genere toto, melius fuit periiſſe illo interfecto, qđ nunq̃ accidiſſet, q̃ hęc videre. Octauius Neapolim venit. XIIII. Calend. Ibi eum Balbus mane poſtridie, eodemq; die mecum in Cumano illum hęreditatem adiutum. Sed (vt ſcribis) ῥιζόθεμιν magnã cum Antonio. Buthrotia mihi tua res eſt (vt debet) eritq; curæ. Quid quęris? Iam ne ad centena Cluuianũ aduetare videtur? Sed primo anno. LXXX. deterſimus. Quæ pater ad me grauia de filio, matri, q; maxime nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus, ardenteis in eum literas ad me miſit. Ille autem quid agat, ſi ſcis, neq;dum Roma es profectus, ſcribas ad me velim, & hercule ſi quid aliud, vehementer delector tuis literis. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NVdiuſtertius dedi ad te epiſtolam longiorem, nunc ad ea, quę proxime velim, mehercule Aſturæ Brutus. ἀκολασίαν iſtorum ſcribis, an cenſebas aliter? Equidem etiam maiora expecto, quum quidẽ

Sueuos)Noti ſunt Germaniæ populi Sueui, fœderati propter metũ Heluetiorum. Sueui.

Frãcones) De quibus tacitus cũ ſitũ Germaniæ explicat, qui Galliarũ domitores Francos pro Gallis appellarunt. Francorũ eſt vt ait Vopiſcus in Proculo ridendo fidẽ frãgere. Frãciſcus Petrarcha Francos a feritate morũ dictos putat, qui feroces olim habiti, nũc tamen longe alii. leues lętiq; homines ſunt, facilis ac iucundi conuictus, q libẽter adſciſcãt gaudia, curas pellãt, ridendo, canendo, edendo & bibendo. Francones. Franci.

In quibus) Romanis. Iſti)Romani. Latrocinii auctores)Credebantur. Latronem experti ſunt Cęſarẽ, quid de tyranni ſeruis ſperabunt? Periiſſe) Nos. Illo) Põpeio. Acciſſet) Si ante periſſemus.

ῥιζόθεμιν) Aldus manioſus tacet vt captus Attagen. Emenda, ῥίζωσις hoc eſt radicatio, in euellẽdis radicibus incidendisq;, & in diuidendo patrimonio, facultateq; Cęſaris. Rhizoſis.

Concluuianum) Emendat Beroaldus. Ad cẽtena cluuianum, quod ager cluuian9 aſcendit ad ſummã centum ſeſtertiorũ, dũ is eſt in manu Ciceronis. Aduentare) Accedere, aſcendere. Ego propter ſequentia priſcos ſequutus codices olim ſcribebam, Cœnam Cluuianam, vt intelligat de Q. Iuniore, qui cœnatum ad quẽdam Cluuium eius amiculum venerat. Verbum quoq; aduentare, non eſt proprium in ſignificatu Beroaldi. Infra tamen colligitur intelligendum de agro ſic, De Cluuiano quoniam in re mea meipſum diligentia vincis, res ad cẽtena perducitur. Deterſimus) ſi ad agrum refers, interpretare detraximus ex hortis Cluuianis. Si ad filium Quintum, quod Cicero deraſit ſexcentas maculas, quarum turpitudine ſordebat, ſcribendumq; erit ſexcenta, hoc eſt. dc. Ardentis) Fulminantis) in patrem filii. Ille) Frater meus.

ASCEN. ῥίζωσις)quod Pius tam vocalis vt in omneis nationes impias effutiat contumelias, minus mihi ſonat, minusq; cum voce magnam concinit, q̃ quod Aldus Manutius, qui ab eo manioſus & vt captus attagen mutus ridetur. ASCEN.

### Argumentum. CCCIX.

PAR Priori fere argumentũ. Periculũ inſtare tyrãnicidis, futuros tamen eos in gloria ſempiterna. De Cicerone filio iucũda, cui ad vſum copioſe ſuppeditari vult. De aduentu Octauii & nonnullorum, de cauſa Buthrotiana. ASTVRÆ) Conuenit. ἀκολασίαν) Nequitiam intemperantiã. PIVS. Acolaſia.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Concionē) Subintellige quū, quādo audio Cęſarianos ſatellites laudare Cęſarē manifeſtariū tyrannū, & in patrię exitiū natū, ferre nō poſſum. Tanto viro) Sic Cęſarē memorāt. Iſta) Minuta, publica. Iā ad riſum) Sunt mihi philoſopho. Memēto) me profiteri philoſophiā. Sic alitur) Ferēdo voculas ſhuiuſmodi. Noſtri) Tyrānicidę. Nobiſq;) Cōſolatio ſupereſt nulla. Cicerone) Filio ſtudioſo. Buthrotiis) Rebus tuis Epiroticis, de quibus ſupra. Haud ſcio an iam fructuoſiorem) Immo credo feciſſe fructuoſiorē. Philippi) Vitrici ſui, qui eum a pugna cum Antonio deterrebat. Deditus) Eſt Octauius.

PIVS.

Argumentum. CCCX.

QVERItur id quod ſupra extincto tyrāno nihilominus viuere tyrannidem, Antoniumq; ciuitatem Siculis cōceſſiſſe, fingentē hoc ſe ex cōmentariis Cęſaris facere. IDVS Martię) Cędes Cęſaris Idib9 Martiis facta. Nihil dederint) Re ipſa, ſed verbo. Iſtinc) Roma. πράξεως καλῆς) Rē pulchrā quidem, ſed imperfectā. Scis) Oſtēdit emolumēta & honores collatos in Siculos clientes ſibi non diſplicere, diſplicere cūcta ſine diſcrimine turbari, tyrānumq; occiſum non videri Illis) Siculis cōtulit. Latinitas) Ius Latii, quod Cęſar Siculis dedit ferendū nō erat, nunc eos Antonius ciuitate donat.

A Dictatore) Cęſare. Romani) Fierent. Illo) Cæſare. Per Fuluiam) Vxorem Antonii, per quam partem regni quo mulctatus a Cęſare fuerat, obtinuit. Buthrotiam) Tuam rem iuſtam obtinere non poterimus, credo quoniam pecunia præſenti non emimus vt Siculi & Deiotarus. Quę fuerit hæc cauſa Buthrotia in calce huius operis aperitur in quadam epiſtola ad Plancum & Capitonem. Eo quidem magis) Tanto magis rem Buthrotiam non tenebimus. Quo iſta plura nobiſcum) Quanto magis magna iſta, hoc eſt iuſtitia, æquum, nobilitas petētium & claritudo, ſunt nobiſcum, fauent videlicet nobis, ſeditioſis, turpibus, iniqs, factioſis ſiue pecunioſis fauet Antonius. Perhonorifice) Salutat, ambit, arridet Octauius. Philippus non) Salutat Cæſarem, Quinimmo ab huius prouincia deterrebat. Ne nos quidem) Salutamus. Quem) Octauium. Poſſe) Dici.

O rē pulchrā ſed imperfectam.

Latinitas.

concionem lego, de tanto viro, de clariſſimo ciue, ferre nō queo, etſi iſta iam ad riſum: ſed memēto, ſic alitur conſuetudo perditarū concionū, vt noſtri illi non heroes, ſed dii futuri quidē in gloria ſempiterna ſint, ſed nō ſine periculo quidē. Verū illis magna cōſolatio cōſcientia maximi & clariſſimi facti, nobis quæ? qui interfecto Rege liberi nō ſumus? Sed hęc fortuna viderit, quoniam ratio nō gubernat. De Cicerone, quę ſcribis, iucunda mihi ſunt, velim ſint proſpera. Quod vero tibi eſt curæ, vt ei ſuppeditetur ad vſum & cultū copioſe, per mihi gratum eſt, idq; vt facias te etiam rogo. De Buthrotis, & tu recte cogitas, & ego non dimitto iſtā curam, ſed ſuſcipiā omnem iſtā actionem, quam video quotidie faciliorem. De Cluuiano, quoniam in re mea meipſum diligentia vincis, res ad centena perducitur, nam rem nō fecit deteriorē, haud ſcio an iam fructuoſiorem. Hic mecum Balbus, Hirtius, Panſa. Modo venit Octauius, & quidem in proximam villam Philippi mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie apud me, cras mane vadit. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

O Mi Attice vereor, ne nobis Idus Martiæ nihil dederint præter lætitiam, & odii pœnam, & doloris. Quę mihi iſtinc afferuntur? Quæ hic video? πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. ſcis q̄ diligam Siculos, & q̄ illam clientelam honeſtam iudicem. Multa illis Cęſar, neq; me inuito, etſi latinitas erat non ferenda, veruntamen autem ecce Antonius accepta grandi pecunia, fixit legem a Dictatore comitiis latam, qua Siculi ciues Romani, cuius rei viuo illo mentio nulla. Quid de Deiotari noſtri cauſa, num ſimilis? Dignus ille quidem omni regno, ſed non per Fuluiam. Sexcenta ſimilia. Verum illuc refero tam claram, tamq; teſtatam rem, tamq; iuſtam. Buthrotiam non tenebimus aliqua ex parte? & eo quidē magis, quo iſta plura nobiſcum, hæc perhonorifice, & amice Octauius, quem quidē ſui Cæſarē ſalutabāt. Philippus nō, itaq; ne nos quidē, quē nego poſſe bonum ciuē, ita multa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Circũſtant) Facinoroſi ad deprauandum parati. Cicero in quadam epiſtola ad Brutum, Cęſaris vero pueri mirifica indoles virtutis, vtinam tam facile eum florentem & honoribus & gratia regere ac tenere poſſimus, q̃ facile adhuc tenuimus. Paulo poſt, Videtur in Octauio eſſe bona indoles, ſed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati. qui ſplendore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenii præſtringi poſſe confidunt. Alibi, In Octauio bona indoles, ἐὰν διαμένῃ, ſi permanſerit videlicet. Cui) Cæſari. Noſtri) Tyrannicidæ. Oderat Marcus Brutus Octauium, futurumq; ſemper diuinauit exitio optimatũ, cuius Bruti oraculum accipe in quadam epiſtola his verbis, Licet ergo patrẽ appellet Octauius Ciceronem, referat omnia, laudet, gratias agat, tamen illud apparebit verba rebus eſſe contraria. Negat.) Quis. Cum Romam) quum voces appellantium eum Cęſarem audientur. Liberatores) Brutus ad Ciceronem, Ego mediuſfidius non exiſtimo tam omnes deos aduerſos eẽ a ſalute populi Romani, vt Octauius orandus ſit pro ſalute cuiuſq̃ ciuis, nõ dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iacebimus) Optimates in nullo erunt honore. Pelopidarum) Tyrannorum ab Agamemnone qui a Pelope antiquã ducebat originem. Aliqui Pelopidas optimates vel quoſcunq; potentes. ſed reipublicæ infidos intelligunt, a Pelope propter hæc verba quæ ſunt apud Plutarchũ in Scipione, Ampla enim imperia & nimiæ quę expetuntur opes, tãq; varias & circunfuſas moleſtias habent, vt non minus vere q̃ elegãter a Theocrito dictum ſit,

Pelopidæ

circunſtant: cui quidem noſtri mortem minitantur. Negat hæc fieri poſſe. Quid cenſes, cum Romam puer venerit, vbi noſtri liberatores tuti eſſe non poſſunt? Semper quidem erunt clari: conſcientia vero facti ſui etiam beati. Sed nos (niſi me fallit) iacebimus. Itaq; exire aueo, vbi nec Pelopidarum, inquit. Haud amovel hos deſignatos, qui etiam declamare me coegerunt, vt ne apud aquas quidem acquieſcere liceret: ſed hoc meæ nimiæ facilitatis. Nam id erat quondam quaſi neceſſe: nunc quoquo modo ſe res habet, non eſt item, q̃ dudum. Nihil habeo, quod ad te ſcribam: ſcribo tamen non vt delecter his literis, ſed vt eliciam tuas. Tu ſiquid erit de cæteris, de Bruto vtiq; quicquid erit. Hæc conſcripſi. X. Calendarum accubans apud Veſtorium hominem remotum a Dialecticis, in Arithmeticis ſatis exercitatum. Septimo deniq; die literæ mihi redditæ ſunt, quæ erant a te. XIII. Calendarum datæ, quibus quæris, atq; etiam meipſum neſcire arbitraris, vtrum magis tumulis, proſpectuq;, an ambulatione ἁλιζωνεῖ delecter. Eſt mehercule, vt dicis, vtriuſq; loci tãta amœnitas, vt dubitem vtra anteponenda ſit.

Non mihi ſunt vel opes Pelopis, nec multa talenta,
Nec celeri curſu ventos ſuperare fugaces.
At vacuo curis liceat cantare ſub antro,
Et procul e ſpecula mare deſpectare profundum.

A Pelopis nomine dicta Peloponeſus, & Pelopidæ deducti, vnde nomen Pelopidarum apud hiſtoricos celebre, cui ſic alluſit Theocritus in Bucoliaſtis. μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεα τάλαντα. Non mihi habeam terram Pelopis, neq; aurea talenta. Cicero deſtinauit iter in Græciam, ſed ab Eteſiis tanq̃ conſilii diſſuaſoribus reflatus eſt ad Leucopetram. Romam venit, & Antoniano furori ſe obiecit. Inquit) Quis. Deſignatos) A Cæſare Conſules Hirtium videlicet ac Panſam. Declamare) In quos quotidie vmbraticis agonibus inueheret, exercebat ſe quotidianis declamationibus Cicero.

Ad aquas) Baianas. Balnea huiuſmodi frequentat Cicero, in quibus molliter viuendum eſt, dicenda ac audienda iucundiſſima. Libro primo harum Epiſtolarum obiicit Clodius Ciceroni ad Baias fuiſſe. Sed hoc) Quotidie declamare nimium faciliter facere ſoleo, nec exaſperat ob inolitam conſuetudinem. Id) Declamare. Neceſſe) Vt dicendi copiam contraherem. item) Similiter, vſu illaborata verba fluunt. De Bruto) Scribito, Ambulatione) Hic nihil mihi ſenſui deeſſe videtur. Anteponenda) Priſci codices repetenda. Vtraq; lectio defendi poteſt. Hic eſt finis huius epiſtolæ.

ASCENſius

ASCENſius. Vbi nec Pelopidarũ inqt) Sæpe ea verba vt noti authoris citat Cicero, ſed Pius nonnunq̃ in rebus obſcurioribus vt attagen captus obticet. Senſus eſt, aueo exire illuc, vbi inquit poeta notus nec Pelopidarum ſup. quiſq̃ eſt. qui cædem Agamemnonis vlciſci quęrat, hoc eſt vbi nullus vltorum necis Cæſaris occurrat, vel vt in epiſtola lib. xv. ſexta. Vbi nec Pelopidarum facta, neq; famã audiam. Non eſt item ſup. tam neceſſe q̃ dudum.

Argumentum.CCCXI.

PIVS. QVAMVIS) Initiũ alterius epiſtolæ inſtar declamationis vbi ſe exerceat, ac vrgentibus ciuilibus bellis ignorat Cicero quid agendũ ſit. SEXTVS) Põpeius. Putabat Cicero falſus animi bellũ ciuile a Sexto Põpeio pendere: ſed aliũde pepẽdit. Seſtus) Lege, Sextus. Neq; huc) A Cæſare ad Põpeiũ: ad Cęſarẽ a Põpeio tranſire, in quo ſumma clemẽtia fuit, vt vltro victis parceret. In his ab heroica virtute d-generãtibus incredibilis eſt feritas. Pars perditorũ) Seditioſorũ ſecta, & latronum conſpiratio, ſeu potius cõiuratio. Putauit) Scribe, putabit. Tulimus) Prę nobis tulimus, oſtẽdimus. Quę res) Alibi, Quare res. Caſtra Seſti) Scribe, Sexti, Põpeii videlicet, quę caſtra bellis his ciuilibus ara miſericordię fuerũt Attice, cunctis illuc inimicis Cæſaris vt ad tutiſſimũ portũ profugiẽtibus. Exitu) Et odioſa. quoniã belli exitum ignoramus. Nã ſi pro latronibus victoria ſtabit, de nobis actũ video. τέκνον ἐμόν, οὔ σοι δέδοται. Carmina ſunt Homerica. Nate mi non tibi cõcedũtur bellica opera. Sed tu placida aggredere ſapientię, doctrinæ, ſermonis, eloquẽtię, literarũ opera. Significãt ii verſus, ſupra vires nihil eſſe tentãdũ, qđ alibi Homerus ſic innuit. πὰρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσσύμενον πολεμίζειν, nemo ſupra vires bellum gerere poteſt animo quãtũuis acri. Paridis ad fratrẽ ſermo. Fortuna) Et hęc eſt Homerica ſentẽtia. Sic eñ in Iliados .ζ. canit cęcus oculatiſſimus. κσω γὰρ καὶ ἐγὼ τὰ δ' ἔκεν δ' ἰ πάντα μελήσει. Torquebor ego. at hęc deo curę fuerint. Ccui Sulmonẽſis poeta ſuccinit, Quem Diis votiſq; reliquit. Plautinũ illud arridet. Cẽtũ ſapiẽtũ conſilia hæc vincit dea. Deliberationem) Declamationẽ in vtrãq; partem.

Supra vires. nihil tẽtes.

ASCENſius ASCENſius. Quę caſtra &c. Non Põpeii, ſed Cæſaris caſtra arã miſericordię fuiſſe manifeſte ſentit Cicero dicẽs, Neq; eñ iã licebit, qđ Cęſaris bello licuit: neq; huc, neq; illuc ſup. tranſfugere, quia nõ recipietur.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

QVáuis tu magna, & mihi iucunda ſcripſeris de D. Bruti aduentu ad ſuas legiones (in quo ſpem maximam video) tamen, ſi eſt bellũ ciuile futurũ, quod certe erit, ſi Sextus in armis permanebit, quẽ permanſurũ eſſe certo ſcio, quid nobis faciẽdũ eſt, ignoro. Neq; enim iam licebit, quod Cæſaris bello licuit, neq; huc, neq; illuc. Quẽcũq; enim hæc pars perditorũ lętatũ morte Cæſaris putabit (lætitiã autẽ apertiſſime tulimus omnes) hunc in hoſtiũ numero habebit, quę res ad cędem maximã ſpectat. Reſtat, vt in caſtra Sexti, aut forte Bruti nos cõferamus. res odioſa & aliena noſtris ætatibus, & incerto exitu belli: & neſcio quo pacto tibi ego poſſim, mihi tu dicere. οὔ σοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήια ἔργα. ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο. Sed hęc fors viderit ea, quę talibus in rebus plusq̃ ratio poteſt. Nos autẽ id videamus, quod in nobis eſſe debet, vt quicquid acciderit, fortiter & ſapienter feramus, & accidiſſe hominibus meminerimus, noſq; cũ multũ literæ, tum non minimũ Idus quoq; Martię cõſolentur. Suſcipe nũc meã deliberationẽ, qua ſolicitor, ita multa veniũt in mentem in vtrãq; partem. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

PRoficiſcor, vt conſtituerã, Legatus in Græciam, credis? im pendẽtis periculi nonnihil vitare videor, ſed caſurus in aliquã vitupe rationẽ, q reipublicæ defuerim tam graui tempore. Sin autem manſero, equidem video, in diſcrimine: ſed accidere poſſe, ſuſpicor, vt prodeſſe poſſim reipublicę. Iã illa conſilia priuata ſunt, quod ſentio valde eſſe vtile ad confirmationem Ciceronis, me illuc venire: nec alia cauſa profectionis mihi vlla fuit, cum conſilium cepi

Argumentũ. CCCXII.

PIVS. PROficiſcor) Noua epiſtola qua in Græciã meditat̃ impetrata Legatione libera a Senatu. Nec erat veriſimile athletam ac paſtorẽ gregẽ a lupis diſiectũ relinquere. Ibat tamen incertus futuri caſus, cũ eteſiæ veluti conſilii diſſuaſores ancipitis, illum repulerunt in Italiam. IN DIScrimen) Manſurum. Sapiens ſi vere ſapit, primũ ſibi ſapere debet, vt infit Plato. Homerus quoq; locupletiſſimus auctor primũ vitam noſtrã nobis curę eſſe debere, teſtatur. Priuata) Domeſtica, cum debeam in primis publica curare. Confirmationem) Vt inoleſcentem virtuti Ciceronem confirmẽ, ac radiculas facere cogam. Illuc) Athenas,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

legari ab Cæſare. Tota igitur hac de re (vt ſoles) ſi quid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nũc ad epiſtolã tuã. Scribis enim eſſe rumores, me ad lacũ, quod habeo venditurũ, minuſculam vero villã vtiq; Quinto traditurum, vel impenſo precio quo introducatur, vt tibi Quintus filius dixerat, dotata Aquilia. Ego vero de vẽditione nihil cogito, niſi q̄d, quod magis me delectet, inuenero. Quintus autẽ de emẽdo nihil curat hoc tẽpore. Satis enĩ torquetur debitione dotis: in qua mirificas Egnatio gratias agit. A ducẽda autem vxore ſic abhorret, vt quicq̃ libero lectulo neget eſſe iucũdius. Sed hęc quoq; hactenus. Redeo enim ad miſerã, ſeu nullã potius, Rẽpublicã. M. Antonius ad me ſcripſit de reſtitutione Sexti Clodii, q̃ honorifice q̄d ad me attinet, ex ipſius literis cognoſces (miſi enĩ tibi exẽplũ) q̃ diſſolute, q̃ turpiter, q̃q; pernicioſe, vt nõnũq̃ Cæſar deſiderandus eſſe videatur, facile exiſtimabis. Quę enĩ Cæſar nũq̃ neq; fecit, neq; feciſſet, ea nũc ex falſis eius cõmẽtariis proferũtur. Ego autẽ Antonio facillimũ me prębui. etenim ille, quoniã ſemel induxit animũ ſibi licere, q̄d vellet, & feciſſet nihilominus me inuito. Itaq; mearũ quoq; literarum miſi tibi exemplum. Vale.

## M. Antonius COS. M. T. Ciceroni S.

OCcupationibus eſt factũ meis, & ſubita tua profectione, ne tecũ corã de hac re agere, quã ob cauſam vereor, ne abſentia mea leuior ſit apud te, q̄d ſi bonitas tua reſponderit iudicio meo, q̄d ſemper habui de te, gaudebo. a Cæſare petii, vt Sextũ Clodiũ reſtitueret, impetraui. Erat mihi in animo etiã tũ ſic vti beneficio eius, ſi tu cõceſſiſſes, quo magis laboro, vt & tua volũtate id per me facere liceat. Q; ſi duriorẽ te eius miſerę & afflictę fortunę prębes, non cõtendã ego aduerſus te, q̃q̃ videor debere tueri cõmẽtariũ Cæſaris. Sed mehercule ſi humaniter & ſapiẽter, & amabiliter in me cogitare vis, facilẽ te profecto prębebis, & voles P. Clodiũ in ſpe optima puerũ repoſitũ exiſtimare, nõ te inſectatũ eſſe, cum potueris amicos paternos. Patere obſecro te pro Republica videri geſſiſſe ſimultatẽ cum patre eius, nõ cõtẽpſeris hanc familiã. Honeſtius enim & libentius deponimus inimicitias reipublicæ nomine ſuſceptas, q̃

Legari.) Legatus mitti. Hanc legationem impetrauerat a Cæſare. Quod introducatur) Lege, quo introducatur, in quã villam Aquilia ſtatuetur in bonis poſſeſſioneq; pro dote qua tenetur ei frater in cauſa reſtitutionis vt Aquilia cum qua Quintus diuortium fecit introducatur in minuſculam villam donec ei Aquiliæ dos ipſa reſtituatur. Dotata Aquilia) Quæ pecunia venit ex Aquilia, quam dotatam Q. Cicero ſenior duxit vxorem. Infererius M. Tullius Aquiliam nouercam Q. iunioris appellat, quam Cicero filius ferre non poterat. Nihil cogito) Vendere non cogito. — Aquilia Q. vxor.

Debitione dotis) Quoniam debitor eſt dotis Aquilię, cum qua forte diuortium fecerat. A ducenda vxore) Cuius dote, vt verſura facta, dos reſtituatur Aquilię. Libero) Cęlibe. Auguror in lecto mendaces cælibe ſomnos inquit Ouidius. Qui non litigat, cælebs eſt: prouerbium eſt Hieronymianum. Cui ſuffragatur ingenioſus poeta, Dos eſt vxoria lites. Quis Grecanicum diſtychon ignorat? Mulier omnis bilis eſt. Habet autem duas bonas horas, vnam in thalamo, alteram in morte. Seſti) Scribe, Sexti. Hic filius Clodii fuit inimici Ciceronis, cuius reditũ prius a Cicerone blandiſſimis verbis impetrauit Antonius. Epiſtola eſt apud Ciceronem inferius ſuauiſſima, ac prudentię pleniſſima. — In mulieres.

Facillimnm) Impetrabilem.

Argumentũ. CCCXIII.

MVLTA Summiſſe, multa minãter cum Cicerone agit Antonius, tandem reditum impetrat Clodii filii, Ciceronis inimici. Hoc quoq; Cicero concedit. quoniam ſemel Antonius induxit animum ſibi licere quod vellet. — PIVS.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

contumaciȩ. Me deinde ſine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius perſuadere, nō eſſe tradēdas poſteris inimicitias, q̄q̄ tuam fortunā Cicero ab omni periculo abeſſe certū habeo, tamen arbitror malle te quietā ſenectutē, & honorificam potius agere, q̄ ſolicitā. Poſtremo, meo iure te hoc beneficium rogo: nihil enim non tua cauſa feci. Quod ſi nō impetro, per me Clodio daturus nō ſum, vt intelligas quanti apud me authoritas tua ſit, atq; eo te placabiliorem prębeas. Vale.

## M.T.Cicero M. Antonio COS. S.

Qvod mecū per literas agis vnam ob cauſam mallem corā egiſſes. Non em̄ ſolum ex oratione, ſed etiā ex vultu & oculis, & fronte (vt aiunt) meū erga te amorē perſpicere potuiſſes. nā cum te ſemper amaui, primū tuo ſtudio, poſt etiā beneficio prouocatus, tū his tēporibus Reſp. te mihi ita cōmēdauit, vt chariorē habeā neminē. Literę vero tuę tum amātiſſime, tū honorificētiſſime ſcriptę, ſic mihi affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere a te ita petente, vt inimicum meum, neceſſarium tuum, me inuito ſeruare nolles, cum id nullo negocio facere poſſes. Ego vero tibi iſtuc mi Antoni remitto, atq; ita, vt me a te, cum his verbis ſcripſeris, liberaliſſime atq; honorificentiſſime tractatū exiſtimem. Idq; cum totum, quoquo modo ſe res haberet, tibi dandū putarem, tum do etiam humanitati & naturæ meæ. Nihil enim vnq̄ nō modo acerbum in me fuit: ſed ne paulo quidem triſtius aut ſeuerius, q̄ neceſſitas reip. poſtulauit. Accedit, vt ne in ipſum quidem Clodium meum inſigne odium fuerit vnq̄, ſemperq; ita ſtatui non eſſe inſectandos inimicorum amicos, præſertim humiliores, nec his præſidiis noſmetipſos eſſe ſpoliādos. Nam de puero Clodio tuas partes eſſe arbitror, vt eius animū tenerum (quemadmodū ſcribis) his opinionibus imbuas, vt ne quas inimicitias reſidere in familiis noſtris arbitretur. Cōtēdi cū P.Clodio, cū ego publicā cauſam, ille ſuā defenderet. Noſtras cōtētiones Reſp. diiudicauit. Si viueret, mihi cū illo nulla cōtētio iā maneret. Quare, quoniā hoc a me ſic petis, vt quę tua poteſtas eſt, neges te me inuito vſurū.

PIVS.

CONTVmaciæ) Odii. nō cedere cotumacis. Tradendas) Veluti per manus & ſequelas vt odia ſint prope catenata. Meo iure) Gratia, cauſa mea.

Argumentum. 314.

ANTONIO Humaniſſime pro Clodio filio roganti, remittit oīa, vel quod dandū eſt hoc amico, vel q nihil vnq̄ in Cicerone acerbum fuit, ſemperq; ita ſtatuit non eſſe inſectandos inimicorum amicos. Inſuper rogat vt puerum Clodium reconciliet.

Vultus. VVLTV) Illo familiari, animi proditore vt infit Mamertinus. Vnde facile eſt ſecreta animi q̄uis doloſi elicere. Oculi. Oculis) In quibus animus habitat, vt ait Plinius, quos Palæmon flores animę dictitabat. Lucidi venereum ſignificant, quare lęto oculo mulier amorabunda fertur.

Frons. Fronte) Quæ exporrecta ſignificat animū eſſe hilarē, contracta & caperata, nubilum, minimeq; ſerenū. Iuxta illud Epigrammatici poetæ, Non tamen hoc nimium nihil eſt, ſi candidus aure, Nec matutina ſi mihi fronte venis. Studio) Merito tuo. Studuiſti em̄ te a nobis amari, amorem noſtrum quotidianis in me beneficiis fulciens, & propagens. Reſpublica) Quam protexiſti. hoc dat auribus. Ita) Humaniter ac blande. Neceſſariū tuū) Affinem, ſuper qua re ſupra nonnulla. Nullo negocio) Impune, ſuapte, faciliter. Tibi remitto) Hoc ad te reiicio, facias quod tibi videbitur. Me a te) Cum tam ſuauiter hoc rogaſti me hoc impetrare a te videor, non donare. Do humanitati) Adſcribo & facio propter peculiarier inſitam mihi rationem. Inſigne. Inſigne) Apertum, notorium hodie barbare dicunt. Inimicorū) Si pater inimicus, filius inimic⁹ odio rediuiuo eſſe nō debet. His præſidiis) Benignitate ac indulgentia naturæ qua tueri labentes ac in errorē cadentes homines debemus. Iuxta illud, Homo ſum, nihil humani a me alienum puto. Tuas parteis eſſe) Ad te pertinere. Reſidere) Reſtare, remanere.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Puero hoc a me dabis) Imbue animum pueri hac humanitate mea. Interpellantibus) Obloquētibus, interuenientibus. Inimicitiis) Affinis tui Clodii.

Argumentum. CCCXV.

TAXAT Quintum filium qui coronatus in Palilibus prodiit. Brutum Caſſiūq; non accuſat, ſed rerum vitia. quoniam Tyrannidem non extirparunt. Queritur opera Tyrannicidarū mutatū tantū fuiſſe dominū. De ſaxo in crucem tranſiuimus. PIVS.

Puero quoq; hoc a me dabis, ſi tibi videbitur, vt animū eius conciliatū reddas. non quo aut ætas noſtra ab illius ætate quicq̃ debeat periculi ſuſpicari, aut dignitas mea vllã cõtentionẽ extimeſcat: ſed, vt noſmet ipſi inter nos coniunctiores ſimus, q̃ adhuc fuimus. Interpellantibus eñ his inimicitiis, animus tuus mihi magis patuit, q̃ domus: ſed hæc hactenus. Illud extremū. Ego quę te velle, quęq; ad te pertinere arbitrabor, ſemper ſine vlla dubitatione ſummo ſtudio faciã. Hoc velim tibi penitus perſuadeas. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ITerandum eadem iſta mihi. Coronatus Quintus noſter Parilibus. Parilibus ſolus ne? etſi addis Lamiã, quod demiror equidẽ. Sed ſcire cupio, qui fuerūt alii, q̃q̃ ſatis ſcio, niſi improbū, neminẽ. Explanabis igitur hoc diligẽtius. Ego autẽ caſu cū dediſſem ad te literas. VI. Calẽdarū ſatis multis verbis, tribus fere horis poſt accepi tuas, & magni q̄dẽ põderis. Itaq; ioca tua plena facetiarū. De hęreſi Veſtoriana, & de Phereonū more Puteolano riſiſſe me ſatis nihil eſt neceſſe me reſcribere. πολιτικώτερα illa videam9. Ita Brutos Caſſiosq; defendis quaſi eos ego rep̄hẽdã, quos ſatis laudare nõ poſſum. Rerū ego vitia collegi, nõ hominū. Sublato eñ tyrãno tyrãnida manere video. Nã q̃ ille facturus nõ fuit, ea fiūt, vt de Clodio, de quo mihi exploratū eſt, illū nõ modo nõ facturū, ſed etiã ne paſſurū q̄dẽ fuiſſe. Sequet? Rufo Veſtorianus victor nūq̃ ſcriptus. Cęterū q̄s nõ? cui ſeruire ipſi nõ potuimus, eius libellis parem9. Nã Liberalib9 q̄s potuit in Senatū nõ venire? Fac id potuiſſe aliquo modo fieri: nū etiã cū veniſſemus, libere potuimus ſentẽtiã dicere? Nõne omni ratione veterani, q armati aderãt, cū p̄ſidii nos nihil haberemus, defendẽdi fuerūt? Illã ſeſſionẽ Capitolinã mihi nõ placuiſſe tu teſtis es. Quid ergo? Culpa iſta Brutorū? Minime illorū q̄dẽ, ſed aliorū Brutorū, q ſe cautos ac ſapiẽtes putant, q̄bus ſatis fuit lętari, nõnullis etiam gratulari, nullis

ITERANdum) pro iteranda repetẽda ſunt hęc ſæpe mihi tãq̃ mõſtra, nec omittenda prorſus. Iterandū ponitur pro iteranda, aparemphaton, hoc eſt indefinitū, nec generibus, nec modis ſeruiens. Parilibus) Parilia diẽ eſſe quo vrbs Roma cõdita fuit, in ſupiorib9 a nobis affatim dictū q̄d coronatis Romanis habitu paſtorio, Traiicit immundas ebria turba dapes. Neminẽ) Fuiſſe. Inſanit fratris filius qui cū improbis ſaltat & ſubſiit. Explanabis) Priſci codices habẽt, explorabis. Magni põderis) Momẽti magni plenas Hęreſi) Geometrica ſecta, de qua ſupra. Pherionū) Vtar Accurſiana ſolutione, neſcio q̄d ſit dicẽdo. Aliq dicūt Pheriones eẽ magiſtrat9 Puteolanos. mihi nõ liq̄t. De Peritoniis agris nõ tacuit Xenocrates in libro de Morte. Sed illi erãt Athenis. Quãtū tñ colligi põt noĩa ſūt hęreſeon, hoc eſt ſectarū in philoſophia, & Pheriones, vel Phenones erãt heretici. Nã aliq codices phęnonū habẽt, q̄d ad lucẽ & Mercuriū referri põt etiã ad Solẽ, ſed eſſet nodū in ſyrpo q̄rere. πολιτικώτερα) Ciuiliora. Rerū) Tẽporū & ſucceſſuū. Fiunt) Ab Antonio & Dolabella. Victor) Propoſitis falſis Cęſaris ab Antonio cõmẽtariis. Nūq̃ ſcript9) Et tñ parcimus vt ſcripto. Cęteri q̄s nõ) Quis nõ etiã deterrimus reditū i͂petrabit? Cū Rufo nõ vitioſus tm̃ hõ, ſed & vltiū i͂pm i͂petrauerit? Cui) Cęſari. Libellis) Cõmẽtariis Cęſaris etiã ſubdititiis libellis. Liberalib9) Qua die frequẽtẽ Senatū cõuocauit Antonius, & eū circūſepſit armatis. Seſſionẽ Capitolinam) Quando poſt mortem Cęſaris fractis latronibus Senat9 frequentiſſimus ad vindicandã libertatẽ in Capitolio ſedit, ſuper qua re nonnulla ſuperius. Aliorum Brutorū) Optimatum imprudentum, qui non nomine vt tyrannoctoni, ſed re bruti, hoc eſt pecora ſunt.

Parilia.

Coronatus Q. fili9 ſaltat.

Pheriones.

Seſſio.

Bruti re.

Ad Opis. Obſignator Atticus. Raudu ſculū.

Permanere) Perſtare in ſentētia libertatis aſſerendę. Tua) Non dicta,ſed oracula Ille) Cæſar. Ex eo) Ob hoc elatū cadauer,ex hoc funere quæ acciderint. Ad Opis)Subintellige ædē.Intelligit Antonij furta,de quibus alibi. Laus illorū)Tyrānicidarū,qui patefecerūt iter ad gloriā. Culpa noſtra)Qui neſciuimus vti victoria. Obſignatorem) Conſpiratorē Tyrānicidii, vel qui ſemper Tyrānicidis faues preſertim Bruto. Nec Hercule Raudu ſculus mouet) Scribe,Nec Hercule me Raudu ſculū mouet. Per Raudu ſculū æs intelligit qđ ad Opis direptū eſt ab Antonio,Lege Philippicas Orōnes. De Raudu ſculo & porta Raudu ſculana ſupi⁹.

Hęc armis)Potētia ac vi tuebimur,ne credas. nugę merę.

Argumentum. 316.

PIVS

Columna Cęſaris. Anatheoreſis. De ſaxo in crucem. Saxū fori. Lapis prę conis.

DOLAbellæ laus, qui columnā ſuſtulit,locū ſternēdū locauit,quare meliora ſperat. Bruto nullo loco deerit. EPISTOla breuis) Seiūgatur hęc a ſuperiori. Subdubitabā) Subuerebar appellare meū, quoniā ad latrones ſatellitesq; Cæſarianos deſciuiſſe putabā nūc columnā euertit Cæſari poſt funus erectā. Tamē vt patet ex hiſtorica lectione & Antoniana ſecūda natura immutata,Dolabella rēpublicā oppugnare eſt adortus. A Caſſio tñ cū exercitu mox ſublatus eſt & iugulatus. ἀναθεώρησιν) Recognitionem, admirationē. Res) Quā fecit Dolabella. De ſaxo in crucem) Subintellige iueramus. De malo quod aiunt,in peius,Antonio conatibus bonorū reſiſtēte,adiuti ſumus a Dolabella. Per ſaxum intelligūt aliq Tarpeiū, ex quo rei maieſtatis deuoluebātur. Sed hoc erat de maximo in min⁹ malū.aliqui ad puerbiū referūt,inter ſacrū & ſaxū tractū a porca fœderis.ſed hoc applicari niſi metaphorice nō poteſt.qm̄ ad rē priuam hoc eſt porcā ſpectat. Ego refero ad ſaxū fori : de quo in annotamētis plura retuli.& nūc Laconice,res eſt em̄ ſcitu digna, paucula retractabo. Luic⁹ Apulei⁹ Platonicorꝫ eloquētiſſimus lib. 2. de Aſino aureo, Peragrata cūcta Theſſalia fuſcis auib⁹ Lariſſam acceſſi, ac dū ſingula perrās tenuato ad modū viatico pauperiei meæ fomēta conqro,cōſpicor medio foro quēdā ſenē,inſiſtebat lapidi. Comperio in foro Romano lapidē editiorē fuiſſe, ex quo pręco populū alloquebatur. ab hoc ritu Romano factū eſt vti loca editiora omnia,de quib⁹ præco buccinat,

permanere,ſed pręterita omittamus : iſtos omni cura pręſidioq; tueamur,& quemadmodū tu petis,cōtenti Idibus Martiis ſimus. Quę quidē noſtris amicis diuinis viris aditum ad cęlū dederūt, libertatē populo Ro. non dederunt. Recordare tua. Nonne meminiſti clamare te,omnia periiſſe, ſi ille funere elatus eſſet? Sapiēter id quidem. Itaq; ex eo,quę manarint,vides. Quę ſcribis Calēdis Iunii Antoniū de prouinciis relaturū,vt & ipſe Gallias habeat,& vtriſq; dies prorogetur,licebit ne decerni libere? Si licuerit,libertatē eē recuperatā lętabor:ſi nō licuerit,qd mihi attulerit iſta domini mutatio pręter lętitiam quam oculis cepi iuſto interitu tyrāni? Rapinas ſcribis ad Opis fieri, quas nos quoq; tū videbamus. Nec nos liberati ab egregiis viris,nec liberi ſumus,ita laus illorū eſt,culpa noſtra. Et hortaris me,vt hiſtorias ſcribā,vt colligam tāta eorū ſcelera, a quibus etiā nūc obſidemur. Potero ne eos ipſos nō laudare, qui te obſignatorem adhibuerunt? Nec mehercule Raudu ſculum mouet. Sed homines beneuolos,qualeſcūq; ſunt,graue eſt inſequi cōtumelia.ſed de omnibus meis cōſiliis,vt ſcribis,exiſtimo nos exploratius ad Calēdas Iunii ſtatuere poſſe,ad quas adero,& omni ope atq; opera enitar, adiuuāte me ſcilicet authoritate tua & gratia,& ſumma æquitate cauſę,vt de Buthrotiis S.C. quale ſcribis,fiat. Qđ me cogitare iubes,cogitabo equidē,etſi tibi dederā ſuperiore epiſtola cogitādū. Tu aūt quaſi iā recuperata Rep. vicinis tuis Maſſiliēſibus ſua reddis. Hęc armis (quę q̄ firma habeamus,ignoro) reſtitui fortaſſe poſſunt,authoritate nō poſſunt. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EPiſtola breuis, quę poſtea ad te ſcripta eſt,ſane mihi fuit iucūda. De Bruti ad Antoniū, & de eiuſdē ad te literis,poſſe vidētur eſſe meliora, q̄ adhuc fuerit: ſed nobis,vbi ſimus,& quo iā nos cōferamus,prouidendū eſt. O mirificū Dolabellā meū. Iam enim dico meū, antea (crede mihi) ſubdubitabam,magnā ἀναθεώρησιν res habet. de ſaxo in crucem.

lapides appellentur, vt omnis carcer a Romano carcere Tullianũ. De hoc lapide Plautus intelligit ita loquẽs in Bacchidibus. O ſtulte neſcis nũc vẽdi te, atq; in eo ipſo adſtas lapide vbi pręco prędicat, quippe venalibus mancipiis, obæratis decoctoribus, & noxiis ſolitis ex eo lapide addici. Columellę huic ſentẽtię ſubſcribẽtis verba ſunt hęc ex libro quarto Agriculturę, Quę vulgus quidem parui æris vel de lapide noxiũ poſſe cõparari putat. De hoc lapide meminit in Oratione cõtra Piſonẽ Cicero ſic, De me cũ oẽs magiſtratus promulgaſſent, pręter vnũ Prętorẽ, a quo nõ fuit poſtulãdũ, fratrem inimici mei, pręterq̃ — Plauti locus.

Columnam tollere, locum iſtum ſternendum locare. Quid quęris? Heroica. Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationẽ deſiderii, adhuc quę ſerpebat in dies, & inueterata videbatur, ne periculoſa noſtris tyrãnoctonis eſſet. Nũc prorſus aſſentior tuis literis, ſperoq; meliora: q̃q̃ iſtos ferre nõ poſſum, qui dum ſe pacem velle ſimulant, acta nefaria defendũt: ſed nõ poſſunt omnia ſimul. Incipit res melius ire q̃ putarã: nec vero diſcedam, niſi cum tu id me honeſte putabis facere poſſe. Bruto certe meo nullo loco deero. idq;, etiã ſi mihi cũ illo nihil fuiſſet, facerẽ, propter eius ſingularem incredibileq; virtutem. Pylię noſtrę villam totã, quęq; in villa ſunt trado. In Pompeianum ipſe proficiſcens Calendis Maii, q̃primũ velim Bruto perſuadeas, vt Aſturæ ſit. Vale.

duos de lapide emptos. Pedianus q Tullianas orationes cõmodiſſime interp̃tatus eſt, ſic enarrat. Duos Tribunos, quos de lapide emptos ait, quia mercede id faciebant, q̃bus verbis diligẽter pẽſitatis ſuppeditatus eſt coniectandi locus, in foro videlicet Romano lapidẽ fuiſſe, iuxta quẽ ſectio & permutatio rerũ venaliũ fiebat, & apud quẽ haſtarium Romani faciebãt. In Plautinis Commẽtariis hoc addidi. Athenis Atticis] fuiſſe lapidẽ in edito poſitum, a quo oẽs huiuſmodi lapides appellationẽ receperũt. Pauſaniæ in Attica verba ſunt hęc. Apud Areopagũ Palladis Martię ara viſitur quã ille abſolutus conſtituit. Saxa quoq; argẽtea, in quibus rei oẽs, accuſatoresq; cõſiſtũt, alterũ impudẽtię, alterũ cõtumeliæ nũcupatur. Plutarchus in Solone, Pręconis lapidẽ cõſcendẽs elegiã recitauit. Homerus libro Iliados. 18. κήρυκες δὲ ἄρα λαὸν ἐγείρυον. οἱ δὲ γέροντες εἵατ᾽ ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ. Columnã tollere. De hac columna ſic meminit Tranquillus in Dictatore, Poſtea plebs ſolidã columnã prope. xx. pedũ lapidis Numidici in foro ſtatuit, ſcripſitq; parenti patriæ. Apud eãdẽ lõgo tẽpore ſacrificare, vota ſuſcipe, cõtrouerſias quaſdã interpoſito per Cæſarẽ iureiurãdo diſtrahere perſeuerauit. Hanc execratã columnã Cicero vocat, cuius & Lactãtius primo Diuinarũ Inſtitutionũ libro meminit, ad quam olim illud Horatianũ retulimus. Inuidioſo ne pede proruas ſtãtẽ columnã, a quo oriũda titulis auitis illuſtris Cæſarea Romana familia Colũnę pecuͅliari gaudet inſigni. Heroica) Interradẽda interrogatio, ſubintellige heroica puto eſſe quę fecit Dolabella. Simulationẽ) Simulacrũ, idolon, in quo deſideriũ Cæſaris alebat. Inueterata) Cũ veteraſcere Cæſaris appetitus cœpiſſet, fundamenta ieciſſet. Tyrannoctonis) Bruto & Caſſiis. Erat alter Caſſius cognomẽto Barba, de quo ſuperius, ad quẽ trahitur illud Tranquilli in vita Iuliana, Caſſius alter, q̃uis Caſcam nõnulli correxerint errore huius hiſtorię. Quis duo Caſſii fratres fuerint. Simul) Vno & eodem momento fieri.

Pedianus. — Pallas Martia. — Saxa argentea. — Columna Cæſaris. — Horatii nodus ſolutus. — Cæſarei Romani p̃ceres. — Tyrãnoctoni. — Trãquilli de Caſſio locus.

## M.T. CICERO T.P. ATTICO S.

QVinto Nonarum conſcendẽs ab hortis Cluuianis in Phaſelum epiſcopiũ, has dedi literas, cum Pyliæ noſtræ villam ad Lucrinum, villicosq; procuratores tradidiſſem. Ipſe autẽ eo die in Pęti noſtri tyrotarichum imminebam, perpaucis diebus in Pompeianum, poſt in Puteolana & Cumana regna renauigare. O loca, cætera q̃ valde expetenda, interpellantium autem multitudine pene fugienda. Sed ad rem vt veniam. O Dolabellæ noſtri magnam

Argumentũ. CCCXVII.

LAVDAT Dolabellę facinus liberũ ac liberale ſublatę columnę, vnde meliora ſperãtur. Cõſcendẽs) Nauigans. Cluuianis) Quos emerat, qui neſcio cuiꝰ fœminæ Cluuię fuerãt, de q̃bus ſupra. Epiſcopũ) Legẽdũ, epiſcopiũ, exploratoriũ videlicet ac agile, de quo ſupra. Villicos) Villici procuratoresq; differũt. Procurator hodie cõmiſſarius appellat. Villici factores. Epigrãmatiſtę verſiculus nemini nõ notus, Procuratorẽ felix ſpoliabit amica. Tyrotarichũ) Patinã de qua in Epiſtolis Famil. ac ſuperioribꝰ noſtris racemationibus longe plura Regna) Ditiones, vel vbi pręvoluptate amœnitateq; locorum, nos in regno eſſe ac cęlo videmur. Intepellantium) Conſultantium, ſalutantium.

PIVS. — Epiſcopium — Procuratores — Villici. — Tyrotarichꝰ.

ASCENſius. Cætera, in cæteris vel quantum ad cætera: q̃. i. q̃tum valde expetenda &c.

ASCENſius

Ariſtia.

Saxum.

ἀριστεῖαν) Pręclarū facinus. De re) Idibus Martiis. Alii ad Dolabellā referūt. ſed quia Brutus ſemp erat in ore Attici, non Dolabella, ideo ad Brutum refero. De viro) De Bruto κατ᾽ ἐξοχὴν, quia fuit vltimus Romonarū. Cruce) In violatorē Bruti tāq̄ ſacroſanctę poteſtatis. Saxo) Lapidatione publica, vel ſaxo Tarpeio, vnde maieſtatis rei deiiciebātur. Infirmorū) Scribe infimorū, hoc eſt popelli, qui Bruto populatim plaudebat tāq̄ libertatis aſſertori. Bruto noſtro affatim ſatis fecerim) Nulla hic eſſe debet interpoſitio. Significat iturū ſe in Græciam quū Bruto ſatiſfecerit, hoc eſt Brutū diuuerit, Bruto reddiderit amāter & officioſe quas nō modo ipſe, ſed oēs libertatis amici debēt gratias, & quē debēt amorē. Affatim ſignificat abūdāter & copioſe. Leonidæ) Præceptoris vel pędagogi Ciceronis, qui ab indole puerum laudabat. Lętemur) Vtile puero iudicemus. Ille) Cicero. Ita) A ſpe, ab indole, a fructibus non a florib⁹ cognoſcimus arbores. Quomodo nūc eſt) Prout nūc res ſe habet ac pueri exiguitas. Fidentis) Leonidæ. Timentis) Ne puer Cic. decoquat, vt decoxit. Herodi) De quo ſupra. Mandatū) Vetus lectio, mandarā. Vt mihi) Deeſt verbum Gręcū κπαμέτων in Aldino codice repertū, quę vox quū nihili ſit, inuitat vt catameron vel cata ton meron. i. particulariter vel per partes legam⁹. Litera) Nec elementū qdē. Suſpicor nihil boni habere qđ ſcribat. Ne nihil habuerit) Nihil hoc in loco pro ꝓnomine aliqd ponit, quoniā idētidē apud etiā eegātes auctores duę abdicatiuę ꝓ ſimplici ponūtur, maximeq; negāt. Cic. in Oratione pro Milone, Q̄q̄ pręſidiis ſalutaribus & neceſſariis ſepti ſum⁹, tn̄ ne nō timere ſine aliquo timore poſſumus. Supra ad Atticū, Vereor ne nō liceat. Ibidē, Timeo ne nō impetrē. Ibidē, Vereor ne exeūdi poteſtas nō ſit. Plaut⁹ in Caſina, Metuo ne nō ſit ſurda. Terētius in Phormione, An verebamini ne nō id facerē qđ recepiſſem ſemel? Horatius, Sedit qui timuit ne nō ſuccederet. Martianus de iure dotium, Vereor ne nō ſit obligata. Ouid. de Ponto, Ne nō peccarim mors quoq; non faciet. Vlpianus de receptis arbitris, Videndum eſt ne non ſit compromiſſum. Cum cognoſſem) Si cognouiſſem per literas. Xenonem) Atticum philoſophum, de quo ſupra Cicero. Pręſtaturum) Cōtra eos qui pręſtiturum tantum admittunt. Soluturum quod debet. Nec ſero) Beroaldus, ne ſero ſcribit hoc ſenſu. Soluet quod debet, ne ſero ac tarde ſoluiſſe dicatur. quod pudori affert iniuriam, iuxta id verbum Iuriſperitorum, minus ſoluit qui tarde ſoluit. Dependatur) Lege, deprendatur cū Beroaldo. Recte eſſe) Conualuiſſe. Non belle) Ægrotam fuiſſe, ne dolerem vllatenus.

Duæ abdicatiuę pro ſimplici.

Pręſtaturū.

ἀριστεῖαν, quanta eſt ἀναθεώρησις? Equidē laudare eum, & hortari nō deſiſto. Recte tu omnibus epiſtolis ſignificas, quid de re, qđ de viro ſentias. Mihi qdē videtur Brutus noſter iam vel coronā aureā per forum ferre poſſe. Quis enim audeat violare propoſita cruce, vel ſaxo? pſertim tātis plauſibus, tāta approbatione infimorū? Nūc mi Attice me fac vt expedias. Cupio cū Bruto noſtro affatim ſatiſfecerim excurrere in Græciam. Magni intereſt Ciceronis, vel mea potius, vel mehercule, vtriuſq;, me interuenire diſcenti. Nā epiſtola Leonidę, quā ad me miſiſti, quid habet quęſo, in quo magnopere lętemur? Nūq̄ ille mihi ſatis laudari videbitur, cū ita laudabitur. Quoquomodo nūc eſt, nō eſt fidētis hoc teſtimoniū, ſed potius timētis. Herodi autem mandarā, vt mihi catameron ſcriberet, a quo adhuc nulla litera eſt. Vereor, ne nihil habuerit, qđ mihi, cū cognoſſem, iucūdū putaret fore. Qđ ad Xenonem ſcripſiſti, valde mihi gratū eſt. Nihil enim deeſſe Ciceroni tū ad officiū, tū ad exiſtimationem meā pertinet. Flāmā Flaminiū audio Romæ eſſe. Ad eū ſcripſi, me tibi mādaſſe per literas, vt de Montani negocio cū eo loquerere. Et velim cures epiſtolā, quā ad eum miſi, reddendā: & ipſe (qđ cōmodo tuo fiat) cū eo colloquere. Puto, ſiquid in homine pudoris eſt, pręſtaturū eū, ne ſero quodāmodo deprehēdatur. De Attica pergratum mihi feciſti, ꝙ curaſti ante ſcirē ei recte eſſe, q̄ nō belle fuiſſe. In Pōpeianū veni. V. Calēdarū Maii, cū pridie (vt antea ad te ſcripſi) Piliā in Cumano collocauiſſem. Ibi mihi cœnanti literę tuæ ſunt redditę, quas dederas Demetrio liberto pridie Calēdarū, in qb⁹ multa ſapiēter, ſed tamē talia (quēadmodū tute ſcribebas) vt omne cōſiliū in fortuna poſitū videretur. Itaq; his de rebus ex tēpore, & corā. De Buthrotio negocio vtinā quidē Antoniū con-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ueniam,multũ profecto proficiã, ſed non arbitrantur eum a Capua declinaturum.Quo quidẽ metuo ne magno Reip.malo venerit,quod idem L.Cęſari videbatur,quem quidẽ Neapoli affectũ grauiter videram. Quam ob rem iſta nobis ad pridie Calendarũ Iunii tractanda,& perficienda ſunt,ſed hactenus.Q.Filius ad patrem acerbiſſimas literas miſit, quę ſunt ei redditæ,cum veniſſemus in Pompeianũ, quarum tamen erat caput.Aquiliam nouercã nõ eſſe laturũ, ſed hoc tolerabile fortaſſe.Illud vero, ſe ab Cæſare habuiſſe omnia,nihil a patre, reliqua ſperare ab Antonio . O perditum hominem,ſed μελίσει. Ad Brutum noſtrum & Caſſium,& ad Dolabellam epiſtolas ſcripſi,quarũ exempla tibi miſi,non vt deliberarem reddendę ne eſſent(plane enim iudico eſſe reddendas)ſed ꝙ nõ dubito,quin tu idem exiſtimaturus ſis.Ciceroni meo mi Attice ſuppeditabis quãtum videbitur,meq; tibi hoc onus imponere patiere.Quę adhuc feciſti , mihi ſunt gratiſſima.Librũ enim illum ἀνέκδοτον nõdũ,vt volui, perpoliui.Iſta vero,quæ tu cõnecti vis, aliud quoddã ſeparatum volumen expectant.Ego autẽ(credas mihi velim)minore periculo exiſtimo contra illas nefarias partes viuo tyranno dici potuiſſe q̃ mortuo.Ille enim neſcio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter, nunc quacunq; nos commouimus, ad Cæſaris non modo acta, verum etiam cogitata vocamur.De Montano,quoniam Flamma venit,videbis,puto rem meliore loco eſſe debere. Vale.

## M.T.Cicero Dolabellæ Cos. S.

ETſi cõtentus erã mi Dolabella tua gloria,ſatisq; ex ea magnam lętitiam voluptatemq; capiebam,tamen non poſſum non confiteri cumulari me maximo gaudio,ꝙ vulgo hominum opinio ſociũ me aſcribat tuis laudibus.Neminem conueni, conuenio autem quotidie plurimos(Sunt enim permulti optimi viri,qui valetudinis cauſa in hæc loca veniãt,pręterea ex municipiis frequentes neceſſarii mei) qui omnes,cũ te ſummis laudibus ad cælũ extulerũt, mihi continuo maximas gratias agunt. Negãt enim ſe dubitare,quin tu meis præceptis & conſiliis obtemperans,præſtantiſſimum te ciuem,& ſingularẽ Cos. prębeas.Quibus ego q̃q̃ veriſſime poſſim reſponde-

ASCEN.

ASCEN. Ne nihil haberet) Nihil eſt notius duas negationes ſic poſitas vt prior inficiaretur ſequentem,affirmatiuum efficere:ſed non ſic eſt hoc loco. diſiungẽdę enim ſunt negatiuę,hoc ordine & ſenſu, vereor ne (poſſet dicere vt) leonides habuerit nihil.i.nõ habuerit aliqd,quod putaret fore mihi iucũdum cum cognoſſem,& ideo nihil ſcripſit.

PIVS.

Laturũ) Quod ferre nõ poterit:Odit fere ſemp nouercã priuignus,nec quicq̃ lucratur,accipit affatim quod pręſtat. Hoc tolerabile)naturale eſt enim odiſſe nouercã. Nihil a patre) Ex impetratis a Cæſare poſſidere. Μελίσει) Curæ erit,meminerim⁹. Ciceroni filio)Suppeditabis pecuniam. ἀνέκδοτον) Nondum editũ,qui eſt adhuc ſub incude. Mortuo)Adeo reliquię nos infeſtant. Ille)Cæſar.Erat enim Ciceronianæ virtutis dilector & admirator. Flamma Flãminius) De quo ſupra fit mentio.

Anecdotũ.

Flaminius Flamma.

ASCEN.

ASCEN. Quacunq;) In quacunq; re, aut legendum quęcunq; nos cõmouimus.

Argumentũ.CCCXVIII.

PIVS.

HÆC Epiſtola ad Publium Dolabellã ſcribitur, cuius exemplũ in epiſtola ſuperiore mittitur ad Atticum, in qua eum ad veram gloriam hortatur.

Socium) Conſiliariũ vt Neſtorẽ Agamẽnonis. In hæc loca) Baiana Gloriæ) Quam qui ſpernit brutus & ſaxeus a Plutarcho dicitur,q̃ ad geſta præclara, apud Siliũ Italicum, Annibalem ſtimulat , vt exclamet . Nouerit vna Me tantum Carthago, & qui ſim neſciat omnis orbis? Alibi,Iuuat Hercule triſtas Deſpectare vias. Ouidio ſubſcribente,Immẽſum gloria calcar habet. Summa & perfecta gloria auctore M. Tullio libro ſecundo de Officiis,conſtat ex tribus his,ſi diligit multitudo,ſi fidem habet,ſi cum admiratione quadam honore dignos putat.

Gloria.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

re te,quę facias tuo iudicio,& tua ſpōte facere,nec cu
iuſq̄ egere conſilio,tamen neq; plane aſſentior,ne im-
minuam tuam laudem,ſi omnis a meis conſiliis profe
cta videatur,neq; valde nego.Sum enim auidior,etiā
q̄ ſatis eſt glorię:& tamen non alienum eſt dignitate
tua,quod ipſi Agamemnoni Regi Regū fuit hone-
ſtum,aliquē in conſiliis capiēdis Neſtorē habere,mi-
hi vero glorioſum te iuuenem Cos.florere laudibus,
quaſi alumnū diſciplinę meę.L.quidē Cæſar,cum ad
eum ægrotū Neapolim veniſſem,q̄q̄ erat oppreſſus
totius corporis doloribus,tamē ante,q̄ me plane ſalu
tauerit,O mi Cicero inquit,gratulor tibi cum tātum
vales apud Dolabellā, quantum ſi ego apud ſororis
filium valerē,iam ſalui eſſe poſſemus.Dolabellæ ve-
ro tuo,& gratulor & gratias ago, quē quidē poſt te
Cōſulē,ſolū poſſum vere Conſulē dicere.Deinde mul
ta de facto,ac de re geſta:tum nihil magnificentius,
nihil pręclarius actum vnq̄,nihil Reip. ſalutarius te-
ſtatus eſt,atq; hęc vna vox omniū eſt.A te autē peto,
vt me hanc, quaſi falſam hęreditatē alienę gloriæ,ſi-
nas cernere,meq; aliqua ex parte in ſocietatē tuarum
laudū venire patiare.Q̄r q̄ mi Dolabella(hęc eī io-
catus ſum)libētius omnes meas,ſi modo ſint aliquę
meę laudes,ad te tranſtulerim, q̄ aliquā partē exhau
ſerim ex tuis.Nam, cum te ſemper tātum dilexerim,
quātum tu intelligere potuiſti,tum iis tuis factis ſic
incenſus ſum,vt nihil vnq̄ in amore mihi fuerit ardē
tius.Nihil eſt enim(mihi crede)virtute formoſius,
nihil pulchrius,nihil amabilius . Semper amaui (vt
ſcis)M.Brutū propter eius ſummū ingeniū,ſuauiſſi-
mos mores,ſingularē probitatē atq; cōſtantiā: tamē
Idibus Martii tantum acceſſit ad amorē , vt mirarer
locum fuiſſe augendi in eo,quod mihi iam pridē cu-
mulatum eſſe videbatur.Quis erat,qui putaret ad eū
amorem,quem erga te habebā, poſſe aliquid accede-
re?Tantū tamen acceſſit,vt mihi nunc deniq; amare
videar,ante dilexiſſe. Quare q̄d eſt,quod ego te hor-
ter,vt dignitati,& glorię ſeruias? Proponam tibi cla
ros viros,quod facere ſolent,qui hortantur? Neminē
habeo clariorē,q̄ teipſum: te imitere oportet, tecum
ipſe certes,ne licet q̄dē tibi iā tantis reb⁹ geſtis,nō tui
ſimilem eſſe.Quod cum ita ſit, hortatio non eſt neceſ
ſaria,gratulatione magis vtendū eſt. Contigit enim
tibi,quod haud ſcio,an nemini,vt ſumma ſeueritas a-
nimaduerſionis,non modo non inuidioſa,ſed etiā po
pularis eſſet, & cum bonis omnibus,tū infimo cuiq;

Neſtorem) Conſiliū ſerentē
ſenem. Sororis filiū) Anto
nium.Hunc Lucium Cęſarē
proſcribi mox paſſus eſt An-
tonius,vt ab Octauio Cicero
nis proſcriptionem impetra
ret. Sinas cernere) Adire, Cernere.
vnde cretiones,de quibus ſu-
pra. Exhauſerim) Euacua-
uerim , ad me retulerim.
Etiam videbatur) Scriben-
dum eſſe videbatur. Ne li-
cet) Non licet a te deſciſcere,
tibi non ſimilis eſſe non po-
tes. Res ipſa) Vt rem tene-
re viderere,factis magis pol-
lere q̄ verbis. Maturitatē)
Significauit oratio tua, con-
cioq; ſedatior,nihil a te factū
eſſe non prudētiſſime, nihil
amētia effreni, ac impetu iu-
uenili, quo calentes aliquan-
do præcipites iuuenū animi
efferueſcunt ac ebulliunt,vt
ira ferantur ſimul ac efferan-
tur in id calamitatis,vnde re
greſſus non conceditur.Sapi
ens nunq̄ dicit,non putarā.
Maturitas rebus cunctis ad-
hibēda eſt,hęc eſt illa,de quo
cecinit Vates ingenioſus,Nā
mora dat vires, teneras mo- Mora.
ra procoquit vuas,Et validas
ſegetes,quę fuit hęrba, facit.
Hanc maturitatē ſi adhibue
ris ad cōſilii tui partes agno-
ſces, nihil eſſe ſenſib⁹ noſtris
perſpicacius, quos aliqui clau
ſos & occęcatos nobis dediſſe
naturam ferunt. Sunt enim
vt inq̄t alibi M. Tullius,ſen-
ſuum ita clara iudicia & certa
vt ſi optio naturæ noſtrę de-
tur,& ab ea deus aliquis req-
rat,contenta ne ſit ſuis inte-
gris incorruptisq; ſenſib⁹, an
poſtulet melius aliquid, non
videam quid quærat ampli⁹:
nihil opus eſt quod naturam
accuſes , quæ in profundo
veritatē(vt ait Democritus)
penitus abſtruſerit . Magna
eſt vis ingenii noſtri, immo
tanta vt ab aliquibus θε-
ος animus,ab aliis cęleſtis ap
pelletur.In quam ſentētiam
cothurnatus poeta ſic Plato-
nice cecinit, Dii ne hunc ar-
dorem mētibus addunt Eu-
riale?an ſua cuiq; Deus ſit di
ra libido? quo trahunt aliqui
myſticoteri,qui vltra corticē
interiora rimantur,illud Au

gratiſſima. Hoc ſi tibi fortuna quadã cõtigiſſet, gratularer felicitati tuæ, ſed contigit magnitudine tum animi, tũ etiã ingenii, atq; cõſilii. Legi eñ cõcionẽ tuã nihil illa ſapiẽtius: ita pedetentim tũ acceſſus a te ad cauſã facti, tũ receſſus, vt res ipſa maturitatẽ tibi animaduertẽdi omniũ cõſenſu daret. Liberaſti igitur & vrbem periculo, & ciuitatẽ metu. Neq; ſolum ad tempus maximam vtilitatem attuliſti, ſed etiã ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te poſitam eſſe Remp. tibiq; nõ modo tuendos, ſed etiam ornandos illos viros, a qbus initium libertatis profectũ eſt. Sed his de rebus corã plura propediem, vt ſpero. Tu quoniã Remp. nosq; conſeruas: fac, vt diligentiſſime teipſum mi Dolabella cuſtodias. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SÆpius me iã agitas, ꝙ rẽ geſtã Dolabellę nimis in cęlũ videar efferre. Ego autẽ, q̃q̃ ſane ꝓbo factũ, tamẽ vt tãtopere laudarẽ, adductus ſum tuis & vnis & alteris literis, ſed totũ ſe a te abalienauit Dolabella, ea de cauſa, qua me quoq; ſibi ĩimiciſſimũ reddidit. O hominẽ impudẽtẽ. Calẽd. Ian. debuit, adhuc nõ ſoluit, pręſertim cũ ſe maximo ære alieno Faberii manu liberarit, & opẽ ab eo petierit. Licet eñ iocari, ne me valde conturbatũ putes. Atq; ad eũ. VIII. Iduũ literas dederã bene mane. Eodẽ autẽ die tuas literas veſperi acceperã in Põpeiano, ſane celeriter tertio abs te die. Sed, vt ad te eo ipſo die ſcripſerã, ſatis aculeatas ad Dolabellã literas dedi: q̃ ſi nihil ꝓfecerint, puto fore, vt me pſentẽ nõ ſuſtineat. Albianũ te cõfeciſſe arbitror. De Petuleiano noĩe, ꝙ mihi ſuppeditatꝰ es, gratiſſimũ eſt, & ſimile tuorũ oĩm. Sed ego Erotẽ ad iſta expediẽda factũ, mihi videbar reliqſſe, cuius nõ ſine magna culpa vacillatũ, ſed cũ ipſo videro. De Mõtano (vt ſępe ad te ſcripſi) erit tota res curę. Seruius proficiſcens, ꝙ deſperanter tecũ locutus eſt, minime miror, neq; ei quicq̃ in deſperatione cõcedo. Brutus noſter ſingularis vir, ſi in Senatũ nõ eſt Calẽd. Iunii venturus, quid facturus ſit in foro, neſcio. Sed hoc ipſe melius. Ego ex his, quæ parari video, nõ multũ Idibus Martiis profectũ iudico. Itaq; de Græcia quotidie magis & magis cogito: nec enim Bruto meo exiliũ (vt ſcribis) ipſe meditãs video qd prodeſſe poſſum. Leonidę me literę nõ ſatis delectarũt. De Herode tibi aſſentior. Saufeiũ legiſſe vellem. Vale.

ſonii Burdegalę, falſo Catoni adſcriptũ, Si deus eſt animus nobis vt carmina dicũt, Hic tibi pręcipue ſit pura mente colendus. Propterea a Perſio cantitatũ inſtar oraculi, Nec te quęſiueris extra. Non me pręterit aliam afferri poſſe expoſitionem, ſed hęc pro tempore ſufficiet.

Cato puero rũ Auſonii.

Argumentũ. CCCXIX.

PIVS.

CANIT Cito Palinodiã Cicero. Dolabellã vituperat immutatũ, & a ſeipſo, priſtinaq; gloria rebellẽ. DEBVIT) Attico vel Ciceroni. Manu) Ope vel verſura, ꝑmutatione a Faberio facta. Ne me valde) Aliqui næ cũ diph thõgo, vt ſit affirmatiua particula: ſcribunt.

Bene mane) Valde mane, ſummo mane. Aculeatas) Vrgentes nimiũ ac exhortãtes ad gloriã. Albianũ) Nomen. Nomine) Debito.

Bene mane.

Erotẽ) Beroaldus Erotem ſcribit pro liberto relicto vt iſta ꝓcuret. Vacillarũt) Alii codices vacillatũ. Neq; qcq̃ cõcedo) Nõ cedo Seruio ĩ deſperatione, nõ enim magis q̃ ego deſperatus eſt Seruius. Non multum profectũ) Nõ multũ lucrũ fecimꝰ, pro vno enim Cæſare, multos habemus. De Gręcia) de itinere in Gręciã capeſſendo. Meditanti) Lege meditãs. Non video qd Bruto prodeſſe poſſim meditãs exiliũ. Atticus enim hãc Ciceronis ꝓfectionẽ vocabat exiliũ, idẽ Brutꝰ vt paulopoſt liquet. Leonidem eę) Beroaldus Leonidæ ſcribit, quẽ de filio Ciceroni literas non iucundas ſcripſiſſe ſupra diximus. Herode) Attico philoſopho. Alii ſcribũt Erote. Herodẽ tamẽ legere mali vt philoſophi ſit nomen, de quo tamen ſupra idẽ Cicero memit. Fuit alter ab iſto Herodes Atticus patre Attico natus, qui cum ditiſſimus eſſet, populo Athenieſi mnam quotidianã reliquit, Theatrũ Athenis. Hic ſolitꝰ eſt dicere, Superfluus Atticiſmus barbariem ſapit. Vox ei tragœdorũ, nõ affectata, ſed facilis ac tẽpori accõmodata, ob ſplendorẽ & magnitudinem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Erotes. orationis a q̄buſdā ſiccitatē amātib⁹ orator ſaginatus eſt appellatus. Adoleſcēs quodā corā M. Antonio oratione excidit, qđ & Demoſtheni corā Philippo cōtigit. & q̄m Erotē diximus aliq̄bus placere, ſcito Erotē cognomētum Romanorū multis vſurpatū. Proximis hinc annis in Iudęorū Platea effoſſa veterū ędificiorū ingētia marmora ſunt vbi erat hęc inſcriptio. C. Verres Eros Diſſignator Cęſaris Auguſti.

Argumentum. CCCXX.

PIVS

GAVdet Atticū verſari cū Caſſio. Bruti & Attici literę de Bruto Ciceronē cōturbāt. Non probat Hirtiū non probantē Dolabellā de colūna. De Q. Coronati nugacitate. Non mutabit ſedem niſi ex Attici conſilio.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

EGo ex Pōpeiano accepi binas a te literas: alteras ſexto die, alteras quarto. Ad ſuperiores igitur prius. Q̄ꝫ mihi iucundū opportune tibi Barnachū literas reddidiſſe. Tu vero cum Caſſio, vt cętera, q̄ cōmode: opportune autē, ꝙ id ipſum, quod me mones quatriduo ante ad eū ſcripſerā, exemplūq; mearū literarū ad te miſerā. Sed cū de Dolabellæ ariſtia (ſic enim tu ad me ſcripſeras) magna deſperatiōe affectus eſſem, ecce tibi & Bruti, & tuę literę. Ille exilium meditari. Nos autē illum portū propiorē huic ętati videbamus: in quem mallē equidē peruehi, florente Bruto noſtro, cōſtitutaq; Rep. Sed nūc quidem (vt ſcribis) nō vtrūuis. Aſſentires enim mihi noſtrā ętatē, pręſertim a caſtris ciuilibus abhorrere. M. Antonius ad me tantū de Clodio reſcripſit, meam lenitatem, & clementiā, & ſibi eſſe gratā, & mihi voluptati magnę fore. Sed Pāſa furere videtur de Clodio, itēq; de Deiotaro, & loq̄tur ſeuere, ſi velis credere. Illud tamen nō belle (vt mihi quidē videtur) qđ factū Dolabellę vehemēter improbat. De coronatis cū ſororis tuę filius a patre accuſatus eſſet, reſcripſit ſe coronā habuiſſe honoris Cęſaris cauſa, poſuiſſe luctus gratia. Poſtremo ſe libenter vituperationē ſubire, ꝙ amaret etiam mortuum Cæſarem. Ad Dolabellam, quēadmodum tibi dicis placere ſcripſi diligenter. Ego etiam ad Sicam. Tibi hoc oneris nō impono, nolo te illum iratū habere. Seruii orationē cognoſco, in qua plus timoris video, q̄ cōſilii. Sed quoniā perterriti omnes ſumus, aſſentior Seruio. Publius tecū trichatus eſt. Huc enim Cerelia miſſa ab iſtis ad me eſt legata, cui facile perſuaſi, mihi id, qđ rogaret, ne licere quidē non modo libere. Antonium ſi videro, accurate agā de Bruto. Venio ad recentiores literas, q̄q̄ de Seruio iam reſcripſi me facere minimi πρᾶξιν Dolabellę. mihi mehercule ita videt̄, nō potuiſſe maior tali re, taliq;

EGO EX) Secludatur a ſuperiorib⁹ hęc epiſtola longe diuerſa. Prius) Reſpondebo. Dolabella Aritia) Beroaldus, Dolabella Aritię ſcribit, tanq̄ Cicero in oppido Aricino cum Dolabella de his rebus deſperanter egerit. Sed quo pacto Conſul Dolabella fuit Aritiam? Mihi de Dolabellæ ariſtia legendum videtur, ꝙ eandem ariſtian hoc eſt facin⁹ in Dolabella deſperat, qua ſuperioribus diebus cęlum digito tetigiſſe videbatur. Ille) Brutus dicebat me Athenas non iturum, ſed in exilium. Alium partū) Emenda, illum portum. Ego Athenas non dicebam exilium, ſed eruditæ ſenectuti portū. Non vtrumuis) Non eſt liberum nobis facere vtrum volumus. Illud tamen non velle) Scribo, Non belle. Subintellige facit Antonius.

Factum Dolabellæ) De columna euerſa Cæſaris. De Coronatis) Supra Quintum ſolenni die parilibus coronatum adſtitiſſe memorauim⁹: De Quinto filio intelligendū non de patre pars hæc epiſtolæ ſatis indicat. Sacrificaturi coronabātur. Mos priſcus erat vt ſacrificaturi coronarentur. Liuius libro tertio, Extemplo his omnibus diuis rem diuinam thure ac vino feciſſe, ita coronatum nauem aſcendere, nec ante deponere eam q̄ Romam perueniſſet. Poſuiſſe) Coronam. Luctus gratia) Quoniam pater patriæ Cæſar obiiſſet. Perſuadi) Legendum perſuaſi vel cæci vident. Libere) Placere. Magnā) Emenda, minimi. Sciunt omnes quid ſit minimi facere. πρᾶξιν) principium eſt clauſulæ ſequentis, quare a ſuperiori dirimenda. Laudat factum Dolabellæ in euertenca columna. Subintellige hoc totum ꝙ πρᾶξιν hoc eſt actionem Dolabellæ laudas, ſcito maiorem non potuiſſe tali tempore fieri. Dolabellæ. Iunge cum inferioribus. Maior) Subintellige fuiſſe vel fieri.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tēpore:ſed tamē q̄cq̄d ei tribuo, tribuo ex tuis literis. Tibi vero aſſentior maiorem πρᾶξιν eius fore, ſi mihi, quod debuit, diſſoluerit. Brutus velim ſit Aſturę. Q đ autem laudas me, ꝙ nihil ante de profectione conſtituam, q̄ iſta quo euaſura ſint, videro, muto ſententiam. Neq; quicq̄ tamen ante, q̄ te videro. Atticā meam gratias mihi agere de matre gaudeo, cui quidem ego totam villam, cellamq; tradidi, eamq; cogitabā V. Iduum videre. Tu Atticæ ſalutem dices, nos Pyliam diligenter tuebimur. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

E Pompeiano naui aduectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium. VI. Iduum hora fere tertia. Egreſſus autem e naui, accepi tuas literas, quas tuus tabellarius in Cumanum attuliſſe dicebatur, Nonis Maii datas: a Lucullo poſtridie eadem fere hora, qua veni. VII. Iduum Lanuuio datas. Audi igitur ad omneis. Primū quæ de re mea geſta, & in ſolutione, & in Albiano negocio, grata. De tuo autem Buthroto, cum in Pōpeiano eſſem, Miſſenum venit Antonius. Inde ante diſceſſit, q̄ illum veniſſe audiſſem, a quo in Samnium. vide quid ſperes. Romæ igitur de Buthroto. L. Antonii horribilis contentio, Dolabellę præclara iam, vel ſibi habeat numos, modo numeret Idibus. Tertullę nollem abortū. Tam enim Caſſii ſunt iam q̄ Bruti ſerendi. De Regina velim, atq; etiam de Cęſare illo. Perſolui primæ epiſtolæ. Venio ad ſecundā. De Quintis, ac Buthrotiis, cum venero, vt ſcribis, Quod Ciceroni ſuppeditas, gratum. Quod errare me putas, qui Rempublicam putem pendere e Bruto, ſic ſe res habet, aut nulla erit, aut ab iſto, iſtis ve ſeruabitur. Quod me hortaris, vt ſcriptam concionem mittam, accipe a me Attice καθολικὸν θεώρημα earum rerum, in quibus exercitati ſumus, ſatis nemo vnquā neq; poeta, neq; orator fuit, qui quenq̄ meliorem, q̄ ſe arbitraretur. Hoc etiam malis cōtigit. Quid tu Bruto putas & ingenioſo & erudito? de quo etiam experti ſumus. Nuper in edicto ſcripſerā rogatu tuo, meū mihi placebat, illi ſuum. Quinetiā cum ipſius præcibus pene adductus, ſcripſiſſem ad eū de optimo genere dicēdi, nō modo mihi, ſed etiā tibi ſcripſit, ſibi illđ, qđ mihi placeret, nō ꝓbari. Quare ſine quęſo quenq; ſibi ſcribere. Suam cuiq; ſponſam, mihi meā: ſuū cuiq;

ASCEN. Praxin Dolabellæ, ſi ſequentibus adhęret regitur tamen a pręcedenti venio, vt ſit venio ad praxin Dolabellę, quę ſupple ita videtur &c. ASCEN.

Argumentū. CCCXXI. PIVS.

RESPondet nonnullis literis Attici ſimul datis, in quibus Dolabellam & Caſſiū laudat. GEſta) Sunt a te. A quo) Miſeno. Q; illum) Subintellige prius. Quid ſperes) Cū vagum ac volaticū Conſulē habeamꝰ, vel de negocio tuo Buthrotio. Romę) Agemus cum Antonio. L. Antonii) Fratris, qui poſtea cū Antonio pugnauit, ac deditionem perusinā fecit, qui ꝑ Octauio producēdo certauit.

Sibi habeat) Retineat Dolabella. Tertullæ) Vxoris Caſſianę. Caſſii) Fœcunditatem optat vxori Caſſii, vt tyrannicidę multiplicentur, qualis fuit Caſſius. Cauſam ſubdit, tam Caſſii q̄ Bruti ſerendi ſunt. Regina) Superius eſt eadē dictio, ſed ad quē referatur non recte diſpicio, niſi ad Calpurniū aut Octauiū ętate puerū, nec in amoribus rudē, quem in ętatula paſſum muliebria ferunt, vel ad Citheridē Antonii. καθολικὸν) Vniuerſalem ſpeculationē. Catholicon. Meliorē) Amamꝰ nos & noſtra ſine riuali, & vt inquit Horatius, Speramus enim manare poetica mella.

Malis) Poetis. Sibi ſcribere) Genio ſuo ac voluptati, vt in eo ſemet oblectet.

Suā cuiq; ſponſam) Probari, diligi. Forma mouet oculos noſtros nō ſæpe pulcherrima, præſtigii ſpecies amor eſt. olim mauram municeps meus amabat, decolorem, & pice nigriorem & graculo, & cicada, oſſea manu, & cui per mediam noles occurrere noctem. cumq; propterea reprehenderetur reſpondit, parce Pie, ſi meis oculis illa videretur, tibi Helena videretur. Sua cuiq; ſponſa.

ASCEN. De regina velim ſupple id fiat quod tu aut optas in epiſtola tua aut fore autumas. ASCEN.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Amorē) Amam⁹ ſinguli peculiariter,ac ſua cuiuis puella formoſiſſima videť,quoniā ſpecies eſt furoris amor. Audi quę in hanc ſententiā Lucretius diſſerat libro de rerū natura quarto,Nam faciūt homines plerunq; cupidine cęci, Et tribuūt ea,quę nō ſunt ſibi cōmoda vere. Multimodis igitur prauas, turpeisq; videmus Eſſe in deliciis,ſummoq; in honore vigere. Atq; alios alii irridēt,Veneremq; ſuadēt Vt placeāt,quoniā fœdo affliɫtantur amore. Nec ſua reſpiciūt miſeri mala maxima ſępe. Nigra melacochros,immūda & fœtida acoſmos. Cęſia palladiō,neruoſa & lignea Dorcas. Paruula pumilio chaſritonia tota merum ſal.

Magna atq; immanis, cataplexis,plenaq; honoris.
Balba loqui non quit,Traulizimuta pudens eſt.
At flagrans,odioſa, loquacula,Lampadion ſit.
Iſchnos,eromanion tum ſit cum viuere non quit
Prę macie,rhodine,Betro eſt iam mortua tuſſi.
At Lamia eſt, manioſa deo certe ipſa ab Iaccho.
Simula, Silene, at ſatura eſt Laluſa,Philœne.

Locus Lucretianus.
Melichloros.

Placet tamen emendes verſum ſuperiorē, in quo legiť, nigra melacochros,melichloros, flaua videlicet ſignificať. Nos ita vulgo excuſamus,nigram caſtaneolā dicentes, ex Theocrito in Theriſtis. ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον, gracilē cōbuſtam a ſole, flauā.

Theocritus.

Non ſcite) Non elegāter facito me ſcripſiſſe in cōcione mea vel in libello ad Brutum, hoc mihi eſt cōmune cū multis, etiā cū Attilio Priſco poeta, Ennio,Lucilio,qui opice ſcripſerunt. Iſti) Bruto. Si Brutus concionē noſtrā non probat, vtrū ego poſſem probare illius? Sed in forū Brutus venire non poteſt, tā belle ſe geſſit in Idib⁹ Martiis. Ducē) Brutū. Per me) Exhortatione mea. Quid credas) Vtriq; viſcerib⁹ Cęſaris. Cōſilia pro tēpore capiēda cōſilia. Proṛſus) Recte, vnde proṛſa rectus ſcribēdi modus. Rurſum & proṛſum Plautus in Amphitryone dixit,& nos inibi plura. μὴ πολ) Nō adminiſtrandā eſſe Rēp. philoſopho. Vulticulus) Imago Bruti cū pugione & pileo. Erat enim pallidus ac ore exangui Brutus,homo Stoicus. Alibi Cicero dixit,Quid ſi vulticulū Bruti i repulſa vidiſſes? Dextella) Integumētum dextri lateris Antonii,in medio vt honoratiore loco poſiti. Beroaldus Dextellę emēdat vt nomē ſit loci. Auferemus) Ab Antonio de Buthroto. Produxit) In Senatū vel forū. Tabellarius) Abiit. Epiſtolas) Beroaldus legit epulas.

Proṛſum.
Rurſum.
Vulticulus.
Dextella.

amorē,mihi meū. Nō ſcite. hoc em̄ Attilius poeta duriſſimus? atq; vtinā iſti liceat concionari,cui ſi eſſe in Vrbe tuto licebit, vicimus. Ducē enim noui belli ciuilis,aut nemo ſequetur,aut ii ſequētur,q facile vincantur. Venio ad tertiā. Gratas fuiſſe meas literas Bruto & Caſſio gaudeo. Itaq; iis reſcripſi. Quod Hirtiū per me meliorē fieri volūt do equidē operam,& ille optime loquiť,ſed viuit,habitatq; cū Balbo,qui item bene loquitur. Quid credas, videris. Dolabellā valde placere tibi video, mihi quidē egregie. Cū Panſa vixi in Pōpeiano. Is plane mihi ꝓbabat ſe aſſentire, & cupere pacem. cauſam armorū quæri plane video. Edictū Bruti,& Caſſii ꝓbo. Quęris, vt ſuſcipiā cogitationē, quidnā iſtis agendū putē? Cōſilia temporū ſunt, quæ in horas cōmutari vides. Dolabellæ & prima illa actio,& hęc cōtra Antoniū cōcio,mihi profeciſſe permultū videtur,proṛſus ibat res. Nunc autē videmur habituri ducē,quod vnū municipia,boniq; deſiderāt. Epicuri mentionē facis,& audes dicere μὴ πολιτεύεσθαι. Nō te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? Q. Frater (vt ſcribis) eſt Dextellæ. ꝑ eū igiť (vt volemus) facile auferem⁹. Expecto,ſi,vt putas,L. Antonius produxit Octauiū,qualis concio fuerit. Hæc ſcripſi (ſtatim enim Caſſii tabellarius) eram cōtinuo Pyliam ſalutaturus. Deinde ad epulas Veſtorii nauicula. Atticæ plurimam ſalutem. Vale.

PIVS

Argumentum. CCCXXII.

RESPōdet epiſtolę Attici Lanuuinæ. Colloquiū Cornelii Balbi refertur ſuper Antonio milites in verba iurare ſollicitante. Amat Dolabellam in homine nihil ſinceri. Res haud dubie ſpectat ad caſtra. Sed mihi,inqt,ætas acta eſt,viderint iuniores. CASſii tabellario) Per Caſſii tabellariū. Et qdē) Beroald. At quiddā. Similes) Scribe Simile eſt.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm pauloante dediſſem ad te Caſſii tabellario literas. V. Iduum venit noſter tabellarius,& quiddam portēti ſimile in tuis literis. Sed cito conieci Lanuuii te fuiſſe. Eros autem feſtinauit,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quã tectus) Subintelligẽ ſit. Tectius ille cupit. Sancirent) Sancta ac inuiolata haberẽt. Facturos iurarent) Lege facturos eſſe iurarent. Vtram omnes habent) Lege vtrũ omnes haberẽt rata. Duũui ri ſingulis menſibus inſpicerẽt. Queſtus) Balbus. Nihil ſinceri) In Balbo. Ad caſtra) Erũpat ad bel lum. Illa res) Cędes tyranni. Puerili) Quoniã arborẽ inciderunt, nõ euulſerunt. Hęredẽ) Antoniũ. Hoc metuere) Cęſarẽ tyrannũ pręſentẽ. In metu nõ ponere) Succeſſorẽ nõ timere. ὑποσόλοικα) Subabſurda ſubintellige fiunt. Ponti Neapolitanũ) Aldus noſter legit Pontẽ, ſed cum in Neapolitano multi ſint põtes, nec de quo mentio fiat, ediſſerat, malo ſequi Beroaldũ, qui Pontinũ corrigit, agrũ videlicet circa paludẽ Pontinã, qui olim Cę ſaris fuit amatoris Seruiliæ, quo affici adhuc Cæſari, ma ter aduc tyrãnicidę, videtur innuere. Cato maior) Liber de Senectute, quẽ Cicero cõ poſuit. Maior vero Cato is li ber appellatur quoniã in eo inducitur ſenis partes agens Cato Cẽſorius. Stomachor) Odi reſpuo. Hoc qui facit, ſto machator appellatur. βεβίωται) Vita acta eſt, ad vos iſthęc ptinẽt maxime. παντελικόν) Omne quod ad fi nẽ pertineret, quo ſuprema huic negocio manꝰ impone retur. Sic Ambiendo. Po minem) Hirtiũ. Iſtorũ) Cæ ſarianorũ. Talaria) Pedila Mercurii, ſic enim Græci vo cant, Agamus interpretes pacificatores vel nuncios & Legatos vt inſtitueramus & abeamus. Quiduis) Subeamus. Tinniat) Garriat. In meo nomine) In debito meo. Dum mihi ſoluere parat ver ſuram fecerit. Vel ne mihi ſoluat, tentet tabulas nouas inducere. Tabulas nouas) Diſſolutionem debitorum, quod cum fit, magnis tumul tibus, Reſpublica labat, adeo vt prorogatio dieculæ Druſo Prætore facta, motus pe pererit ingẽtes. Iſta enim duo pronomina, vt inquit Seneca, meum & tuum laborare cogunt humanum genus, quæ magna felicitate obruerentur. Cum Imperator Romanus Hadrianꝰ vt opinor, combuſſerit codicem æris alieni ad fiſcum ſpectantem, iurauit ignem nunquam fuiſſe lætiorem.

Hypoſolœca

vt ad me literę Dolabellę perferrentur, nõ de re mea (nõdum enim meas acceperat) ſed reſcripſit ad eas, quarum exemplum tibi miſeram, ſane luculente. A me autem cum Caſſii tabellarium dimiſiſſem, ſtatim Balbus venit. O dii boni q̃ facile perſpiceres timere ocium, & noſti virum, q̃ tectus: ſed tamen Antonii conſilia narrabat, illum circuire veteranos, vt acta Cæſaris ſancirẽt, idq́ ſe facturos eſſe iurarent, vtrũ omnes haberent rata, eaq́ Duumuiri omnibus menſibus inſpicerent. Queſtus eſt etiam de ſua inuidia, eaq́ eius omnis oratio fuit, vt amare videretur Antoniũ. Quid quæris? nihil ſynceri. Mihi autem non eſt dubiũ, quin res ſpectet ad caſtra. Acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili. Quis enim hoc nõ vidit regni hęredem relictum? Quid autẽ abſurdius: hoc metuere, alterum in metu non ponere? Quinetiam hoc ipſo tẽpore multa ὑποσόλοικα. Pontinum Neapolitanum a matre Tyrannoctoni poſſideri. Legẽdus mihi ſępius eſt Cato maior ad te miſſus. amariorẽ enim me ſenectus facit, ſtomachor omnia. ſed mihi quidem βεβίωται. viderint iuuenes. tu mea curabis, vt curas. Hęc ſcripſi, ſeu dictaui, appoſita ſecunda menſa, apud Veſtoriũ. Poſtridie apud Hirtium cogitabam equidem πανπελικόν, ſic hominem traducere ad Optimates paro. λῆρος πολύς. nemo iſtorum, qui ocium non timeat. quare talaria induamus: quiduis enim potius q̃ caſtra. Atticæ ſalutem plurimam velim dicas. Expecto Octauii concionem, & ſi quid aliud, maxime autem ecquid Dolabella tinniat, an in meo nomine tabulas nouas fecerit. Vale.

Tanuſ.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CErtior a Pylia factus, mitti ad te Idibus tabellarios, ſtatim hoc, neſcio quid, exaraui. Primum igitur ſcire te volui, me hinc Arpinum. XVI. Calendarum Iun. eo igiť mittes, ſiqd erit poſthac, q̃q̃ ipſe

Argumentũ. CCCXXIII. PIVS.

HIRTIVM amare Cæſarem mortuum. Timere ne Senatus ſecurus irrita faciat, quæ Cæſar ſanxerit. Nos vocant ingratos. Caſtra adire hac ætate recuſat. Itaq́ Idus Martiæ nos minime conſolantur. De legatione votiua.

íam íamq; adero. Cupío ením ante, q̄ Romam venío, odorarí dílígentíus, quíd futurũ ſit: q̄q̄ vereor, ne níhíl coníectura aberrẽ. Míníme ením obſcurũ eſt, quíd íſtí molíantur. Meus vero díſcípulus, quí hodíe apud me cœnat, valde amat íllũ, quẽ Brutus noſter ſaucíauít, & ſi quæris (perſpexí ením plane) tímet ocíum. ὑπόθεσιν autẽ hanc habent, eamq; præſeferunt vírũ claríſſimum ínterfectũ, totam Remp. íllíus ínterítu perturbatam: írríta fore, quę ílle egíſſet, ſimul ac deſiſtemus tímere. clementíã íllí malo fuíſſe, qua ſi vſus nõ fuíſſet, níhíl eí tale accídere potuíſſet. Míhí autem venít ín mentẽ, ſi Pompeíus cum exercítu fírmo veníat, quod eſt εὔλογον, certe fore bellũ: hęc me ſpecíes, cõtagíoq; perturbat, ne gemam, quod tíbí tum lícuít, nobís non lícebít. nam aperte lętatí ſumus. Deínde habent ín ore nos íngratos. Nullo lícebít modo, quod tum & tíbí lícuít, & multís. φαινοπροσωπητέον ergo & ἰτέον ín caſtra, mílliẽs morí melíus huíc prętertím ętatí. Itaq; me Idus Martíę non tam cõſolantur, q̄ antea. Magnum ením mendũ contínẽt, etſi íllí íuuenes ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν ἐπιχωρῶσιν ψόγον. Sed, ſi tu melíus q̄ppíã ſperas, ꝙ & plura audís, & ínteres conſilíís, ſcríbas ad me velím: ſimulq; cogítes, quíd agendũ nobís ſit ſuꝑ legatíone votíua: quod ín hís locís moneor a multís, ne ín Senatu Calẽdís adſim. Dícũtur eñ occulte mílítes ad eam díem comparatí, & quídẽ ín íſtos, quí míhí vídẽtur vbíuís tutíus, q̄ ín Senatu fore. Vale.

# M·T·CICERONIS

## Epíſtolarum ad T. Pomponíum Attícum Líber. XV.

### M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

O Factũ male de Alexíone, íncredíbíle eſt, quãta me moleſtía affecerít. Nec mehercule ex ea parte maxíme, ꝙ pleríq; mecũ. Ad quem ígítur medícũ te conferes? Quíd míhí íam medíco, aut ſi opus eſt, tanta ínopía eſt? Amorem erga me, humanítatẽ ſuauítatemq; deſidero. Etíam

IAM Iam) Cito q̄ primum. Odorari) Statũ p̄ſentẽ typoquodã a me tibi dari. Ne nihil) Vt parũ. Diſcipulus) Dolabella, cui Neſtorẽ ſupius ſe Cicero p̄ſtare cupiebat. Illum) Ceſarẽ mortuũ. ὑπόθεσιν) Subiectũ. Eã) Hunc pretextũ ſui furoris. Preſeferũt) Deeſt poſt hãc vocẽ dictio virũ. Deſiſtemus) Nos optimates. Illi) Ceſari. Malo) Exitio. Ceſaris p̄nicies, nimia clemẽtia fuit, adeo vt vere cãtitatũ ſit in funebribus. Men pepercíſſe) Vt eſſent q me p̄derẽt? Quaſi) Diuiſim ſcribendũ. Qua ſi. εὔλογον) Rationẽ habet, ſupple vẽturũ. Species) Imago futuri diſſidii inter malos. Beroaldus legit ſpes. Cõtagio) Cõtages a Lucretio dicit̃. Tũ licuit) Tẽpore Ceſaris neutrarũ partiũ eſſe. Nunc licebit) Lege nõ licebit. φαινοπροσωπητέον) Hilari vultu agẽdũ eſt. ἰτέον) Eundũ. Mẽdũ) Errorẽ. Acta eſt eñ res cõſilio puerili. ἄλλα) Scribat̃ ἄλλοις. Aliis in bonis. Dedecus autẽ repellunt. Alii ſcribũt ἄλης, id eſt vacationis vel exilii. In Senatu Cal.) Scribe. In Senatu Calendis adſim. Milites) Latrones. In iſtos) Tyrannicidas.

Contagío.

Phenoproſopiteon.

Argumentũ. CCCXXIIII.

PIVS.

O Factũ male) Deplorat Cicero vir amoris retinẽtiſſim⁹ ſubitariũ caſum ac mortẽ irruẽtẽ qua oppreſſus eſt Alexio medic⁹ Attici, cuius claritudine langueſcit ac ęſtuat. O Factũ) Catulus, O factũ male, o miſelle paſſer. Ob id) Maxime dolores acerrimi mihi cooriuntur. Quod) Circa quãpartẽ. Pleriq; mecũ) Dolẽt, non me mouẽt ea quę ceteros in dolorẽ trahũt. Medicũ) Medicorũ. Cũ Alexionẽ medicũ morbus oppreſſerit. Semitã qui neſciũt, aliis monſtrãt viam. Quid) Opus eſt medico? iuxta illud Ouidianũ, Curabar propriis æger Podalirius herbis, Et medicus q̄uis turpiter æger erã. Si opus eſt) Conceſſo quod iſta me non moueant, medicos videlicet ægrotare, quem medicum bonum reperiemus? Tanta inopia) Medicorum vt alium medicum non reperiamus.

Medicus.

illud quid eſt, quod non pertimeſcēdū ſit? cū hominē temperantē, ſummū medicū, tātus improuiſo morbus oppreſſerit? Sed ad hęc omnia vna conſolatio eſt, ꝙ ea conditione nati ſumus, vt nihil, quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus. De Antonio iā antea tibi ſcripſi, non eſſe eū a me conuētū: venit enim Miſenū, cū ego eſſem in Pōpeiano: ante profectus eſt, q̃ ego eum veniſſe cognoui. Sed caſu, cū legerem tuas literas, Hirtius erat apud me in Puteolano, ei legi, & egi primū, quod attinet. nihil mihi cōcedebat. deinde ad ſummā, arbitrū me ſtatuebat non modo huius rei, ſed totius Conſulatus ſui. Cū Antonio autem ſic agemus, vt perſpiciat in eo negocio ſi nobis ſatiſfecerit, totū me futurū ſuū. Dolabellam ſpero domi eſſe. Redeamus ad noſtros, de quibus tu bonam ſpem te ſignificas habere, propter edictorū humanitatē. Ego autē perſpexi, cū a me, XVII, Cal. de Puteolano Neapolim Panſę cōueniēdi cauſa proficiſceretur Hirtius oēm eius ſenſum. Sed (vix enim & ad pacem ſum cohortatus) nō poterat ſcilicet negare, ſe velle pacē, ſed nō minus ſe noſtrorū arma timere, q̃ Antonii, & tamē vtroſq; nō ſine cauſa pręſidiū habere: ſe autem vtraq; arma timere. Quid quęris? οὐδὲν ὑγιὲς. De Quinto filio tibi aſſentior. Patri quidē gratiſſimę & bellæ tuę literę fuerūt. Cerelię vero facile ſatiſfeci, nec valde laborare mihi viſa eſt: etſi illa, ego certe nō laborarē. Iſtā vero, quā tibi moleſtā ſcribis eſſe, auditam a te eſſe omnino demiror. Nam ꝙ eā collaudaui apud amicos, audiētibus tribus filiis eius, & tua filia, liras? Quid hoc eſt? Quid eſt autē, cur ego perſonatus ambulem? Parum ne fœda perſona eſt ipſius ſenectutis? Quod Brutus rogat, vt ante Calendas ad me quoq; ſcripſit: & fortaſſe faciā, ſed plane quid velit, neſcio. Quid enim illi afferre cōſilii poſſum, cū ipſe egeam conſilio? Et cū ille ſuę immortalitati melius, q̃ noſtro ocio cōſuluerit? De Regina rumor exſtingetur. De Flauia obſecro te, ſi quid potes. hercle dederam ad te literas exiens e Puteolano, diuerteraq; in Cumanū, ibi bene valentē vidi Pyliā, quinetiā paulo clā iis eā vidi. venerat enim in funus, cui funeri ego quoq; operam dedi. Cn. Lucullus familiaris noſter matrē efferebat. Manſi igitur eo die in Sinueſſano, atq; inde mane poſtridie Arpinū proficiſcens hāc epiſtolā exaraui. Erat autē nihil noui, quod aut ſcriberē, aut certe ex te quęrerē, niſi forte hoc ad te putas pertinere. Brutus miſit ad me orationē ſuā habitā in cōcione Capitolina, pe-

Eſſem im Pompeianum) Scribendum. iſſem. Legi & egi) Annominatio decora. In eo negocio) Buthrotio. Domi eſſe) Domeſtica curaturum, & in propoſito libertatis fouendæ perſeueraturum. Tamen) Dicebat. Vtroſque) Brutum & Antonium. οὐδὲν ὑγιὲς) Nihil ſinceri in Panſa deprehendi, omnia corrupta. hoc prouerbio vſus eſt Ariſtophanes in Pluto, εἶναι τὰ σάθρον ἄδικον ὑγιὲς μηδέν. Euripides in Andromache icones deſcribens, μηχανορράφοι κακῶν ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιές, Artifices malorum ſubdoli, tortuoſi, nihil ſani. De Quinto) Beroaldus. De Quinto filio. Et tua filia) In codice qui fuit Iani Lamolæ grammatici Bononienſis adſcriptum eſt, Liras, quæ dictio ſignificat ineptias, ex Plauto qui inſit, liræ liræ. Et Ariſtophanes, ὦ γωνὴ λῆρον λῆρεῖς, vnde forte delirare deducitur. non probo nec improbo, non me præterit ſenſus vulgatior de lira videlicet ſulco. Infra Cicero, λῆρος πολὺς ait. Perſonatus) Ambulare perſonatus prouerbialiter dicitur ille qui non poteſt introſpici ac intelligi. Martial. Perſonam capiti detrahet illa tuo.

Perſona) Fœdum & turpe eſt ſeni perſona. Suæ immortalitati) Facinus immortale patrando. Noſtro ocio) Conſules ac Cæſarianos fomites non extinguendo.

De Regina) Neſcio an Lepidum intelligat, Calpurniam, an potius Octauium puerum, an Citherida, an Quintum in Parilibus coronatum, ſcortum Hirtianum.

Si quid potes) Confice.

Ibi bene) Nonnulli codices habent, vbi. Clam his) Neſcientibus cuſtodibus.

Venerat) Docet quomodo clam his eam vidit. Exaraui) Scripſi.

Vden hygiea

In Iaconas.

Liræ.

Perſona.

ὑπόθεσις) Materia. Et ita conſecutus) Sic factum eſt vt voluit. Alii legũt iſta.
Oratione) Oſtendit. Solus) Vnica perſona alia a perſona Bruti fere ſoliuaga, nec in multorum colloquio. Nõnulli codices habent, Secutus aliud. Hoc) Subintellige, feci. ὑπατικὸς) Conſularis,non Atticus,vnde fides in lyricis altius ſonãs & toruius,hypatos, & ei proxima parhypatos appellatur. Δημοσθένους.) Demoſthenis.

Hypaticos.

Hypatos.

Attico) A te. Grauiſſime) Cum ſis grauiſſimus.

tiuitq; a me, vt eã ne ambitioſe corrigerẽ, anteq̃ ederet. Eſt autem oratio ſcripta elegãtiſſime ſentẽtiis,& verbis,vt nihil poſſit vltra.Ego tamen,ſi illã cauſam habuiſſem,ſcripſiſſem ardẽtius ὑπόθεσιν. Vide quę ſit perſona dicẽtis.Itaq; iã corrigere eam nõ potui.Quo ẽm in genere Brutus noſter eſſe vult,& quod iudiciũ habet de optimo genere dicendi, ita cõſecutus eſt ea oratione,vt elegãtius nihil eſſe poſſit. ſed ego ſecutus aliud ſum ſiue hoc recte,ſiue nõ recte. Tu tñ velim orationẽ legas,niſi forte iã legiſti, certioréq; me facias,quid iudices ipſe, q̃q̃ vereor,ne cognomine tuo lapſus ὑπατικὸς ſis in iudicãdo. Sed ſi recordabere Δημοσθένους fulmina:tũ intelliges poſſe,& Attico tota grauiſſime dici: ſed hęc corã. Nec ſine epiſtola,nec cum inani epiſtola volui ad te Metrodorum venire.

Argumentũ.CCCXXV.

PIVS

REPEtit de cauſa Buthrotia De L. Antonii concione. Octauii concio, ac ludorum apparatus, procuratoresq; non placent Alexionis iterum mortem dolet, SVESSANO) Sueſſa Pomeria eſt in Latinis. Veſtiano) Alii veſtoriano ſcribunt, fundi videlicet nomen eſt. Hoc fallat) Legitur,hic fallat,Antonius videlicet. Concione) Vt milites,populumq; captaret. Inuidia) Odio, quod ſeditioſus habetur. Per nos) Ope noſtra. Alia) Hęrere Cæſari vel Antonio. Tuſculana) Librorum Ciceronis Stoicorũ.

Sueſſa.

Perfugium) q̃ diſputationes philoſophicæ. Tyndaritanorum.) Ænigma hoc ſoluere non potuit Cicero, nec nobis erit dedecori ſi nõ ſoluemus,præſertim cum ad nos integrum non venerit. Poſſumus tamẽ treis intelligere Tyndaridas,forſan Antonium ac Dolabellam & reginam inſtar Helenæ hoc eſt Octauiũ. Auſonius qui paſſim legitur,

Iſtos tergemino, naſci quos cernis ab ouo
Patribus ambiguis & matribus aſſere natos.
Hos genuit Nemeſis. ſed Læda puerpera fouit.
Tyndareus pater his & Iuppiter,hic putat,hic ſcit.

De qua cã) Dic,De qua tã.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

DEcimoquinto Calend.e Sueſſano proficiſcẽs, cũ dediſſem ad te literas, diuertiſſemq; a Cumis,in Veſtoriano,accepi a tabellario tuas literas, in q̃bus nimis multa de Buthroto. Nõ ẽm tibi ea res maiori curę aut eſt aut erit,q̃ mihi. Sic enim decet te mea curare,tua me. Quã ob rẽ id quidẽ ſic ſuſceptũ eſt mihi,vt nihil ſim habiturus antiquius. L. Antoniũ concionatũ eſſe cognoui tuis literis,vt aliis ſordide: ſed id quale fuerit,neſcio. Nihil ẽm ſcripſiſti de Menedemo,probeq;.certe ea dictitat. Qđ ſcribis conſiliũ meũ a te probari,q; ea non ſcribam, quæ tu a me poſtularis, facile patior: Multoq; magis id probabis, ſi orationẽ meã, de qua hoc die ad te ſcripſi, legeris. Quę de legionibus ſcribis,vera ſunt:ſed nõ ſatis hoc videris tibi perſuaſiſſe, q̃d de Buthrotiis noſtris per Senatũ ſperes confici poſſe:quod puto. Tãtum enim odiũ video, nõ videmur eſſe victuri: ſed,ſi etiam nos hoc fallat,de Buthroto te nõ fallet. De Octauii concione idẽ ſentio,quod tu, ludorũq; eius apparatus,& Matius,& Poſthumius mihi procuratores nõ placẽt. Saſerna Collega dignus:ſed iſti omnes,quẽadmodũ ſentis,nõ minus ocium timent, q̃ nos arma. Balbum leuari inuidia per nos velim: ſed ne ipſe quidẽ id fieri poſſe cõfidit,itaq; alia cogitat. Quod prima diſputatio Tuſculana te confirmat,ſane gaudeo. Neq; enim vllum eſt perfugiũ,aut melius,aut paratius. Flauia q; bene loquitur,non moleſte fero. Tyndaritanorum cauſa,de qua tam laborat,quę ſit,ignoro.hos tamen

πεντέλοιπον mouere iſta videtur. In primis erogatio pecuniæ. De Alexione doleo: ſed quoniã inciderat in tã graue morbũ, bene actũ cũ illo arbitror: quos tamen ſecũdos heredes, ſcire vellẽ, & diẽ teſtamẽti. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

VNdecimo Calẽdatũ accepi duas epiſtolas tuas, qbus duabus meis reſpõdiſti: vna erat. VII. Cal. altera. XII. data. Ad ſuperiorẽ igitur prius. Accurres in Tuſculanũ (vt ſcribis) quo me. VI. Cal. venturũ arbitrabar. Q ſcribis parẽdũ victoribus, nõ mihi quidẽ, cui ſunt multa potiora. Nã illa, quæ recordaris Lẽtulo & Marcello Cõſulibus acta in æde Apollinis, nec cauſa eadem eſt, nec ſimile tẽpus. præſertim cum Marcellum ſcribas, aliosq; diſcedere: erit igitur nobis cura moderandũ & conſtituẽdũ, tuto vt Romæ eſſe poſſimus. Noui conuentus. habitatores ſane me mouẽt: in magnis enim verſamur anguſtiis. Sed, ſi iſta parui pẽdim9, certe & maiora cõtẽnimus. Caluę teſtamẽtũ cognoui, hominis turpis ac ſordidi. Tabula Demonici, quod tibi curę eſt, gratũ. De Matio ſcripſi iã pridẽ ad Dolabellã accuratiſſime, a quo modo literę mihi redditę ſunt: eius eñi cauſa, & cupio, & debeo. Venio ad propiorem. Cognoui de Alexione, quę deſiderabã, Hirtius eſt tuus. Antonio q̃q̃ eſt, volo peius eſſe. De Q. filio, quod ſcribis ac de Q. patre, corã agemus. Brutũ omni re, qua poſſum, cupio iuuare: cuius de oratiũcula idẽ te, quod me ſentire video: ſed parum intelligo quid me velis ſcribere, quaſi a Bruto habita oratione, cũ ille ediderit, qui tãdẽ cõuenit? An ſicut in tyrannũ iure optimo cæſum multa dicẽtur, multa ſcribẽtur a nobis? ſed alio modo, & tẽpore. De Sella Cæſaris, bene Tribuni. præclare etiã XIIII. ordines. Brutũ apud me fuiſſe gaudeo: modo & libẽter fuerit, & ſat diu. X. Calẽd. Iunii fere ea, quę a Fuſio, venit tabellarius: neſcio quid ab eo literularũ, vti me ſibi reſtituerẽ. Sane inſulſe (vt ſolet) niſi forte quẽ non ames omnia videtur inſulſe fieri. Scripſi ita, vt te probaturũ exiſtimẽ. Mihi duas a te epiſtolas reddidit: vnã. XI. alterã. X. Calend. Ad recẽtiorẽ prius & leuiorẽ: laudo. Si vero etiã Carſulenus, ἄνω ποταμῶν. Antonii cõſilia narras turbulenta, atq; vtinã potius per populũ agat, q̃ per Senatũ, qđ quidẽ ita credo: ſed mihi totũ eius conſiliũ ad bellum ſpectare videtur. Siqdẽ D. Bruto prouincia eripitur

πεντέλοιπον) Quinq; qđ reliquum eſt. Ego tamen mẽdũ puto. Quid ſi legis? παν-τελικόν mouere iſtam, vt ad Flauiam referatur. Pantelicon dicitur omne quod ad finem pertinet, velut inſinuat Cicero, Flauiam conſiderato fine moueri. Erogatio.) Exburſatio pecuniæ vt vulgo dicitur. Quos) Inſtituerit.

Erogatio.

Argumentum. 326.

EPISTOLA deliberationis inſtar de omni ſtatu Romano. IGITVR) Reſpondeo. Accurres) Aduolabis. Non mihi ſcribis) Cui ſunt. Qui meliora habeo conſilia, nemini videlicet ſeruiendum eſſe. Cicero ad imperandum potius q̃ parendũ natus erat. Acta me) Dictio illa, me, eſt ſuperuacanea. Conuentus) Me mouent. De malo) Matio Beroaldus legit. Supra, Matius & Poſthumius mihi procuratores non placẽt. Quoniam eſt) Scribe, q̃ eſt. Volo Antonio fortunam deteriorem eſſe q̃ ſit. Ad Q. de patre) Scribendum, ac de Q. patre. Sella) Aurea, in qua Cæſar ſedebat, ea a Tribunis plebis cõflata fuit. Super hac ſella Tranquillus ita meminit. Sed & ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in curia, & ꝓ Tribunali thenſam, & ferculũ circenſi pompa. XIIII. ordines) Miniſtri ac deſignatores quatuordecim ordinũ, qui ſuggeſtum Cæſaris in Orcheſtra poſitũ exturbarunt. De quo Suetonius in Cæſare Dictatore.
Si Carſulenus) Odit optimates vel quid tale. In caput alta ſuum labentur flumina retro, vt ait Ouidius. ἄνω ποταμῶν) Retro fluminũ, ſubintellige curſus erit, vndę relabentur. Ita credo) Per populum acturum Antonium.

PIVS

Sella aurea.

Retro fluminum.

quoquomodo, ego de illius neruis exiſtimo, non videtur fieri poſſe ſine bello. ſed non cupio, quoniā caret Buthrotiis. Rides ab Cordilio: nō mea potius aſſiduitate, diligētia, gratia perfici. Quod ſcribis te neſcire, quid noſtris faciundum ſit, iampridem me illa ἀπορία ſolicitat. Itaq; ſtulta iam Iduum Martiarum eſt conſolatio. Animis enim vſi ſumus virilibus, conſiliis (mihi crede) puerilibus. Exciſa enim eſt arbor, non euulſa: itaque q̄ fruticetur vides. Redeamus igitur, quoniā ſępe vſurpas, ad Thuſculanas diſputationes. Saufeium pete, celemus, ego nunq̄ indicabo. Quod te a Bruto requiri ſcribis, vt certior fieret: quo die in Thuſculanū eſſem futurus. vt ad te ante ſcripſi. VI. Calendarum, & quidem ibi te q̄primū peruidere velim. Puto enim nobis Lanuuium eundum: et quidem nō ſine multo ſermone, ſed μελήσει. Redeo ad ſuperiorem, ex qua prætereo illa prima de Buthrotiis, quæ mihi ſunt incluſa medullis: ſit modo (vt ſcribis) locus agendi. De oratione Bruti prorſus contēdis, mecūq; iterum tam multis verbis agis. Ego ne vt eam cauſam, quam is ſcripſit, ego ſcribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri poteſt contumelioſior. At inquis ἡρακλείδιον aliquod. Nō recuſo id quidem, ſed & componendum argumentum eſt, & ſcribendi ęxpectandum tempus maturius. Licet enim de me, vt libet, exiſtimes: velim quidem q̄ optime, ſi hæc ita manent, vt videntur, (feres quod dicam) me Idus Martiæ non delectant. Ille enim nunq̄ reuiruiſſet: nos timor confirmare eius acta non coegiſſet, aut vt in Saufeiam, reliquasq; Thuſculanas diſputationes, ad quas tu etiam Veſtorium hortaris, ita gratioſi eramus apud illum, quem Dii mortuum perdant. Tum noſtræ ætati (quoniam interfecto domino liberi non ſumus) non fuerat dominus ille fugiendus.

Quoquomodo) Opem ferre debemus. Alii coniungunt hoc totum cum inferioribus. Quoquomodo ago de illius neruis exiſtimo. Si D. Bruto Antonius prouinciam eripere poſtulat, exiſtimo quoquo modo neruos habere. Sed vis vi repelletur, & bellum bello. Rides ab Cordilio) Aldus ab cordolio

Cordolium.

ſcribit. Eſt enim Cordolium cordis dolor. Vox Plautina. Beroaldus cōdoleo. Ego rideo ab Cordilio emēdo hoc ſenſu. Miror & rideo te credere Cordilium negociatorem tuum reputare plus efficere poſſe, q̄ aſſiduitas mea poſſit. Ordo. Rideo perfici cauſam Buthrotiam: non mea potius aſſiduitate, q̄ aſſiduitas mea poſſit. ἀπορία) Dubitatio. Iduum) Quæ venit ab Idibus quādo interfectus fuit Iulius Cæſar, quā diem cum lętitiæ libertatisq; parentē putaret vniuerſus orbis, reperta eſt funeſtiſſima. ſiquidem arbor cæſa non eradicata, fruticari cœpit, & tāq (vt græco ꝓuerbio inoleuit) mouiſſent Anagyrum & Camarinā, omnia emerſere Romanæ reipublicę incommoda, multiq; pro vno tyranniculi, Antonius, Lepidus, Dolabella, cętereq; peſtes & harpyiæ, quæ cuncta fœdauere. μελήσει) Curæ erit. Medullis) In animi interiorib⁹ penetralibus. Scribā) Quaſi dixerit, nō faciā. παρεγχείρησις) Conatus. a Quintiliano

Parenchiriſis

parenchiriſis pro diuiſione ponitur, tanq̄ poſitio ac diſtributio in manibus. ἡρακλείδιον

Heraclidion Herculaneū.

Herculaneum) Aliquod Herculaneum opus O Cicero contexe. omnia heroica generoſa ac magna Herculanea dicuntur. Feres) Nō ſtomachaberis) libere dictum a me. Idus) Non mirum ſi Brutus in quadam ad Atticum Epiſtola ſię amarulente ſcripſit, An quia non omnibus horis iactamus Id. Mart. ſimiliter atq; ille Non. Decembres ſuas in ore habet? eo meliore conditione Cicero pulcherrimū factum vituperabit? q̄ Beſtia & Clodius reprehendere illius Cōſulatum ſoliti ſint? Reuertiſſet) Scribo, reuiruiſſet. Improbat Tyrannicidas, qui arborem inciderunt, non euellerunt: qui fecerunt, nō perfecerunt opus egregium. Cęſar, inquit Cicero, ſi ego ececiſſem arborem, radices amplius non egiſſet. In Saufeiam) Villam iremus palantes, aut fortuna nos, vt Græcorū verbū eſt, conieciſſet in Tribonion. De Saufeio paulo ſupra. Relinquas) Lege, reliquas, nec iuiſſem⁹ ad reliquas Thuſculanas quęſtiones abſoluēdas. Nōdū eñi Cicero ſupremam manū Thuſculanis q̄ſtionibus impoſuerat.

Gratioſi) Ita fauorabiles eram⁹ apud Cæſarē vt Romę eſſe puderet, ac ꝑ villas & nemora libertatē q̄rētes vagaremur. Tu vt noſtrę ætati) Dic, Tu vt noſtrę ætatis. pręterea q̄m hoies noſtrę ætatis liberi eē neſciūt, libēter ſeruiūt dūmodo iugū ſit leue. Vt) Ponit̄ ꝓ quoniā. Alij ſic ordināt. Tū dn̄s noſtrę ætati, hoc eſt ſenectuti, nō fuerat fugiēdus: ſaltē cū libertatē cōſecuti nō ſimus. Nō fuerit) Lege, Non fuerat.

Rubeo (mihi crede) ſed iã ſcripſerã, delere nolui. De Menedemo vellẽ verũ fuiſſet. De Regina velim verũ ſit, cętera corã, & maxime noſtris quid faciẽdũ ſit, qd etiam nobis, ſi Antonius militibus obſeſſurus eſt Senatũ. Hãc epiſtolã ſi illius tabellario dediſſem, veritus ſum, ne ſolueret, itaq; miſi dedita opera. Erat enim reſcribẽdũ tuis, q̃ vellẽ Bruto ſtudiũ tuũ nauare potuiſſe. Ego igitur ad eũ literas, ad Dolabellã Tyronẽ miſi cũ mandatis & literis. Eũ ad te vocabis: &, ſi qd habebis, quod placeat, ſcribes. Ecce autẽ de trãſuerſo L. Cæſar, vt veniã ad ſe rogat in nemus: aut ſcribam, quo ſe venire velim. Bruto enim placere ſe a me conueniri. O rem odioſam, & inexplicabilẽ. puto me ergo iturũ, & inde Romã, niſi qd mutaro. Sũmatim adhuc ad te: nihildum enim a Balbo: tuas igitur expecto, nec actorũ ſolum, ſed etiam futurorum. Vale.

M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

A Bruto tabellarius rediit, attulit, & ab eo, & Caſſio literas, conſiliũ meũ magnopere exquirũt. Brutus quidẽ vtrũ de duobus. O rem miſerã, plane nõ habeo quid ſcribã. Itaq; ſilentio puto me vſurũ, niſi quid aliud tibi videtur: ſin tibi quid venit in mentẽ, ſcribe quæſo. Caſſius vero vehemẽter orat, ac petit, vt Hirtiũ q̃optimũ faciã, ſanũ putas: ἀνθρακεῦς. Epiſtolã tibi miſi, vt tu de prouincia Bruti & Caſſii perſcita. ſcribit & Balbus, & Hirtius qdẽ ſe acturũ. Etenim iam in Thuſculano eſt, mihiq;, vt abſim, vehemẽter author eſt: ille quidẽ periculi cauſa, quod ſibi etiã fuiſſe dicit. ego autẽ etiã, vt nullũ periculũ ſit, tãtũ abeſt, vt Antonii ſuſpicionem fugere nõ curem, ne videar eius ſecũdis rebus delectari, vt mihi cauſa eſſet, cur Romam venire nolim, ne illũ videã. Varro autem noſter ad me epiſtolam miſit, ſibi a neſcio quo miſſam (nomen enim deerat) in qua ſcriptum erat, veteranos eos, qui reiiciantur (nam partem eſſe dimiſſam) improbiſſime loqui, vt magno periculo Romę ſint futuri, qui ab eorũ partibus diſſentire videãtur. Quis porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? Q; ſi, vt ſcribit L. Antonius, eũ videlicet

Rubeo) Quod ſcripſi mẽ ſeruitio aſſueſieri poſſe, ſenectute luctari pro libertate recuſante, ac dominũ nõ fuiſſe fugiẽdũ, ſed omnia tẽperat ſal illud interiectũ, quoniã interfecto domino liberi nõ ſum⁹. hoc eſt fortaſſis illud qđ Ciceroni ſic obiicit Brutus, Nimirũ timemus mortẽ & exiliũ & paupertatẽ. Hęc mihi vidẽtur Ciceroni vltima eſſe in malis, & dũ habeat a quibus impetret quę velit, & a qbus colatur ac laudeť, ſeruitutẽ, honorificã modo, nõ aſpernatur, ſi quicq̃ in extrema ac miſerrima cõtumelia poteſt honorificũ eſſe. Delere noluí) Erubuit id ꝓtuliſſe, quæ vox nõ hois, ſed pecudis fuiſſet, niſi id addidiſſet. De Regina) Octauio q repetẽs paternã ab Antonio pecuniam grauiſſimis verbis ac perignominioſis reiectus eſt. Dubitari tñ adhuc poteſt. Solueret) Aperiret. Niſi) Emẽda miſi. Dedita opera) Per ſtatorẽ vel tabellariũ peculiarẽ. Erat reſcribẽdũ) Inofficioſum fuiſſet non reſcribere. Tuis) Literis. Studiũ tuũ) Quod tu ſtudioſe petis. Nauare) Prętare. Tyronẽ) Et ad Tyronem. De trãſuerſo) Verſiculo in epiſtola trãſuerſo ac edito, vel de tranſuerſo occurrẽte lateraliter. Quo ſe) Vt. Nihildũ) Nihil adhuc.

Dominus Ciceroni uon diſplicet.

Regina.

Dedita opa.

Nihildum.

Argumentum. 327.

STVDET Hirtium bonũ facere, idq; rogat Caſſius. Cicero periculi cauſa monetur a Balbo vt abſit. Antonium videre non vult. Veteranos improbiſſime loqui.

PIVS.

A BRVTO) Diuellenda a ſuperioribus epiſtola. Vtrũ de duob⁹) Antoniis fortaſſis, quos ceperat, an iugulandi ſint, an imptiẽda miſericordia. Sed hæc poſtea fuerunt, quare de duob⁹ his nihil mihi ſuccurrit. Sanũ putas?) Per interrogationẽ, Caſſium videlicet qui laterẽ lauat, ac Æthiopẽ deterget. ἀνθρακεὺς) Carbonarius, ſubintellige candeſcere ſiue albeſcere non poteſt, niger ſemper eſt a miniſterio nigro. ἄνθρακες alii ſcribunt, hoc eſt carbones ſunt, natura nigricant, lauari nõ poſſunt. Quid ſi alludit illi prouerbio? ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς πέφυκε, Carbones theſaurus erãt. In eos cõpetit, qui ſpe ſua fruſtrati ſunt, quiq; magnificis rebus expectatis, meras nugas reperiũt. A quodã qui ſperans theſaurũ, carbones effodit. Huius prouerbii meminit Lucianus in Zeuxide & in Philopſeude in Timone, Alciphron in quadã epiſtola. Vt ſcribit) Alii codices ſcribis habent. Eum) Antonium.

Anthraces.

in D. Brutum, reliquos in noſtros : ego quid faciam aut quo me fato geram ? Mihi vero deliberatum (vt nunc quidem eſt) abeſſe ex ea Vrbe, in qua non modo florui cum ſumma fama, verum etiam ſeruiui cum aliqua dignitate. Nec tam ſtatui ex Italia exire (de quo tecum deliberabo) q̃ iſtuc non venire. Cum ad me Brutus noſter ſcripſiſſet & Caſſius, vt Hirtium, quem adhuc bonum fuiſſe ſciebant, neq; eum confidebāt fore, mea authoritate meliorem facerem, (Antonio eſt enim fortaſſe iratior, cauſæ vero amiciſſimus) tamen ad eum ſcripſi, eiq; Bruti & Caſſii dignitatem commēdaui. Ille quid mihi reſcripſiſſet, ſcire te volui: ſi forte idem tu, quod ego, exiſtimares, iſtos etiam nūc vereri, ne forte ipſi noſtri plus animi habeant, q̃ habent.

## HIRTIVS CICERONI SVO S.

RVre iam redieram. quęris an ego, cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciā ? Etiam ex vrbe ſum profectus, vt (illius enim ſtatum odi) abeſſem. Has tibi literas exiens in Thuſculanum ſcripſi. Noli autem me tam ſtrenuum putare, vt ad Nonas recurram. Nihil enim iam video opus eſſe noſtra cura: quoniam prę ſidia ſunt in tot annos prouiſa. Brutus & Caſſius vtinam q̃ facile a te de me impetrare poſſint, tam per te exorentur, nequod callidius ineāt conſilium. Cedentes enim hæc ais ſcripſiſſe: quo? aut quare? retine obſecro te Cicero, & illos. Noli ſinere hæc omnia perire, quæ funditus mediuſfidius rapinis, incendiis, cædibus peruertuntur. Tm̃ ſiquid timent, caueant, nihil præterea moliantur. Non mediuſfidius acerrimis conſiliis, plus q̃ etiam inertiſſimis, dummodo diligentibus, conſequentur. Hæc enim, quæ fluunt, per ſe diuturna non ſunt. In contētione præſenteis ad nocendum habent vireis. Quid ſperes de illis, in Thuſculanum ad me ſcribe.

Habes Hirtii epiſtolā, cui reſcripſi, nil illos callidius cogitare, idq; cōfirmaui. hoc, qualecūq; eſſet, te ſcire volui. Obſignata iam epiſtola, Balbus ad me,

Delibero.

In D. Brutum) Iturum, vt exturbet prouincia. Reliquos) Dolabellam cum cæteris Cæſarianis. Quo me fato geram) Quo ſidere duce vtar? Nec tam) Scribe, nec tamen. Deliberabo) Conſulam. Duo ſignificat deliberare, conſulere ſcilicet & euentilare quid agendum ſit, quęrere finem rei dubiæ. Significat etiam deliberare poſt longam trutinam & conſilium aliquam partem apprehendere, quod ſenex neſcio quis viroſus in curia Romana a teneris enutritus mordicus tenebat. In hac eadem pagina ſuperſunt exempla. Cauſæ) Cęſarianæ. Si forte) Exploraturus animi tui ſententiam, an tu idem quod ego putes. Iſtos) Cæſarianos. Ipſi noſtri Optimates, ac tyrannicidæ.

ASCENſius

ASCENſius. Nec tam) Scribendum eſt tam non tamen: quia ſequitur q̃: vt ſit tam. id eſt tantopere q̃, id eſt quantopere aut tantum & quantum. Scriberem etiam quem adhuc bonū fuiſſe neſciebant, quia ſequitur: neq; eum confidebant fore, videlicet bonum, niſi adiungeret, mea authoritate meliorem facerem, niſi enim bonum ſcirent meliorē fieri non peterent.

Argumentum. 323.

PIVS

HIRTIVS ſtatum vrbis odiſſe ait, quod eſt in cauſa vt vrbem fugiat. In Brutum & Caſſium inuehitur. Cicero in prouinciam legatoriā abire ſtudet. caſtra, & odia auerſatur. quietem amat, quoniam plorando feſſus eſt. RVRE iam) Hirtiana epiſtola arido ſtylo ac militari, cui titulus eſt, Hirtius Ciceroni ſuo ſalutem.

Redieram) Subintellige ac Romam veneram. Omnes caleant) Ferueat Senatus ac totus populus inſtar maris exęſtuet. Turpe ducebat Diogenes Cynicus omnibus ſatagētibus quieſcere, propterea dolium volutare cœpit. Recurram) Reuertar in vrbem. De me) Ne me Conſulem an priuatum timeant. Eos enim Cicero commendauerat. Cedentis) Cedentes Brutum & Caſſium. id eſt abeuntes. Quo) Cedebant. Caueant) Præſidia adhibeant. Fluūt) Non conſiſtunt, ſed rotantur iuxta illud Adagiū, Saxum ſæpe volutum non muſcatur. De illis) Facturos tyrānicidas. Illos) Brutū & Caſſiū.

Diogēnes doliū voluit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Seruiliam rediiſſe,confirmare non diſceſſuros. Nūc expecto a te literas. Gratum, quod mihi epiſtolas, quæ quidem me delectarunt. In primis Seſtii noſtri, dices, quia te laudat : puto mehercule id quoq; eſſe cauſæ : ſed tamen etiam ante,q̄ ad eum locum veni, valde mihi placebat cū ſenſus eius de republica,tum ſcribendi cura. Seruius vero pacificatus cum librariolo ſuo videtur obiiſſe legationē, & omnes captiūculas pertimeſcere. Debuerat autē non ex iure manu conſertum,ſed quæ ſequuntur tu quoq; ſcribes. Poſt tuum diſceſſum binas a Balbo,nihil noui. Itemq; ab Hirtio, qui ſe ſcribit vehementer offenſum eſſe veteranis. Expectat animus quidnam agam de Calend. Martiis. Miſi igitur Tyronem, & cum Tyrone plures, quibus ſingulis, vt quiſq; acceſſiſſet, dares literas,atq; etiam ſcripſi ad Antonium de legatione: ne, ſi ad Dolabellam ſolum ſcripſiſſem, iracūdus homo commoueretur. Qꝫ autem aditus ad eum difficilior eſſe dicitur, ſcripſi ad Eutrapelum, vt is ei meas literas redderet, legatione mihi opus eſſe. honeſtior eſt votiua,ſed licet vti vtraq;. De te quæſo etiam atq; etiam vide. Velim poſſis coram:ſi minus poſſis,literis idem conſequemur. Greceius ad me ſcripſit C. Caſſiū ſibi ſcripſiſſe,homines cōparari,qui armati in Thuſculanū mitterentur, id quidē mihi non videbatur,ſed cauendum tamen,vtileq; pluris vendi,ſed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare pollicetur. Quarto Nonarum veſperi a Balbo redditæ mihi literæ,fore Nonis Senatum,vt Brutus in Aſia,

Seruiliam) Bruti matrem. Librariolo) Suo ſcriptori. Cicero filius idem in Epiſtolis famil. Librarius mittatur. multū enim mihi eripitur operæ in ſcribēdis hypomnematis. *Librariolus.* Captiūculas) Erat enim iureconſultus. Non ex iure manu cōſertū) Gellius libro. xx. in ordine præpoſtero. xix. Propagatis finibus Italiæ negociis occupati paciſci vindiciarū dicendarū cauſa longinquas res grauabantur, inſtitutū eſt vt litigantes non ex iure apud Prætorem manū conſererent. ſed ex iure manu conſertū vocarent. id eſt alter alterū ex iure ad conſerendā manū in rem, de qua agitur, vocarent, atq; profecti ſimul in agrum, *Manu conſertum.* de quo litigabatur terrę aliquid ex eo vti vnā glebam in ius in vrbem ad Prętorē deferrent, & in ea gleba tāq̄ in toto agro vindicarēt. Huic ritui ſic alludit Cicero libr. I. de Oratore, Quod vero in extrema oratione quaſi pro tuo iure ſumpſiſti oratorem in omnis ſermonis diſputatiōe copioſiſſime verſari poſſe, id niſi hic in tuo regno eſſemus, nō tuliſſem, multiſq; præeſſem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut ex iure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones tāq̄ temere irruiſſes. Idem Cicero libro. 7. Epiſtol. Famil. Nam vt audio iſtum non ex iure mauuconſertū, ſed magis ferro res repetunt. Cicero in Oratione pro Murena, Tum ego ex iure meū eſſe aio. Ibi ego te ex iure manuconſertum voco. Budæus Ariſtarchus Gallicanus ita interpretatur hunc locum. *Budęi laus.* Aut interdicto, inquit Scęuola tecum philoſophi illi cō tenderent, vtpote a poſſeſſione diſciplinarū, quæ propriæ ſunt eorum, deiecti : quippe quas tu vniuerſas oratorię facultati tribuis. Dixerat eñ Craſſus oratoris eſſe propriū de re quacunq; propoſita copioſiſſime dicere. aut ex iure te manuconſertum vocarēt. id eſt vindiciarum litem tibi intenderent, illarum diſciplinarum facultatem poſſeſſionemq; ſibi. ſ. vindicantes aſſerentesq;. Inde illa verba Scipionis ad Annibalem apud Liuiū libro. x. de. 2. Bello Punico. Quod ad me, inquit, attinet, & humanę infirmitatis memini, & vim fortunæ reputo. & omnia quęcūq; agimus ſubiecta eſſe mille caſibus ſcio. Cæterū quemadmodum ſuperbe & violenter me facere faterer, ſi priuſq̄ in Africam traieciſſem, te tua voluntate cedentem Italia, & impoſito in naues exercitu, ipſum veniētem ad pacem petendam aſpernarer: Sic nunc prope manuconſertū reſtitātem ac tergiuerſantem in Africā attraxerim, nulla ſum tibi verecūdia obſtrictus. Quorū verborū hmōi eſt ſenſus. Nō ante tu Annibal ad pacē, quā nūc petis, adduci potuiſti, q̄ ego te ex Italia reuocatū, de patria tua in Africa dimicare coegi, & quaſi te in Africā manu cōſertū vocaui, quā. ſ. ita nūc mihi Romaniſq; vindico, vt tu dudū Italiā tibi & populo Carthaginēſi vindicabas. Quę ſequūtur) Integrū carmē Ennianū eſt, Nō ex iure manucōſertū ſed mage ferro Res repetūt, regnūq; petūt, vadūt ſolida vi. Vt quiſq;) Lege, qdq;. prout aliqd emerſiſſet noui. Votiua) Quid de legatione votiua ſentiam⁹ in ſupioribus annotauim⁹. Id qdē mihi videbatur) Lege negatiue, mihi nō videbat̄. Tamē) Ne vaſtēt Thuſculanū. Et ille, q̄ plures vidēdę) Aliqui legūt, Tñ vtile qd̄ pluris vēdet̄, immiſſis tot colonis. reſcripſit Cicero ſibi inutile nō fore ꝙ pluris vēderetur Thuſculanū. ASCNſius. Quibus ſingulis vt quicq; accidiſſet, legā poti⁹, vt quiſq; acceſſiſſet. *ASCENſius*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Caſſius in Sicilia, frumentum emendum, & ad Vrbem mittendum curarent. O rem miſeram. primum vllam ab iſtis legationem: dein, ſi aliquam, hanc legatariam prouinciam. Atq; haud ſcio, an melius ſit, q̃ ad Eurotam ſedere: ſed hæc caſus gubernabit. Ait autem eodem tempore decretum iri, vt & iis & reliquis Prætoriis prouinciæ decernãtur. hoc certe melius, q̃ illa Perſa porticus. Nolo enim Lacedęmonem longinquo, qui in Lanuuiũ exiſtimaui. Rides inquies in talibus rebus? Quid faciam? plorãdo feſſus ſum. Dii immortales, q̃ me conturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina: qui autem iſte in domo tua caſus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito tranſiiſſe lætor. Tu quid egeris tua cum triſti, tum etiam difficili ad conſiliandũ Legatione, vehementer expecto: eſt enim inexplicabilis, ita circũſedemur copiis omnibus. Me quidem Bruti literæ, quas oſtendis a te lectas, ita perturbarunt: vt q̃q̃ ante egebam conſilio, tamen nunc primum animi dolore ſim tardior. Sed plura, cum iſta cognoro. Hoc autem tempore, quod ſcriberem, nihil erat, eoq; minus, ꝙ dubitabã, tu has ipſas literas eſſes ne accepturus. Erat enim incertum, viſurus ne te eſſet tabellarius. Ego tuas literas vehementer expecto. O Bruti amanter ſcriptas literas. O iniquum tuum tempus, qui ad eum ire non poſſis. Ego autem quid ſcribam? vt beneficio iſtorum vtãtur? quid turpius? Vt moliantur aliqd? nec iam poſſunt, nec audẽt. Age quieſcãt authoribus nobis: quis incolumitatem pręſtat? Si vero aliquid de Deciis Gracchiſq; noſtris: vita etiam ſi nemo moleſtus ſit. Ludos vero nõ facere quid fœdius? Frumentũ imponere, quę eſt alia Dionis Legatio, aut quod munus in rep. ſordidius? prorſus qdẽ cõſilia tali in re ne iis qdẽ tuta ſunt, q dãt, ſed poſſum id negligere proficiſcẽs.

Eurotas. Pœcile. Ad Eurotam) Laconiæ fluuiũ ſignificat ſumpturũ ſe pro exilio tẽporario. Sedere) Ociari. Perſei) Scribo, Perſa vel Perſarum porticus. Intelligit de Athenarũ porticu Pœcile, vbi Perſæ ſiue Mędi picti inerant, quos Milciades vicerat: de qua ſic Perſius, Brachatis illita Mędis Porticus inſomnis, quibus indetonſa iuuentus Inuigilat ſiliquis, & grandi paſta polenta. Hęc eſt illa Pœcile quã pinxit Polygnotus. auctor Plutarchus in Cymone. Aliqui Perſici portus legunt, de quo in Amphitryone Plautus. Lacedæmonem) Ire, in mari longinquo poſitam. Quã) Lege, qui, ego videlicet. In Lanuuiũ) Supple me mitti. Exiſtimauit) Legẽ exiſtimaui. Nõnulli opinãtur Lanuuii fuiſſe Pretoriũ Laconici nomine, & fluuiolum Eurotę. Talibus) Lugubribus ac calamitoſis. Feſſus ſum) Alibi, Eluxi patriã grauiꝰ q̃ vlla mater filiũ. Nimbum) Pręcipitatũ. ſed celeriter diſpulſum. Tua) In tua. Inexplicabilis) Iſta tua legatio. Vt vtãtur) Conceſſo ꝙ vtantur, ſi vtentur. Vt moliantur) Quid ſi molirentur aliquid tyrannicidæ contra iſtos tyrannos? Auctoribꝰ) Si nos recte ſentimꝰ. Quis incolumitatem pręſtat?) Sed quis eos tueri vult. Aliqd) Noſti. Deciis) Non intelli-

Decij. git de priſcis Decijs aut Gracchis, ſed recẽtioribus. Aliqui volunt, nec diſplicet, per Decios aut Gracchos tyrannicidas intelligere. quoniã illi ſe ipſos deuouẽdo, patriam ſeruarũt, iſti pro populo contra potentiores animas proprias & pectora obiecerunt. Vita etiam) Ingrata eſt & moleſta tyrãnicidis. Non facere) Qđ ludos celebrare non poſſint. Beroaldus legit, ita facere, hoc eſt tenuiter & turpiter, tãq̃ Brutus celebratis ludis

Ludi Bruti, exierit. Infra) Cõſtituit igiẽ vt ludi abſente ſe fierent ſuo nomine, proficiſci enim in Aſiã videbatur. De Bruto loquitur. Frumẽtũ) Frumẽtariam legationẽ imponere Caſſio, & eũ tãq̃ ſtructorem per cauſam emittere. Dio-

Dionis legationes. nis) Quã Dioni Dionyſius imponebat, non legationes, ſed exilia, vt ſpiritũ liberũ ac ſeruitutis iugũ ferre neſciũ excluderet. Mihi in hoc loco Cicero hanc hiſtoriã tãgere videtur. Dionyſio quędã clanculum defertur epiſtola, quã ſcribens ad Carthaginenſiũ Præfectos Dion, petebat vt cum Dionyſio de pace differerent, haud abſq; ſe colloquia facerent, quo per eũ cõſtantiſſime cuncta componerent. Eã vbi Dionyſius perlegit, Dionem in arcem vocauit, epiſtolam oſtendit, increpitum in cymbam impoſuit, & tumultum veritus, pecunias Dioni, regiam ſupellectilem, mancipiaq; quod volebat dedit ac emiſit vrbe Syracuſana, ſolatuſq; Dionis propinquos Dionyſius eſt ꝙ Dion non exularet, ſed animi gratia ſecederet. Huius hiſtoriæ Cheroneus auctor in Dione. Ariſtoteles libro quinto Politicorum prodit Dionem inuaſiſſe Dionyſium poſteriorem quod eum contemnebat, conſpiciens eum ſemper ebrium.

Fruſtra vero q̄ cōgrēdiar) Fruſtra ero q ingrediar hāc viā vt ꝓ Bruto Cęſarianos depcer. Vetus lectio p̄fert. Fruſtra vero aggrediar, hoc eſt deprecari. Martis cōſiliū) nō Bruti eſt vt qſpiā pro ſe p̄ces fundat. Quin cū Cicero deprecareť Octauiū pro Bruti ſalute, exaſperatus eſt Brutus, & prope minitabūdus dep̄catur, illas preces humillimas ducēs. Ego mediusfidius non exiſtimo tā omnes deos auerſos eſſe a ſalute Po. Ro. vt Octauius orādus ſit pro ſalute cuiuſq̄ ciuis, nō dicā pro liberatoribus orbis terrarū. Iuuat em̄ magnifice loqui, & certe decet aduerſus ignorātes, qd pro quoq; timendū, aut a quoq; petendū ſit. Vtatur precibus) Pro filio. Forte quid obſcœni habet hæc dictio, velut anicula conquirat precibus ſuccubas, male audiuit ipudicitiæ noīe Seruilia. Nō auſim tamē affirmare iocatū tam turpiter in re ſeria Ciceronem.

Fruſtra vero aggrediar Martis conſilium, cum vtatur precibus: quid me interponam? Sed tamen cogitabo, quo genere vtar literarum, non poſſum ſtatim. Igitur mittam ad Antium, vel Circęos. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

ANtium veni. VI. Calendarum. Bruto iucundus noſter aduētus, deinde multis audiētibus Seruilia, Tertulla, Porcia quærere, quid placeret? Aderat etiam Fauonius. Ego, quod eram meditatus in via ſuadere, vt vteretur Aſiatica curatione frumenti, nihil eſſe iam reliqui, quod ageremus, niſi vt ſalui eſſemus: in eo etiam ipſi Reip. eſſe præſidio. Quā orationē cū ingreſſus eſſem, Caſſius interuenit. Ego eadē illa repetiui. Hoc loco fortibus ſane oculis Caſſius matrē ſpectare, dicere ſe in Siciliā non iturū. Ego ne vt beneficiū accepiſſet in cōtumeliā. Quid ergo agis inquā? At ille in Achaiā ſe iturū. Quid tu inquā Brute? Romā inqt, ſi tibi videtur. Mihi vero minime: tuto enim nō eris. Quid ſi poſſem eſſe, placeretne? Vtiq; vt om̄ino neq; nūc, neq; ex Pretura in ꝓuinciā ires. Sed author nō ſum, vt te vrbi cōmittas. Dicebā ea, quę tibi profecto in mentē veniūt, cur non eſſet tuto futurus: multo inde ſermone querebanť. Atq; id quidē Caſſius maxime amiſſas occaſiones. Decimūq; grauiter accuſabat. ea negabā oportere præterita repeti, aſſentiebar tamē: q̄q̄ ingreſſus eſſē dicere, qd oportuiſſet. Nec vero quicq̄ noui, ſed ea quæ quotidie omnes. Nec tamen illum locum attingere quenq̄, propterea opportuiſſe tangi, ſcilicet Senatum vocari, populum ardentem ſtudio vehementius incitari. totā ſuſcipe Remp. exclamat tua familiaris. Hoc vero neminem vnq̄ audiui. Ego repreſſi: ſed Caſſius mihi videbatur iturus. Etenim Seruilia pollicebatur ſe curaturā, vt illa frumenti curatio de S.C. tolleret, & noſter Brutus cito deiectus eſt, de illo inani ſermone.

Argumentū. CCCXXIX. PIVS.

COLloquiū cū Bruto & Caſſio Tyrānicidis, M. Tullius huic inſerit Epiſtolę. Idē monet Brutū ne ſe vrbi cōmittat. Caſſi⁹ amiſſas occaſiones querebať. Brutus in Aſiā deſtinat. Quare Cicero cupit Rep. diſiecta ſtatim euolare. De Buthrotia cauſa. De Octauio nonnihil.

TERTulla) Eſt eadē Tertulla, de qua ſupra. Porcia) Et Porcia. Vtereť) Brutus. Vt ſaluos eſſe) Dic vt ſalui eſſemus. In eo) Curare vt ſalui eſſem⁹. Pręſidiū) Emēda pręſidio. Si cōtendimus vt ſalui ſimus, Reip. pręſidio eſſe poterimus. Iuxta illud Demoſthenicum, Vir fugiēs iterum pugnabit. Matrē) Tertullam. Nā Porcia vxor erat Bruti. Ego) Admonui Caſſium vt caueret ne videreť accepiſſe beneficium datum a Senatu loco cōtumeliæ, qđ fieret ſi curationem frumentariam detrectaret. Hoc totū ſubintelligendum eſt: ſed in contumeliam ſcribendum. Romam) Sum iturus Mihi) Reſpondeo, non videtur vt Brutus eat Romā. Querebantur) Dolebant. Decium) Scribendum Decimum qui eos reuocauit. Omnes) Loquuntur. Præterea) Vlterius. Iacente) Cæſare inuadendos Cęſarianos ſatellites. Sed Senatū) Scribe, ſcilicet Senatum. Studio) Recuperandę libertatis. Suſcipe) Lege ſuſcipere. Curandam videlicet ac liberandam. Tua familiaris) Seruilia. Hoc verbo) Emenda, hoc vero. Poſt iſtam exclamationem neminem audiui verbum facere. Imperabat omnibus Seruilia. Repreſſi) Ne cum Seruilia altercarentur. Sed vt matri cederet Brutus, vt matronę omnes. Iturus) In prouinciam.

Velle) Matri obtēperare. Conſcientiā) Memoriā recte factorū Bruti,qui conſciuit illud egrègiūfacinus,cuius cōſcientia florebat,ſed euentu miſero. Meam) Deleatur hęc dictio induſtria imperitorū inuecta.Hoc Brutus docet in quadā ad Ciceronem epiſtola ſic,Neq; incolumis fui Cęſare viuo, niſi poſtq̃ illud conſciui facinus Si tamen pertinaces ſumus in ea voce tuenda,dicamus ꝙ nihil delectauit me in eo itinere quo Brutū viſitaui pręter conſcientiā meā,hoc eſt ꝙ conſcius ſum officio ſatiſfeciſſe.Subditur enim.Nō enim fuit cōmittendū,vt ille ex Italia prius q̃ a me cōuentus eſſet diſcederet. Dempto) Excepto. ἡ δεῦρ᾽ ὁδός, τί σοι δύναται νῦν θεοπρεπής; Sic enim ſcribenda ſentētia græca. Iter hoc tibi quid poteſt nunc o deo digne. O Brute quid hoc iter ſibi vult? quid boni præſtare poteſt? Diſſolutū offendi nauigiū) Rempublicam Optimatum conſpiratione vacillantem. Ad hanc ſententiā reſpexit Horatius inquiens, O nauis referēt in mare te noui fluctus?

Locus Horatianus.

Dubitaueram) Roma cedendum. Eo minus) Tāto minus dubito, ſed volare æſtuo. Pelopidarum) Heroū tyrannicorum. Superius de hac voce. Me ſibi legauit) Legatum accepit. Ne) Nō Attico placebat. Erat abſurdum) Soluere vota euerſa Rep. Quę ſi ſtetiſſet) Dictio ſtetiſſet eſt ſuperuacanea.

Bonis) Si boni Rempublicam obtinuiſſent, figura loquēdi familiaris eruditis, vel a bonis. Et verſa) Priſca lectio.at euerſa.Non decet per ſoluere vota euerſa Rep. Ergo votiua legatio non placuit. Vota diſſoluere) Emenda.Diis ſoluere,diuiſim. Genus legationis) Illud eſt. Introire) Incipere aggredi prouinciam. Quod nunc additum) Legatio Dolabellę quę mihi demādata eſt,ſubintellige placet. Contrahi negocium) Q;q̃ putem quod iſta legatio quinquennalis erit mihi negocii plena. βλασφημίαν) Maledictū , dictio vulgo nota. Eſſent quin) Prępoſterus ordo,Scribe,qn eſſent. Literis) Per literas.

Venerit) Scribe,Quod nō venit Lucio Antonio duplex beneficium debeo,& ꝙ me ſine cura eſſe iubet, & ꝙ id me per literas monet,non aūt in Thuſculanū venit,id oretenꝰ mihi ſignificaturꝰ.

(velle em̃ ſe dixerat)cōſtituit igitur, vt ludi abſente ſe fierēt ſuo nomine:proficiſci autē mihi in Aſiā videbat᷑ ab Antio velle. Ne multa,nihil me in illo itinere pręter cōſcientiā meā delectauit.nō enim fuit cōmittendū,vt ille ex Italia prius,q̃ a me cōuētus eſſet, diſcederet.hoc dēpto munere amoris atq; officicii, ſeq̃batur,vt mecum ipſe,ἡ δεῦρ᾽ ὁδός τί σοι δύναται νῦν θεοπρεπής; Prorſus diſſolutū offendi nauigiū,vel potius diſſipatū. Nihil conſilio, nihil ratione,nihil ordine.Itaq; etſi ne antea quidē dubitauerā,tamē nūc eo minus euolare hinc,idq; q̃primū,vbi nec Pelopidarū facta, neq; famā audiā.Et heus tu, ne forte ſis neſcius , Dolabella me ſibi legauit ad.IIII.Non.April.Id mihi heri veſperi nunciatū eſt.Votiua ne tibi quidē placebat. Etem̃ erat abſurdū,ſi ſtetiſſet Reſp.bonis non ſumere,at euerſa illa vota diis ſoluere.Et habēt,opinor, liberę legationes definitū tempus lege Iulia , nec facile addi poteſt:idq; adeo genus legationis,vt cū velis introire aut exire liceat,quod nunc mihi additū eſt . Bella eſt autē huius iuris quinquēnii licētia: q̃q̃ qnquenniū cogitē,cōtrahi mihi negociū videt᷑ . ſed βλασφημίαν mittamus.Bene mehercule de Buthroto. at ego Tyronē ad Dolabellam cum literis(quia iuſſeras) miſeram. quid nocet?De noſtris autē Antiatibus ſatis videbar plane ſcripſiſſe,vt nō dubitares quin eſſent ocioſi futuri,vſuriq; beneficio Antonii contumelioſo. Caſſius frumentariā rem aſpernabatur, eā Seruilia ſublaturā ex.S.C.ſe eſſe dicebat,noſter vero Brutus in Aſiam, poſtea,q̃ mihi eſt aſſenſus tuto ſe Romę eſſe nō poſſe:ludos enim abſens facere malebat,ſtatim autem ſe iturū ſimulac ludorū apparatū iis,q curaturi eſſent, tradidiſſet.Nauigia colligebat:erat animus in curſu, interea in eiſdē locis erāt futuri.Brutus quidē ſe aiebat Aſturę affuturū.L.qdē Antonius liberaliter literis ſine cura me eſſe iubet.Habeo vnum beneficium, alterū fortaſſe ꝙ in Thuſculanū nō venit. O negocia nō ferēda,quę ferūtur tñ τὰ δ᾽ ἐδέετ᾽ ἂν τῶν ἐχθρῶν τισιν.

ASCEN.

ASCEN. Non videtur ſuperuacanea dictio ſtetiſſet:vt ordo ſit.Etenim abſurdum erat,ſi Reſpublica ſtetiſſet, id eſt incolumis manſiſſet bonis, aut abſurdum erat bonis non ſumere,id eſt concipere vota: at illa ſc; Republica euerſa,ſoluere diis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Octauio) Priſci codices in Octauio. ἥρωας) Heroes, Tyranncidas ſcilicet. Quid hereditati quid) Supplendũ caluiciũ cũ uerbo κατηχήσει. i. inſtructioni. Inſtruit ad malũ, multos habet ad peruertendũ paratos. Vitricus) Philippus cenſebat nihil eſſe ab Octauio tẽtandũ auctore Trãquillo, tẽtauit tñ, & feliciter quidẽ. Alẽdus) Cib⁹ dãdus & pabulũ vt exaſperet in Antoniũ, qui fauore veteranorũ florens facile exploſit Antoniũ, vicariũ tyrãni, nõ tyrãnũ. Sed dũ hoc facit, aſciã crurib. ſuis impegit Cicero. Et vt nihil) Dato ꝙ nihil optimatibus ꝓficere poſſit, in Antoniũ tamẽ armãdus. Aliud) Proficere poſſit. Si prę

In Octauio, vt perſpexi ſatis ingenii, ſatis animi, videbaturq; erga noſtros ἥρωας ita fore (vt nos vellemus) animatus. Sed quid ętati credendũ ſit, quid nomini, quid hæreditati, quid κατηχήσει magni cõſilii eſt. Vitricus quidem nihil cenſebat, quem Aſturę vidimus, ſed tamen alendus eſt, & vt nihil aliud, ab Antonio ſeiungẽdus. Marcellus pręclare, ſi pręcipit noſtro, noſtris quidem ille deditus mihi videbatur. Panſæ autem, & Hirtio non nimis credebat, bona indoles ἐὰν διαμένῃ. Vale.

## M. T. CICERO T. P. ATTICO S.

OCtauo Calẽd. duas a te accepi epiſtolas. reſpondebo igitur priori prius. Aſſentior tibi, vt nec duces ſimus, nec agmẽ cogamus, faueamus tamen. Orationem tibi miſi, eius cuſtodiẽdę, & proferẽdę arbitrium tuum ſit. Quando illum diem tu tuendũ putes? Inducias (quas ſcribis) non intelligo fieri poſſe, melior eſt ἀναντιφωνησία qua me vſurũ arbitror. Quod ſcribis legationes duas Brũduſiũ veniſſe, nos omnia prius. Scribas igitur, quicq̃d audieris. Varronis διάλογον expecto, non improbo ἡρακλείδιον, pręſertim cum tu tantopere delectere: ſed qualem velis, velim ſcire. quod ad te antea, atq; adeo prius ſcripſi (ſic enim malo tibi vere dicere) ad ſcribendum me feciſti acriorem. Ad tuum iudicium, quod mihi erat notum, addidiſti Peducei authoritatẽ, magnam quidem apud te, & in primis grauem. Enitar igitur, ne deſideres aut induſtriam meam, aut diligentiam. Vectenum (vt ſcribis) & Faberium foueo. Clodium nihil arbitror malitioſe, q̃q̃ ſceleſte quidem egerit. De libertate retinenda, qua certe nihil eſt ducius, tibi aſſentior, ita ne Gallonia O hominem nequam? quid enim dicam aliud? Cautũ Marcellũ, mi ſic, ſed nõ tamen cautiſſimũ.

cipit noſtro) Satiſfaciet Marcellus maritus ſororis Octauii ſi pręcipit Cęſari ex cõmoditate noſtra. Noſtri cui q̃dem) Hoc clauſulę principiũ eſt, ſed legendũ. Noſtris videlicet ille dedit⁹. De Octauio loq̃t. Bona idoles) Eſt i Octauio ἐὰν διαμένῃ) Si ꝑmanſerit.

Argumentum. CCCXXX. PIVS.

ASſentitur Attico Cicero vt dux nõ ſit, nec agmẽ cogat, faueat tamen optimatibus. Nõ cõtradicet. Peduceũ laudat. Sperat Remp. ius ſuũ recuperaturã.

OCTAVO Cal.) Principium eſt alterius epiſtolę. Faueamus tamen) Ducibus libertatis. Putes) Iudices. Interrogat de tempore. Cuſtodiendę) In arcano habendæ. Proferendæ) Publicandę. ἀναντιφωνησία) Nõ cõtradicere. Vos oĩa prius) Percepimus, ſed lege nos. Anantiphonesia. Διάλογον) Sermonem. ἡρακλείδιον) Herculaneũ. Quid ſi intelligis Antonium, qui genus ducebat ab Hercule? Plutarchi verba in Antonio, Antonii Herculei. Erat etiã fabula antiqua Antoniorum familiã ab Hercule natã ab Antone Herculis filio cognomẽ accepiſſe. Hãc familiæ ſuæ famã confirmare nõ ſolum forma corporis, ſed etiã veſtitu nitebatur. Semper enim cum in oculis plurium erat futurus, tunicã ad coxã cingebatur, permagnũ ſuſpẽdebat gladiũ, chlamidẽ inſup aſperã circũdabat. Hęc Plutarchus. Appianus lib. ii. bellorũ ciuiliũ. Cęſar victricẽ Venerẽ, Pompeius Herculẽ inuictum in auxiliũ vocabat. Superius eadẽ vox an de Antonio intelligẽda? Inferi⁹ Heraclidiõ nomẽ eſt ſtatoris Attici. Gallo animo) Beroaldus emendat Gallonia. O hominem nequam. Galloniam vocat Antoniũ Cicero, quare non video. Sed quod obiter dictum velim ſcribit Liuius de. ii. Pu. bello Gallis Hiſpaniſq; ſcuta eiuſdẽ formę fere fuiſſe, diſpares ac diſſimiles gladios. Gallis pręlongi ſine mucronib⁹, Hiſpano pũctim magis q̃ cęſim aſſueto petere hoſtẽ, breuitate habiles & cũ mucronibus. Ante cetris armati. Is gẽtium harũ habitus cum magnitudine corporũ tum ſpecie terribiles erant. Punctim. Cæſim. O hominẽ nequã) Sic in Philippicis præcipue vocat Antoniũ. Quid enim dicã aliud) Alibi. O hominem nequam, quo enim veriore nomine te appellem non habeo. in Antonium. Me ſic) Scribe. Mi ſic, ſubintellige videtur.

Propior epi-
ſtola.

Propiori quid) Dic, Propiorīq; quid reſpondeā. Propior epiſtola vocatur ꝓxime ſcripta. Hiſpanieſes) Quę a Romanis geruntur in Hiſpania. Non Hiſpanieſem librũ mittã, inquit epigrãmatarius, ſed Hiſpanum.

Balbulus.

Balbiliũ) Quidam legunt Balbulum hoc eſt Corneliũ Balbũ iuniorẽ. Seciliã) Alii Siciliam, alii Seleuceã ſcribunt, loca notiſſima. Ego Ciciliã. Fœnerabat enim in Cilicia Scaptius, vt in ſuperioribus legere licet. Nõ qua Põpa) Solebat. Me omnia) Scribe, Te omnia. Quare ego ſtatim) A te videlicet ſciam. Eadẽ Cilicia.

Attributio.

Attributione) De pecunia quæ ei attributa fuerat a Senatu, quę proprie attributũ dicebat̃, quod viduę ſoluebãt. Lege quæ Varro & Plautꝰ in Aulularia, & nos ĩ plautinis cõmẽtariis. Cicero in calce Epiſt. famil. De attributione cõficies, de repręſentatiõe videbis. Attributas viduas ad equos emẽdos auctor eſt Liuius lib. i. ab vrbe cõdita.

Attributæ
pecuniæ.

Attributę pecuniæ ab antiquis dicebãtur, quas nũc aſſignationes vernaculo verbo dicimus.

Tributum
vnde.

Varro lib. i. de lingua latina, Tributũ dictũ a tribus, ꝙ ea pecunia q̃ a populo imperata erat tributim a ſingulis proportione cenſus exigebatur. Ab hoc ea quę aſſignata erat, attributũ dictũ. Ab eo quoq; qbus attributa erat pecunia vt militi reddãt, Tribuni ęrarii dicti. Id qđ attributũ erat, æs militare dictũ. Cicero in Præ. vrb. Ne diutiꝰ teneã, pecunia attributa numerata eſt, ꝓfectꝰ eſt Queſtor in prouinciã. Quæ verba exponẽs Aſconius, Pecunia, inquit, attributa eſt, quę in ſtipẽdium militũ de ærario a Tribunis ęrariis annumerari quæſtori ſolet. Cicero in Piſonẽ, Nõne ſeſtertium cẽties ac octogies ex ęrario attributũ Romę in quæſtu reliquiſti? erat igit̃ proprie attributa pecunia ea quę Imperatoribus ad prouincias euntibus aſſignabatur. Sed quodcunq; negociũ aſſignet̃ attributum hodie vocari poteſt.

Trichari.

Trichatur) Impedit, turbat, quod qui faciunt, trichones appellantur.

Trichæ.

Trichæ impedimenta. Cicero libro octauo Epiſt. famil. Sic multis ac diu ludetur, atq; ita diu vt plus biẽniũ in his trichis moretur.

Extrichari.

Extrichari Materno libro. v. matheſeos eſt explicare, ſic. Extrichatis trigonis mixturis pariter & quadratis. Quod non quis) Quod nõ poſſit aliqs noſtrũ facere. Perditũ) O perditas ſpes noſtras ac inanes quę anteq̃ in portũ venerint, in medio curſu frãgunt̃. φιλοσοφȣ́μεθα) Philoſophamur. Quid aliud) Deſidioſus ages. περὶ) Et de officiis, inqt, ſe amiſſa libertate ſcribere Ciceroni filio librũ de officiis. προσφωνȣ̃μεν) Nũcupamus.

De officiis.

Pater filio) Scribere debet q̃ de officio. In vita enim agunda nihil efficimus crimine vacãs qđ ſit officio procul. Extabit) Apparebit, non peribit. Moleſti) Sunt. Myrtillo) Illud patraſſe ſcelus.

Longiori epiſtolę, ſuperiorīq; reſpondi, nunc breuiori propiorīq; quid reſpondeã, niſi eam fuiſſe dulciſſimã? Res Hiſpanienſes valde bonæ, modo Balbilium incolumem videam, ſubſidiũ noſtræ ſenectutis. De Acmiano, itẽ ꝙ me valde obſeruat Viſellia, ſed hæc quidem humana. De Bruto te nihil ſcire dicis: ſed in Ciliciam veniſſe M. Scaptium, eumq; nõ qua pompa, ad ſe tamen clam venturum, ſciturumq; te omnia, quæ ego ſtatim. Interea narrat eadem, Baſſi ſeruum veniſſe, qui nunciaret legiones Alexandrinas in armis eſſe, Baſſum arceſſi, Caſſium expectari. Quid quæris? Videtur Reſp. ius ſuum recuperatura, ſed nequit ante. noſti horum exercitationem in latrocinio, & amẽtia. Dolabella vir optimus, etſi cum ſcribebam ſecunda menſa appoſita, veniſſe eum ad Baias audiebam, tamen ad me ex Formiano ſcripſit, quas literas cum e balneo exiiſſem, accepi, ſeſe de attributione oĩa ſumma feciſſe. Vectenum accuſat, trichatur ſcilicet, vt homo talis, ſed ait totum negocium Seſtium noſtrum ſuſcepiſſe: optimum quidem illum virũ, noſtrīq; amãtiſſimum: quęro autem quid tandem Seſtius in hac re facere poſſit, quod non quis noſtrũ? ſed, ſiquid præter ſpem erit, facies, vt ſciam: ſin eſt (vt arbitror) negocium perditum, ſcribes tamẽ, neq; iſta res commouebit. Nos hic φιλοσοφȣ́μεθα, quid enim aliud, & τὰ περὶ τȣ̃ καθήκοντος magnifice explicamus. προσφωνȣ̃μέν q; Ciceroni. Qua de re enim potius pater filio? deinde alia, quid quæris? Extabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie, aut cras venturum putabant. Ego autem in Pompeianum properabam, non quo hoc loco qcq̃ pulchrius, ſed interpellatores illic minus moleſti. Sed perſcribe quæſo, quæ cauſa ſit Myrtillo. Pœnas quidem illum pependiſſe audiui, & ſatis ne patet vnde corruptus. Hæc cum ſcriberem tantum, quod exiſtimabã ad te orationem eſſe, præbui, quam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

timeo,quid exiſtimes.Et ſiquid ad me,quod nõ ſit foras proditum,niſi Rep.recuperata, de quo quid ſperem,nõ audeo ſcribere. VI.Caléd.literas accepi a Dolabella,quarum exemplũ tibi miſi, in quibus erat omnia ſe feciſſe,quę tu velles,ſtatimq; ei ſcripſi,& multis verbis gratias egi.Sed tamẽ,ne miraretur cur idẽ iterum facerem,hoc cauſæ ſumpſi,ꝙ ex te ipſo coram antea nihil potuiſſem cognoſcere.Sed quid multa? literas hoc exemplo dedi. Vale.

## M.T.CICERO P.DOLABELLÆ.COS. S.

ANtea cũ literis Attici noſtri de tua ſumma liberalitate,ſummoq; erga ſe beneficio certior factus eſſem,cũq; tu ipſe etiã ad me ſcripſiſſes, te feciſſe ea , quæ nos voluiſſemus,egi tibi gratias per literas his verbis,vt intelligeres nihil te mihi gratius facere potuiſſe. Poſtea vero, ꝗ ipſe Atticus ad me venit in Tuſculanum huius vnius rei cauſa tibi , vt apud me gratias ageret,cuius tuam eximiam quandam & admirabilem in cauſa Buthrotia volũtatem,& ſingularem erga ſe amorem perſpexiſſet teneri non potui,ꝗn tibi apertius illud idem iis literis declararẽ.Ex omnibus enim mi Dolabella ſtudiis in me,& officiis: quæ ſumma ſunt,hoc ſcito mihi & ampliſſimum videri,& gratiſſimum eſſe,quod perfeceris, vt Atticus intelligeret quantum ego te,quantum tu me amares:quod reliquum eſt Buthrotiam & cauſam,& ciuitatem, ꝗꝗ a te conſtituta eſt(Beneficia autem noſtra tueri ſolemus)tamen velim receptam in fidem tuam,a me etiã atq; etiam tibi commendatam,authoritate,& auxilio tuo tutã eſſe velis.Satis erit in perpetuũ Buthrotiis prǫſidii,magnaq; cura,& ſolicitudine Atticũ, & me liberaris, ſi hoc oneris mei cauſa ſuſceperis, vt eos ſemper a te defenſos velis,quod vt facias te vehemẽter etiam atq; etiam rogo. His literis ſcriptis me ad ϲυνΤάξεις dedi,quæ quidẽ vereor,ne minio,ac cæra tua pluribus locis notanda ſint , ita ſum μετέωρος, & magnis cogitationibus impeditus. L. Antonio male ſit. Siquidem Buthrotiis moleſtus eſt.Ego teſtamentum compoſui,quod cum voles,obſignaui.Tu numos Arpinatum:ſi L.Fadius Ædilis petet,vel omneis reddito.Ego ad te alia epiſtola ſcripſi HS. CX. quæ Statio curarentur : ſi ergo petet Fadius , volo reddi,

Argumentũ.CCCXXXI. PIVS.

ANtea)Ciceronis epiſtola ad Dolabellã teres ac rotũda peculiare pricipium habere debet , in qua Cicero Dolabellę cauſam Buthrotiam cõmendat,& includens epiſtolę ſuę docet Atticum quantũ rebus amici ſtudeat. LITEras) Dic literis.

Tueri) Tanꝗ fœtus & dulciſſimas cõpedes animi memoris,vt infit Ariſtoteles.

Fides.

In fidem) In auxiliũ.protectionẽ hodie barbare dicunt, vt Syracuſę Marcellorũ, Bononia Antoniorũ. Buthrotis) Dic Buthrotiis. Hoc beneficium tuum æterna cõpede Buthrotios alligabit. Hoc oneris) Hoc onus. Eos) Buthrotios. Συνταξεις) Cõmẽtationes, cõpoſitiones. Minio ac cęra)Atticus dubiis ac dilutis ex minio aſteriſcũ aut obeliſcũ addebat,vel cęrã affigebat, qua ſignificabat id vt acuratius aduerteretur. Angelus Politianus vir elegãtiſſimus,Miniatula cęra ſubſtituit,quoniã libro ſequẽti Cicero ſcribat ſe miniatulas Attici ſubuereri. Mẽdũ eſt apud Hieronymum libro in Rufinum.ii.his verbis. *Sed quod maioris eſt audacię in editione.lxx.Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis videlicet deſignãs,quę minus ante fuerant,& virgulis quę ex ſuperfluo videbanť appoſita.In codice peruetuſto,nõ minus, ſed miniatulis ſcriptũ eſt.* Agnoſco minus legi poſſe , ſed miniatulis doctius,i eundẽq; ſenſum reciditur , elegantia cultiori reſeruata,quę ẽm miniatula notantur, curta ſunt & lacera. Μετεώρος )Suſpenſus ac dubius. Obſeruaui) Miſſurus pro Buthrotiis.Aliqui non obſeruaui legũt ſed obſignaui,vt Aldusnoſter,q vt moros,ſępe opportuna loquitur,nec teſtimonium habet vetuſta lectio.ſed teſtamẽtum,videturq; ſignificare ſe condidiſſe teſtamentum quoniam vergebat in ſenium, morsq; nõ tam naturalis appetebat,ſed multa imminere videbantur pręter naturam,prӕterq; fatum. Cum voles)Habebis,mittam. Obſignaui) Annulo ſeptem ſignatores antiquitus teſtamenta ſignabant, vnde Iuuenalis, Signator falſo.

Syntaxes.

Miniatulæ.

Hieronym⁹ perpenſus.

Methoros.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

præter Fadium nemini:apud me item puto depoſitũ. Id ſcripſi ad Erotem, vt redderet. Reginã odit, me iure facere ſcit. ſponſor promiſſorum eius, Amonius: quæ quidem promiſſorum eius erant φιλόλογα & dignitatis meæ, vt vel in concione dicere auderem. Saram autem præterq̃ ꝙ nefarium cognoui hominẽ, præterea in me contumacem (ſemel eum omnino domi meæ vidi) cum φιλοφρόνως ex eo quærerem quid opus eſſet: Atticum ſe dixit quærere. Superbiam autẽ ipſius Reginę, cum eſſet trans Tyberim in hortis. Acta eius commemorare ſine magno dolore non poſſum: nihil igitur cum iſtis, nec tam animum me, q̃ ſtomachum habere arbitrantur. Profectionem meã (vt video) Erotis diſpenſatio impedit: nam cum ex reliquis, quæ Nonis April. fecit, abũdare debeam, cogor mutuari: quodq; ex iſtis fructuoſis rebus receptũ eſt, id ego ad illud Fanum ſepoſitum putabam. ſed hæc Tyroni mandaui, quem ob eam cauſam Romam miſi. te nolui impeditum impedire. Cicero noſter quo modeſtior eſt, eo me magis commouet. Ad me enim de hac re nihil ſcripſit, ad quem nimirum potiſſimũ debuit, ſcripſit hoc autem ad Tyronem, ſibi poſt Calendarum April. (ſic enim annuum tempus confici) nihil datum eſſe, tibi pro tua natura ſemper placuiſſe, teq; exiſtimaſſe: id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modo perliberaliter a nobis, ſed etiã ornate, cumulateq; tractari. Quare velim cures (nec enim tibi eſſem moleſtus, ſi per alium hoc agere poſſem) vt permutetur Athenas, quod ſit in annuũ ſumptum ei, ſcilicet Eros numerabit. Eius rei cauſa Tyronem miſi. Curabis igitur, & ad me, ſiqd tibi de eo videbitur, ſcribes. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TAndẽ a Cicerone tabellarius, ſed mehercule literę πεπυκνωμένως ſcriptę, quod idipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret. Itemq; cæteri præclara ſcribũt. Leonides tamen retinet ſuum illud adhuc. ſummis vero laudibus Erotes, quid quæris? Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meq; libenter præbeo credulum. Tu velim, ſiquid tibi ex Statio ſcriptũ quod pertineat ad me certiorẽ me, facias. Narro tibi,

Philologa. Sara. φιλόλογα) Amica rationis, rationabilia dicunt. Saram) Nomẽ propriũ quod adhuc viget. De Q. Salonio Sara meminit Liuius lib. v. belli Macedonici. φιλοφρόνως Benigne Nihil cum iſtis) Cæſarianis agendũ. Animũ) Puſilli animi me tyrãnici putant & exigui. Stomachari tãtum tẽpora poſſe ſimul ac velle. Stomachũ) Indignationem. Ad illud fanũ) Tulliolæ extruendum ac excitãdum de quo ſupra. Modeſtior) Ad petendũ. Numerauit) Lege numerabit.

ASCENſius ASCEN. Reginę nomine vbiq; antoniũ ſignificare videri poſſit, vel ꝙ tyranno Cęſari ſe reginã exhibuit, vel ꝙ iam tum eius in Cleopatram amores innoteſcere cœperant. ſed quia ſuo nomine ſępe Antonium nominat, alium intelligendum arbitror. Poſt Calendarũ ſup. tempus aut ſcribe Calendas. Permutetur Athenas ſup. tranſportandũ: permutatio enim fiebat Romæ.

### Argumentũ. CCCXXXII.

PIVS. Ciceronis filij mores. TANdẽ) Seiũgẽda a ſuperiori epiſtola, Gratãter accepit Cicero literas a filio Athenis operã philoſophiæ dãte. πεπυκνωμένως) Denſe ac ſpiſſe ſcriptæ. Qd id ipſum) Literas iterare. Suũ illud) Acciſmos ſuos. i. ſimulationes, verecunde ac parce adoleſcentẽ laudat. Ita fuit agendum vt experientia docuit. Impegit temulẽtus ſcyphũ temeto plenum in Agrippam. De quo Sidonius Apollinaris infit, Loquẽtem Ciceronis filium populus Ro. nõ agnoſcebat. Vitis primæ inuentio. Sed quod obiter dictũ ſit ſcribit Atheneus vitẽ prius repertam apud Ætnã. Oreſteus Deucalionis filius venit regnatum Ætnam, & canis eius forte in eo loco ramum euulſit, quem iuſſit defodi, vnde nata vitium germina, Oenos. Oena. œnumq; a canis nomine appellauit, ex quo veteres Grę Vini inuẽtio. Oenopotæ. ci vites Oenas vocabant. Idẽ quoq; ex auctoritate Hellanici dicit vinũ apud Plithinã Ægypti ciuitatẽ fuiſſe repertum, ideo Dion Academicus Ægyptios Philoenos & Philopotas eſſe dicit. Vel) Auger

hæc loca venuſta ſunt, abdita certe: & ſi quid ſcribere velis, ab arbitris libera, ſed neſcio quo modo φίλος. Itaq; me referunt pedes in Thuſculanum, & tamen hęc τοπογραφία ripulæ videtur habitura celerem ſatietatem. Equidē etiam pluuias metuo, ſi pronoſtica noſtra vera ſunt. Ranæ enim ῥητορεύουσιν. Tu quæſo fac ſciam, vbi Brutum noſtrum, & quo die videre poſſim. Duas accepi poſtridie Iduum, alteram eo die datam, alteram Idibus. Prius igitur ſuperiori, de Bruto, cum ſcies, de Conſulum ficto timore cognouerā. Sica enī φιλοστόργως ille quidem, ſed tumultuoſius ad me etiam illam ſuſpitionem pertulit. Quid tu autem, tamē διδόμενα. Nullum enim verbum Siregio non placet. De Plectorio vicino tuo permoleſte tuli, quenq̄ prius audiſſe, q̄ me: de Siro prudēter. L. Antonium per Marcū Antonium fratrem (vt arbitror) facillime deterrebis authoritate, vel vi: ſed nondum acceperas literas, nec cuiq̄ dederas, niſi L. Fadio Ædili: aliter enim nec caute, nec iure fieri poteſt. Quod ſcribis tibi deeſſe HS C. quę Ciceroni curata ſint: velim ab Erote quæras, vbi merces inſularū. Arabioni de Sicio nihil iraſcor. Ego de itinere niſi explicato A. nihil cogito, quod idē tibi videri puto. Habes ad ſuperiorem. Nunc audi ad alteram. Tu vero facis, vt omnia, vt Seruiliæ non deſit, & Bruto. De Regina gaudeo te non laborare, certe etiam tibi probari Erotis rationes, & ex Tyrone cognoui, & vocaui ipſum: gratiſſimum q; polliceris Ciceroni nihil defuturum, de quo mirabilia Meſſala, qui Lanuuio rediens ab iſtis venit ad me, & mehercule ipſius literę ſic & φιλοστόργως, & πυκνῶς ſcriptæ, vt eas vel in agro ſic audeam legere, quo magis illi indulgendum puto. De Buciliano Seſtium puto non moleſte ferre. Ego, ſi Tyro ad me, cogito in Thuſculanum. Tu vero quicquid erit, quod me ſcire par ſit, ſtatim. XVII. Calend. abibo. Et ſi ſatis videbar ſcripſiſſe ad te, quid mihi opus ſit, quid te facere vellem, ſi tibi commodum eſſet, tamen cum profectus eſſem, & in lacu nauigarē, Tyronē ſtatui ad te eſſe mittendum, vt his negociis, quæ agerentur, intereſſet. Atq; etiam ſcripſi ad Dolabellam, me (ſi ei videretur) velle proficiſci, petiiq; ab eo de mulis vecturæ itineris, & meis, tum intelligo te diſtentiſſimum eſſe, qua de Buthrotiis, qua de Bruto, cuius etiam ludorum ſuorum curā, etiam adminiſtrationē ſuſpicor ex magna parte ad te pertinere: vt ergo in eiuſmodi re tribues nobis paulū operę: nec enim multum opus eſt. Mihi

Abdita) Occulta. O latebrę dulces (inquit Horatius) etiā ſi credis amœnę. Arbitris) interpellatorib⁹. Neſcio quo modo. Subde verbum φίλος hoc eſt amor Reip. gaudiis omnib⁹ interpellat, neſcit me patria, vt Vlyſſem Itacha amœnas latebras guſtare, παντι, quod aiunt, σκύθ. Infer⁹ amor Thuſculani ſignificatur non patrię, Ciceronē iſthinc auellere. Referūt pedes) Hinc Plinius Cæcilius, Ipſi me pedes in diętam tuā ducūt. Cōcinit illi Albiano, Iuraui quoties rediturum ad limina nunq̄,

Cū bene iuraui, pes tamen ipſe redit. Topographia) Loci pictura. Ripulę) Et ripę ceſpite viridi veſtitę. ῥητορεύουσιν) Rhetoricantur vel rhetoriſſant. Maro inter imminenētis pluuię ſigna poſuit & hoc. Et veterē in limo ranę cecinere querelā. Sonus ranarū in ſtagnis eſt apud Ariſtophanē vrechechebech coax coax: videtur tacite ſignificare illic cornicari poeticulos quoſdā paganos de ſentina triuiali. φιλοστόργως) Peramanter. Διδόμενα) Data ſunt. Nō placet) Tacere Siregium. Deterrebis) Ne Buthrotios oppugnet. Ciceroni) Filio. Curata) Prouiſa ac numerata. Vbi) Sit, ī quo occupauerit. Merces) Mercedes potius hoc eſt pēſiones annuas vel ſemeſtres. Inſularum) Domorum & tabernarū circa forum. Quæ ſint inſulæ in vrbe ſuperius a nobis multa. De Cicio) Cauſa Cicii. Ego) Nihil cogito de itinere proficiſci Athenas niſi explicato id eſt expedito.

A) Attico intelligo, cauſa videlicet iſta pecuniaria vel Buthrotia. Facis vt omnia quod) Scribo, Facis omnia vt Seruiliæ non deſis & Bruto. Erotis rationes) Calculos inſularum. πυκνῶς) Spiſſe, crebro. Si Tyro) Venerit.

In lacuna vigilarem) Emēdat Beroaldus, in lacu nauigarē, nec diſplicet. De mulis vecturę) ſubintellige prouideret. Tamen intelligo) Dictum. Qua) Partim.

Topographia. Ripulæ. Ranæ rhetoricantur. Coax. Inſulæ. Qua.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Referre acceptum.

Rès ad cædē) Ad arma ac tumultū omnia mihi vergere vidētur. Referendū eſt acceptū) Ab ipſis accepiſſe te ſcias, huius moleſtię fuerūt auctores. Cato in quadam epiſtola ad Ciceronē, Tibi ſi referri acceptum mauis gaudeo. Cicero Attico, Salutem meam beneuolentiæ tuę acceptā referre. In oratione pro Cluētio, Voluit enim aliquid acceptū referre liberalitati ſuę. Plancus Ciceroni, Omne Cæſari acceptū referre poſſunt. Liuius, Familię Licinię acceptū referebant. Illud quidem) Deeſt hic verbū græcū, quod in priſcis aut emendatis exemplaribus reperire nō potui, quo ſignificabatur, difficile, vel nō definitū, imperfectū eſſe. ἀνεκτόν) Tolerabile. De armis) Imminētib⁹ rem vergere ad cędem.

Corā) Diſputabim⁹. Theophanes) Balbus. Ei de ſuis rebus) Conſiliū vel opē præſtarē. Hoc ego qd ſit) Quid ſibi velit Cicero iuuenis. Poteſt aliqd) Noui moliri Quintus.

Schediaſma. Σχεδίασμα) Nuperū & nouitiū ex tempore emergens. Ille) Filius. De hoc mecū) Dixit. Quidē ἄφατα nolim) Lege, quę ἄφατα hoc eſt ineffabilia velim. Taceri volo. Videbūtur) Lege videbātur. Subde verbū græcū. οὐδὲν, i. la verba, id eſt nihil interpretationis erant ſuperſcriptę, nūc incurioſe i codicem tranſlata. Voluit) Vetus lectio, noluit.

Septemuir. Septēuir) Epulo, de quo Lucanus, Septemuirq; epulis feſtus. De Septēuiro capitali a M. Tullio in Antoniū V. fit mētio. De primo Gellius noctium Atticarū lib. i. Dignus) Hoc magiſtratu: quoniā ſemper eius animus verſatur in epulis & patinis. Demea) In codice Beroadi legitur Caius.

Humanius) Fieri q̄ ille in cauſa mea fecit. Dolabellæ mādata) Supra dictū eſt Ciceronē Legatū Dolabellæ abiturū, illamq; legationē præponere legationi votiuæ, cū ſoluere vota in Reip. deſperatione ſit incongruū. Nunc in eodem propoſito perſtat, Atticum rogans Dolabellā adeat, mādata Ciceroni nōnulla impetret, magna vel parua, ne fruſtra Legatus eſſe videatur. Mihi aliquid) Alicuius erunt vtilitatis mādata Dolabellę, & ſi Dolabellæ nihil pfutura fuerint. Vel quod Niceę nunciē) Aliq ita ordināt, mihi aliquid mādet Dolabella, vel. i. ſaltē mandet Dolabella, qđ Nicee nūciem, vt ſaltē illo nūcio Legatus Dolabellę videar. Eſt enim Nicea nomē ciuitatis notiſſimæ. Quis hęc) Subintellige crederet vt ſerio Cicero Legat⁹ Dolabellę abiret. Anteno) Nomē propriū viri, ad quē ſententiā ſequentē ſcribebat Atticus. Nunc dubitare) Subintellige putas? per interrogationē. Extrema) Deſperata. Tyrannum) Cæſarem.

res ad cędem, & eam quidem propinquam, ſpectare videtur, vides hominem, vides arma. Prorſus nō mihi videor eſſe tutus, ſi tu aliter ſentis, velim ad me ſcribas: domi eñ manere (ſi recte poſſim) multo malim. Quidnam eſt, quod audiendum amplius de Buthrotiis? Stetiſſe enim te fruſtra ſcribis, quid autē ſe refert Brutus? Doleo mehercule te tā eſſe detentū, & quod decē hominibus referendum eſt acceptū, eſt illud quidem, ſed ἀνεκτόν, mihiq; gratiſſimū. De armis nihil vidi apertius. Fugiamus igitur, &, vt ais, coram. Theophanes quid velit, neſcio. Scripſerat eñ ad me, cui reſcripſi, vt potui. Mihi autē ſcribit, venire ad me ſe velle, vt ei de ſuis rebus, & quædam, quæ ad me pertinerent. Tuas literas expecto. Vide quæſo nequid temere fiat. Statius ſcripſit ad me locutum ſecū eſſe Q. Ciceronem valde aſſeuerāter, ſe hæc ferre nō poſſe. certum ſibi eſſe ad Brutum & Caſſium tranſire. Hoc enimuero nunc diſcere aueo, hoc ego quid ſit, interpretari non poſſum. Poteſt aliquid iratus Antonio? Poteſt gloriam nouam quærere? poteſt totum eſſe σχεδίασμα? Et nimirum ita eſt: ſed tamen & ego vereor, & pater conturbatus eſt. Scit enim quæ ille de hoc mecum, quæ ἄφατα velim: plane quid velit, neſcio, a Dolabella mandata habeo, quæ mihi videbantur οὐδέν. Dic mihi, C. Antonius noluit ne fieri Septemuir? fuit certe dignus. Demea domi eſt, vt ſcribis. Facies omnia mihi nota. Egi gratias Vecteno, nihil enim potuit humanius. Dolabellæ mandata ſint quęlibet, mihi aliquid, vel quod Niceæ nūciem, quis enim hęc, vt ſcribis, Anteno? nunc dubitare quenq̄ prudentem, quin meus diſceſſus deſperationis ſit, non legationis? Quod ais, extrema quędam iam homines de Republica loqui, & eos quidem viros bonos, ego, quo die audiui illum tyrannum in concione clariſſimum virum apellari, ſubdiffidere

ASCEN.

ASCEN. Demea domi eſt. i. ſeuerus obſeruator quid agamus, quidue dicamus aut ſcribamus, quo præſente vix hiſcere audeamus, vt coram Demea Terentiano.

Caſurus eſt)Optimus quiſq. Beroaldus legit,es, vt ad Atticum tāq̄ ad principem optimatū referat, & cum Attico ad omnes optimates. Naſſa)Vimineo piſcium excipulo,quam luculentis verſibus Italicus optime deſcribit. Carteia) De Sexto intelligit, Alii Catina malunt, quæ eſt in Sicilia. Carteia iuxta Calpen, quam poſtea Zibalrar Saraceni dixerunt, Dicta ab eiſdem Tariffa. Hic etiam regnauit Arganthonius,qui vt Plinius libro.vij.Nat.Hiſtor.refert.cxx.vixit annos,vt Sillius libro.iij.ccc. Arganthonicas armat Carteia nepotes. Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui

Naſſa. Carteia. Zibalrar. Tariffa.

cœpi. Poſtea vero q̄ tecū Lanuuii vidi noſtros tantū ſpei habere ad viuendū, quātū accepiſſent ab Antonio,deſperaui. Atq; mi Attice fortiter hoc velim accipias,vt ego ſcribo: genus illud interitus, quo caſurus es,fœdū duces, & quaſi denūciatū nobis ab Antonio.Ex hac naſſa exire cōſtitui: non ad fugā,ſed ad ſpem mortis melioris. Hęc omnis culpa Bruti.Pompeium Carteia receptū ſcribis.Iam igitur cōtra hunc exercitū. Vtra ergo caſtra? Media enim tollit Antonius: illa infirma,hęc nefaria. Properemus igitur,ſed iuua me conſilio: vtrū Brūduſio,an Puteolis,Brutus quidē ſubito,ſed ſapiēter πάχω ζ.Quādo em̄ illū? ſed humana ferenda,tu ipſe eū videre non potes. Dii illi mortuo qui vnq̄ Buthrotū venit.Sed acta miſſa. Videamus,quę agēda ſint.Rationes Erotis, & ſi ipſum nōdū vidi:tn̄ & literis eius, & eo q Tyro cognouit. propemodū cogitās habeo. Verſurā ſcribis eſſe faciēdā mēſiū quinq;,id eſt ad Cal.Nouēb.HS.CC. in eā diē ea de re numos quinq; donēt. Velim igitur,quoniā Tyro negat tibi placere:me eius rei cauſa Romā venire,ſi faceres,nihil offenderes. Videas enim vnde numi ſint,mihi feras expēſum. Hoc video in pręſentia opus eſſe. Reliqua diligētius ex hoc ipſo requirā. In his de mercedibus dotaliū pędiorū, quę ſi fideliter Ciceroni curabuntur, q̄q̄ volo laxius, tamen ei propemodum nihil deerit.Equidem video mihi quoq; opus eſſe viaticum: ſed id ex pędiis,vt cadet, ita ſoluetur.Mihi autē opus eſt vniuerſo quidē.Etſi mihi videtur iſte, qui vmbras timet, ad cædem ſpectare:

Terdenos decies emenſus belliger annos.

Contra hūc)Pompeium, exercitū tyrāni ducēt. Vtra ergo caſtra?) Sequemur an hęc an illa? Media)Neutrarū partiū homines. Tollit) Nō permittit. Illa infirma) Pōpeiana. Hæc) Antoniana. Vt)Scribe,vtrū. Brunduſio) Fugiam. Subito)Diſceſſit. Sed ſapienter) Deeſt verbum πάχω ζ patior aliquid.ſecernendū a ſuperiori. Dolor me affligit cū de Bruti fuga cogito, vel patior aliqd ob affectū ac deſideriū Bruti.

Quādo illum) Videbo. ſuſpiria generoſa. Tu ipſe)Tāto tu infelicior qui Bruto occurrere non potes.reſides em̄ in vrbe. ego autē poſſum occurrere. Illi mortuo)Cæſari, cuius Cōmentariis poſt mortem cauſę Buthrotię damnū inflictum eſt. Miſſa) Subintellige faciamus. Verſuram) Fœneratitiam pecuniam accipiendam ad vertēdum creditorem. Cadere)Accidere, numerari oportere. Donēt) Pro vſura paucorum dierū. Vetus lectio debētur, habet.

Si faceret) Lege, faceres.

Mihi feras expenſum) Pone (vt dicitur) ad expenſum meum,me facito debitorem. — Expenſum ferre.

Laxius)Abundātius ſupra hāc ſummā. Vt cadet) Prout mihi ſoluetur. — Cadere. Qui vmbras timet)Octauius puer,q etiā phaſmate nocturno turbatur & terriculo,vt pueri credunt,immo nec pueri quidē niſi ii qui nondū ære lauantur. Phaſmata nū ſint,in Dionis vita Plutarchus ambigit his verbis,Dioni & Bruto Genius ſuū ſignificauit interitū. Vtriq; haud beneuolum ſane phaſma,ſed metuendū ſe obtulit. Tametſi quidā talia prorſus tollentes aſſerant,nulli ſapienti ſimulacrum comparuiſſe vel Geniū. Aſt puellos mulieresq; ac vecordes quoſdā ex imbecillitate homines in animi horrore aut corporis intēperie cōſtitutos, inanes & alienas opiniones attrahere,qui malū in ſe ipſis Geniū ſuperſtitionem habent. Qđ ſi Brutus & Dion grauiſſimi viri & ſapientię ſtudio dediti,ac nullā per affectionē morbūve aberrātes haud facile captabiles ab ipſo ita diſpoſiti fuere phaſmate vt amicis ac familiaribus retulerint,haud ſcio an ex vetuſtiſſimis quē iā maxime admirationis ſermonē cogemur admittere,q viles quidā ac maligni dęmones cū viris bonis inuideāt, eorū rebus gerēdis obſtāt,motus & perturbationes inducūt,virtutē cōquaſſant, ne cū ſtabiles integriq; in honeſtate permāſerint,poſt ſupremū vitæ diē,meliorē illi ſortē cōſequātur. Terentius in Eunucho, Idē Menādri phaſma nūc nuper dedit. Numinis ſubito viſu percelli,eſt phaſma. Attilius Fortunatian[9] in libro q Ars inſcribiť,citat Menādrū in phaſmate. Aliq hāc ptē Ciceronis ad Brutū referūt ,ppter phaſmatis hiſtoriā, qđ videre ſolitus erat,& dein eū viſit in Philippis. Nōnulli de Caſſio intelligūt. q vt Epicureus ſpectra Catiana & idola frequētia videbat,de qb[9] nos in Cōmētariis Lucretianis,& Cic.in Ep.fa.

Phaſmata. Fortunatianus.

tamen niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus, Sit ne auté excitata,nec ne,tecũ cognoſcã. Hanc putaui mea manu ſcribendã. Itaq; feci de Fadio,vt ſcribis. Vtiq; nulli reſcribas velim hodie. Narro tibi Quintus pater exultat lętitia. Scripſit eñ filius ſe idcirco profugere ad Brutũ voluiſſe,ꝙ cũ ſibi negociũ daret Antonius,vt eũ Dictatoré efficeret,præſidium occuparet, id recuſaſſet. Recuſaſſe auté ſe,ne patris animũ offenderet. Ex eo ſibi illũ hoſté. Tũ me (inqt) collegi verens,nequid mihi ille iratus tibi noceret,patri ſcilicet. Itaq; eũ placaui,& qdé. CCCC. M. certa, reliqua in ſpe. Scribit auté Statius illum cum patre habitare velle. Hoc vero mirũ,& id gaudet,quem tu illo certioré nebulonem? ἐπέχω veſtrã de re cauſam deliberationis probo. nihil erã ſuſpicatus de tabulis, ἀκεραίως reſtitutam arbitrabar. Quæ differs,vt mecũ coram,expectabo tabellarios,quod voles:tenebis eñ eos occupatos. Quod ad Xenonem probe. Quinto ſcripſiſti te ad eũ literas miſiſſe:nemo attulerat. Tyro negat iam tibi placere Brunduſium,& quidem dicere aliquid de militibus: At ego iam deſtinarã Hydruntem quidé,mouebant me tuæ quinq; horæ. Hic auté quando πλοῦς? ſed videbimus. Nulla a te. XI. Calé. quippe quid enim iam noui? Cũ primũ igitur poteris, venies: ego propero,ne ante Seſtius,quem aduentare aiunt, Gratulor nobis Q. Filium exiiſſe. moleſtus nõ erit. Panſam bene loqui credo. Semper enim coniunctum eſſe cũ Hircio ſcio,amiciſſimũ Bruto & Caſſio puto. Si expediet. ſed quando illos videbit? inimicum Antonio: quando, aut cur? quouſq; ludemur? Ego auté ſcripſi Seſtium aduentare: non quo iam adeſſet, ſed quia certe id ageret,ab armiſq; nullus diſcederet. certe ſi pergit bellum paratum eſt. Hic autem noſter Citherius,niſi victorem,neminem victurũ. Quid ad hæc Panſa? vtro erit,ſi bellũ erit? quod videtur fore. ſed & hęc,& alia coram. Hodie quidem (vt ſcribis) aut cras. Mirifice torqueor,ſine dolore tamé,ſed permulta mihi de noſtro itinere in vtrãq; partem occurrunt. Quouſq; inquies? quoad erit integrum. Erit autem vſq; dum ad nauem. Panſa vero ſi ſcripſerit, & meam tibi, & illius epiſtolam mittam. Silium expectabam, cui ὑπόμνημα compoſitum: ſiquid noui. ego literas miſi.ad Brutum,cuius de itinere etiam ex te velim (ſi quid ſcies) cognoſcere. Tabellarius qué ad eum miſeram, ex itinere rediit. VIII. Calendarum, & Seruilia dixit eo die Brutum his profectum,

Tamẽ explicata) Legẽ ex priſca lectione, tñ niſi explicata. Ex eo) Tẽpore. Illũ) Antoniũ. Illo) Statio vel Q. filio. Certiorẽ) Veriorẽ, meraciorẽ. Xenonẽ) Scribis meq; cõmẽdas. Probe) Facis. Qđ ſcribo cũ abſolueret) Eradẽda hęc oĩa. Dicere) De militibus qbus locus iſte erit obnoxi9. Hydrũtẽ) Alii, Hydruntũ, ciuitas notiſſima, quã hodie Druntũ vocãt. πλοῦς) Nauigatio. Sextus) Pompeius occupet iſta loca q̃ ego abierim. Exiſſe) Ad Brutum. Si expediet) Negociũ bonũ erit. Citherius) Antonius q Citherida hoc eſt Arbuſculã Mimam amabat, in cui9 ſinu, vt alibi Cicero tradit, mentẽ mẽtũq; depoſuit. Vtro erit) Cũ quonã erit. Quoad erit itegrũ) Quãdo nauigabis? anteq̃ nauiges, ſemp integrũ eſt nauigare. Erit) Sẽper integrũ.

Donec ad nauẽ) Ero donec conſcẽdemus. ὑπόμνημα) Cõmẽtariũ. His) Locis, vel dic, Hinc. Si tamẽ) Lege Sic tñ. Scire) Debes, ideo fac vt ſciã. Olympia) Celebrabũtur. Cum myſteria) Scribe, Quo myſteria, Eleuſinia ſcilicet. Vt tu ſcires) Vt ſcirem ſcribendũ eſt, niſi exponis vt pro vtinã, vtinã vt ſcires quo tẽpore erũt Olympia, ac mihi indices, ne in eos dies incidat nauigatio mea. Dubitemus) Nauigare, donec mihi Olympiorũ diem aperueris. ψευδόγραφον) Falſo ſcriptũ.

Ludos) ὑπόσολοικον eſt ſpectare ludos, tñ id tãq̃ grauiſſimi hominis ſit a me petis. ἀτοπώτατον) Abſurdiſſimũ.

Illos celebrari) Principium clauſulę. Cõmiſſione) Congreſſu ludoꝝ. Mart. Cũ Iuuenale meo q̃ me cõmittere tẽtas. Illa) Epiſtola filii Ciceronis. In vtrãq;) partẽ vergit, Prima Leo, poſtrema draco, pueriliis modo, modo virilis. licet) Ex ingenitis intellectui humano donis, quibus igniculis mens ad ſuperiora nititur euolare, quę geminę ſũt alę a Platonicis poſitę, quas Maro geminas colũbas appellauit, q̃ Ænee duces

Cõmiſſio.

Mentis alæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſane dolui meas literas redditas non eſſe . Silius ad
me nõ venerat,cauſam compoſuit,eum libellum tibi
miſi. Te quo die expectẽ,velim ſcire . De meo itinere
varię ſentẽtię.Multi enim ad me:ſed tu incũbe quęſo
in eã curã,magna res eſt.An probas,ſi ad Cal. Ianu-
arii cogitamus?meus anim9 eſt æquus:ſic tñ,vt nihil
offenſionis ſit,& tu etiã ſcire, quo die Olympia quo
myſteria ſcilicet,vt tu ſcires caſus, cõſiliũ noſtri itine
ris iudicabit,dubitemus igitur.Hyberna enim naui-
gatio eo odioſa, eoq; ex te quęſierã myſteriorũ diem.
Brutum (vt ſcribis) viſum iri a me puto . ego hinc
volo pridie Calendarũ. de Quinti negocio video a te
omnia facta: ille tamen dolet dubitãs vtrũ morẽ ge-
rat Leptę, an fidẽ infirmet Silio Mandibili.L.Piſonẽ
vellem exire Legatũ. ψδυδόγγαφορ velim ſcire,quid ſit.
Tabellarius ille , quẽ tibi dixerã a me ad Brutũ miſ-
ſum in Anagninũ, ad me venit, ea nocte, quæ proxi-
ma ante Calen.fuit,literasq; ad me attulit,in quibus
vnũ alienũ ſumma tua prudẽtia,id eſt illud,vt ſpectẽ
ludos ſuos. reſcripſi ſcilicet: primũ me iam profectũ,
vt integrũ ſit: de me ἀδπώτατρ me eſſe, qui Romam
omnino poſt hęc arma,nõ acceſſerim.Neq; id tã peri
culi mei cauſa fecerim,q̃ dignitatis : ſubito ad ludos
venirẽ?Tali enim tẽpore ludos facere illi honeſtũ eſt,
cui neceſſe eſt ſpectare.Mihi,vt nõ eſt neceſſe, ſic ve-
nire nec honeſtũ eſt . Equidẽ illos celebrari,& eſſe q̃
gratiſſimos mirabiliter cupio,idq; ita futurũ eſſe cõ-
fido,& tecum ago, vt iam ab ipſa cõmiſſione ad me,
quẽadmodũ ii ludi accipiãtur:deinde omnia,reliquo-
rũ ludorum dies ſingulos proſequare . Sed de ludis
hactenus . Reliqua pars epiſtolę,illa nãq; in vtrãq;.
Sed tamen nõnullos interdũ iacit igniculos virileis ,
quod,quale tibi videretur, vt poſſis interpretari,miſi
ad te exẽplũ epiſtolę,q̃q̃ mihi tabellarius noſter dixe
rat,tibi quoq; ſe attuliſſe literas a Bruto:easq; a Thu
ſculano eſſe delatas.Ego itinera ſic compoſueram, vt
Non.Quintil.Puteolis eſſem: valde em̃ feſtino,ita tñ
vt quãtũ homo poſſit,q̃ cautiſſime nauigẽ. M.Æliũ
cura libera . Vis me pauca ſpe in extremo fundo, &
eos qdẽ ſubterraneos ſeruitutis apud talẽ qd habitu
ros:id me iãiã nolle,neq; mihi iã eſſe tãti:ſed(vt mihi
dicebas) q̃ leniſſime potius,vt cura liberemur, q̃ vt
me ſuccẽſere aliqs ſuſpicetur. Idẽ vt de illo Tulliano

fuerũt inueniendi rami au-
rei. Geminas alas accipiunt
Neoteri Platonici geminũ
inſtinctũ menti ingenitũ,ad
ſupna animũ eleuantẽ,in in-
tellectu qdẽ inſtinctũ ad diui
nũ verũ,in voluntate inſtin-
ctum ad diuinũ bonum pro
viribus conuertentem . His
vero remiſſis e cęlo labi ani-
mã Pythagoricis placet. aut
planius, animæ alas cõtem-
platiuam intelligamus vir-
tutẽ atq; itẽ moralẽ,quas ve-
ritatis diuinarũq; rerũ contẽ-
platione ac intuitu recupe-
ret:quẽadmodũ terrenorũ ap
petitione,atq; caligine amiſe
rat. His alis.i.colũbis cõnitẽ-
tibus erigit̃ mens ad ſapiẽtiã,
auri nomine ſępius ſignifica
tã. Sed & a Venere mittunt̃
quia amor diuinoꝝ eximius
alis pręſtat alimẽta,qbus ſur
rigimur, mox & in deũ trãſ-
imus. Argonautis datur tan
tum vna columba, quoniam
illi prudentiam tantum hu-
manam appetiuere. Ignicu
los) Indicia. Cõpoſueram)
Peregrinari inſtituerã . In
extremo fundo) Natare.Pro
uerbiũ hoc in eũ intorquet̃,
qui vult nos ingredi maxi-
mũ periculũ ſine ſpe præmii
tãq̃ exitus. Subterraneos)
Tanq̃ inferos . Seruitutis)
Qui nos i ſeruitutẽ trahũt .
Apud tale quid) Ad turrim
tartareã , vbi lęua malorum
Exercet pœnas. Habituros)
In æterno carcere. Liberet̃)
Lege, liberemur. Aliquid)
Dic aliquis, ne aliquis ſuſpi-
cetur me cũ indignatione ab
vrbe diſcedere,poti9 ſumma
cum lenitate ad ocium amo-
re peregrinandi faceſſere.

ASCENſius.Vis me pau- ASCENſius
ca ſpe in extremo fundo .
Ego ſic intelligo vt alludat
ad fabulã quę dicit,vt tangũt
Satyræ, mortalibus , ablatis
cæteris bonis a Diis in imo
fundo relictã ſpẽ: ſperam9.n.
vſq; ad extremũ vitę . Ordo
ergo eſt, vis me frui aut vti,
ſpe pauca ſup.derelicta,aut q̃
eſt in extremo fundo pyxi-
dis Pandorę . nota eſt in Cõ-
mẽtariis in Horatiũ fabula :
ſed locus hic data opera obſcurus,vt quẽ ſolũ Atticũ intelligere cupierit Cicero. Lego etiã apud talem,
de quali ſcripſerat Atticus,vt ſit,habituros aliquid ſeruitutis apud talem.

cupio libere, cũ Caſſellio loquare. parua res eſt: ſed tu
bene attẽdiſti. nimis callide agebatur. Ego autem, ſi
mihi impoſuiſſet aliqd, qđ pene fecit, niſi tua malitia
affuiſſet, animo iniquo tuliſſem. Itaq;, vt erit, rẽ impe
diri malo. octauã partẽ tuli luminariũ: mediã abſtra-
here memineris. Cereliæ videris mancipio dare ad eã
ſummã, quę ſub pręcone fuit maxima, id opinor eſſe
CCC.LXXX. Noui ſiqd erit: atq; etiã, ſiquid pro-
ſpicies, quod futurũ putes: ſcribas ad me q̃ſępiſſime
velim. Varroni, quẽadmodũ tibi mãdaui, memineris
excuſare tarditatẽ literarũ mearũ, & modũ iſtum. M.
Ennius quid egerit de teſtamẽto: curioſius eñ facias
me velim certiorem. Ex Arpinati. VI. Non. Vale.

M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CAudeo id te mihi ſuadere, qđ ego mea
ſponte pridie fecerã. Nam cũ. VI. Non.
darẽ ad te eidẽ tabellario: dedi etiã ad
Seſtiũ ſcriptas πάνυ φιλοστόργως. Ille autẽ,
qđ Puteolis proſequitur, humane, quod
queritur, iniuſte. Non eñ ego tã illũ expectare, cũ de
Coſano rediret, debui, q̃ ille aut nõ ire ante, q̃ me vi-
diſſet, aut citius reuerti. Sciebat eñ me celeriter velle
ꝓficiſci, ſeſeq; ad me in Thuſculanũ ſcripſerat eſſe vẽ
turum. Te, vt a me diſceſſeris, lachrymaſſe, moleſte
ferebã: qđ ſi me p̃ſente feciſſes, cõſiliũ totius itineris
fortaſſe mutaſſem. Sed illud p̃clare, ꝙ te cõſolata eſt
ſpes breui tẽpore cõgrediẽdi, quę qdẽ expectatio me
maxime ſuſtẽtat. Meę tibi literę nõ deerũt. De Bruto
ſcribã ad te oia. librũ tibi celeriter mittãt. ibi de glo-
ria excudã aliqd πάνυ φιλοστόργως qđ lateat in theſauris
tuis. De Plãco Mẽmio Attica iure q̃ritur. Q; me de
Bacchide ſtatuarum coronis certiorẽ feciſti, valde eſt
mihi gratũ, nec quicq̃ poſthac nõ modo tãtũ, ſed ne
tãtulũ qdẽ p̃terieris. Sed de Erote & Metio memine-
ro, & de oibus, quę te velle ſuſpicor. Modo turpẽ ſo-
roris tuę filiũ cũ hęc ſcriberẽ. Aduẽtabat aũt βουλύσει
cœnãtibus nobis. Ego, vt ad te pridie ſcripſerã, No-
nis cõſtitui venire in Thuſculanũ. Ibi igit̃ quotidie
tuas literas expectabo: & maxime de ludis: de quibus
etiã ad Brutũ tibi ſcribẽdũ eſt, cuius epiſtolę, quã in-
terpretari ipſe vix poterã: exẽplũ pridie tibi miſeram.
Atticę meę velim me ita excuſes, vt oẽm culpã in me
trãſferas: & ei tñ cõfirmes, me minime totũ amorẽ ab
ea mecũ abſtuliſſe. Bruti ad te epiſtolã miſi. Dii boni
quãta ἀμηχανία. cognoſces, cũ legeris. De celebratio-
ne ludorũ Bruti, tibi aſſentior. Ad M. Æliũ nullus,

Malitia.

Cupide libero) Scribit Beroaldus. Cupio libere. Malitia) Cauta virtus, in bonam partẽ vt Marcellus probat, ac Plautus in Aulularia, qui dixit mala malitia, quoniã eſt vocabulum meſon. Tuli) Paſſus ſum fieri a vicino q̃tis luminaria illa domui noſtrę noceãt, de qbus plurima apud iuriſperitos diſputatio. Beroaldus, Tullij ſcribit, vt illa luminaria Tulliana fuerĩt.

Mediã) Per mediã, vt pars nobis, pars illi ſeruiat. Priſci codices habẽt nõdũ. Cur Cereli) Beroaldus vnicã dictionem hãc eſſe vult, & Cereliæ ſcribit. Videris) Secũda correpta prouideas. Mancipio dare) Solenniter diuendere.

Modũ) Scribẽdo quo rebus turbidis vtimur. Priſci codices modũ habent, hoc eſt difficultatem qua æſtuo.

Argumentum. 333.

PIVS.

SESTIVS Iniuſte querĩt. Atticus a Cicerone diſcedens lachrymauit, qđ indigne fert Tullius. De Gloria pollicetur ſe aliquid ſcripturũ. Statuas optat. De Q. filii turpitudine. De Planco ab Buthrotiis eiecto. GAudeo) Sequeſtrãda ac auellẽda a ſuperiori epiſtola. πάνυ φιλοστόργως) Valde amãter ac indulgẽter. Puteolis) Nauigauit Puteolis Cicero. Vidiſſet) Subintellige me. Excudã) Elaborabo. Aliquid) Subde ſecutus Aldi iudiciũ πάνυ φιλοστόργως. Bacchide) Mimalonide. Modo) pauloante, ſubintellige vidi.

Bulyſis. βουλύσει) Veſpere, hora qua ſoluũtur boues, ſero.

Amechania. Ἀμηχανία) Inertia, cõſilii inopia.

Nullus. Nullus tu qdẽ domũ) Subintellige iueris. nullus ponĩt pro nõ. Maximã) Subintellige diligentiam. Meis) Et meis. Decumo) Decimo Bruto.

Scutũ abijcere. Scutũ abijcere) Deſiſtere a bello. quod qui faciũt proiicientes arma ac ſcutũ & fugiẽtes, rhipſaſpides appellantur, in quos Apuleius in Aſino, Iuriſcõſulti ac Plutarchus in Catone. Gręcarũ legũ latores hominẽ ſcutum abiicientẽ pœna afficiũt. Qui vero aut gladiũ aut haſtam,

Rhipſaſpides.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tu qdē domū,ſed ſicubi iciderit. de Tulliano ſemiſſe maximā adhibebis, vt ſcribis, qđ cū Coſiano egiſti, optime: ꝙ nō ſolū mea, verū etiā tua expedis, gratū. Legationē tibi ꝓbari meā gaudeo,qđ promittis,Dii faxint.Quid eſt mihi meis iucūdius? Sed iſtā,quā tu excipis,metuo. Brutū cū cōuenero,perſcribā oīa. De Plāco, & Decumo ſane velim Sextū ſcutū abiicere. de Mūdo ſiqd ſcies.Reſcripſi ad oīa:nūc noſtra accipe.Q.Filius vſq; Puteolos venit mirus ciuis,vt tu Fauoniū,Aſiniū dicas.& qdē duas ob cauſas,& vt mecū,& σπείσεως vult cū Bruto & Caſſio.Sed tu qd ais? Scio.n.te familiarē eē Othonis.ait hic mihi,Iuliā nō velle āplius ferre.Cōſtitutū.n.eſſe diſſidiū.Quæſiuit ex me pater qualis eſſet fama, dixi ſane me nihil audiſſe.Neſciebā.n.cur q̄reret,niſi de ore & patre. ſed rurſus inquā:at ille,filiū velle.Tū ego,etſi ἐβδελυττόμην, tū negaui.putaui illa eſſe vera (σκοπὸς,hoc eſt enim) huic noſtro nihil ꝓbere.Illa autē οὐ παρὰ τούτῳ. ego tū ſuſpicor hūc,vt ſolet,hallucinari: ſed velim q̄ras. Facile autē potes & me certiorē. obſecro te qd eſt hoc? Signata iā epiſtola.Formiani qui apud me cœnabāt, Plācū aiebāt, hinc Buthrotū pridie q̄ hoc ſcribebā,id eſt.III.Non.vidiſſe demiſſum ſine phaleris, ſeruulos aūt dicere eū & Agripetas eiectos a Buthrotiis. Macte. ſed amabo te,perſcribe mihi totū negociū. Vale.

minime,docentes potius nauādā operā ne qd mali patiātur,q̄ hoſtes repellere.auctor Plutarchus in Pelopida. Ariſtoteles lib.Ethi.v.Qui nāq; cęteris vitiis operat̃ iniuriā quidē facit,at nō plus capit, vt q clypeū timiditate ꝓiecit. Mūdū) Nomen ꝓpriū. Σπείσεως) Inducias facere. Irridet prope familiariter Quintū iuueniliter exultātē. Iuliam) Vxorem cuiuſdā Othonis,virū de cętero pati nolle. Diſſidiū) Diuortium. De ore) De facie vix noto mihi Othone. ἐβδελυττόμην) Abominabar. Scopos) Decretū,mēs. οὐ παρὰ τούτῳ) Illa autē non apud hunc virū videlicet futura eſt diu. Hallucinari) Errare. Signatā epiſtolā) Lege, Signata iā epiſtola. Sinebāt) Beroald⁹ ſcribit aiebāt. Hūc Buthrotiū) Lege, hinc Buthrotum. Ex hoc litore) Formiano ſoluere Buthrotū. Vidi eſſe) Beroaldus,Vidiſſe. Demiſſum) Spoliatū inſignibus imperii. Agripetas) Agrarios, eos quibus Antonius agrū diuiſerat. Electos) Scribit Beroaldus,eiectos,a Buthrotiis videlicet.

Locus Ariſtotelis.

Scopos.

Hallucinari.

# M.T.CICERONIS

## Epiſtolarum Ad T.Pomponiū Atticū LIBER. XVI.

### M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NONIS Quintilibus veni in Puteolanum iens ad Brutū, in Neſide hęc ſcripſi. Sed eo die, quo veneram, cœnanti Eros tuas literas.ita ne nobis in aliis? de iſtis mehercule. Sed ſtomachari totum diem licet,quicq̄ ne turpius,q̄ a Bruto nil? Redeo ad meū igitur,

Argumentum.334.

ACCESſurus ac in Legationē abitur⁹ Cicero alloquit̃ Atticū, ita vt anim⁹ eius pateat,cauſaq; profectionis ꝗ videlicet Romę libere loqui, viuereq; nō poterat,ingloriusq; iacere cogebatur. Liber hic difficultate ſuperiorib⁹ nō cedit. IN Eiſdē) Puteolis. Sic legi pōt ex inferioribus.Ea die tyrāni cidę ludos agere volebāt,votiuos fortaſſis ob cędē tyrannicā: vel ob cauſam Bruti ſuperius explicatā.Beroald⁹ in Neſſide ſcribit, ſuffragātibus his q̄ ſcribunt̃ inferi⁹.Eſt aūt Neſſis inſula in Cāpania.Seneca in.7.Epiſt.ita ſcribit,Putatū tā pauca milia a Parthenope vſq; Puteolos.Itaq; quo celerius euaderē,ꝓtinus ꝑ altū ad Neſſida direxi ꝑciſurus oēs ſinus. Plini⁹ in.19.genus aſperagi,inqt,qđ in Neſſide Cāpanię inſula ſpōte naſcit̃,lōge optimū exiſtimat̃ Hortēſiū.Papini⁹ in.2.Syluarū id qđ Lucan⁹ elegāter expſſit,adeo vt a Lucano mutuatus eſſe videat̃. Sic.n.ait,Inde malignū Aera reſpirat pelago circūflua Neſſis.Et in tertio inqt,Sy uaq; quæ fixā pelago Neſſida coronat.Lucani verſus hic eſt,Tali ſpiramine Neſſis.Geographi, quod miror, iſtius inſulę nō meminerūt.Exhalat aera fœtidum & peſtilentem,vnde ab Lucano ſcienter additum, Tali ſpiramine. Nam, vt Strabo,oīs ille fere Campaniæ tractus ſulfuroſus fuit & ignitus, & pluribus in locis exhalatiōes peſtiferas emittebat. Tuas literas) Subintellige attulit. Quicq̄ ne turpius) Factum ne vnq̄ eſt quid turpius q̄ factum eſt Bruto, cui pro diuinis geſtis nihil indultum eſt.

PIVS.

Neſſ.s.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ἔλθωμεν. Nihil vidi. Sed quid eſt quęſo, φ Agripetas Buthroti cõciſos audio? Quid aũt Plãcus tã curſim? Iſta em̃ meditabar diẽ & noctẽ. Sane cupio ſcire qd ſit. Meam profectionẽ laudari gaudeo. Diomachos agro pulſos, mare infeſtũ habere, mirũ. Vidẽdũ eſt, vt mãſio laudetur. ἐνωμοτία Bruti videtur aliquid pręſidii eſſe: ſed opinor minuta nauigia, ſed iam ſciam: & ad te cras. De Ventidio ϖανικὸν puto. de Sexto pro certo habebatur ad arma. Quod ſi verũ eſt, ſine bello ciuili video ſeruiendũ. Quid ergo? Calẽdis Ianuarii. In Panſa ſpes. λῆρος πολὺς in vino & in ſomno iſtorũ. De. CCX. optime Ciceronis rationes explicentur. Obruis enim recẽſens multa, quę vellẽ minui, ne hoc quidẽ malim in mãdatis ſit, abũde. HS LXXII. ſatis eſſe affatim prorſus: ſed Xenonem perexigue, & κατακερματίζων prębere. Quę quo plus permutaſti, q̃ ad fructũ Inſularũ. Id ille annus habeat, in quẽ itineris ſumptus acceſſit. Hic ex Cal. April. ad HS LXXX accõmodetur. Nunc enim inſulæ tantũ. Videndum enim eſt, quid cũ Romæ erit. non enim puto ſocrum illam ferendam Pindaro. De Cumano negaram. Nũc cuius rei cauſa tabellarium miſerim, accipe. Q. Filius mihi pollicetur ſe Catonem. Egit autem & pater & filius, vt tibi ſponderem: ſed ita, vt tum crederes, cum ipſe cognoſces. Huic ego literas ipſius arbitratu dabo, ea te ne mouerint. Has ſcripſi, in eã partẽ ne me motũ putares. Dii faxint, vt faciat ea, quę promittit.

Agripetæ.

ἔλθωμεν) Conſcẽdamus, nauigemus. Nihil vidi) Quod me retinere debeat. Agripetas) Argarios, decẽpedatores. Conciſos) Occiſos vel percuſſos, ſupra mitius dixerat eiectos. Ita enim) Legẽdũ iſta. Quid ſibi vellet Plancus. Diemachos) Aldus Diomachus legit, quaſi diuinos bellatores, adiuuat qđ antiquus codex Clytomachos habet, hoc eſt inclytos pugnatores, forte Põpeiũ & aſſeclas Põpeianos intelligit. melius Brutũ & Caſſiũ propter ſequẽtia. Bruto aliqd pręſidii. ſed minuta nauigia. Manſio) Mea in his maritimis locis.

Diomachi.

Clytomachi.

Enomatia.

ἐνωμοτία) Auctoramẽtũ ſacramẽti militaris. Auctorari ſe Brutus volebat ſacramẽto militari, Duxq; ac Imperator libertatis appellari, milites cõſcribere cœperat. Sẽſus eſt, In militibus Bruti forſan aliqđ inerit auxiliũ. Minuta nauigia) Sũt Brutina, in qbus ſi qd erit pręſidii paruũ erit. πανικόν) Vanã cõſternationẽ. Vẽtidius em̃ partes ſecutus Antonianas cũ Aſculanis & Vmbris & Picenis aduẽtare ferebaẽ.

A Sexto) Põpeio. Ad arma) Spectare. Si verũ eſt ſine bello) Scribũt aliq, Si verũ eſt nõ ſine bello. Cal. Ianuarii. Spes eſt aliqua in nouis Cõſulibus. λῆρος πολὺς) Nugæ multæ, vnde ſenes chronoleri pro deliris. principiũ clauſulę. In vino & in ſumptu) Scribe, In vino & ſomno. Sẽper ſomnolentus, ſemp ebrius erat Antonius.

Leros.

Chronoleri ſenes.

Rationes explicẽtur) Reliquũ mittaẽ vſq; ad ſummam ccx. miliũ. Obius) Beroald[9] legit obuius. In rationib[9] filij qui annuũ ſumptũ habet ducẽtorũ ac decẽ ſeſtertiorũ, obuius ſis mihi, occurris mihi, ac obuiã te offers dicẽs plura deberi ac abũdare vis filium ego cõtra ſentio. Adderet qđ licẽtię ſit abũdaret. Legebam olim eodẽ ſenſu Obruis multa recẽſens. hoc eſt addẽs annuo filii ſumptui, ac vis me alieno ære obrutũ. Quę vellẽ in iis) Lege, Quę vellẽ minus, q̃ nollẽ a te adduci. Alii, minui, legũt. Malũ) Dic malim, Cũ dixi ꝓuideas filio ne deſit, non dicere volui, nec erat animus tibi his verbis ſignificare dãdã a te operã, vt abũde ſit filio. Hoc nũq̃ dictũ volui.

Abundare non debent ſcholaſtici.

Affatim.

Affatim prorſus) Abundanter omnino filio, ac ſatis eſſent. lxxij. ſeſtertia, ego minime parcus addidi aduſq; ſuperiorẽ ſummã. Xenonẽ) Qui pecuniã Attici iuſſu Ciceroni filio miniſtrabat: ſubintellige audio. Perexigue &) Deeſt verbũ græcũ κατακερματίζων, hoc eſt minutatim diuidẽs. Ideſt minutatim) Hęc erat ſuperſcripta interꝑtatio ſpuria, ac prorſus eradẽda. Ad fructus inſularũ) Attribuerat Tullius filio fructus inſularũ. plura tñ vt prodigus impẽderat, q̃ ſufficerẽt inſularũ fructus. Cicero a propoſito ſuo nõ diſcedẽs, inquit, nomina cõtracta filius expũgat anno ſequẽti, quãdo ſuũ demenſum accipiet ex fructib[9] huiuſmodi. Id) Plus ſumptus. Sẽſus eſt. Dicet Atticus, Tu filio aſſignas tot ſeſtertia, ſed in itinere eundo Roma Athenas, pluſculũ impẽdit filius, inquit Cicero, vt ſumma excurrẽs vltra limitatã prędixãq; pecuniã recidat in annũ quo iter cepit: in quo anno propter itineris impendia, plura filius habeat, cęteris annis non excedat ſumptus inſularũ. Ex Cal.) Concedo quod pręſtitutã ſummã filius exceſſerit impune vſq; ad Cal. Aprilis, caueat ſibi deinceps, ac octoginta ſeſtertiis ſit cõtẽtus. Inſulę tãtum) Debẽtur. Quid) Expẽdet. ne poſtea tãtũ impẽdere vellet Romæ quantũ fecit Athenis.

Catacermatizon.

De Cumano) De fructu Cumani, quẽ petebat Atticus. Se Catonem) Fore, frugi videlicet ac ſapiẽtem. Ipſe) Tu. Cognoſces) Operibus eius perſuaſus. Huic) Quinto ad te cõmendatitias dabo. Ea) Eæ literæ. Mouerint) Fidem ne adhibeas. Extorſit enim ille Motũ) De priori iudicio in re Quinti.

Cõmunè gaudiũ) Eſſet. Is) Quintus iuuenis. Hinc) Diſcedet. Attributioné) Attributũ, ac ſtipẽdiũ dari militare. In Idus) Ad Idus. Vrgeri) Impelli. Acriter) Ab Antonio vt Dictator fiat. Plura) Scribam.

Argumentum. CCCXXXV.

CONCIſos non fuiſſe Agripetas nũc refert, quinimo iugũ ſubiiſſe Buthrotios, eorũq; agros fuiſſe diuiſos. Quę fuerit cauſa Buthrotia lege in calce huius. xvi. libri Epiſtolam Ciceronis ad Plancũ, ac ad Capitonem. CVM multis aliis) Incõmodis. Conſtituiſſe) Diẽ pręfixiſſe. Imprudẽter) Fecit. loquitur de Hortenſio oratoris filio. Publio) Dolabella. Mendũ eſt in Antonianis, in quibus populo pro Publio ſcribitur cũ loquitur de Dolabella. Verba Ciceronis ſunt ex prima Philippica. Mutata omnia, nihil per Senatũ, multa & magna per ipſum, & abſente populo & inuito. Scribe, abſente Publio. lege Ciceronẽ libro. ix. Epiſt. Famil. Nam Publius Dolabella diceb atur. Quãtũ) Cũ videas nos oppreſſos a tyrãnũculis Cęſaris teneri, quid dubitas iniuſta quoq; & indebita ſoluere? De iure noſtro deceſſerimus) Tyrãnis ceſſiſſe vt nobis ac rebus noſtris pro animi libidine vtantur, vel in iure Pretorio. Dolabellę eñ dat q̃d nõ omnino debebat Cicero iniquitate tẽporũ preſſus, vt colligim⁹ ex ſuperioribus. Quid hęres) Quid dubitas? Soluerim⁹) Soluta habebimus. Reſcribam⁹) Scribere ſignificat tradere & trãſferre. Grãmaticus Honoratus libro Æn. 7. Trãſcribi tradi. Sermo autẽ hic tractus de pecunia. Nã ſcribi eſt dari. Horatius, Dictantis q̃d tu nunq̃ reſcribere poſſis. Terẽtius, Argentũ illud denuo reſcribi iube Phormio. Plautus in Aulularia, Nunc ſatagit, adducit domũ etiam vltro & ſcribit nũmos. Quã blande) Petat ac eliciat ſanguinẽ Dolabella. Fania) Ne decoquere videar, ac fuga nõ legatio, iſta profectio noſtra dicatur. Verſura) Fœnore. Quid ſit vertere creditorem & verſura ſuperius a nobis affatim. Cicero in Oratione pro Cęlio, Tabulas qui in patris poteſtate eſt, nullas confecit, verſurã nũq̃ omnino fecit vllam. Plinius libro vndeuigeſimo, Pars eorum ad cõdimenta pertinens. Fat tur domi verſurã fieri ſolitam.

PIVS

Locus in Philippicis.

Scriberé. Reſcribere.

Verſura. Vertere.

Cõmode enim gaudiũ: ſed ego nihil dico amplius. Is hinc. III. Iduũ. Ait enim attributioné in Idus: ſe auté vrgeri acriter. Tu ex meis literis quomodo reſpondeas: meditabere. Plura, cum & Brutũ videro, & Erotem remittam. Atticę meę excuſationem accipio, eãq; amo plurimũ, cui & Pyliæ ſalutem. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

SExto Iduũ duas epiſtolas accepi: vnam a meo tabellario, alterã Bruti. De Buthrotiis lõge alia fama in his locis fuerat: ſed cum multis aliis hoc ferendũ. Eroté remiſi citius, q̃ cõſtituerã, vt eſſet cũ Hortenſio: & quia equitibus quidé ait ſe Idibus cõſtituiſſe. Hortenſius vero imprudẽter. Nihil enim debetur ei, niſi ex tertia pẽſione, q̃ eſt Calendis Sextil. ex qua pẽſione ipſa maior pars eſt ei ſoluta aliquãto ante diẽ. Sed hęc Eros videbit. De Publio auté quod perſcribi oportet, moram nõ puto eſſe faciendá: ſed, cũ videas quãtum de iure noſtro deceſſerimus: quid hęres? HS CCCC. ſi in præſentia ſoluerimus, reliqua reſcribamus? Loco q̃dé in eo (ſi tibi videbitur) poteris tũ cõmodũ noſtrũ expectare iubere, cũ tanta ſit nobis iactura facta iuris. Sed amabo te mi Attice, vides ne q̃ blande? Omnia noſtra, quoad eris Romæ, ita gerito, regito, gubernato, vt nihil a me expectes. Q̃q̃ enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſoluendũ, tamẽ fit ſępe, vt ii, qui debẽt, nõ reſpõdeãt ad tẽpus. Siquid eiuſmodi acciderit, nequid tibi ſit fama mea potius: nõ modo verſura, verũ etiã vẽditione, ſi ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuę literę gratę erãt: fui eñ apud illũ multas horas in Neſide cũ pauloante tuas literas accepiſſem, delectari mihi Tereo videbatur, & habere maiorem Accio, q̃ Antonio gratiam. Mihi auté quo lętiora ſunt, eo plus ſtomachi & moleſtię eſt, populũ Romanũ man⁹ ſuas nõ in defendẽda Rep. ſed in laudando cõſumere. Mihi quidé vidẽtur

Vẽditionis) Lege, vẽditionibus. Vindicabis) Aſſeres famę. In Veſide) Scribendũ, in Neſide. prima & ſecũda intẽta profertur apud Papiniũ. de qua Campaniæ inſula multa ſcitu digna ſuperius attigimus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Iſtorũ animi) Tyranniculorũ. Integrũ eſſet) Arbitratiũ mihi abire vel redire,ſi modo infamis eſſet abitus. Aculanũ) Quidã codices habẽt,Herculanũ,portũ videlicet notiſſimũ. Alij in Calenũ,Cãpanię vnde vina precioſa. Reliqua) Itineris veſtigia. Curo) Scire laboro. Oppio) Scripſi magna ſpe elatus. Hyematũ) Lege hyematurũ. ducturum hyemem. Sępiſſime) Mitte. De rebus minus neceſſariis) Scribe,per nũciũ oblatitiũ. De neceſſariis extrude tabellariũ. Domo mittito) Emitte ac extrude domeſticũ tabellarium gręcũ,Heraclidion nomine,vel animi pręſentia Heraclidion,quaſi dicas Herculem paruũ appellatum. Adoriemur) Appellemus. De gloria) Libros duos quos cum Franciſcus Petrarcha, vt in quadã epiſtola fatetur, inueniſſet, vt theſaurũ inuẽtum cuſtodiebat. mox per incuriã a ſene, q oppignauerat, amiſſos dolet. Eclogarii) Sermocinatores, vel auditores τῶν λόγων, hoc eſt ſermonum.

Libri de gloria.

Eclogarii.

Etiam atq; etiam) Placere libellos de gloria.

ASCENſius

ASCEN. Sunt qui Aſculũ vel Aſculanũ.ſ.agrũ legãt, eſtq; Aſculũ Piceni vrbs.

Argumentum. 336.

PIVS.

REIPVbLIcæ occaſum Cicero videt & Attic⁹ pariter, quare ad ociũ ſe parãt. Diſcedere Italia cupidus multis de cauſis quas inſerit cruciatur. De Sexto Põpeio nõnulla. De Buthrotiis. De Bruti in nauigando tarditate. Quintũ cõmendat Q. Fratris filiũ. Epiſtolarum ad Atticũ nullum eſſe volumen. De itinere ſuo. Tãdem rogat vt noia ſua expediat.

TV VERO) In codicibus antiqs poſt epiſtolã ſuperiorẽ ponũtur illę epiſtolę ad Atticũ, ad Plancũ & Capitonẽ, q̃ ſunt in fine huius libri. Incipit epiſtola. Iucũdiſſimas tuas legi literas. Man⁹ dediſti) Permiſiſti te ab Antonio vinci. Ouidi⁹, Scribe, dabit victas ferreus ille manus. Vltro) Ponit̃ ꝓ vlterius, etiã in hoc loco. Memini me apud Senecã legiſſe, ni fallor, quendã in aula conſenuiſſe, cauſam interrogatũ reſpõdiſſe, iniurias accipiendo & gratias agẽdo.

Vltra.

Aulicis vt vita ꝓducẽda.

Si quid agis) Hoc age, ociũ amplectere. Munuſculo,) Meo. Opinionẽ tuã) Aderit Eros cum munuſculo. σύνταγμα) Cõmẽtũ, cõpoſitionẽ. Retractatius) Defæcatius, abſolutius, a me magis elaboratũ. ἀρχέτυπον) Exẽplar. de quo vel Satyricus nõ tacuit, Et iubet Archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.

Syntagma.
Retractatius

Archetypon

Iſtorũ animi incẽdi etiã ad repręſentandã improbitatẽ ſuã. ſed tamẽ dũmodo doleãt aliqd, doleãt quidlibet. Cõſiliũ meũ quod ais quotidie magis laudari, nõ moleſte fero, expectabãq;, ſiquid de eo ad me ſcriberes. Ego eñ in varios ſermones incidebã. quinetiã iccirco trahebã, vt q̃diutiſſime integrum eſſet. Sed quoniã furore illo extrudimur, Brunduſium pergere cogito. Facilior eñ & exploratior deuitatio legionũ fore videtur, q̃ piratarũ, q apparere dicũtur. Seſtius VI. Iduũ expectabatur: ſed nõ venerat, quod ſciam. Caſſius cũ claſſicula ſua venerat. Ego, cũ eum vidiſſem. V. Calẽdarũ in Põpeianũ cogitabã, inde Aſculanũ. noſti reliqua. De Tucia ita putarã. De Emetio nõ credo, nec tamẽ curo plus, q̃ tu, Planco & Oppio ſcripſi eqdẽ, quoniã rogaras: ſed, ſi tibi videbitur, ne neceſſe habueris reddere. Cum eñ tua cauſa fecerint omnia, vereor, ne meas literas ſuperuacaneas arbitrẽtur. Oppio qdẽ vtiq;, quẽ tibi ampliſſimũ cognoui: verũ, vt voles tu. Quoniã ſcribis hyematurum te in Epeiro, feceris mihi gratũ, ſi ante eo veneris, q̃ mihi in Italiã te authore veniẽdũ eſt. Literas ad me, q̃ ſępiſſime, ſed de rebus minus neceſſariis aliquẽ nactus. ſin autẽ erit qd maius, domo mittito ἡρακλάδιον. ſi Brũduſiũ ſalui, adoriemur. De Gloria miſi tibi, cuſtodies igitur, vt ſoles, ſed notẽtur eclogarii, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio dũtaxat legat. mihi valde placent, mallem tibi. Etiã atq; etiã Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

TV vero ſapienter. Nũc demũ eñ reſcribo his literis, quas mihi miſiſti cõuẽto Antonio Tiburi. Sapiẽter igitur ꝙ manus dediſti, ꝙq; etiã vltro gratias egiſti. certe eñ, vt ſcribis, deſeremnr ocyus a rep. q̃ a re familiari. Q; vero ſine munuſculo ſcribis te magis delectari ocio, ſiqd agis, addis mihi ſcribẽdi alacritatẽ. Q; Erotẽ nõ ſine munuſculo expectare dicis, gaudeo nõ fefelliſſe eã rem opinionẽ tuã: ſed tñ idẽ σύνταγμα miſi ad te retractatius, & qdẽ ἀρχέτυπον ipſum crebris locis inculcatũ & refectũ. Hũc tu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tralatum in Macrocollā, lege in Arcano cōuiuis tu-
is,ſed ſi me amas,hilaris & bene acceptis,ne in me ſto
machum erumpāt,cum ſint tibi irati.De Cicerone ve
lim ita ſit,vt audiuimus.De Xenone corā cognoſcā,
q̄q̄ ab eo nihil arbitror,neq; indiligenter,neq; illibera
liter.De Erote faciam,vt mandas,& ea quæ ſcribis,
ex Saufeio & ex Xenone cognoſcā.De Q.fratre gau
deo tibi meas literas prius a tabellario meo,q̄ ab ipſo
redditas:q̄q̄ te nihil fefelliſſet, verumtamen expecto,
quid ille tecum,quid tu viciſſim. Nec dubito, quin
ſuo more vterq;,ſed per eas literas Curium mihi ſpe-
ro redditurum,qui quidem,& ſi per ſe eſt amabilis, a
meq; diligitur:tamen accedit magnus cumulus com
mendatione tua.Literis tuis ſatis reſponſum. Nunc
audi,quod & ſi intelligo ſcribi neceſſe non eſſe, ſcri-
bo tamen.Multa me mouent in diſceſſu.in primis me
hercule,ꝙ diſiungor a te:mouet etiam nauigationis
labor, alienus non ab ætate ſolum noſtra,verumetiā
a dignitate, tempusq; diſceſſus abſurdum.Relinque
mus enim pacem, vt ad bellum reuertamur, quodq;
temporis in prædiolis noſtris, & belle ędificatis, &
ſatis amœnis conſumi potuit, in peregrinatione con
ſumemus. Conſolantur hęc, aut proderimus aliquid
Ciceroni, aut quantum profici poſſit indicabimus:
deinde tu iam, vt ſpero,& vt promittis,aderis:quod
quidem ſi acciderit,omnia nobis erunt meliora.Ma-
xime autem me angit ratio reliquorum meorum,quę
quanquam explicata ſunt,tamen, quòd & Dolabel-
lę nomen in his eſt,& attributione mihi nomina igno
ta,conturbor:nec me vlla res magis angit, ex omni-
bus.Itaq; non mihi videor erraſſe,ꝙ ad Balbum ſcri-
pſi apertius,vt ſiquid tale accidiſſet, vt non concur-
rerent nomina,ſubueniret, meq; tibi etiam mandaſſe
memor fui,vt ſiquid eiuſmodi accidiſſet,cum eo com
municares,quod facies,ſi tibi videbitur: eoq; magis,
ſi proficiſceris in Epeirum.Hęc ego conſcendēs e Pō
peiano tribui actuariolis decemſcalmi. Brutus erat
in Neſide,etiam nunc Neapoli Caſſius,& quid amas
Deiotarū? & non amas Eram? qui,vt Bleſamius venit
ad me,cum ei pręſcriptum eſſet,ne quid ſine Sexti no
ſtri ſententia ageret,neq; ad illum,neq; ad quenq̄ no-
ſtrum retulit.Atticam noſtram cupio ſuauiari,ita mi
hi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa.Referes igi
tur ei plurimā ſalutem:itemq; Pylię dicas velim, ita
vt heri tibi narraui,vel fortaſſe hodie.Quę enim alte
ro die ſe aiebat in Neſida. VIII.Iduum ibi Brutus, q̄

Tralatū) Trāſlatū, trāſpoſi-
tū. Et in macrocolū) Copu-
latiuā erade,ac ſcribe ī macro-
collā.Quę ſit illa relege ſupe-
riora. Bene acceptis) Satu-
ris.Quęrūt Romulidę ſatu-
ri quid dia poemata narrent.
Stomachū) Indignationē:
aiunt eñ rixā a famelico q̄ri.
Suo more) Illo acri ac acer
bo,Tu miti & didaſcalico.
Aderis) In Epirū cōſequeris.
Reliquorum) Debitorum
non oīno expunctorū ſed ex
parte,quod q facit reliquator Reliquator.
a Iuriſcōſultis appellaṫ. No
mē) Debitū. Debebat adhuc
Dolabellę partē. Attributio
ne) Decimis militaribus vi-
duis & dotatis nobiliū viroꝝ
publice impoſitis, quę res Ci
cerone etiā p ropter vxorem
egregie dotatā tāgebat. No
mina ignota) Quæ noīa nec
noui nec aīo capere poſſum
& cōſequenter metas impo-
ponere. Nō cōcurrerēt noīa)
Ne creditores omnes cōuola
rēt ac cōcurrerēt,ſimul peten
tes reddi ſuū,q̄d fit quandoq;
cū fuga arripitur, vel eſt inco
gnita profectio ab vrbe. Cō
current) Expone cōfluerent,
coinciderent noīa ſoluenda.
Conſcendens) Nauigans.
Tribui) reddēda tibi. A- Actuarioli.
ctuariolis) Remigibus naui-
cularum,quę vocantur actu-
aria vel actuariola. Decēſcal
mi) vna dictio,quę actuario-
la decē ſcalmis hoc eſt remis
agebātur. Scalmus, vt ſupra Scalmus.
lignum crenatū ac feneſtratū
in apſidē capiens remū vt fa-
cilius ac ſolidius impellatur.
Plutarchus in P. Æmyli vi-
ta,naues omneis ligurib⁹ ad-
emit, nec nauigiū ſupra tri-
ſcalmū eis reliquit.De inter- Triſcalmus.
ſcalmio nauis fit mētio a Pol
lione lib.i.Cicero lib.iii.Offi- Interſcalmiū.
ciorū, Cannius ſcalmū nullū
videt.Thucydides lib.ii.hiſt.
de ſcalmo in eadē ſignificati-
one meminit. Veſide) Scri-
be Neſide vt ſupra. Sexti)
Lege Seſtii.niſi de Sexto Pō
peio placet intelligi. Suaui- Suauiari.
ari) Oſculari. Diſſuauiari in Diſſuauiari.
epiſtolis famil.Vnde ſuauia & Suauiola.
ſuauiola pro oſculis.Catulus,
Suauiolum dulci dulcius am
broſia. Eſida) Lege Neſida.

ille doluit,de Nonis Iul.mirifice eſt cõturbatus.Itaq; ſeſe ſcripturum aiebat, vt venationem etiam, quæ poſtridie lud.Apollinar.futura eſt,proſcriberẽt.Tertio Iduum Quintil.Libo interuenit.Is Philonem Põpeii libertũ & Hilarũ ſuum libertũ veniſſe a Sexto cum literis ad Coſs.ſiue quo alio nomine ſunt. Earũ exemplum nobis legit,ſiquid videretur παρὰ λέξιν, cæteraq; & ſatis grauiter,& non contumaciter, tantum addi placuit,q̄ erat Conſulibus ſolũ,vt eſſet Pr. Tr. Pl.& Senatui,ne illi non proferrẽt eas,quę ad ſeipſos miſſę eſſent.Sextum autem nunciauit cum vna ſolũ legione fuiſſe Carthagine, iſq; eo ipſo die, quo oppidum Beroam cepiſſet nunciatũ eſſe de Cæſare, capto oppido,miram lætitiam, commutationẽq; animorũ, concurſumq; vndiq;:ſed ilico ad Sex.legiones, quas in vlteriore Hiſpania reliquiſſet,reuertiſſe.Ad ipſum autem Libonem ſcripſit,nihil eſſe,niſi ad larem ſuum liceret.Summa poſtulatorũ,vt om̃es exercitus dimittantur,qui vbiq; ſint.hęc fere de Sexto. De Buthrotiis vndiq; quęrens nihil reperiebam,alii conciſos Agripetas,alii Plancũ acceptis numis,relictis illis, aufugiſſe:itaq; non video ſciturũ me,quid eius ſit, ni ſtatim aliquid literarũ.Iter illud Brunduſiũ, de quo dubitabam,ſublatum videtur:legiones enim aduentare dicũtur.Hęc autem nauigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi.Itaq; conſtituebam vti ὁμοπλοΐᾳ. paratiorem offendi Brutũ, q̄ audiebã:nam & ipſe Domitius bona plane habet dicrota, ſuntq; nauigia præterea luculenta Sexti Bucilani,cęterorumq;:nam Caſſii claſſem, quę plane bella eſt,non numero vltra fretũ.Illud eſt mihi ſubmoleſtũ, q̄ parũ Brutus properare videtur.Primũ confectorum ludorũ nuncios expectat:deinde,quantũ intelligo, tarde eſt nauigaturus,cõſiſtens in locis pluribus:tamẽ arbitror eſſe cõmodius tarde nauigare, q̄ omnino nõ nauigare. Etſi cum proceſſerimus,exploratiora videbũtur, & teſtibus vtemur.Tuas iam literas Brutus expectabat,cui quidẽ ego non nouũ attulerã de Tereo, at ille Brutũ putabat: ſed tamen rumoris neſcio quid afflauerat, cõmiſſione Gręcorũ frequẽtiã nõ fuiſſe,quę q̄dẽ me minime fefellit.Scis enim quid ego de Græcis ludis exiſtimẽ.Nunc audi quod pluris eſt,q̄ omnia.Quintus fuit mecum dies cõplureis:etſi ego cuperem, ille vel plureis fuiſſet,ſed quantum fuit,incredibile eſt,q̄ me in omni genere delectarit,in eoq; maxime, in quo minime putabã,ſatiſfaciebat: ſic enim cõmutatus eſt

Proſcriberẽt) Locarẽt. Si qd videreť) A nobis immutandũ,immutareť. παρὰ λέξιν) Pręter verbũ. Cõſulib⁹ ſolũ) In literis immutauim⁹ hoc.Nã titulus erat ad Cõſules. Ne illi nõ proferrẽt)Ne illi Cõſules ſubticerent ea q̄ ad ipſos ſolos erãt ſcripta, vt ſępe publica ſalus tegi ſolet. Eas) literas. Ad ſeipſos) Solos,quę ad ſolos ſpectãt,p nutu tegere poſſe. Boreã) Alii Beroã propter Beroen Maroni celebratã nutricẽ. Dictio pœnis familiaris. Sed illũ) Dic, Sed ilico. Eſſe facturum niſi vt impetraret facultatẽ redeũdi. Ad larẽ)Domum.

De Buthrotiis)Quomodo res Buthrotiorũ ſucceſſerit,a quo eiectũ Plancũ & Agripetas fama ferebat. Quid eius ſit, Figura loquendi, quem finẽ res ea habuerit.Quid illud ſit. Literarũ) De quib⁹ rem omnẽ ſignifices. Brunduſiũ) Ad Brunduſiũ. ὁμοπλοΐα) Socia nauigatione, ſocietate nauigãdi. Dicrota) Species nauigiorũ,de qb⁹ Cicero ſupra,& Cęſar primo belli ciuilis Cõmentario. De nauigiis dicrotis nos alibi diximus,de generibus ac partib⁹ officiis nauigiorũ ac nauigãtiũ ex Iulio Polluce pulcherrima:hoc impręſentiarũ non omittendũ,hyeme per flumina naues tardius ire. cui⁹ rei phyſica deprehenditur ratio, quoniã ex ambiẽtis & obſidẽtis vi frigoris, grauior corpulentiorq; fiat aqua:pinde obſeruatũ quoq; prudẽtioribus in fluminib⁹ nauigia ſydere eodẽ tardius cõmeare:q̄q̄ & illud afferri ſolet,fluuialẽ aerẽ ſemp motui quidẽ obſiſtere, ac eſſe grauẽ, ſed hyeme eo amplius ex circũuallantis vi frigoris.Quę res itineris celeritati officere manifeſto deprehẽdiť. Qđ vero craſſeſcẽs aqua tarditatẽ inferat,illđ itẽ mirũ indicio fuerit,quod pl⁹ deuehãt oneris hyeme nauigia per fluuiũ cõmeantia, dẽſior enim aqua obſiſtit,renititurq; ampli⁹.Qđ in mari nõ ſit. Illud nãq; denſari, inſita prohibet caliditas. Afflauerat) Ad aures nr̃as venerat.

Homoplæa.
Dicrota.

ὁμοπλοΐα) Q̄ ſecum nauigare vellem. μετεωρότερον) Suſpenſiorem eſſe. Tergiuerſantem) Nauigare detrectantem. Si qui caſus) Se præter ſpem obiiceret. Hydruntem) Ire. ἀσφαλὲς) Tutum. Vnum te puto) Hoc totum eradendum eſt audacter vſq; ad eam partem. Tu Atticam quæſo cura. Eſt enim pars epiſtolæ libri duodecimi, vnde ſomnolentia ac incuria Aldi patet. Et ei ſalutem) Subintellige dicas. Tenet) A nauigando reuocat. Ante) Coram dicere, ac pios promere affectus.

Apte) Scribendum aptos. ῥοπὴ) Inclinatio, momentum. Illis) Dic illic. Reperiam videlicet.

totus & ſcriptis meis quibuſdam, quæ in manibus habebam, & aſſiduitate orationis, & præceptis: vt tali animo in Rempublicā, quali nos volumus futurus ſit. Hoc cum mihi non modo confirmaſſet, ſed etiam perſuaſiſſet, egit mecum accurate multis verbis, tibi vt reſponderem, ſe dignum & te, & nobis futurum: neq; ſe poſtulare, vt ſtatim crederes: ſed cum ipſe perſpexiſſes, tum vt ſe amares, q̄ niſi mihi fidem feciſſet, iudicaſſemq; hoc, quod dico, firmum fore, non feciſſem id, quod dicturus ſum. Duxi enim mecum aduleſcentem ad Brutum: ſic enim probatū eſt, quod ad te ſcribo, vt ipſe crediderit, me ſponſorem accipere noluerit, eumq; laudans amiciſſime mentionem tui fecerit, complexus oſculatusq; dimiſerit. Quam ob rē etſi magis eſt, quod gratuler tibi, q̄ quod te rogē, tamen etiam rogo: vt, ſiqua minus antea propter infirmitatem ętatis cōſtanter ab eo fieri videbantur, ea iudices illū abieciſſe: mihiq; credas multum allaturam, vel plurimū potius, ad illius iudiciū confirmandum authoritatem tuam. Bruto cum ſpem inieciſſem de ὁμοπλοΐα: non perinde, atq; ego putarā, accipere viſus eſt. exiſtimabā μετεωρότερον eſſe, & hercule erat, & maxime de ludis. At mihi, cū ad villā rediſſem, Cn. Luceiꝰ qui multū vtitur Bruto, narrauit illum valde morari nō tergiuerſantē, ſed expectantē, ſiq forte caſus. Itaq; dubito an Venuſiam tendam, & ibi expectem. De legionibus ſtatuerunt, vt quidam arbitrantur, Hydrūtem, ſi neutrum erit ἀσφαλὲς, eodem reuertar. Tu Atticam quęſo cura, & ei ſalutem & Pyliæ, Tullię quoq; verbis plurimam. locari me putas? moriar, ſi quiſq̄ me tenet præter te, etenim circumſpicies, ſed ante erubeſco. O dies in auſpiciis Lepidi deſcriptos, & aptos ad conſiliū reditus noſtri. magna ῥοπὴ ad proficiſcendum tuis literis, atq; vtinam te illic: ſed vt conducere

Conducere) Vtile tibi eſſe. Mirantur ſinguli quiq; qui has ad Atticum legunt epiſtolas mirificam Ciceroni in ſcribendis epiſtolis facilitatē, varietatem, doctrinam, ſententias, grauitatem, celeritatem, vt inſtar Antipatri ad hanc rem natus eſſe videatur, & quoniam de Antipatro oblata eſt obiter aliquid ſermocinandi occaſio, ſcribūt aliqui ex Græcis Antipatrū Hierapolitanum adeo in literis conſcribendis pręcelluiſſe, vt in ea re non temere excellentior reperiatur alius. Fuit hic ſeueri Imperatoris magiſter epiſtolarum, cuius etiam res geſtas videtur hiſtoria complexus. Sed epiſtola proprium erat viri opus. In ea ſplendidū quiddā inſonuit. Nec a decoro imperatoriæ dignitatis recedebat. Perſpicuitas inerat ſententiarum iuncta magnitudini: aſyndetorum, quæ nos diſſoluta dicimus, iucunditas mira. Etenī ea in primis Epiſtolam illuſtrant. Fuit ſeueri eiuſdem, filiorū item præceptor, propterea dum laudibus eum meritis optimi iuuenes ornarent, ſubinde deorum præceptorem nuncupabāt. Quæ res & in prouerbium trahitur, vt quiſq; principum & optimatium etiam liberos inſtruit, is deorum dicatur inſtitutor. Nam & Ariſtophanes μακάρων εὐωχίαν dixit regia conuiuia, hoc eſt beatorū epulas. Non fere eſt qui neſciat ex adulatione natum, vt Imperatores perinde ac dii haberentur, colerenturq;. Euſtathius tamē in Iliados primum, ex vi benefica aut pręclaro inuento intelligere maluit. Vnde inquit Cęſar apud Romanos primus, viuensq; dei nomē eſt ſortitus. Sed & eiuſdē filius Auguſtus. At inquit in Apologetico Tertullianus, maledictū eſt ante apotheoſin deum Cæſarē nūcupare. Auguſtus ne dominū quidē ſe dici patiebatur. Eſt enim hoc dei cognomen. Nouimus tamen ex Appiani Alexandrini hiſtoria, templa Iulio Cæſari, veluti deo publicis ſtatuta decretis. Atq; inſuper commune ipſi clementiæq; conditum templū vnum, & quia Lucianus ille blaſphemus cognomēto, qui nec diis nec hominibus pepercit, vti Lactantius inquit, cum riſu quandoq; deum nūcupat. Plutarchum habemus auctorem, Lyſandro primum templa fuiſſe erecta. Hæc vt ſunt ex Cælio.

Antipater Hierapolitanus.

Deorū inſtitutores.

Imperatores dii.

Cæſares dii.

Lucianus blaſphemus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

putabis. Nepotis epiſtolã expecto, cupidus ille meorũ, qui ea, quibus maxime γαυριῶ, ablegãda nũc putet. Et ais μετ᾽ ἀμύμονα: tu vero ἀμύμων, ille quidẽ ἄμβροτος. mearũ epiſtolarũ nulla eſt συναγωγὴ. ſed habet Tyro inſtar ſeptuaginta. Equidẽ ſunt a te quędã ſumendę, eas ego oportet perſpiciã, corrigã: tum deniq; edẽtur. Ego adhuc videbo. Perueni enim Vibonẽ, & Siceam, magis cõmode, q̃ ſtrenue nauigaui. Remis enim magnam partẽ: prodromi nulli. Illud ſatis opportune. Duo ſinus fuerũt, quos tramitti oportet, & Peſtanus, & Vibonẽſis, vtrunq; pedibus & equis trãſmiſimus. Veni igitur ad Siceam octauo die e Pompeiano: cũ vnum diem Veliæ conſtitiſſem, vbi fui quidem ſane libenter apud Talnam noſtrum, nec potui accipi (illo abſente præſertim) liberalius. Nono Calend. igitur ad Siceam, ibi tanq̃ domi meæ ſcilicet: itaq; obduxi poſterum diem. Sed putabam cum Rhegium veniſſem, fore, vt ibi cogitaremus, corbita ne Patras, an Actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, ac inde Corcyram: & ſi oneraria, ſtatim ne freto, an Syracuſis. Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio. Mehercule mi attice ſæpe mecũ, ἡ δεῦρ᾽ ὁδός τί σοι δύναται νῦν; Cur ego tecum non ſum? Cur ocellos Italiæ, Villulas meas non video? Sed id ſatis, ſuperq;. Tecum me non eſſe fugiẽtem periculum, nec id nunc quidẽ (niſi fallor) vllum eſt: ad ipſum enim reuocat me authoritas tua. Scribis enĩ in cęlum ferri profectionẽ meã:

Putabis) Ita facias. Cupidius) Lege cupidus. Meorũ.) Itinerũ, me comitari. Qui ea) Vt q̃ ea. Quibus maxime) Deeſt verbũ grecũ φιλῶ, vel qd tale, amat vel afficitur. Ablegãda) Deferẽda, pro tẽpore vt ſocia nauigatiõe mecũ vtaẽ. Nõ putet) Emẽda, nũc putet. Μετ᾽ ἀμύμονα πλείονα) ꝑpter hęc verba olim cẽſui reprẽdi a Cicerone Ne, o'ẽ, q M. Tullii bonis inhiabat, & exponebã, q ea qbus maxime repreñſibilis erat, ablegãda nõ putet, hoc eſt caſtigationi locũ nõ relinquit, nec mali pœnitet vt in hoc caluicio verbũ græcũ deeſſet, quod reprẽſibilẽ ſignificaret hybrizo, hypopiazo verba ſunt ſignificãtia idem quod reprẽdo. Sed qm̃ perſona Nepotis nõ capit hęc cõuicia, mutaui ſententiã. Tamẽ id quod ſeqtur, & ais μετ᾽ ἀμύμονα, neſcio q̃ belle ſentẽtiæ huic ſecũdę videẽ arridere.

Et ais) Et audes appellare Nepotẽ indeculpatũ. Attic⁹ enim Nepoti afficiebaẽ, quod vita ei⁹ per Nepotẽ ſcripta apertiſſime probat. Tu) Attice. ἄμβροτος) immortalis hoc verbũ fulcit ſententiam expoſitionẽq; ſuperiorẽ. Tñ imortalia odia, malitiãq; vocamus augere volẽtes. Συναγωγὴ) Collectio. Inſtar) Quid ſimile. Trãq̃llus in Cæſare Dictatore, cuius etiã inſtar pro æde Veneris genetricis poſtea dedicauit, vbi ſignificabat ſimilitudinẽ iſtar pro Seruio. q dulcedine detrahẽdi carpiẽ a Laurẽtio Vallẽſi libro. vi. Elegant. potius q̃ vera cenſura corrigaẽ: qbus Ciceroni ac Trãq̃llo alludit Iuriſcõſultus in collationib⁹, pagina quadrageſima nona. Inſtar ſignificare ſimilitudinem nõ mẽſurã docet Cicero q ait. Perſuadẽt enĩ mathematici terrã in medio mundi poſitã ad vniuerſi cęli cõplexũ quaſi pũcti iſtar obtineat. Virg. Tãtũ inſtar in ipſo eſt. Vlpianus de noui opis nunciatione, Si proponaẽ inſtar quoddã opis, quaſi facies quędã facti opis.

Synagoge.
Inſtar.

Inſtar.

Videbo) An edẽda ſint. Merito Pomponius harũ epiſtolarũ ſollicitus erat, quod nomẽ eius perire nõ ſinũt. Vibonẽ) Quę & Vibona, de qua ſupra multa. Siceã) Nomẽ eſt loci, cuius nihil memini me legiſſe. Sicũ ciuitas eſt quæ nunc Sibinicũ. Sed huic propoſito nihil facit vt puto. Remis) Nauigaui nõ velo. Prodromi. Venti. Plinius lib. ii. nat. hiſt ardẽtiſſimo æſtatis tẽpore exoritur caniculę ſidus ſole primã partẽ Leonis ingrediẽte, qui dies. xv. Auguſti Calend. eſt, huius exortũ diebus viii. ferme Aqlones antecedũt, quos prodromos appellãt. Poſt biduũ autẽ exortus iidẽ Aqlones cõſtantius perflãt dieb⁹. xl. quos eteſias vocãt. Silet) Lege ſcilicet. Obduxi) Circũ illa loca duxi & cõſumpſi. Ob ſignificat circũ. Ennius, Ob Romã legiones ducere cœpit. Rhegiũ) Calabrię in ora, ciuitas puſilla ſemigręculis plena. Vt ſi) Lego Vt ibi. Nihil deeſt, apud Rheginos cõmorarer cogitabundus itineris facies ac inſtrumenta. Corbita) Naui oneraria. Patras) Ciuitatis nomen de qua ſupra. Leucopetram) Promontorium Epiri cum oppido. Plinius, Hippo quod nunc Vibonem Valentiam appellamus: portus Herculis, deinde ſubdit. Inde Rhegiũ. xiiii. paſſuũ. Inde Appenini ſylua. Promontoriũ Leucopetra. xii. M. paſſuum ab ea. Tarentinorum) Coloniã fortaſſis. Freto) Rhegino cõſcenderem periculoſiſſimo. Sæpe mecum) Tracto, reuoluo. ἡ δεῦρο, hæc rurſum via qd tibi nũc poteſt? mecũ dico, Ferreus es Cicero, qui nunc iterũ per hęc loca inhoſpita, periculoſa curſitare potes. Ocellos) Delicias, amœnitates, genios. Iuxta illud Epigrammatici poetæ, Quæcũq; optata relinquimus, deſideramus tanq̃ deſtituti. Syrmionem in hanc ſententiam Catullus ocellum inſularũ vocat. Id ſatis ſuperq;) Satis ac affatim hoc conqueſti ſumus. Tecũ) Subintellige, queror.

Sicea.
Sicũ ciuitas.
Prodromi.
Ob.
Rhegium.
Corbita.
Vibo.
Leucopetra.
Ocelli villulę

ſed ita, ſi ante Caléd. Ian. redeã, quod quidẽ certe enitar. Malo enim velcum timore domi eſſe, q̃ ſine timore Athenis tuis: ſed tamen proſpice, quo iſta vergant, mihiq; aut ſcribe, aut (quod multo malim) affer ipſe. hęc hactenus. Illud velim in bonã partẽ accipias, me agere tecum, quod tibi maiori curę ſciã eſſe, q̃ ipſi mihi. Nomina mea per deos expedi, exolue. Bella reliq: ſed opus eſt diligẽtia. Cohęredibus pro Cluuiano Caléd. Sextil. perſolutũ, vt ſit. Cũ Publio quomodo agẽdũ ſit, videbis. Nõ debet vrgere, quoniã iure non vtimur: ſed tamẽ ei ſatiſfieri quoq; plane volo. Terẽtiæ vero quid ego dicã? Etiam ante diẽ, ſi potes, quin ſi, vt ſpero, celeriter in Epeirum, hoc quod ſatiſdato debeo, peto a te, vt ante prouideas, planeq; expedias, & ſolutum relinquas. Sed de his ſatis: metuoq;, ne tu nimiũ putes. Nũc negligentiã meam cognoſce. De Gloria librum ad te miſi, & in eo prooemiũ id eſt, quod in Academico tertio, id euenit ob eam rem, ꝙ habeo volumen prooemiorum, ex eo eligere ſoleo, cum aliquod συγγραμμα institui. Itaq; iam in Thuſculano, qui non meminiſſem me abuſum iſto prooemio, conieci id in eum librum, quem tibi miſi. Cum autem in naui legerem Academicos, agnoui erratũ meum. Itaq; ſtatim nouum prooemium exaraui, & tibi miſi. Tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis. Pyliæ ſalutem dices, & Atticæ deliciis atq; amoribus meis. Vale.

Sed ita) Laudari profectionem meam. Iſta) Politica. Status vrbis. Vergant) Inclinent. Id agere tecum) Id a te contendere. De nobis ſcilicet. Expedi) Extrica. Exolui) Dic, exolue, explica. Bella) Satis expedita, vt facile componi poſſint, vel bella, feſtiua, non pergrauia, ſed mediocria. Publio) Dolabella Iure) Noſtro, quinimmo contemplatione eius iure noſtro decedimus. Eã) Expedias. Satiſdato) Ex prędibus pręſtitis fideiuſſoribus. Nimium putes) Onerari a me. Negligentiam meã) Qui reliquos ĩ amicorũ reb⁹ ita negligentes puto vt ego in meis ſoleo. Librum) In duo volumina digeſtũ. Ouidius, Mutatæ bis quinq; volumina formæ. σύγγραμμα) Conſcriptio, compoſitio. Illud) Prooemium Academicum. Deſecabis) Auferes. Et.hoc) Pręſens. Agglutinabis) Applicabis.

Syngrãma.

Agglutinare

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

OCtauo Iduũ. Sextil. cum a Leucopetra profectus (inde enim tramittebã) ſtadia circiter. CCC. ꝓceſſiſſem, reiectus ſum hauſtro vehemẽti ad eandẽ Leucopetrã. Ibi cũ ventũ expectarem (erat eñ villa Valerii noſtri, vt familiariter eſſem & libẽter) Rhegyni quidã illuſtres hoĩes eo venerũt Roma ſane recẽtes, in iis Bruti noſtri hoſpes, q Brutũ Neapoli reliquiſſet. Hoc afferebãt Bruti & Caſſii edictũ, & fore frequentẽ Senatũ Cal. a Bruto & Caſſio literas miſſas ad Cõſulareis & Pręторios, vt adeſſent rogare, ſũmam ſpem nunciabãt: fore, vt Antonius cederet, res cõueniret, noſtri Romã redirẽt. Addebãt etiã me deſiderari, & ſubaccuſari. Quę cũ audiiſſem ſine vlla dubitatione abieci conſiliũ profectionis, quo mehercule ne antea quidẽ delectabar. Lectis vero tuis literis admiratus eq̃dẽ ſũ, te tã vehemẽter ſentẽtiã cõmutaſſe,

PIVS.

Argumentũ. 337.

NAVIgaturus immo in nauigandi procinctu poſitus Cicero a Leucopetra conſcendit, a vehementi hauſtro veluti diſſuaſore conſilii reiectus eſt ad eandem Leucopetram, vbi audito, Antonium Conſulẽ optimum virum agere reuerſus eſt Romã, vt ipſe in Philippicis inquit. Declamatio iucunda ac facundiſſimis auctoribus materia frequentiſſima, an Cicero reiectus ab hauſtro ad Leucopetram renauigare debuerit, Athenaſq; petere Atticas, vbi exutus curas omneis morſusq; liuẽtis inuidiæ, animum Socratica fruge prorſus excoleret, nec rediret ad tumultus vrbanos, eamq; ciuitatem fouẽdam, quæ toties ingeſtam libertatem, ſemper effugit ac reſpuit. SVBACCVSari) Tacite reprehendi ꝙ patriam deſeruiſſem. Commutaſſe) Profectionem meam accuſabas.

Anemeſita. Euthanaſia. Scholion. Elimare. Apologiſm⁹.

ἀνεμέσητα) Inuidia carētia. εὐθανασίαν) Facilē mortē. Dixerat eīn ſuperi⁹ Cicero ad feliciorē mortem nauigare, in quietē videlicet ac tranquillitatē. Bene venaris) Nauigas venari ſtudēs ſi nō tranquillā vitā, ſaltē minus infelicē mortē. Id) Profectionē meam. σχόλιον) Apologeticū tractatulū. Elimes) Dedoles. ἀπολογισμὸν συν) Defenſionē componā. σχολίῳ) Annotatione. Ad hoc ipſum) Dic. At hoc ipſum, nauigare videlicet. Nō conſtanter) Nō perſeuerāter factū eſt. Nemo) Ordo, Nemo doct⁹ vnq̄, mutationē cōſilii inconſtantiā eſſe dixit. Multa) Parēthesis eſt. Dixi) Lege dixit. Deinceps hoc) Videbimus ſi mutatio conſilii erratum eſt. Catoni probare) Apud Catonē etiā excuſare non poſſum, qui ſuperuiuere Reipublicę noluit.

A primo) A principio profectionis. Cato) Auctoritate, ſapiētia, cōſilio. Vel) Auget. Silet) Meā profectionē non damnat. Hominē) Me

Silentii bon.

Id ętatis) Senē, ac eo rerū vſu. Silet) Silentiū tacita reprenſio fuerat. Silentiū maxima bona conſequuntur, quod adagio græco his verbis patet, ἀῤῥήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω κρείσσων γὰρ ἐπέων ἢ κτεάνων φυλακή. Audi hiſtoriā ſcitu dignā Ex Helleſponto in Atticā venerat amator qdā, Gnathęnę meretricis fama pellectus, cūq; admiſſus accubuiſſet, erat inter pocula loquacior, Mulier admirata cupiens finem ait, An nō ab Helleſpōto profectū te dicis? cum annuiſſet is, & quo inqt pacto ciuitatū illic primam ignorare videris? Scitāte autē eo, quęnam foret hæc? Sigæum reſpondit Gnathęna, apte admodū & concinne ex nominis ratione ſilentiū illi ſuadere eſt viſa.

Gnathęna facere reprehēdens.

Sigęum.

Religio.

Religionis) Beroaldus relictionis ſcribit. Ego nihil muto quod accepi religionē pro metu poni Maroni, ſic, Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci. Seruius. Religio. i. metus vel ſolicitudo ab eo ꝙ mētem religet. Tranquillus in Octauio, Huc introire niſi neceſſario & caſte religio eſt, id eſt nefas metus. Gellius libro quarto noctiū Atticarū. Sed dies religioſi dicti, quos ex cōtraria cauſa propter ominis diritatem reliquimus, idcirco ait Terētius. Tū quod dem, recte eſt: nam nihil eſſe mihi religio eſt dicere. Reip.) incōmodo Reip. Alii ſcribūt, Republica flente, quod ego ad quietem properarem Repu. ſatagente ac deſperatiſſima.

ſed nō ſine cauſa arbitrabar. Etſi q̄uis nō fueris ſuaſor & impulſor ꝓfectionis meę, approbator certe fuiſti: id, dūmodo Cal. Ian. Romę eſſem, ita fiebat, vt dū minus periculi videretur, abeſſem, in flammā ipſam venire. Sed hęc etiā ſi nō prudēter, tamē ἀναμέσητα ſunt. Primū, ꝙ de mea ſententia acta ſunt, deinde etiā, ſi te authore quid debet, qui cōſiliū dat, pręſtare, pręter ſidē. Illud admirari ſatis non potui, quod ſcripſiſti his verbis. Bene igitur tu, qui εὐθανασίαν venaris, relinquis patriā, an ego relinquebā? aut tibi tū relinquere videbar? tu id nō modo nō prohibebas, verū etiā approbabas. Grauiora quæ reſtant. Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te id facere, ita ne mi Attice defenſione eget meū factū, pręſertim apud te, qui id mirabiliter approbaſti? Ego vero iſtū ἀπολογισμὸν συντάξομαι: ſed ad eorū aliquē, quibus inuitis & diſſuadentibus profectus ſum: etſi quid iā opus eſt σχολίῳ? Si perſeueraſſem, opus fuiſſet, ad hoc ipſum non conſtanter. Nemo doctus vnq̄ (multa autem de hoc genere ſcripta ſunt) mutationē cōſilii, inconſtantiam dixit eſſe. Deinceps igitur hoc: nā ſi a Phędro noſtro expedita excuſatio eſſet, nunc quid reſpondemus? ergo id erat meū factū, quod Catoni probari nō poſſim, flagitii ſcilicet plenū & dedecoris. Vtinā a primo ita tibi eſſet viſum. Tu mihi ſicut eſſe ſoles, fuiſſes Cato. Extremū illud vel moleſtiſſimū. Nā Brutus noſter ſilet, hoc eſt non audet hominē id ætatis monere. Aliud nihil habeo, quod ex iis a te verbis ſignificari putē, & hercule ita eſt. Nā cū XVI. Cal. Septēb. veniſſem Veliā Brutus audiuit. Erat eīn cū ſuis nauibus apud Heletē fretū citra Veliā milia paſſuū. III. pedibus ad me ſtatim. Dii immortales, q̄ valde ille reditu, vel potius reuerſione mea lętatus? effudit illa oīa, quę tacuerat, vt recordarer illud tuū: nā Brutus noſter ſilet. Maxime autē dolebat me, Cal. Sextil. in Senatu nō fuiſſe. Piſonē ferebat in cęlū, ſe autē lętari, ꝙ effugiſſem duas maximas vituperationes: vnam quam itinere faciēdo me intelligebā ſuſcipere deſperationis ac religionis. Repub. flente mecum vulgo querebantur, quibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de meo celeri reditu nõ probabã,alterã, de qua Brutus,& qui vna erãt (multi autẽ erant) lętabantur, ꝙ eã vituperationẽ effugiſſem,me exiſtimari ad Olympia. Hoc vero nihil turpius quouis Reip.tẽpore, ſed hoc ἀναπολόγητον. Ego vero hauſtro gratias miras ago, qui me a tanta infamia auerterit. Reuerſionis has ſpecioſas cauſas habes: iuſtas illas quidẽ & magnas, ſed nulla iuſtior q̃ ꝙ tu idem aliis literis prouides, ſi cui quid debetur, vt ſit vnde par pari reſpõdeatur. Mirifica enim δυσχρηστία eſt, propter metum armorũ. In freto medio hanc epiſtolã legi, vt quid poſſem prouidere in mentem nõ veniret mihi, niſi ꝙ pręſens me ipſe defenderem. Sed hæc hactenus, reliqua coram. Antonii edictũ legi: a Bruto & horũ cõtra ſcriptum pręclare. Sed quid iſta edicta valeant, aut quo ſpectent, plane non video. nec ego nunc, vt Brutus cẽſebat, iſthuc ad Rẽp. capeſſendã venio. Quid enim fieri poteſt? num quis Piſoni eſt aſſenſus? num redit ipſe poſtridie? Sed abeſſe hanc ætatem longe a ſepulcro negant oportere. Sed obſecro te, quid eſt quod audiui de Bruto? Pyliam πειρᾶσθαι παραλύσειν te ſcripſiſſe aiebat. Valde ſum commotus: etſi idem te ſcribere, ſperare melius. Ita plane velim ei dicas plurimam ſalutem, & ſuauiſſimę Atticæ. Hæc ſcripſi nauigans, cum Pompeianum accederem. Quartodecimo Calend. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

CVm ſciã, quo die vẽturus ſim, faciã vt ſcias. Impedimẽta expectãda ſunt, quę Anagnia veniũt, & familia ęgra eſt. Calend. veſperi literæ mihi ab Octauio redditæ ſunt. magna molitur. veteranos, q Caſſilini & Calatię ſunt, perduxit ad ſuã ſententiã, nec mirũ, quigẽtos denarios dat, cogitat reliquas colonias obire. Plane hoc ſpectat, vt ſe duce, bellũ geratur cũ Antonio. Itaq; video paucis diebus nos in armis fore: quem autẽ ſequamur, vide nomen, vide ętatẽ. Atq; a me poſtulat: primũ, vt clã colloquatur mecũ vel Capuę. Puerile hoc quidẽ, ſi id putat clã fieri poſſe. Docui literis id nec opus eſſe, nec fieri poſſe. Miſit ad me Cecinã quendã Volaterranũ familiarem ſuũ, qui hoc

Nõ probabã) Non excuſabam, nõ me a ſcelere vindicabam. Ad Olympia) Ad ſpectaculũ Olympiorũ properare. ἀναπολόγητον) inexcuſabile, cui palinodiam cãtare non poſſumus, aut reſpondere, quod per Apologiã fieri ſolet. δυσχρηστία) Difficilis vſus. In freto) Rhegino. Legi) quoniam erat aliena manu ſcripta. Dictauerat enĩ. Et horũ) Conſpiratorũ manu. Fieri poteſt) Deſperatæ Reip. Num quis) Interrogat ecquis ne? Eſt aſſenſus) Pro Rep. peroranti cõtra tyrannũ. Redit) Ipſe Piſo in Senatum. Hanc ętatẽ) Senilẽ. A ſepulcro) Domo vbi cõponi debemus inter noſtrorũ cineres. πειρᾶσθαι παραλύσειν) Tẽtare diſſoluere, vel ſoluere hoc eſt humanis excedere. Quartodecimo Calend. Hęc verba ponẽda ſunt in huius epiſtolę fine.

Argumentum. 338.

REdit Romam Cicero querelis optimatũ, Attici præſertim motus. Amabat etiam Vrbẽ, gloriæ quoq; nimis afficiebatur.

VENTVrus) Romã. Impedimenta) Itineris vtẽſilia, quas carragines vulgus ac latinitas appellant. Anania) Anagnia ſcribunt aliqui pro ciuitate notiſſima, de qua ſupra. Alii inania. Octauio) Quęrebat hic callide ac aſtute ſibi Antonii cõmunis inimici hoſtẽ Ciceronẽ coniũgere, vt tñ linguę fulmẽ armaret in Antoniũ, ac principẽ optimatũ cum hoſte collidere. Molitur) Veteranos ſollicitare, Senatui ſe coniungere, Antoniũ oppugnare. Calacię) in Cãpania hodie eodẽ nomine vocatur. Liuius lib. iii. de ſecũdo Pun. bello, Ipſe a Caſſilino Calaciã petit. Locus clarus errore ducis Lybyci. nunc Caiacia vulgo dicit. Denarios) Viritim. Colligo ex Cornelio Tacito militem Romanum ſingula die denarium accepiſſe. Puerile hoc) Commentum & cogitatio. Docui literis) Per literas ad Octauiũ. Volaterranum) Vulterrenum Neoterici legendũ putant, hoc eſt, vt hodie eſt in vſu, Viterbienſem, & ita ſemper ſcribendũ cum de Cecinna, pręſertim apud Pliniũ fit mentio. Vulturna, enĩ & veiza, Viterbiũ dicta. Deinde Vitherbũ, quod vi Deſiderius cõtra Pontificẽ Romanũ, Therbũ oppidũ cõmuniuit, duob⁹ ꝓpinqs oppidis additis, cui⁹ Veizę ciuis fuit Almadian⁹ noſter, i cui⁹ obitu literę ac Socratici mores corruerũt.

Anapologeton.
Dyſchreſtia.
PIVS.
Impedimẽta
Calacię.
Vulturrenus.
Vulturna.
Veiza.
Therbum.
Almadian⁹.

Alaudæ.

Pertulit) Nunciauit. Legione) Iunge cum tantum. Alaudarū) Nomine ac more gallicano Cęſar legionē armauit, & ab auicula alauda nuncupauit, de qua Trāquillus. Plinius lib. xi. nat. hiſtor. Phœnici apex plumarū, prętere a parę, atq; ab illo galerita appellata quondam: poſtea gallico vocabulo etiam legioni nomē dederat Alauda. M. T. Philippica prima, In iudice ſpectari & fortuna debet & induſtria & indignitas. Nō quęro inquit iſta. Addo etiā iudices manipulares ex legione Alaudarum. Ideo in Antonium quinta, Anteſignanos & Alaudas iudices. At Theocrito in Idylio cui nomen eſt Thalyſia, Alaudę ſepulcrū in capite ferentes appellantur, græce κορυδαλλίδες ἐπιτυμβίδιοι dicuntur.

Epitymbidij.

Suis) Herculis imagine, a qua oriundum fabulabatur, non patrię ſignis, alii ſub ſignis ſcribunt. Cōſultabat) Octauius. Secundū) Iuxta. Maro, Et plena ſecundū flumina. Congiariū) Munus certę menſurę. Ducem) Octauium. Nos) Optimates. εὐκαιρίαν) Opportunitatē. ἀσφαλείαν) Securitatem. ἀπορίᾳ) Hæſitatione. Senatum) Vel me adire vel cogi. Ille autem) Vrget vt veniam. Vt vtar conſilio tuo) Venire Romam morabor. Σκέπτομαι) Conſidero. Ætati) Adoleſcentis Octauii. Quo animo) Me vtat̄. ἀριστεία) Virilitas vel ſtrenuitas. Varroni) Quoniā patriſſare videbat̄, ac ad vim & tyrannidē vergere. Appia) Venire via Neapolitana. Ille) Antonius. Aſſecutus) Deprēdiſſet. Arcano) Prędium fratris erat. Sexto Idus mane in Sinueſſano) Antiqua lectio facit hic finē epiſtolæ hui⁹, vt, Nonis principium ſit ſequentis.

Secundum.

PIVS.

Argumentum. 339.

DE Opere a ſe cōpoſito agit. De patrocinio Sicæ exhibito, & nō nullis ſaltuatim.

pertulit: tantum Antonium cum legione Alaudarum ad vrbem pergere, pecunias municipiis imperare, legionem ſub ſignis ducere. Conſulebat vtrum Romam cum. CCC. Veteranorum proficiſceretur, an iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter ſecūdum mare ſuperum faciunt, quas ſperat ſuas eſſe. Hę congiarium ab Antonio accipere noluerunt (vt hic quidem narrat) & ei conuicium grande fecerunt, cōcionantemq; reliquerunt. Quid quæris? Ducem ſe profitetur, nec nos ſibi putat deeſſe oportere. Equidem ſuaſi, vt Romam pergeret. Videtur enim mihi & plebeculam vrbanam, & (ſi fidem fecerit) etiam bonos viros ſecum habiturus. O Brute vbi es? quantam εὐκαιρίαν amittis? Non equidem hoc diuinaui, ſed aliquid tale putaui fore. Nunc tuum conſilium exquiro. Romam ne venio, an hic maneo, an Arpinum: ἀσφαλέαν habet is locus. Fugiam Romam, ne deſideremur, ſiquid actum videbitur. Hoc igitur explica. Nunquam in maiore ἀπορίᾳ fui. Binæ vno die mihi literæ ab Octauio. Nunc quidem, vt Romam ſtatim veniam, velle ſe rem agere per Senatum, cui ego non poſſe Senatum ante Calendas Ianuarias. Quod quidem ita credo. Ille autem vtar conſilio tuo, quid multa? Ille vrget: ego autem σκέπτομαι. Non cōfido ætati, ignoro quo animo, nil ſine Panſa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius, nec a mari diſcedere libet, & metuo ne quæ ἀριστέα me abſente. Varroni quidem diſplicet, & conſilium pueri, mihi non, firmas copias habet. Brutum habere poteſt, & rem gerit palam. Centurias Capuæ dinumerat, iam iamq; video bellum. Ad hæc reſcribe. Tabellarium meum Calend. Roma profectum ſine tuis literis miror. VI. Arpinum veni, ad. IIII. in Sinueſſanum. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium manſurum eſſe Caſſilini. Itaq; mutaui conſiliū: ſtatuerā enim recta Appia Romam, facile me ille eſſet aſſecutus. Aiunt enim eum Cæſariana vti celeritate. Verti igitur me a Minturnis Arpinum verſus. Conſtitueram, vt pridie Id. aut Aquini manerem, aut in Arcano. Nunc mi Attice tota mente incūbe in hanc curam: magna enim res eſt. Tria ſunt autem, maneam ne Arpini, an propius accedam, an veniam Romam. Quod cenſueris, faciam. Sed q̄primum auide expecto tuas literas. Vale. Sexto Iduum mane in Sinueſſano.

OPVS) Neſcio an de officiis. Ante) Oculos meos. Florẽtia) Laude digniſſima. Cęrulas miniatulas) Obeliſcos tuos vel aſteriſcos, quibus ea circa quæ Atticus dubitabat ſignabãtur. Miniatulæ rubentes appellãtur. Sica) Amicus hic fuit Ciceronis, qui fugientẽ Brũduſii hoſpitaliter excepit: de quo in ſupioribus multa. Haſta) Ab emptione publica: in qua bona Sicæ vẽdebãtur, vel amici, vnde verbũ ſubhaſtare & haſtariũ. Beroaldus legit, Aſt ea ægre me tenui. Perſtringã) Leuiter ac perfunctorie magiſtrũ agã, vel magiſterio ſubhaſtãdi. De magiſtris haſtę libro primo dixim⁹. Septimiæ) Affinis Sicæ. Tantũ vt ſciã) Dũmodo ſciã, qui fuerinr Poſthumi teſtatoris. παῖδας παίδων) Natos natorũ. Iuxta illã Virgilianã ſentẽtiã, Et nati natorũ, & q naſcẽtur ab illis. Sine vallo) Affinib⁹ ac propinqs. Filius nãq; patris hercos .i. ſeptũ dicit. Habuiſſe) Coſtet.

Cęrulę miniatulæ.

Sica.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NOnis accepi a te duas epiſtolas, quarũ alterã Calendis dederas, alterã pridie. Igitur prius ad ſuperiorem. Noſtrum opus tibi probari lætor. Ex quo ante ipſa poſuiſti, quæ mihi florentia ſunt viſa tuo iudicio. Cærulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebã. De Sicca ita eſt, vt ſcribis. haſta ea ęgre me tenui. Itaq; perſtringã ſine vlla cõtumelia Siccę, aut Septimiæ tantũ, vt ſciam παῖδας παίδων ſine vallo Lucullano, eũ ex C.Fadii filia liberos habuiſſe. Atq; vtinã eũ diem videã, cũ iſta oratio ita libere vagetur, vt etiã in Siccæ domũ introeat. Sed illo tẽpore opus eſt, quod fuit illis Triumuiris. moriar niſi facerẽ. tu vero leges Sexto, eiuſq; iudiciũ mihi perſcribes, εἴθε μοι μυρίοι. Caleni interuentum, & Caluenæ cauebis. Quod vereris, ne interpelles mihi tu: quis minus? cui vt Ariſtophani Archilochi Iambus: ſic epiſtola longiſſima quęq;, optima videtur. Quod me admones, tu vero etiã ſi reprehẽderes, nõ modo facile paterer, ſed etiã lętarer. Quippe cũ in reprehẽſione, & prudẽtia cũ συμμηνάα. ita libenter ea corrigã, quę a te animaduerſa ſunt. Eodem iure, quo Rubriana potius, q̃ quo Scipionis, & de laudibus Dolabellę deruã cumulũ: attamen eſt iſto loco Dolabella, vt mihi videtur, ἀρονάα, q eũ cõtra ciuis in acie. Illud etiã malo indignius eſſe hũc viuere, q̃ qd indignius. πεπλογραφίαν Varronis tibi probari non moleſte fero, a quo

Opus eſt) Tẽpore. Quod) Tẽpus. Facere) Lege, facerẽ, vel facete, vt Aldus, hoc eſt loqueris. εἴθε μοι) Vtinã mihi infiniti, ſubintellige adſint huiuſmodi dies vel qd tale. Talem interuẽtũ) Scribe Talmę. Aldus Caleni. Ne mihi tu) In codice per virũ nõ mediocriter doctũ emẽdato, legit, Q: vereris ne interpelles mihi tu. mirũ q̃ inferioribus cõgruat. Quis min⁹? interrogatiue, iterpellare poteſt? Cui) Mihi. Ariſtophani) De grãmatico intelligi puto, nõ Tragico poeta, qui fuit etiã dux militaris, a quo puellã amatã, Elephãtus quoq; eã amaſſe traditur, vt ſcribit Plini⁹ lib.8. Nat.hiſt. De quo ſic Plaut⁹ Ariſtophanis Achillẽ cõmtari libet. Cui⁹ iudiciũ reſpiciẽs Varro ad Ariſtophanis ac Cleãthis lucernã lucubrare ait, de his q̃ ſunt emũcta. Plinius libro.8. Nat.hiſt. Ac ne quis vulgariter electã putet, miretur gratã Ariſtophani celeberrimo in arte Grãmatica. Archilochi) De quo mordaciſſimo poeta multa ſuperius & Horatius, Archilochũ proprio rabies armauit iambo. συμμηνεία) Conſtãtia. Rubriana) Opus a Cicerone cõpoſitũ. Quo Scipionis) Opere, in quo agis de ſomnio Scipionis, in ſomniũ Scipionis.i.de rep. Scipionis videlicet ſomniũ tracto. Emẽdanti Attico Rubriana, ceſſit, non ceſſit emendanti Scipionis ſomniũ. Deruam) Detrahã. Cumulũ) Laudũ congeriẽ, quas non meretur. εἰρωνεία) Diſſimulatio.

Ariſtophanes.

Lucerna Ariſtophanis Cleanthiſq;.

Archilochus

Quod eũ) Scipionem vſurpaſſe ſentio. Ciues) In Martem hebetes. Fuit Iron Scipio auctore Cicerone. Illud malo) Verba ſunt Scipionis in ciuẽ Romanũ. Hunc) Ciuem. Q: quid indignius) Scribe, q̃ quod indignius, q̃ omnia quæ indigna ſunt. πεπλογραφίαν) Pepli deſcriptionem. Peplum alii dicunt ſcutũ eſſe modicũ. Donatus veſtem ad ſacra pertinentẽ. Virili ac neutro genere prõũciatur, & ſi Vallenſis eat inficias, auctorẽ habeo cõtra Laurentiũ, Plautũ. Peplum velũ erat panathenaicę nauis, quã quarto quoq; anno in honorẽ Palladis ornabãt, auctore interprete Ariſtophanico. Enceladus Gigas in eo intextus erat Palladis haſta iugulatus: & in Panathenaico die ferebat. Plato quoq; in Euthyphrone Dialogo in magnis Panatheneis peplũ pictũ in arce ſuſpẽdi ſolitũ ſcribit. Sũt auctores ex victoria quadam ab Athenienſibus inſtitutum peplum: in eoq; qui fortirer feciſſent, expingi conſueſſe: cuius rei non oratorib⁹ modo mẽtio eſt, ſed & comicis: qd prodidit Iſæus. Repetit Harpocration. Euripides in Hecuba. ἢ παλλάδος ἐν πόλει τᾶς καλλιδίφρου ἀθαναίας ἐν κροκέῳ πέπλῳ ζεύξομαι ἅρματι πώλους.

Iron Scipio.

Peplographia.

Peplum.

Peplus.

adhuc ἡράκλειον illud non abſtuli. Quod me hortaris ad ſcribendum, amice tu quidem: ſed me ſcito agere nihil aliud. Grauedo tua mihi moleſta eſt. Quæſo adhibe, quam ſoles, diligẽtiam. O Tite tibi prodeſſe lætor. Anagnini ſunt Muſtella ταξιάρχης, & Laco, qui plurimum bibit. Librum, quem rogas perpoliam, & mittam: hæc ad poſteriorem. τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus Panetius abſoluit duobus. illius tres ſunt, ſed cum initio diuiſiſſet, ita tria genera exquirendi officii eſſe. vnum, cum deliberamus honeſtum an turpe ſit: alterum, vtile an inutile: tertium, cum hæc inter ſe pugnare videantur, quomodo iudicãdum ſit: qualis cauſa Reguli. redire honeſtum manere vtile. De duobus primis præclare diſſeruit: de tertio pollicetur ſe deinceps ſcripturum: ſed nihil ſcripſit. Eum locum Poſſidonius proſecutus: ego autem, & eius librum accerſiui, & ad Athenodorum Caluum ſcripſi, vt ad me τὰ κεφάλαια, mitteret, quem expecto, quem velim cohortere, & roges: vt q̃primum. In eo enim eſt περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος. Quod de inſcriptione quæris: non dubito, quin τὸ καθῆκον officium ſit, niſi quid tu aliud. ſed inſcriptio plenior de officiis. προσφωνῶ autem Ciceroni filio viſum eſt, non autem Marco Cæcilio dilucide. O qualis tu ſemper iſtos: ita ne in D. Brutum dehiſcis? Ego me (vt ſcripſerã) in Pompeianum non abdidi. primo tempeſtatibus, quibus nihil tetrius: deinde ab Octauio quotidie literæ, vt negocium ſuſciperem, Capuam venirem, iterum Rempublicam ſeruarem. Romam vtiq; ſtatim veni αἰδεσθὲν μοῦ ἀνήνασθαι δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. Is tamen egit ſane ſtrenue, & agit: Romam veniet cum manu magna. Sed eſt plane puer. putat Senatum ſtatim venire. Quis veniet? Si venerit, quis incertis in rebus offendet Antonium? Calen. Ian. erit fortaſſe præſidio: aut quidem ante depugnabitur. Puero municipia mire fauẽt. Iter enim faciens in Samniũ venit Cales, manſit Theani. Mirifica ἀπαντήσεις, & cohortatio: hoc tu putares? ob hoc ego citius Romam, q̃ cõſtitueram: ſimul ac cõſtituero, ſcribã. Et ſi nondũ ſtipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen rem prid. Iduũ velim conficias. Epiſtolas Catinam,

Peplographia Varronis opus.

Peplographiam igitur cõpoſuit opus nomine Varro. q̃m in eo varia cõtinebãtur, & ſinguli quiq; q aliquo ope excelleret. Adiuuat qd Porphyri⁹ cõditũ ab Ariſtotele Cõmẽtarium ſcribit, cui titulus foret Peplus: in quo ducũ exequebatur genealogias, & nauiũ quoq; numerũ ad Troiã pfectarũ: quin & in ſingulos duces epigrãmata, diſticha plurimũ, pręterq̃ in Aiacẽ. ἡρακλείδ(ιον) lege, ἡράκλειον, hoc eſt Herculaneã laudẽ, Antonij videlicet laudẽ a Varrone intextã in Antoniũ, q ſe ab Hercule oriũdũ fabulabatur. Colligim⁹ ex ſupiorib⁹ opus cõditũ a Chriſtodoro Thebano, in cuius catalogo laudes ſunt in ſingulos heroas, peplographiã dici poſſe. Sic Varro Cẽturiã quãdã de Romanis ciuibus, ſed egregiis fecerat.

Grauedo.

Grauedo) Catarrhi ſpecies vnde grauedinoſus dicitur.

Muſtella.

Muſtella) Nomẽ ppriũ in Philippicis Antoniani ſatellitis, vt Saxo & Capho.

Taxiarches.

ταξιάρχης) Ordinis ductor.

Laco bibit.

Laco bibit) Cõtrariũ nomini ſuo facit. Sũt eñ Lacones triparci. Sed hic erat Laco nominetenus. τὰ περὶ) Quæ de officiis ad filiũ. Illi⁹) Operis mei de officiis: in quo Panętium Stoicũ ſequit. Quo modo) Vtrũ eligibilius. Redire) Carthaginẽ. Manere) Romę. Nihil ſcripſit) Quæ cauſa Ciceroni fuit addere tertiũ Officiorũ librũ. κεφάλαια) Capita. Capitulatim ordinẽ digeſtũ. Quã) Epiſtolã in qua capita mittẽtur. περὶ τοῦ) De officio quõ aduerſę fortunę reſiſtẽdũ. De officiis) προσφωνῶ verbũ deeſt, qd ſignificat alloquor. Nõ an de Marco) lege, nõ autem Marco, ſupple dicare volui. Dilucide) Clare. Video te ex libris meis gratiã q̃rere nobilitatis. O qualis tu) O qualiter, O quãtũ. Sẽper iſtos) Nobiles honorare velles. In D. Brutũ de iſtis) Emẽda dehiſcis, aperis, amãdo viſcera nudas. Literæ) Superueniũt. Romam ſtatim) Venirem. In Aldinis codicibus legitur, Romã ſtatim veni. αἰδεσθέν) Verecundũ abnuere, timidũ recipere Remp. gubernandã. Is) Octauius. Egit ſtrenue) In Antoniũ. Putat Senatũ ſtatim) A ſe poſſe flecti, vel cogi. Quis veniet) Senatorũ, vocãte puero. Incertis rebus) Pendentibus rebus cũ adhuc ſub iudice lis ſit. ἀπαντήσεις) Occurſus. Romã) Subintellige veniã. Conſtituero) Decreuero, deliberauero aliquid facere.

Apanteſis,

Taurominiũ) Siciliæ ciuitas Colonia Romanorũ. Alias) Sũt qui ſcribũt aliis, hoc eſt locis prępoſiti. Valeriũ) Oſtendi vt eo potiretur. Lepidanis) Lege, Lepidianis, quibus Lepidus vti volebat ad ſpectaculũ. Me Torquati negociolo ſciturũ) Lege, Torquati actuariolo iturũ puto. Accurrã Romã, inqt, cum nauicula Torquati. De actuariis & actuariolis in ſuperioribus multa. Eũ amaret) Vetus lectio, te amaret. Non improbo vulgatũ codicẽ, & per eũ filiũ Quinti intelligo. Doluerat a te) Eadẽ lectio. Dolet a te. Optimũ) Indoles virtutis ac gratię futurę. Hilarula) Feſtiua, lętior. Cõcinit Quintilian libro primo nõ credẽs demiſſum puerũ ac triſtẽ ad bonã frugẽ emerſurũ. Muginaris) Quid nũc antiquitatis oſores dicẽt? an hoc verbũ intelligũt? an Ciceronẽ velut antiquariũ reiiciẽt? fateãtur illud Horatianũ eſſe veriſſimũ, Licuit, ſempq́ licebit Signatũ nõ modo pręſenti nota pducere nomẽ. ſed ad exprimẽdã ſignificãtius intẽtionis ac mẽtis noſtrę vim, aliqñ, rarẽter tñ, exoletis ac deſitis verbis vti. Non vbiq́ Cicero ſuauis ac bene fluens currit. Audi Hieronymũ in Euſebiũ. Cicero in Xenophontis œconomico ita ſępe aureũ illud flumen eloquẽtię quibuſdã ſcabris & turbulentis obiicibus retardauit, vt qui interptata neſciũt a Cic. dicta nõ credãt. Eſt enim muginari, auctore Põpeio, nugari, & quaſi tarde conari. Alii grãmatici murmurare interptantur, teſtẽq́ adducũt Luciliũ. Domeſticũ) Cõmoditati rei familiaris meę ſeruiui. Iſtic) Romæ. Id) Adeſſe Romę. Quãſi) Lego, quaſi. Quodãmodo melius erat non adeſſe Romæ. Intercluderer) Cohiberer ne pateret exitus. Ille) Antonius. Rumores) De Bruto, Octauio, ac amicis noſtris. Tecũ potius) Ferã. De te) Salute tua. Bonã) Subintellige, ſpem dicã eſſe. Sed de rebus maximis loquũtur ambigue & ænigmatice. Vnde) Qua virgula diuina & caſu. ἡρακλειδείῳ) Herculatico Antonio. Parauerat eñ Antonius exercitũ, & contra D. Brutũ tẽdebat. Si referimus ad nũciũ Heraclidiũ, de quo ſupra, intelligamꝰ qđ cũ literis venerat & aliqd attulerat boni. Negocia) Peplographia. Falſa) Legendũ ſalſa, acuta videlicet ac ſapida. ASCEN. Q̃ ſi opus eſſet &c. nihil mutem, nam eã lectionem non quaſi ſenſus probat.

Taurominiũ

Actuariolũ.

Hilarula.

Muginari.

Cicero non ſemp ſuauis.

Taurominiũ, Syracuſas cõmodius mittere potero: ſi Valerius Mitres ad me nomina gratioſorũ ſcripſerit. alii eñ ſunt alias, noſtriq́ familiares fere demortui. publice tamẽ ſcripſi, ſicuti vellet, ei Valeriũ, aut mihi nomina mitteret. De Lepidianis feris Balbus ad me. Vſq́ ad .III. Cal. expectabo tuas literas, meq́ Torquati actuariolo iturũ puto. Quinti literas ad te miſi, vt ſcires, q̃ valde eũ amaret, quẽ dolet a te minus amari. Atticę quoniã (qđ optimũ in pueris eſt) hilarula eſt, meis verbis ſuauiũ des. Valoppi epiſtolę (qa perhumana erat) tibi miſi exẽplũ. De Ocella dũ tu muginaris, nec mihi quicq̃ reſcribis, cepi conſiliũ domeſticũ. Itaq́ me prid. Iduũ arbitror Romæ futurũ. Cõmodius eſt viſum fruſtra me iſtic eſſe, cum id non neceſſe eſſet, q̃ ſi opus eſſet, nõ adeſſe: & ſimul ne intercluderer, metuebã. Ille eñ iã aduẽtare poteſt, etſi varii rumores, multiq́, quos cuperẽ veros, nihil tamẽ certi. Ego vero quicquid eſt, tecũ potius, q̃ animi pẽdeã, cũ a te abſim, & de te & de me. Sed quid dicam? Bonã enim, vnde ἡρακλειδέῳ; Varronis negocia ſalſa. me quidem nihil vnq̃ ſic delectauit. Sed hæc, & alia maiora coram. Vale.

## M.T.CICERO CAPITONI. S.

O Caſum mirificũ. V. Iduũ, cũ ante lucem de Sinueſſano ſurrexiſſem, veniſſemq́ diluculo ad Pontẽ Tiretiũ, qui eſt Minturnis, in quo flexꝰ eſt ad iter Arpinas, obuiã mihi fit tabellarius, q me offendit δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα. & ego ſtatim, cedo inquã ſiquid ab Attico? Nondum legere poteramus: nã & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat. Cũ autẽ luceret, ante ſcripta epiſtola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta eſt. Illa omniũ quidẽ elegãtiſſima. Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo, ac ſentio: nihil legi humanius. Itaq́ veniã quo vocas, modo adiutore te. Sed nihil tã

ASCENſius

Argumentum. CCCXL.

LITEras Attici ſuauiſſimas accepat Cicero, qbus humaniſſime reſpõdet. Antonii itinera timet, de nõie officii tã gręco q̃ latino diſſerit. Caſũ mirificũ vocat qđ in amici lr̃as icidit, q̃ mellitiſſime ſcriptę fuerãt iuxta illđ Epigrãmatici poetę, O quãtũ eſt ſubitis caſibꝰ igeniũ. TABellariꝰ) Tuꝰ. Δολιχὸν) Lõgã ac piculoſã nauigationẽ cũ capeſſerẽ. Cedo) Da, porrige. Ante) Prius exarata. Scribo) Loquor. nulla aſſentatiunculа mitto. Modo) Dũmodo veniam.

PIVS.

Aproſdionyſon. ἀπροσδιόνυσον) Cũ quid extra cauſam dicitur,& quod ad rẽ nihil faciat,aproſdionyſon dicitur,quale illud eſt,aliud ſus,aliud Menecles loquitur,&,Dic de tribus capellis,propter illud adagium, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον,nihil ad Dionyſiũ.Zenodotus auctor eſt antiquitus in choris dityrambos in Bacchũ cani ſolitos,deinde poetas mutata conſuetudine,Aiaces,Centauros,atq; id genus fabulas cœpiſſe deſcribere, proinde ſpectatores per riſum acclamaſſe, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον,quo conuicio moniti,deinceps Satyros inducere cœperũt,ne Dei prorſus obliti viderẽtur. Aliã prouerbij originem Strabo refert lib.8.Geogr. auctorẽq; affert Polybiũ. Lege Plutarchũ libr.1. Sympoſiacon,ſuffragantẽ. Sudas ex Theetęo aliter. Idẽ Plutarch⁹ li.4.Sympoſiacon. οἶμαι δὴ καὶ τὴν σαββάτων ἑορτὴν μὴ παντάπασιν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Sabbatum feſtum. Puto feſtum Sabbatorum nõ eſſe prorſus aproſdyoniſon. Aldus legit ἀπροσδόκητον.id eſt inexpectatũ. Hortaris) In omnib⁹ codicibus eſt hoc fragmentũ, non ſuppetit quo pacto hæc area explẽda ſit. Significabat Attico vt properaret ni fallor. Appiã ſcilicet) Subintellige me. ἔχοντα) Habentẽ. ἐν ἀριστερᾷ) Ad ſiniſtrã. Intelligit de via Appia,de qua Papinius, Appia lõgarũ teritur regina viarũ. Dimitterẽ) Tabellariũ tuũ. Thuſculano) In Thuſculano eſſe.
Difficile) Id eſt dare tibi cõſiliũ cũ abſim ab vrbe, vnde tãq̃ ex ſeminario oẽs plantæ naſcẽtium curarũ colligi poſſunt. Pares) Pugnabũt æq̃s viribus. vnde victoria in quã partẽ pẽdeat colligi facile nõ poſſit. Æque.) æqualiter, ęquis viribus. Latius manabit) Malũ ſerpet lõgius. Ad nos) Vt noſtra corripiat. Deinde) Scribe.prouidẽdũ. Cõmuniter) Cõmuni conſilio.
Atq;) q̃. Nouãtur) Innouãtur. Certa) Deprome.

ἀπροσδιόνυσον mihi primo videbatur, q̃ ad has literas, quibus ego a te conſiliũ peterẽ,te mihi ita reſcribere. Ecce tibi altera, qua hortaris

Appiam ſcilicet ἐν ἀριστερᾷ ἔχοντα.

Itaq; eo die manſi Aquini. Longulũ ſane iter, & via inepta. Inde poſtridie mane proficiſcens,has literas dedi,& quidẽ,vt a me dimitterẽ inuitiſſimus,fecerũt Erotis literę. Rẽ tibi Tyro narrabit. Tu quid faciẽdũ ſit,videbis: pręterea poſſim an propius accedere. Malo enim Thuſculano, aut vſpiam in ſuburbano. An etiam longius diſcedendũ putas? Crebro ad me velim ſcribas: erit autẽ quotidie cui des. Quod prærerea conſulis,quid tibi cenſeam faciundum: difficile eſt,cum abſim. Verũtamẽ,ſi pares æque inter ſe,quiеſcendum: ſin latius manabit,& quidem ad nos. Prouidendum cõmuniter. Auide tuũ conſilium expecto. Timeo ne abſim,cum adeſſe me ſit honeſtius, venire non audeo. De Antonij itineribus, neſcio quid aliter audio,atq; vt ad te ſcribebã. Omnia igitur velim explices,& ad me certa mittas. De reliquo q̃d ego tibi dicam? ardeo ſtudio hiſtoriæ. Incredibiliter enim me commouet tua cohortatio: quæ quidem nec inſtitui, nec effici poteſt ſine tua ope. Coram igitur hoc quidẽ conferemus. In pręſentia mihi velim ſcribas, quibus Coſs. C. Fannius, M. Fabius Tr.pl. fuerint. Videor mihi audiſſe P. Africano, L. Mũmio. id igitur quęro. Tu mihi de his rebus, quæ nouantur, omnia certa, clara. III. Iduũ ex Arpinati nihil erat plane quod ſcriberem: nam cum Puteolis eſſem, quotidie aliquid noui. Vale.

PIVS Argumentũ. CCCXLI.

DE OCTAVIO, de Antonio falſa quotidie nũciabantur. De cõprobatis tyrãni actis in ęde Telluris cõtra Brutũ, Cicero pedetẽtim incedet. Octauiũ laudat. De officii nomine diſputat. PRINCIpiũ alteri⁹ epiſtolę,q̃d indiciis euidẽtiſſimis apparet. Octauio) Afferebatur. Si multũ poſſit) Si multas ac magnas vires contraxerit Octauius,patris erit vltor, acta tyrãni confirmabit. Hinc apertiſſime patet Ciceronem,ſi Octauio fauit, id non iudicio,ſed neceſſitate feciſſe. Octauio neceſſitate fauit Cicero.

## M.T.CICRO T.P.ATTICO S.

DE Octauio, multa etiam falſa de Antonio. Ad ea autem quæ ſcripſiſti (treis enim acceperam .III. Iduũ a te epiſtolas) valde tibi aſſentior, ſi multum poſſit Octauius, multo firmius acta Tyranni comprobatum iri, q̃ in Telluris atque

In Telluris) Subintellige templo Cæſaris acta confirmata ſunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Id) Illa actorum tyranni confirmatio. Pedetentim) Caute Octauio adhęreã, ac ad huiuſmodi negocia inclinẽ. Videtur) Eſſe alias rei. Iuuene) Octauio. Melius ſit) Eſſe in Tuſculano. Nihil ignorabo) In Tuſculano certior rerum omniũ fiam. Hoc) Tuſculanũ minime tutum eſſet. Sed vt) Subintellige tempora ſuccedẽt. Aliud) Locus, hoſpitium. Ex alio) tempore prout tempora mutabũtur, & nos hoſpitium mutabimus. Mihi) Seiungendũ a ſuperiori. De officio enim diſputat. Dubitas) Dicebat Atticus cathiconta græcam vocem cadere etiam in rempublicã, officii nomen cadere non videri. Officium.

id contra Brutum fore: ſiin autem vincitur, vides intolerabilem Antonium, ita, vt quem velis, neſcias. O Sexti tabellarium hominem nequã: poſtridie Puteolis Romæ ſe dixit fore. Qꝫ me mones, vt pedetentim, aſſentior: etſi aliter cogitabã, nec me Philippus, aut Marcellus mouet. Alia enim eorum ratio, et ſi nõ eſt, tamen videtur. Sed in iſto iuuene, q̃q̃ animi ſatis, authoritatis parum eſt, tamen vide. ſi forte in Tuſculano recte eſſe poſſim: ne id melius ſit (ero libentius, nihil enim ignorabo) an hoc, cum Antonius venerit. Sed, vt aliud ex alio, mihi non eſt dubium, quin quod Græci καθῆκον, & nos officium. Id autem quid dubitas, quin etiã in rempublicã præclare caderet? Nõne dicimus Coss officium? Senatus officium? Pręclare cõuenit, aut da melius. Male narras de nepotis filio. valde mehercule moueor, & moleſte fero. Neſcieram omnino eſſe iſtũ puerũ. Caniniũ perdidi, hominẽ (qđ ad me attinet) nõ ingratũ. Athenodorũ nihil eſt, qđ hortere. miſit eñ ſatis bellũ ὑπόμνημα. Grauedini q̃ſo omni ratione ſubueni. Quintus tui pronepos ſcribit ad patris mei nepotẽ, ſe ex Nonis his, q̃bus nos magna geſſimus, ædẽ Opis explicaturũ, idq; ad populũ. Videbis igit̃, & ſcribes. Sexti iudiciũ expecto. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

NOli putare pigritia facere me, ꝙ non mea manu ſcribam: ſed mehercule pigratia. Nihil enim habeo aliud quid dicam, & tamen in tuis quoq; epiſtolis Alexim videor agnoſcere. Sed ad rem venio. Ego ſi me non improbiſſime Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe, vtrum remiſſior eſſem, an ſummo iure contenderem. Nunc vero etiã gaudeo mihi cauſam oblatã, in qua & ipſe ſentiat, & reliqui omnes, me ab illo alienatũ: idq; præ me feram, & quidem me mea facere, & Reip. cauſa, vt illum oderim.

Cicero ait cadere, & officium erga rẽp. dici poſſe. Da melius) Nomen latinũ gręcã dictionẽ exprimẽs. Male) Infauſte. Narras) Ominoſam hiſtoriam refers. Moueor συμπάσχω. Cõpatior, hodie ſemibarbare dicũt. Perdidi) Propter obitũ repẽtinũ. Hortere) Ad eruditionem puer. Sympaſcho.

ὑπόμνημα) Cõmentariũ. Hypomnema.

Grauedini) Pituitę. Pronepos) Immo nepos. Sed pronepotẽ appellat, quod nõ iure ſanguinis, ſed iure amoris, eſt vno gradu lõgior, niſi credamus additũ: pro, qm̃ ſtẽmate materno cõiũctus erat. Agnati eñ q̃ cognati propiores videtur. Niſi credamus hũc eſſe Q. Meteliũ aut alterũ, non Q. Ciceronẽ Quinti fratris filiũ. qm̃ inferius ait, ædẽ Opis explicaturũ, & tũc, tui dictio, ad patrẽ Attici referetur. Nepotẽ) Filiũ meũ. Cicero eñ M. Tullii, nepos eſt fratris Ciceronis. Explicaturũ) Abſoluturũ. Id) Se facturum. Ad populũ) Scripſit pronepos.

Argumentũ. CCCXLII. PIVS

ALIEna manu Cicero ſcribit pigritia ac tædio, ciuiliũq; bellorum moleſtia preſſus, necnõ vt vices Attico reddat, in cuius literis Titi manus ſimilitudinem nõ Titum recognoſcit.

ALEXIM) Manũ Alexis librarioli Põponiani. Improbiſſime) Inuerecũdiſſime. Remiſſior) De iure meo decedẽs. Cicero propter affinitatẽ Dolabellę qđ debebat, ex æquo & bono iudicabat, nec ſtricto iure, ſed laxo rẽ tranſigebat, donãs potius q̃ cõputãs, nũc vero eius improbitate exacerbatus minutius cõputare vult, ac nihil ei decedere. Remiſſior) Indulgẽtior. de iure meo plurimũ remittẽs. Sũmo iure cõtenderẽ) Decidere cum Dolabella ſummo iure volens. Quod ſtrictũ ius Iuriſconſulti vocant, reliqui ſcriptores ſummũ ius appellant. Cicero in .1. Officiorũ, Exiſtũt etiã ſæpe iniuriæ calumnia quadã & nimis callida iuris interpretatione: ex quo illud, Sũmũ ius, ſumma iniuria, factũ eſt iam tritum ſermone prouerbiũ. Terentius, Sũmũ ius ſæpe ſumma malitia eſt. Columella, Sũmũ ius antiqui ſummã putabãt crucẽ. Inde ſummo iure agere dicebãt, pro eo qđ eſt nõ ex æquo & bono, ſed iniquiore quodã iure & p̃fracto. Cicero ꝑ Cecina, Nõ eñ minus laborat Cecina ne ſũmo iure egiſſe, q̃ ne certũ ius obtinuiſſe videat̃, Sũmũ ius.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quod cum eam me authore defendere cœpiſſet, non modo deſeruit emptus pecunia, ſed etiam quantum in ipſo fuerit, euerterit. Quod autem quæris quomodo agi placeat, cum dies venerit, Primum velim eiuſmodi ſit, vt non. alienum ſit, me Romæ eſſe. De quo, vt de cæteris, faciam vt tu cenſueris. De ſumma autem agi prorſus vehementer & ſeuere volo, et ſi ſponſores appellare, videtur habere quandam δυσωπίαν, tamen hoc quale ſit, cõſideres velim. Poſſumus enim vt ſponſores appellẽtur, procuratorem introducere. Neq; enim illi litem conteſtabuntur. quo facto, non ſum neſcius ſponſores liberari. ſed & illi turpe arbitror, eo nomine, quod ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere, & noſtræ grauitatis ius noſtrum ſine ſumma illius ignominia perſequi. De hoc quid placeat, reſcribas velim, & nõ dubito, quin hoc totum lenius adminiſtraturus ſis. Redeo ad rempublicam multa mehercule a te ſæpe ἐν πολιτικῷ genere prudenter: ſed his literis nihil prudentius. Q̃q̃ enim poſtea in præſentia belle iſte puer retrudit Antonium: tamen exitum expectare debemus. At quæ concio? nam eſt miſſa mihi. Iurat ita ſibi parentis honores conſequi liceat, & ſimul dextram intendit ad ſtatuam. μὴ δὲ σωθείην ὑπὸ τοιούτου. Sed, vt ſcribis, certiſſimum eſſe video diſcrimen Caſcæ noſtri Tribunatus: de quo quidem ipſo dixi Oppio, cũ me hortaretur, vt adoleſcentem, totamq; cauſam, manumq; veteranorũ cõplecterer, me nullo modo facere poſſe, ni mihi exploratũ eſſet, eũ non modo non inimicum Tyrannoctonis, verum etiam amicum fore. Cum ille diceret ita futurum: quid igitur feſtinamus inquam?

Idem, Nam cæteri tum ad iſtam orationem, decurrunt cum ſe in cauſa putãt habere æquum & bonum quod defendant, ſi contra verbis & literis, &, vt dici ſolet, ſummo iure contẽditur, ſolent huiuſmodi iniquitati boni & æqui nomen dignitatemq; opponere. rigore iuris vt hodie dicitur. Huic contrarium eſt

Epiicia. æquum & bonum, quam Græci & Ariſtoteles Epiician appellant, quam Cicero æquũ & bonũ, aliquãdo æquitatem vocat, Hanc Epiician vulgus Epicaiã vocat, vnde barbare fit verbũ Epicaizare, quod recte eſt

Epiicizare. Epiicizare. hoc eſt ex æquo & bono iudicare. Emptus pecunia) Ab Antonio & Cæſaris mortui ſatellitibus. In ipſo fuerit) Quãtum in ipſo fuit, per eum nõ ſtetit. Eiuſmodi ſit.) Tale vtinam tempus eueniat, vt ego Romę eſſe poſſim. Nõ alienũ ſit) Mihi ego poſſim eſſe Romę. De ſumma) De pecuniæ pleno numero, tota ſumma, vt hodie dicitur. Debebat Dolabella Ciceroni nõ ex æquo & bono, ſed ſummo hoc eſt ſtricto iure. nunc ſtricto iure vult agere. Sponſores appellare) Qui pro Dolabella interceſſerãt Ciceroni creditori Dolabellæ, vt patet inferius ſic, Nam de Terẽtiæ nomine Tyro ad me ſcripſit te dicere nũmos a Dolabella fore, male eum credo intellexiſſe. Δυσωπίαν) Verecũdiam. Poſſumus enim vt ſponſores appellẽtur. Sic eñ appellent ſcribẽdũ, nõ appellemur. Spõſores appellent: nõ a nobis, ſed a procuratore nr̃o, hocq; mõ ſubterfugiem⁹ iſtã verecũdiã, & tñ appellabunt, aberim⁹ vrbe. procurator noſter qui perſonam noſtrã gerit, negocia noſtra adminiſtrabit. Introducere) Promouere in ſponſores. Neq; illi litem conteſtabuntur) Non incipiẽt litigare mecum, ſed in Dolabellã onus omne reijcient, ac dicent, principalem appella: quo cõuicto, niſi ipſe ſoluerit, nos ſoluem⁹. Quo facto) Quod ſi faciẽt immunes euadet, & ego a Dolabella pignora capiam. Eo nomine) Propter hãc cauſam.

Satiſdato. Satiſdato) Datis fideiuſſoribus aduerbialiter ponitur. Procuratores) Curabit ne ſponſores onerentur, procuratorẽ ad diſpenſatorẽ ſuũ ſoluere. Summa) Expreſſa, euidenti, maxima. Noſtrę grauitatis) Qđ ad noſtrã grauitatẽ pertinet. Illis) Dolabellę. ἐν πολιτικῷ) In ciuili. Prudẽter) Diſputarit. Puer) Octauius. Quę cõcio) Octauii Cæſaris, q̃ tyrãnica. Patẽtis) Antiqua lectio parentis, Cæſaris videlicet. Et ſimul) Cũ dicto. Intẽdit) Dirigit Octauius. Ad ſtatuã) Cæſaris. μὴ δὲ σωθείην) Ne ſaluus quidẽ fiam, ſi vnq̃ tale. Tãq̃ Octauius inter ſe honores quidẽ appetere ampliſſimos, quales fuerũt Cæſariani, tamẽ nũq̃ oppreſſurũ rẽpublicã vt fecit pater. Aldus legendum iudicat μὴ δὲ σωθείην ὑπὸ τοιούτου, ne ſalutem cõſequar ab hoc. Sed vt ſcribis) Caſca poſt mortẽ Cęſaris Tribunus plebis factus eſt. hic eſt ille Caſca, in quẽ Cæſar percuſſus intulit, Scelerate Caſca quid facis? nũc ei moliebatur inſidias Octauius, & Tribunatu deiicere nitebatur. Appio) Antiqua lectio habet Oppio. Manũ) Turbã. Facere poſſe) Octauiũ iuuare veteranos, qđ niſi cõſtaret, nõ futurũ eſſe tyrãnicidis inimicũ. Exploratũ) Apertũ ac euidẽs. Ille) Oppius affirmabat Octauiũ tyrãnicidis amicũ fore.

Illí enim mea opera ante Cal. Ian. nihil opus eſt. nos autẽ eius volũtatẽ ante Id. Decẽb. ſciemus. In Caſca mihi valde aſſenſus eſt. Quã ob rem hęc quidẽ hactenus. Qđ reliquũ eſt, quotidie tabellarios habebis: &, vt ego arbitror, etiã qđ ſcribas habebis quotidie, Leptę lr̃arũ exẽplũ tibi miſi, ex quo mihi videť ϛρατηλὰξ ille deiectus de gradu. Sed tu, cum legeris, exiſtimabis. Obſignata iã epiſtola, literas a te & a Sexto accepi. Nihil iucudius literis Sextii, nihil amabilius: nã tuæ breues, priores erant literæ vberrimæ. Tu quidẽ & prudenter & amice ſuades, vt in his locis potiſſimũ ſim: quoad audiamus hæc, quæ commota ſunt, quorſum euadant. Sed me, mi Attice, non ſane hoc quidem tempore mouet Reſpub. non quo ea ſit mihi quicq̃ carius, aut eſſe debeat: ſed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Quare iſta valeant. Me res familiaris mouet: rẽ dico, immo vero exiſtimatio. Cũ enim tanta reliqua ſint, ne Terentiæ quidem adhuc quod ſoluitur expeditum eſt. Terentiam dico. ſcis nos pridem iam conſtituiſſe Montani nomine HS XXII diſſoluere. Pudẽtiſſime hoc Cicero petierat, vt de ſuo liberaliſſime. vt tibi quoq; placuerat promiſeram per te q; dixeram, vt ſepoſitum haberet. Non modo verſuram facere Aurelius: ſed iniquiſſimo fœnore coactus eſt. Nam de Terẽtię nomine Tyro ad me ſcripſit, te dicere, numos a Dolabella fore. male eum credo intellexiſſe, ſi quiſq̃ male intelligit, potius nihil intellexiſſe. Tu eñ ad me ſcripſiſti Cocei reſponſum, & iiſdem pene verbis Eros.

Illi) Octauio. Interim Caſca inibit Tribunatũ. Ante Cal.) Quoniã antẽ Cal. Ian. Senatus nõ cogetur. In Caſca) In amicitiã recipiẽdo Caſcam. Quamobrẽ) Circa quã rem, in hoc loco. Hæc hactenus) Dicta ſint. Stratilax) Seruile nomen apud Plautum in Truculento, ferus introducitur a Comico Stratilax ac truculentus, vnde nomen inditũ fabulę Plautinæ. de hoc Aſtaphiũ. Rus merũ hic quidem eſt, putidum & vero Lurinum pecus. Deiectus de gradu) Retruſus ex dignitate eſt ac bono quod ſperabat, quemadmodum Stratilax Plautinus emollitur paulatim ab Aſtaphio. Per Stratilacem, quem ænigmatice Cicero intelligat, non eſt promptum explorare. Legeris.) Literas Leptę. Exiſtimabis) eſſe verũ. Obſignata) Annulo ſignatorio impreſſa, hodie ſigillata. Hęc quę cõmota ſunt) Enyo ac furor Martis qui haſtã vibrare cœpit. Deſperatis) Fato ſuo deſperati relinquũtur ac pietati diuinæ, aut naturę, quę ſępe artẽ ſuperare ſolet. Tales depoſiti a Marone dicũtur. Ouidi⁹ cõcinit, Nã modo depoſitus, certe iã frigidus æger Seruatus per te, ſi modo ſeruor ero. Valeant) Ac Terẽtiane valeãt vt Hieronymus ait. Res) Vtilitas familiaris. Exiſtimatio) Honor. Reliqua) Debita. nõ quidẽ integra, ſed mutilata, cœpta ſolui, nõ perſoluta. Reliquatores apud Iuriſcõſultos ſunt qui integrũ non ſoluerũt. Sed æris alieni ptẽ ſeruarũt ſibi. Inde verbũ reliquare ab eiſdẽ frequẽter vſurpatũ. ſed ab interptibus perperã expoſitũ. Solũ) Lege, ſoluitur. Soluebat eñ Terẽtię partẽ ſingulis annis pro dote, quã ab ea lautã acceperat. Expeditũ eſt) Peracta ſolutio. Cicero) Pudens ac pius filius. Vt ſuo) Dic, vt de ſuo, videlicet ſtipẽdio ſtudiorũ ex fructib⁹ iſularũ redigẽdo Matri ſolueretur. Liberaliſſime) Subintellige ſolueretur. Promiſerã) Filio Ciceroni prolyxe ac benigne matri ſoluturũ. Per te) Te mediatore ac internũcio. Sed ſcribe) Per teq; dixeram, non quem. Dixeram) Spoponderam per te internunciuni. Sepoſitum haberet) Monueram Aurelium diſpenſatorem meum vt ex parte fructuum inſularum, reliquum Terentiæ ſolueretur. quoniam ita volebat filius, mox repetiuit idem noſter Cicero, ac Aurelius vt Tetentiæ ſolueret ſpe fruſtratus, verſuram facere coactus eſt. Non modo) Ordo præpoſterus, ſic in ſua membra locaq; reſtituendus. Non modo verſuram facere Aurelius. ſed iniquiſſimo fœnore coactus eſt Hoc eſt vertit creditorem, iniquiſſimo tempore, prægraui videlicet quãdo nummus minime vilis erat.

Nomine) Debito, quo illi teneor. Nũmos a Dolabella fore) Quod Dolabella ſoluet: & illa Dolabellę pecunia, Terentiæ. quod debemus, ſoluetur, Si quiſq̃ male intelligit) Mos loquendi eruditorũ. Supra q̃ fieri poteſt. Verbi cauſa a ſimili, ſapit ſi quiſq̃ ſapit. ſtudet, ſi qſq̃ ſtudet, hoc eſt valde ſtudet. Potius) Immo nihil intellexit Tyro. non aures. non animũ habuit. nunq̃ modum habuit Dolabella.

ASCENSIVS. Si quiſq̃ male intelligit, hoc non interpreter vt Pius, ſed a ſe corrigente dictum videtur: nemo enim male intelligit, niſi male accipiatur pro non, quia qui intelligit male. i. perperam non intelligit: & ideo addit, potius nihil intellexiſſe, repete credo.

Caſca Tribunus.
Quamobrẽ.
Stratilax.
Deſperati naturæ relinquũtur.
Depoſiti.
Valeant.
Reliquatorẽs
Reliquare.
Si quis ſtudet
ASCENſius

Veniendum eſt igitur vel in ipſam flammam . Turpius eſt enim priuatim cadere , q̃ publice. Itaq; cæteris de rebus, quas ad me ſuauiſſime ſcripſiſti, perturbato animo non potui, vt conſueuerā, reſcribere. conſenti in hac cura , vbi ſum , vt me expediam . quibus autem rebus venit quidem mihi in mentem: ſed certe cōſtituere nihil poſſum, priusq̃ te videro. Qui minus autem ego iſtic recte eſſe poſſim , q̃ eſt Marcellus ? Sed non id agitur: neq; id maxime curo. Quid curem vides. Adſum igitur. Vale.

## M.T.CICERO T.P.ATTICO S.

IVcūdiſſimas tuas legi literas. ad Plācum ſcripſi . habes exemplum . Cum Tyrone quid ſit locutus, cognoſcam ex ipſo. Cum ſorore ages attentius, ſi te occupatione iſta relaxaris. Vale.

## M.T.CICERO L.PLANCO PR.DES.S.

ATtici noſtri te valde ſtudioſum eſſe cognoui: mei vero ita cupidum, vt mehercule paucos æque obſeruanteis atq; amāteis me habere exiſtimem. Ad paternas enim magnas. & veteres , & iuſtas neceſſitudines, magnā attulit acceſſionē tua volūtas erga me, meaq; erga te par atq; mutua. Buthrotia tibi cauſa ignota non eſt. Egi enim ſępe, tibiq; totā rem demonſtraui, quę eſt acta hoc modo . Vt primū Buthrotium agrum proſcriptum vidimus , commotus Atticus libellum cōpoſuit, eum mihi dedit , vt darē Cæſari. eram enim cœnaturus apud eum illo die. Cū libellum Cęſari dedi, probauit cauſam, reſcripſit Attico, æqua eum poſtulare. admonuit tamen, vt pecuniam reliquam Buthrotii ad diem ſoluerent. Atticus, qui ciuitatem conſeruatam cuperet, pecuniam numerauit de ſuo, quod cū eſſet factū, adiuimus Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimū decretū abſtulimus, quod eſt obſignatū ab ampliſſimis viris. Quæ cum eſſent acta , mirari quidem ſolebam pati Cæſarem conuenire eos, qui agrum Buthrotium cōcupiſſent: neq; ſolum pati, ſed etiā ei negocio te præficere . Itaq; & ego cum illo locutus ſum , & ſæpius quidem, vt etiam accuſarer ab eo, ꝙ parū conſtantiæ ſuæ cōſiderem. & M. Meſſalæ, & ipſi Attico dixit, vt

Veniendū) Romam. Vel in ipſam flammā) Etiam in manifeſtū exitiū. Priuatim) In priuata cauſa. Q̃ publice) q̃ in publica cauſa. Perturbato) Cū ſim animo perculſo. Cōſenti) Omnes ingenii tui vires cōferas. In hac cura) Sedāda. Quibus reb⁹) Expediri poſſim. Qui minus) Deinde reſumit animū. Cur ego Romæ verſari & habitare non poſſum, vbi habitat Marcellus inimicus Cæſaris. Iſtic) Romę. Quā eſt) Vt habitat. Nō id agit̃) Hæc nō eſt primaria cura habitare Romæ. Adſum) Venio. quoniā ita vis. Sorore) Tua Pomponia.

Argumentū CCCXLIII. quę eſt ad Plancum. Nam ſuperior expoſitionis nō eget .

**PIVS.**

PLANCVS ad occupādos iuſſu Cæſaris Buthrotiorum agros tetēderat, cauſam Buthrotiorū agit apud amicum Plancum Cicero Attici rogatu, vt inſtantius agere non poſſit . NECEſſitudines) Interiora vincula. Acceſſionē) Incrementum. Vt primū) Aperit quæ ſit iſta cauſa Buthrotia, quam Cicero identidem ſuperius repetit. Proſcriptum) A Cæſare, vti tāq̃ hoſtile militib⁹ diuideretur. Libellum) Supplicem, ſupplicationē hodie vocamus. Abſtulimus ) Impetrauimus. Obſignatum) Subſcriptum hodie dicunt. Ei negocio) Vt paterentur agrum in vtilitatem ſuam proſcriptum veteribus ſeruari colonis. Cum illo) Cæſare. Pręſentium) Colonorum, etiam ciuiū Romanorum, qui Buthrotios agros poſſidebant. Deducerentur) Milites illi, quibus ager hic diuidebatur. Illo) Cæſare, ſubintellige facta ſunt. Conſtantiæ ſuæ) Fidei mihi datæ, quam præ rebus omnibus ſeruare ſoleret vſque ad perniciem . Vnde exclamanti mimo in funere Cæſaris applauſum eſt, Men ſeruaſſe vt eſſent qui me perderent? Meſſalæ) In-

**Buthrotia cauſa.**

ſine cura eſſent,aperteq; oſtendebat,ſe pręſentiũ animos(erat enim popularis,vt noras) offendere nolle. Cũ autẽ mare trãſiſſent,curaturũ ſe,vt in alium agrũ deducerẽtur. Hęc illo viuo. Poſt interitũ vero Cæſaris,vt primum ex S.C.cauſas Coſs.cognoſcere inſtituerunt,hæc,quę ſcripſi,ad eos delata ſunt,probauerunt cauſas ſine vlla dubitatione, ſeq; ad te literas daturos eſſe dixerũt.Ego autẽ mi Plãce, & ſi nõ dubitabã,quin & S.C.& lex,& Coſs.decretũ,ac literę apud te plurimũ authoritatis haberẽt,teq; ipſius Attici cauſa velle intellexerã,tamen hoc pro cõiunctione, & beneuolẽtia noſtra mihi ſumpſi,vt id a te peterem quod tua ſingularis humanitas,ſuauiſſimiq; mores a te eſſent impetraturi:id autẽ eſt,vt hoc, quod te tua ſpõte facturũ eſſe certo ſcio,honoris noſtri cauſa libenter nõ prolixe,ſed celeriter facias. Mihi nemo eſt amicior,nec iucundior,nec charior Attico,cuius antea res ſolũ familiaris agebatur, eaq; magna,nũc acceſſit etiã exiſtimatio,vt,quod conſecutus eſt magna & induſtria,& gratia viuo Cęſare,mortuo id, te adiuuante,obtineat.Quod ſi a te erit impetratũ,ſic velim exiſtimes,me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo ſummo beneficio me affectũ iudicẽ. Ego quæ te velle,quæq; ad te pertinere arbitrabor,ſtudioſe,diligenterq; curabo.Da operam,vt valeas.

M.T.CICERO L.PLANCO PR.DES. S.

IAm antea petiui abs te per literas, vt cũ cauſa Buthrotiorum probata a Coſs. eſſet quibus & lege & S.C permiſſum erat,vt de Cęſaris actis cognoſcerẽt ſtatuerẽt,iudicarẽt,eã rẽ tu adiuuares. Atticumq; noſtrũ,cuius te ſtudioſum cognoui, & me,q nõ minus laboro,moleſtia liberares. Omnibus enim rebus magna cura,multa opera & labore confectis, in te poſitũ eſt,vt noſtræ ſolicitudinis finẽ q̃primum facere poſſimus:q̃q̃ intelligimus ea te eſſe prudẽtia, vt videas,ſi ea decreta Coſs.quæ de Cęſaris actis interpoſita ſint non ſeruentur,magnam perturbationẽ rerum fore. Equidem,cum multa (quod neceſſe erat in tanta occupatione) non probentur, quæ Cæſar ſtatuerit, tamen ocii paciſq; cauſa acerrime illa ſoleo defendere,quod tibi idem magnopere faciendum cenſeo: q̃q̃ hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Igitur mi Plance rogo te, & etiam oro, ſic mediuſfidius,vt maiore ſtudio, magiſq; ex animo agere

tercẽdẽti ꝓ Buthrotiis & cauſam noſtram adiuuanti. Sine cura) Pro facto haberent quod ego promiſiſſem. Popularis) Captabat auras populares Cæſar. Offendere) Qui in Buthrotios crudelitate exaſperẽtur. Mihi ſumpſi) Partes meas præcipuas eſſe volui.Supra me cepi hodie dicitur. Res familiaris) Vtilitas. Exiſtimatio agit) De honore tractatur.

Sumere,

Argumentũ.CCCXLIIII. PIVS.

EAdẽ materia Buthrotioꝝ cauſę,i qua nihil omittit ad exorãdũ amicũ cauſa Buthrotia. DE Cęſaris actis)Vt quę ꝓbanda eſſent,probarẽt, & dignoſcerẽt Cęſariana ab his quæ nõ eſſent Cęſaris,ſed adulterina. Qui non minus laboro) Non minus in hac cauſa æſtuo ac ſatago q̃ Atticus. Vt videas) Vt non dubites. Illa) Cęſaris acta. Et etiã oro) Ergo orare plus eſt q̃ rogare.In hoc genere orãdo ſuadendi principem locum hodie tenet Bartholomæꝰ Philiarchus Piſtorienſis, in quo oratorum facundiſſimo, Pitho perſuadendi dea,& charites hoſpitãtur. Quicquid loquitur,merũ ſal eſt, & id vrbaniſſimum,lepor ac ſtyli ſuauitas a melle ac ſirenibus profluit: in orationibus conſcribendis põdere, acumine, hyemettiis floribus vernat. In epiſtolis Antipatrũ prorſus exſcribit Seueri Imperatoris præceptorem, ac epiſtolarum magiſtrum, quem diuinitus loquentem, iuuentus deum,ac deorum magiſtrum appellabat. Profluens ſtylus eſt Philiarcho noſtro, vibratę non torpenteſq; ſententiæ,felicitas illaborata,negligentia diligens, ornatur non fucatur Plautinæ matronæ non abſimilis,quæ nuda q̃ purpurata eſt pulchrior:& vt ſummatim loquar, Laudum ſolus ſemper habet, quicquid poſſedimus omnes Agere) Orare.

Oro.
Rogo.

Philiarchi laus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Illi) Attico. Mihi)Oſtēdiſti te Attico amiciſſimū eſſe.

Argumentum.345.

PIVS.

MATeria par ſupiori, multa ſpargit ſemina vt aliquid colligat, ex quibus epiſtolię colligit Ciceronē ex vetere fortuna, vt in Athenienſes ꝓuerbialiter ferebāt, nihil pręter animū ſeruare. CAPItones appellatos aiunt a magnitudine capitis. Alii a piſcibus capitonibus quos Bononia capitanos appellat, capitales Inſubria, qbus tamē pro modo corporis caput eſt enorme. Plautꝰ Lurconē, capitonē dicit, quod multa videlicet capiat. Facile patior) Libenter tolero.

Capitones.

Da) Cōcede, i hoc obſequere. Illū) Atticū oderat Atticū Capito ꝙ olim fouerat neceſſariū ſuū contra rē Capitonis. Hoc odium ſibi condonari Marc. Tullius a Capitone poſtulat. Illius) Amici vel Attici. Agiť de exiſtimatiōe noſtra cū naufragiū patiť amicus, nec a nobis ſubueniť.

Suos) Suos qſq; caros habet vt oli dixit Cęſar. Omitte) Cōdona irā ſi quā geris in Atticū. Ciceroni) Contēplatiōe & cauſa Ciceronis tibi deditiſſimi. Pręte ſoles ferre) Nō denegas, ſed fateris. Totū hoc) Subintellige fac, operā dabis. Obſignaui) In eo ſignator fui, vt auctoritatē acciperēt, teſtamēta ſignabam.

Agrarii) miltes inter quos agrū Buthrotiū ꝓſcriptū diuiſerat C. Graccꝰ agrarios cōcitare conatus eſt. Mare) Cū Cęſare vel alio trās mare ꝓfecto. Quē in agrū) In quē agrū facta ꝑmutatione. Ille) Cęſar anq̄ veterani deducerētur. Ab his) Qui de actis Cęſaris cognoſcebāt. Quę lex) Eo tēpore facta Cōſulibꝰ cognitionē dedit. Mādauit Cōſulibus) Vti cognoſcerēt. Delata) Remiſſa hoc ie dicitur, reiecta. De cōſilii ſententia Ex ordinis vniuerſi mādato.

Agrarii.

Secundū) Pro. Sētētia lata eſt ſecundū me, hoc eſt ꝑ me.

Dederūt) Fecerūt arbitrū. Quibus cum ſis) Cū quibus verſeris. Eblandire) Blandiendo elice.

non poſſim, vt totum hoc negocium ita agas, ita tractes, ita conficias, vt quod ſine vlla dubitatione apud Conſules obtinuimus propter ſummam bonitatem & æquitatem cauſæ, id tu nos obtinuiſſe, non modo facile patiare, ſed etiam gaudeas. Qua quidem voluntate eſſe erga Atticum ſæpe pręſens & illi oſtendiſti, & vero etiam mihi. Quod ſi feceris, me, quem volūtate, & paterna neceſſitudine coniunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio deuinctum habebis. Idq; vt facias te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

## M.T.CICERO CAPITONI. S.

NVnq̄ putaui fore, vt ſupplex ad te venirem: ſed hercule facile patior datū tempus, in quo amorem experirer tuum. Atticum quanti faciam, ſcis. Amabo te, da mihi & hoc: obliuiſcere mea cauſa, illum aliquando ſuo familiari, aduerſario tuo voluiſſe conſultum, cum illius exiſtimatio ageretur. Hoc primū ignoſcere eſt humanitatis tuæ. Suos enim quiſq; debet tueri: deinde, ſi me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo, quem quanti facias pręte ſoles ferre, totum hoc, vt, quod ſemper exiſtimaui, nūc plane intelligā, me a te multum amari. Buthrotios cum Cæſar decreto ſuo, quod ego obſignaui cum multis ampliſſimis viris, liberauiſſet, oſtendiſſetq; nobis, ſe cum Agrarii mare tranſiſſent, literas miſſurum, quem in agrum deducerentur: accidit, vt ſubito ille interiret: deinde, quemadmodū tu ſcis (interfuiſti enim cū Conſulibus), oporteret ex S.C. de actis Cæſaris cognoſcere) res ab iis a Calend. Iun. dilata eſt ad. III. Nonarum Iun. quę lex earū rerum, quas Cęſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, Coss. cognitionem dedit. Cauſa Buthrotiorum delata eſt ad Coss. decretum Cęſaris recitatum eſt, & multi præterea libelli Cęſaris prolati. Coss. de conſilii ſententia decreuerunt ſecundum Buthrotios. Plancum dederunt. Nunc mi Capito, ſcio enim quantū ſemper apud eos, quibuſcū ſis poſſe ſoleas eo plus apud hominem facillimum, atq; humaniſſimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblādire, effice, vt Plancus, quē ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua. Omnino res huiuſmodi videtur eſſe, vt ſine cuiuſq̄ gratia Plancus ipſe pro ingenio, & prudētia ſua nō ſit dubitaturus, quin decretū Coss.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quorum cognitio fuit) Qui mandante Senatu cognoſcerè poterant,in hac cauſa & debebant. Qui non modo non probant) Valde probant. Duæ negatiuæ affirmãt. Quorum intereſt) Ad quorum vtilitatem pertinet. Ii qui non probant Cæſarem,acta defendunt ne fiat omnium rerum confuſio. Prolixo) In cauſam propenſo. Neruulos) Viriculas. Facies) Scribe facias. Neruuli.

ASCEN. Qui non modo) Longe alius mihi ordo & ſenſus videtur ac Pio. Mihi enim hic. Quæ acta Cæſaris confirmare velint,non modo,id eſt non tantum ii quorum intereſt,id eſt in quorum re & vtilitate eſt ea confirmari, ſed etiam ii,qui illa.ſ.Cęſaris acta non probant quia tyrãnicẽ eius improbãt,velint cõfirmari,id eſt rata haberi, cauſa ocii,vt in ocio & tranquillitate viuant. ASCEN.

quorum & lege, & S. C. cognitio & iudicium fuit, cõſeruet pręſertim cum hoc genere cognitionũ labefactato,acta Cæſaris in dubiũ ventura videãtur,quæ non modo,quorũ intereſt:ſed etiam ii,qui illa nõ probant,ocii cauſa cõfirmari velint.Quod cum ita ſit, tamẽ intereſt noſtra Plancũ hoc animo libẽti,prolixoq; facere:quod certe facies,ſi tu neruulos tuos mihi ſæpe cognitos,ſuauitatẽq;,qua nemo tibi par eſt, adhibueris.Quod vt facias,te vehementer rogo. Vale.

Argumentum.346. PIVS.

HInc amor mirific⁹ Ciceronis apparet, qui in Attici cauſa etiam minimis adulatur,caudamq; iactat,vt amiciſſimum, iucũdiſſimum & cariſſimũ Atticum demereatur, in quem vere dicere potuit illud Sidonianum, Sumus animę duę, animus vnus. ID FAcere) Te ardenter amare. Conſulũ) Qui acta Cæſaris cognoſcebant. Quod) Decretum. Ii) Conſules. Secundum Buthrotios) Pro Buthrotiis.

Lege) Conſtituta a Senatu vt actorum Cęſaris Conſulũ cognitio eſſet. Senatus conſulto) Decreto ob hæc acta. Confirmet) Decretũ Conſulum quorum erat huiuſmodi cognitio.

## M.T.CICERO CVPIENNIO S.

PAtrem tuum plurimi feci,meq; ille mirifice & coluit,& amauit. Nec mehercule vnq̃ mihi dubium fuit,quin a te diligerer:ego quidem id facere non deſtiti. Quam ob rem peto a te in maiorem modum,vt ciuitatem Buthrotiam ſubleues, decretumq; Coſs.quod ii ſecundum Buthrotios fecerunt,cum & lege,& S.C.ſtatuendi poteſtatem haberent, des operam, vt Plancus noſter q̃primum confirmet ac probet.Hoc te vehementer mi Cupienni etiã atq; etiam rogo. Vale.

## M.T.C. L. PLANCO PR. DES. S.

IGgnoſce mihi,ꝙ cum antea accuratiſſime de Buthrotiis ad te ſcripſerã, eadem de re ſæpius ſcribam. Nõ mehercule mi Place facio,ꝙ parum confidã aut liberalitati tuę,aut noſtræ amicitiæ:ſed cum tanta res agatur Attici noſtri, nũc vero etiam exiſtimatio,vt id,quod probauit Cos.nobis teſtibus,& obſignatoribus,qui & decretis & reſponſis Cęſaris interfueramus, videatur obtinere potuiſſe, præſertim cũ tota poteſtas eius rei tua ſit,vt ea, quæ Coſs.decreuerunt ſecũdum Cęſaris decreta,& reſpõſa,non dicam cõprobes,ſed ſtudioſe,libenterq; comprobes.Id mihi ſic erit gratum, vt nulla res gratior eſſe poſſit.& ſi iam ſperabam,cum has literas accepiſſes,fore, vt ea, quæ ſuperioribus literis a te petiiſſemus,impetrata eſſent,tamen non faciam finẽ rogãdi,

Argumentum.347. PIVS.

REPETIT ac inculcat hæc eadem Plãco, cui res Buthrotia mandata fuerat, vti Attici negocium ſiſtat in portũ. EXISTIMATIO) Auctoritas.

Conſul) Cuius erat de Cæſaris actis cognitio. Obſignatoribus) Teſtatur Cicero ſuperius ſe adhibitum ſignatorem in cauſa decreti ſecundum Buthrotios obſignati. Reſponſis) Voluntati,qui etiam ſe mirari dixerat,cur Atticus leuitatem in eo agnoſcere videretur. Obſignatores.

quoad nobis nũciatum erit, te id feciſſe, quod magna cum ſpe expectamus. Deindę enim confido fore, vt alio genere literarum vtamur, tibiq́ꝫ pro tuo ſummo beneficio gratias agamus: quod ſi acciderit, velim ſic exiſtimes, nõ tam tibi Atticum, cuius permagna res agitur, q̃ me, qui nõ minus laboro, q̃ ille, obligatum fore. Vale.

Non tibi tam Atticum) In codice Beroaldi, non tam tibi Atticum, quod eſt idem

Non minus laboro) Non minus ſum in hac cauſa ſollicitus & anxius q̃ ipſemet Atticus.

PIVS.

Argumentum. 348.

CApitonem eundem rogat, blãditur, expalpat, in cauſa Buthrotia vti Atticũ, Atticiq́ꝫ cliẽtes Buthrotios commendatiſſimos habeat. Conatu inſigni laborat, vt Atticum voti compotem reddat. STOMAchere) Indigneris, vnde ſtomachator. Amicorum) Studia in te, quemadmodum ſtudes amicis tuis obſequi. Iucundus) Libẽter obſequens.

Et res iſta) Scribendum ex inferioribus, Et res ita. Cũ officii) Partim officii.

Stomachator.

Finis. Laus deo.

## M.T. CICERO CAPITONI. S.

NOn dubito, quin mirere, atq́ꝫ etiam ſtomachere, q́ꝫ tecum de eadem re agam ſępius. Hominis familiariſſimi, & mihi omnibus rebus cõiunctiſſimi permagna res agitur Attici. Cognoui ego tua ſtudia in amicos, etiam in te amicorum. Multum potes apud Plancum iuuare, noui humanitatem tuam, ſcio q̃ ſis amicis iucundus. Nemo nos in hac cauſa plus iuuare poteſt, q̃ tu, & res ita eſt firma, vt debet eſſe, quã Coss. de conſilii ſententia decreuerunt, cum & lege, & S.C. cognoſcerent: tamen omnia poſita putamus in Planci tui liberalitate, quem quidem arbitramur cum officii tui, & Reipub. cauſa, decretum Coss. cõprobaturum, tum libẽter noſtra cauſa eſſe facturum. Adiuuabis igitur mi Capito, quod vt facias vehemẽter etiam atq́ꝫ etiam rogo. Vale.

## EPILOGVS AD LECTOREM EIVSDEM BAPTISTÆ PII BONONIENSIS.

EMendando, interpretando, ſcribendo ſum feſſus, nec vllo in tempore tanta corporis ac animi trepidatione defixus opus aliquod incepi, quam haſce ipſas ad Atticũ Epiſtolas, quæ omnium obſcuriſſimæ circunferebantur, vel quod græcatiores, vel quod ænigmaticæ, ſententiiſq́ꝫ refertæ grauiſſimis extant: vtinamq́ꝫ mihi illud Hieronymianum non contingat, Dum alienos errores emendant, ſuos oſtendunt. Dicam q́ꝫ hiſtoriæ elenchorũ auctor Ariſtoteles, De inuẽtis multas habere gratias, de omiſſis accedat venia. Et proferam illud ex lib. ii. Machabeorum, Si bene ſcripſi hiſtoriã, hoc & ipſe velim: ſin autem minus digne, indulgendum eſt mihi. Sicut autem vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam contrarium eſt, alternis autem vti delectabile, ita legẽtibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Verum eſt illud Solomonis, Stultus profert ſpiritum ſuum ſimul, ſapiẽs reſeruat in poſterum. & profecto, vt ait Plinius, haud vllo in genere venia iuſtior eſt, ſi modo minime mirum eſt hominem genitum non omnia humana nouiſſe. Et ſi non omneis ſtrinxerimus manipulos, & in nos occinuerit pręteriens illud Theocritium, συνκινοι ἄνδρες ἀπόλεν χοῦνος ὁμιοθός, in vtranq́ꝫ aurem dormiemus. Nos fuimus Troes. Nos tempus dealbans etiam ad barbam ſerpit. ποιεῖν τι δ᾽ ἇ ὅις γόνυ χλωρόν. Conentur aliquid quibus genua virent. Inter laborandum, vt ait Syracuſius paſtor, animam expunximus. Vale.

Vita Pomponii Attici eſt cum reliquis operibus impreſſa.

Suprema manus Explanationum in Epiſtolas ad Atticum auctore Pio Bononienſi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# LVDOVICO GESILARDO BONONIENSI

TVIT eruditis viris in more poſitũ, vt vigilias ſuas ornatiſſimis & clariſſimis Heroibus dedicarēt, multo nõ ſine laudũ heroicarũ cumulo. ſiue vt iuuẽtus ad portũ virtutis appellens, ad hæc luminaria curſum ſuum dirigeret, ne forte huius vitæ ſcopulos incurreret: ſiue quod ab his adiuti ſubleuatiq; ope rerum omnium ita gratiam referebant: an miſerti potius tot animi bona latitare? quæ cum recenſentur animos noſtros in æmulationem honeſtiſſimam rapiunt. Hæc omnia me ſane mouent: addatur etiam quartum, quod cum nomiſmata, priſcasq; ex ære manus excutio, agnoui te, faciemq; tuam in Brutino nomiſmate. Neſcio quo fato belliſſime cecidit, vbi par eſſet virtus, par quoq; facies videretur. Non audeo animi tui dotes lingua nuncupare. Deterret id grauitas tua, & ne illud Laconici hominis audiam, Quis Herculem vituperat? Tu Cato Bononienſis a cunctis iure diceris, a me Titus Atticus, vt qui in tot ac tantis fortunæ bonis, muſas græcas latinasq; nunquam deſerueris, donec in arcana peruaderes: parentem tuum Bartholomæum facundia, conſtantia, innocentia, diligẽtia nemini ſecundum, æmulatus, qui cum patrii Senatus eſſet a ſecretis, fuit illo longe fortior & auguſtior ordine: & ne pluribus, Cenſor & pædagogus Senatus erat, vt de Aureliano Imperatore ferebatur. Deberem tibi lõge maiora vir ampliſſime, a quo ſtudia noſtra ſæpe fulta, metam optatam contigerunt: nec Romanianus Auguſtinum ſępius audiuit, quàm tu muſis noſtris velificaſti. Sed tu animo memori cõtentus es, nec tuum vultum vnquam (vt Plautinis verbis vtar) tranquillauit gratus. Lege igitur mi Mœcenas, quę tibi volens ac prudens dico: pauca quidem, ſed valde acuta, moresq; Brutinos id eſt tuos referentia. Siquidem in hoc opuſculo imaginem animi tui expreſſam intueberis. Vale, nosq; de meliori nota commendatos muſa conciliante foue.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Epiſtolæ M.T.Ciceronis ad M.Brutum. Eę epiſtolę ſunt includendę inter epiſtolas ad Atticum. Lege Plutarchum in vita Ciceronis prope finem.

Argumentum primę.

PIVS.

CLodius Trib.Pl.)Clodium Tribunum Plebis Bruto commendatiorem teſtimonio ſuo reddit, delatum Bruto ab eius inimicis. Cicero non temerarius in affirmādo de altero, propter multiplices naturas eum de Clodii animo ſecurum eſſe vult, quem perſpectum habet & cognitum.

# M·T·CICERONIS

## Epiſtolarum Ad M.Brutum Liber. Cum Commentariis Io.Baptiſtæ Pii, Bononienſis.

### M.T.CICERO M.BRVTO S.

CLOdius Trib.Pleb. deſignatus valde me diligit, vel, vt ἐμφαντικώτερον dicam, valde me amat. quod cum mihi ita perſuaſum ſit, non dubito (bene enim me noſti) quin illum quoq; iudices a me amari. Nihil eñ mihi minus hominis videtur, q̃ non reſpondere in amore iis a quibus prouocere. Is mihi viſus eſt ſuſpicari nec ſine magno meo quidem dolore aliquid a ſuis, vel per ſuos potius inimicos ad te eſſe delatum. quo tuus animus a ſe eſſet alienior. Non ſoleo mi Brute (quod tibi notum eſſe arbitror) temere affirmare de altero. Eſt enim periculoſum propter occultas hominum voluntates, multiplicesq; naturas. Clodii animũ perſpectum habeo, cognitum, iudicatum: multa eius indicia, ſed ad ſcribendũ non neceſſaria. Volo enim hoc teſtimoniũ tibi

Clodius filius

CLODIVS, de quo in hac epiſtola M.Tullius agit, filiꝰ Clodii Ciceronis inimici fuit, qui patri longe diſſimilis, quod habebat documēta domeſtica. cum patris inimicis Cicerone pręſertim redire in gratiam ſtudebat, Antonio vſus deprecatore, cuius rei extant Ciceronis epiſtolæ, ad Antonium, ac prior Antonii ad Ciceronem quod a M. Tullio facile M. Antonius impetrauit, affirmante ſibi perſuaſiſſe non inſectandos inimicorum amicos, nedum nepotes. Amicitiā ac inimicitiam, ex vſu Reip. ſuſcipere atq; deponere.

Bruti.

Et quoniam ad M. Brutũ præſens hæc epiſtola ſcribiť, totusq; hic libellus aureolꝰ, Brutum crepat breui & laconico diuerticulo, Brutorũ originem accipe, vt ego ab eruditis de verbo ad verbũ accepi. Brutorum Romę genus Iuniis nominibus adſcitũ legimus, quorũ auctor primus L. Iunius Brutus e ſorore Tarquinii Superbi genitus, quum eandem fortunā timeret, in quam frater inciderat, qui ob diuitias & prudentiā ab auunculo fuerat occiſus, ſtultitiam finxit, vnde Brutus dictus, mox Tarquinium Regem expulit, qui filios ſuos in patriam cũ Aquiliis & Vitelliis ad recipiendos Tarquinios in vrbem, coniurauerant: virgis cęſos ſecuri percuſſit. Fuit & Iunius Bubulcus Brutus Dictator, qui Equos ſubegit, ac die octaua triumphauit, ac ædem Salutis dedicauit. Floruit & L. Iunius Brutus Pretorius Iuriſcōſultus, qui volumina de iure ciuili ſcripſit, qui non generatim leges poſuit: ſed veluti interrogatus priuatis reſpōdit, expreſſis ciuium nominibus, quorum crimina defendebat, quę cōſilia, hircoſi Bartholiſtæ hodie vocant, latine reſponſa. Enituit quoq; M. Brutus, qui Marianas partes ſequebatur, ac Galliam ciſalpinā tenebat, a Pompeio interfectus. Huius filius fuit M. Iunius Brutus Cęſaris interfector, Catonis e Seruilia ſorore nepos, doctrinę philoſophięq; ſtoicę deditiſſimus, in qua puer nutritus fuit. Genus dicendi breue & elegans ſecutus. & in græca facundia laconicum ſtylũ imitatus, quod ſane apparet epiſtolis eius græcis, quæ adhuc extant. Vir tyrannidis impatiens, & in ſeueritate gratus: vnde Cicero ait, Cum gratiæ cauſa nihil facias, ſunt tamen omnia grata quæ facis. Poſtremo, Cæſare (conſpiratione bonorum inita, cuius ipſe auctor fuit) interfecto, timore iuſtiſſimo aduerſariorum Prætor in Macedoniam prouinciam ſuam cum exercitu ſe contulit: vbi coniunctis cum Caſſio caſtris, ab Antonio & Octauio expugnatus, apud Philippos, ne in manus veniret inimicorũ, ſibi iuuante Stratone manus attulit, cum eſſet annorum.xxx. cuius corpus inuentum Antonius matri vxoriq; remiſit. Porcia vero eius vxor, M. Catonis filia, hoc accepto nuncio, doloris impatiens cum negaretur gladius, carbonibus e foco ardentibus raptis ac deuoratis ſeſe necauit, muliebri ſpiritu virilem patris exitum imitata.

Porcię facinꝰ

ἐμφαντικώτερον:) Expreſſius, maiori cum emphaſi. ἐμφαντικῶς, inquit Suidas, id eſt ἐννοητικῶς. Clodius) Hic erat Clodii Pulchri filius reſtitutus per Antonium, beneficio tamē exorati Ciceronis. Vnde contra Octauium Cicero de Antonio loquens inquit, Ille ea tamen exorabat, quæ volebat auferre, tu extorques.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

PIVS.

Argumentum.II.

SCripta & obſignata) Gratias agit Bruto q̄ rerū nouarū literas plenas dederit, atq; mirabiliū, præſertim de cohortibus Dolabellę, cuius tamē conatū Cicero irridet, præſertim cū Brutus libertatis propugnator maiores lōge copias habeat. Cōſiliū Bruti vehemēter laudat, q̄ nō prius ſe mouit q̄ de eruptione Decij Bruti ex Mutina perceperat. Seueritatem militū contra Antonios dilaudat. Delectat̃ ſe auctorē fuiſſe in Senatu, datā eſſe libertatē Bruto in Dolabellā cōſerēdi manū, ſi modo liberet. Diſſenti a Bruto, qui ſtudio affinitat... a ſolita in Antonios ſeueritate abſtinebat, pretendens hoc ideo a ſe fieri, quoniā Romanum eſt vincere, ac victos cōſeruare: quod obſeruās Maro ſic diuinitus cecinit, Parcere ſubiectis, & debellare ſupbos, vnde ſerui nuncupati ſunt.

DOLAbellam) Duos eodem tempore fuiſſe Dolabellas conſtat prȩter illū in quē ſunt Ciceronis orationes. Horum alterum Cȩſar repetundarū accuſauit, nec dānauit. Alterum M. Scaurus accuſauit & dānauit, auctor Pedianus. Dolabella partium Cȩſarianarȩ ȩqualis tēpore ſupradictis Treboniū vnū ex Cæſaris percuſſorib⁹ Smyrnȩ crudeliter interfecit, ex quo hoſtis a Senatu iudicatus, tandē in Syria multis præliis cum Caſſio congreſſus victus ſibi manus attulit: cōtra hunc Cicero in Philippicis inuehit̃. Alius quoq; ſuperior tempore his omnibus frater fuit L. Saturnini Tribuni Plebis & in eius tumultu interfectus. Dolabellas a dolabra inſtrumento ligna poliendi cenſet appellari Crucius Bononienſis vir eloquens ac pereruditus, quo affini vtor & amiciſſimo. Cherſoneſum) Sunt quatuor continentes, quibus Cherſoneſi Grȩci nomen indunt, Cherſon enim continē tem vocāt, & neſan inſulam. Eſt cymbrica Cherſoneſus q̄ nunc Dacia vocatur, cui rex præeſt, qui Suetiam & Noruegiam peninſulas in eodē mari obtinet, Ptolemæo & antiquis ignotas. Eſt aurea Cherſoneſus, eſt Thracia, eſt etiam Cherſoneſus Taurica. Hic apud Ciceronem intelligitur Thracia Cherſoneſus, aliqui auream, quod non reor, volunt ita dictam, q̄ aurum, vt inquit Euſtathi⁹, in ea effodiatur, ſiue q̄ prope orientē poſitæ ſol in die roſeus aureuſq; appareat. De Antoniis) Quod Antonios captos filios Antonii Triumuiri iugulare propter affinitatem Brutus recuſabat, vnde enata eſt militum ſeditio. Sed ſalutaris) Scribendum ſcilicet pro ſed. Spem clementiȩ) Scribo ſpeciem. Iſtuc) Iſtud. Senati) Pro Senatus, intelligit ſe ipſum.

Dolabellæ.

Dolabellā vnde.

Cherſoneſi duæ.

Cymbrica q̄ Dacia & Dania.

Aurea.

Antonii.

videri potius, q̄ epiſtolam. Auctus Antonii beneficio eſt, eius ipſius beneficii magna pars a te eſt. ita eū ſaluis nobis vellet ſaluū. In eum autem locū rem adductā intelligit (eſt em̄ vt ſcis minime ſtultus) vt vtriq; ſalui eſſe non poſſint. Itaq; nos mauult: de te vero amiciſſime & loquitur, & ſentit. Quare, ſiquis ſecus ad te de eo ſcripſit, aut ſi coram locutus eſt, peto a te etiam atq; etiā, mihi vt potius credas, qui & facilius iudicare poſſum, q̄ ille neſcio quis, & te plus diligo. Clodiū tibi amiciſſimū exiſtima, ciuemq; talem, qualis & prudentiſſimus, & fortuna optima eſſe debet. Vale.

## M.T.CICERO M.BRVTO S.

SCripta & obſignata iā epiſtola, literȩ mihi redditȩ ſūt a te, plenȩ rerū nouarū, maximeq; mirabiles, Dolabellam quinq; cohortes miſiſſe in Cherſoneſum. Adeo ne copiis abūdat, vt is qui ex Aſia fugere dicebatur, Europā appetere conetur? Quinq; autem cohortibus qd ſe nā facturū arbitratus eſt, cū tu eo qnq; legiones, optimū equitatū, maxima auxilia haberes, quas quidē cohortes ſpero iam tuas eſſe, quoniam latro ille tam fuit demens: & tuum conſiliū vehemēter laudo, q̄ non prius tuum exercitum Apollonia, Dyrrhachioq; mouiſti, q̄ de Antonii fuga audiſti, Bruti eruptione, Populi Ro. victoria. Itaq; qd̄ ſcribis poſtea ſtatuiſſe te ducere exercitū in Cherſoneſum, nec pati ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe impiū Po. Ro. facis ex tua dignitate, & e Rep. Quod ſcribis de ſeditione, quæ facta eſt in legione quarta de Antoniis, quod dicam in bonam partē accipias, magis mihi probatur militum ſeueritas, q̄ tua. te beneuolentiam exercitus, equitumq; expertū eſſe vehementer gaudeo. De Dolabella, vt ſcribis, ſiquid habes noui, facies me certiorē, in quo valde delector, me ante prouidiſſe, vt tuum

PIVS.

## Argumentum.III.

LAudat Decium Brutũ,qui facta ex Mutina eruptione fortiſſima,ſæpe repulit Antoniũ.Hirtium
ac Panſam Cõſules extollit,q̃ afama ac teſtimonio Ciceronis minime degenerarũt.Octauius adu
leſcẽs mirifice Rẽp.geſſit,de quo ſubdiffidere videtur,cũ florentẽ & honorib⁹ & gratia tenere poſ-
ſe ſubdubitat,nõ diffidit tñ quẽ laudat,quoniã in optimates furentẽ auertit Antoniũ.De ciuitate pcul-
ſa,quę ad Brutũ ſpectabat.Quo tẽpore mox lætitia Octauii virtute vrbe geſtiente,ac Brutũ ad ſe veni-
re iubẽte,Cicero laudatus eſt
apprime,ac in roſtris colloca-
tus, cũ populi plauſu nõ me-
diocri.Eum cõtra fratres An
tonios captos iritat,ne libera
litas diſſolutior videatur in
eos,quos paſſim omes ac ſin-
guli ordines oderũt.De mor-
te Conſulũ virorũ tantopere
bonorũ.Decium Brutũ ac Cę
ſarẽ inſtare reliquiis hoſtiũ.

CONſules tales extiterũt)
Eminẽtiſſima fuit Cõſulum
Hirtius. Panſa. virtus in hoc bello. Hirtius
Mutinæ percepta clade, per
ſexaginta ſtadia lõge diſtans,
cũ reliqua legione, q̃ ab An-
tonio fugerat,curſu in eũ fe-
rebatur,qb⁹ inordinate pro-
deuntibus,Hirtius inopinus
affuit,integra legione & inui
cta cõſtipatus. Illi igitur ex
neceſſitate cõfeſtim in ordi-
nes ſeſe referunt,ac multa &
ſplendida rei militaris opera
ediderũt. Cęterũ q̃q̃ potẽtes
labore oppreſſi proſternũtur,
quorũ tamẽ maior pars Hir-
tii manu cõfecta eſt,licet eos
minime iſequerẽt. Verũ palu
ſtriũ locorũ metu,inſurgente
nocte ſe ipſos diſſoluerũt.Ex
his paludes magna ex parte
refertę ſunt, armis ſcilicet,ca
daueribus, & ſemiſpirãtibus
adhuc viris,vulneribusq; op
preſſis. Qui vero integri ſu-
perfuere,cõtẽpto labore, eq̃s
diſcurrẽtes,quoſcũq; ex An-
tonii exercitu inuenerãt,no-
cte tota in vnum colligẽtes,
quoſdã eorum loco,alios cum
ipſis in equis ſtatuere,& qui a
tergo inſequebãtur, circum-
currere,& ſibi auxiliari, ſalu-
tiq; proprię adeſſe monuere.
Sic Antonio feliciter pugnã
ti,virtus omnis ſuperuenien
te Hirtio confracta eſt. Man-
ſit itaq; iuxta campum in vil
la quadam nullo circũſeptus
Celtarum forum. vallo,quæ Celtarum forum,
ſeu villa nuncupatur. Hoc
oppidum hodie extat, quod forum Gallorum appellatur, vulgo Caſtrum Francorum. Paludes illæ
temporibus noſtris orizam legumen affatim Bononiæ ſuppeditant. Cecidere in prima pugna,ad dimi
diam fere partem ex vtroq; exercitu. Quare non eſt mirum ſi Vedius Pollio queritur, in hoc confli-
ctu ſeminarium militum cecidiſſe ratus.

iudicium liberũ eſſet cum Dolabella belli gerẽdi, &
id valde pertinuit,vt ego tũ intelligebã, ad Rẽp. vt
nũc iudico,ad dignitatẽ tuã. Quod ſcribis me maxi-
mo ocio egiſſe,vt iſectarer Antonios,idq; laudas, cre
do ita videri tibi:ſed illã diſtinctionẽ tuã nullo pacto
probo. Scribis enim acrius prohibẽda bella ciuilia eſ
ſe,q̃ in ſuperatos iracundiã exercendã. Vehementer a
te Brute diſſentio,neq; clementię tuę cõcedo: ſcilicet
ſalutaris ſeueritas vincit inanẽ ſpeciẽ clemẽtiæ.quod
ſi clemẽtes eſſe voluerimus, nũq̃ deerũt bella ciuilia.
Sed de hoc tu videris. De me poſſum idẽ,quod Plau-
tinus pater in Trinũmo, Mihi quidẽ ætas acta ferme
eſt,tua iſtuc refert maxime. Opprimemini (mihi cre-
de) Brute,niſi prouideritis:neq; eñ populũ ſemp̃ eun
dem habebitis,neq; Senatũ, neq; Senati ducem. Hęc
ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta,nihil po-
teſt eſſe verius. XIIII. Calend. Maii. Vale.

## M.T.C. M.BRVTO. S.

NOſtræ res meliori loco videbãtur. Scri
pta eñ ad te certo ſcio, quæ geſta ſunt,
qualeis tibi ſępe ſcripſi Cõſules,tales ex
titerũt. Cęſaris vero pueri mirifica indo
les virtutis,vtinã tam facile eũ florentẽ
& honoribus,& gratia regere,ac tenere poſſimus, q̃
facile adhuc tenuimus. Eſt oĩno illud difficilius, ſed
tamẽ nõ diffidimus. Perſuaſum eſt enim adule ſcẽti,&
maxime per me,eius opera nos eſſe ſaluos:& certe, ni
ſi is Antoniũ ab vrbe auertiſſet,periiſſent omnia. Tri
duo vero aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimã,
timore quodã perculſa ciuitas tota ad te ſe cum cõiu
gibus & liberis effundebat: eadem recreata ad. XII.
Calend. Maii te huc venire,q̃ ſe ad te ire malebat,quo
quidẽ die magnorũ meorũ laborũ,multarumq; vigi-
liarũ fructũ cepi maximũ:ſi modo eſt aliquis fructus
ex ſolida veraq; gloria. Nam tantæ multitudinis,

quãtum capit vrbs noſtra, cõcurſus eſt ad me factus, ea ſum vſq; in Capitolium deductus maximo clamore, atq; plauſu in Roſtris collocatus ſum. Nihil eſt in me inane, neq; enĩ debet. Sed tñ omniũ ordinũ cõſenſus, gratiarũ actio, cõgratulatioq; me cõmouet propterea, ꝙ popularẽ me eſſe in populi ſalute pręclarũ eſt. Sed hęc te malo ab aliis audire: me velim de tuis rebus, conſiliiſq; facias diligẽtiſſime certiorẽ. Illudq; conſideres, ne tua liberalitas diſſolutior videatur. Sic ſentit Senatus, ſic populus Ro. nullos vnq̃ hoſteis digniores omni ſupplicio fuiſſe, q̃ eos ciueis, qui hoc bello cõtra patriã arma ceperunt, quos quidẽ ego omnibus ſentẽtiis vlciſcor, & perſequor omnibus bonis approbãtibus. Tu quid de hac re ſentias tui iudicii eſt. Ego ſic ſentio triũ fratrũ vnã & eandẽ eſſe cauſam. Conſules duos, bonos quidem, ſed dũtaxat bonos amiſimus. Hirtius quidẽ in ipſa victoria occidit, cũ paucis diebus magno prelio ante viciſſet. Nã Panſa fugerat vulneribus acceptis, quę ferre non potuit. Reliquias hoſtiũ Brutus perſequitur & Cæſar. Hoſtes autẽ omnes iudicati, qui M. Antonii ſectã ſecuti ſunt. Itaq; id Senatuſconſultum, pleriq; interpretãtur etiam ad tuos, ſiue captiuos, ſiue deditios pertinere. Equidẽ nihil diſſerui durius, cum nominatim de C. Antonio decernerẽ. quod ita ſtatueram a te cognoſcere cauſam eius Senatũ oportere. X. Calendarum Maii. Vale.

## M. BRVTVS M. T. CICERONI S.

QVanta ſim lætitia affectus cognitis rebus Bruti noſtri, & Conſulum, facilius eſt tibi exiſtimare, q̃ mihi ſcribere, cũ alia laudo, & gaudeo accidiſſe, tũ ꝙ Bruti eruptio non ſolũ ipſi ſalutaris fuit, ſed etiã maximo ad victoriã adiumento. Quod ſcribis mihi, triũ Antoniorũ vnam atq; eãdẽ cauſam eſſe, quid ego ſentiã, mei iudicii eſſe ſtatuo nihil, niſi hoc, Senatus, aut populi Ro. iudiciũ eſſe de his ciuibus, qui pugnantes nõ interierint. At hoc ipſum inquies inique facis, qui hoſtilis animi in rẽpublicã homines ciueis appelles: immo iuſtiſſime. Quod enim nondũ Senatus cenſuit, nec populus Ro. iuſſit: id arroganter non preiudico, neq; reuoco ad arbitriũ meũ. Illud quidẽ non muto: quod ei, quẽ me occidere res non coegit, neq; crudeliter quicq̃ eripui, neq; diſſolute quicq̃ remiſi, habuiq; in mea poteſtate, quoad bellum fuit: multo quidem honeſtius iudico, magiſq; quod concedere poſſit Reſpublica miſerorum fortunam non inſe-

Ea cum) Cum ea, alii emendant, ea ſuũ. Et ſequor) Scribe, perſequor. Trium fratrum) Antoniorum. Vnam & eandẽ eſſe cauſam, æque mori merentur.

Argumentum. IIII. PIVS.

AGIT Gratias M. Brutus Ciceroni ꝙ victoriam Conſulum, ac Decii Bruti felicem eruptionem ſignificauit, quæ ad victoriã conſequendã magno adiumento fuit. De Antoniis apud ſe captis nonnulla. Iuſtiſſime ſe ciues Antoni⁹ appellare dicit donec ſuper eorum cauſa Senatus iudicarit, qđ ſi non faceret, arrogans eſſet. In hoc iudicio ſe neq; crudelem neq; diſſolutũ fuiſſe gloriatur. Quod ſi in alterutro peccatũ ſubtiliter examinabitur, peccauerit magis Cicero dãdo infinita potentibus, q̃ quod ipſe miſerorum fortunam nõ inſectatus eſt. Carpitq; ſenſim Ciceronem ac vellicat, ꝙ Octauium alienæ tyrannidis, non modo vicarium, ſed hæredẽ armabat: in quẽ mox pugnandum erit, præſertim cũ futuri mali a Cæſaris hærede, oẽs culpam in M. Tulliũ reiecturi ſunt, qui tãtam authoritatem, tãtaſq; opes puero dedit. In Tullio modum deſiderat in prebendis honoribus, cuius cum virtutem antiquis parem extollat, moderatiorem quidem liberalitatem deſiderat. Nã Octauium honoribus his extraordinariis, non putat fore contẽtum. Audiuit M. Tullium ſed falſo factum eſſe Conſulem, plen⁹ ſpei geſtit ac exultat.

QVOD ſcribis mihi) Alii. i. tibi. iungitur cum eſſe, pro videri tibi. Fortunam) Calamitatem in hoc loco. Sed qđ obiter dictum ſit, felicitatem a fortuna contribui, vulgo receptũ fere eſt. Sciẽdum Fortuna.

ctari,q̃ infinita tribuere potẽtibus, quæ cupiditatem & arrogantiã incendere poſſint.Qua in re Cicero vir optime ac fortiſſime,mihiq; merito,& meo nomine, & reipublicę chariſſime,nimis credere videris ſpei tuę:ſtatimq; vt quiſq; aliquid recte fecerit, omnia dare ac permittere, quaſi non liceat traduci ad mala conſilia corruptũ largitionibus animũ.Quæ tua eſt humanitas,æquo animo te moneri patieris,præſertim de communi ſalute : facies tamẽ quod tibi viſum fuerit,etiam ego,cũ me docueris. Nunc Cicero, nunc agendum eſt, ne fruſtra oppreſſum eſſe Antonium gauiſi ſimus , neu ſemper primi cuiuſq; mali excidendi cauſa ſit, vt aliud renaſcatur illo peius. Nihil iam neq; opinantibus , aut patientibus nobis aduerſi euęnire poteſt: in quo non cum omnium culpa , tũ præcipue tua futura ſit: cuius tantam authoritatem Senatus,ac populus Romanus non ſolum eſſe patitur, ſed etiam cupit,quanta maxime in libera ciuitate vnius eſſe poteſt: quam tu non ſolum bene ſentiendo,ſed etiã prudenter agendo tueri debes . Prudentia porro,quæ tibi ſupereſt,nulla abs te deſideratur, niſi modus in tribuendis honoribus . Alia omnia ſic abũde adſunt,vt cũ quolibet antiquorũ cõparari poſſint tuæ virtutes.Vnũ hoc grato animo liberaliq; profectũ, cautiorem ac moderatiorem liberalitatẽ deſiderat. Nihil enim Senatus cuiq̃ dare debet, quod male cogitantibus extemplo pręſidio ſit.Itaq; timeo de Cõſulatu,ne Cæſar tuus altius ſe aſcẽdiſſe putet deceretis tuis,q̃ inde,ſi Conſul factus ſit,deſcenſurũ.Quod ſi Antonius ab alio relictũ regni inſtrumentũ occaſionẽ regnãdi habuit,quonã animo fore putas, ſiquis authore nõ tyrãno interfecto,ſed ipſo Senatu putat ſe imperia quęlibet cõcupiſcere poſſe? Quare tũ & facilitatem,& prouidentiã laudabo tuã,cũ exploratũ habere cœpero Cæſarem honoribus (quos acceperit) extraordinariis fore contentum. Alienæ igitur,inquies, culpæ me reum facies? prorſus alienę , ſi prouideri non potuit,ne exiſteret,quod vtinã inſpectare poſſis timorẽ de illo meũ.His literis ſcriptis,te Conſulem factũ audiuimus.Tum vero incipiã proponere mihi rẽpublicã iuſtam,& iam ſuis nitentem viribus,ſi iſtuc videro . Filius valet, & in Macedoniam cum equitatu præmiſſus eſt. Idibus Maiis ex Caſtris. Vale.

ex eo argumento,principem omnium Bupalum Fortunæ ſimulcrum feciſſe,Polum in capite habens,& manuũ altera ſuſtinẽs Amaltheæ cornu. Sed & Pindarus poſt alia quæ de Fortuna canere permiſit ſibi, etiam φερέπολιν nũcupauit.Marcianus Capella Fortunã deſultoriam vocat,vnde eius leuitatem ſignificauit. Sortem alii eandem dicunt, nonnulli Nemeſin,Tychen cõplures,aut Nortiam. Scribit Plato Deum & Fortunam atq; artem ſimul cũ Deo humana omnia gubernare. id ita interpretantur ,

**Deus.** Deus in omnibus per omnia mouet omnia:mouet mundi ſphæras.quarum cõcurſus fatum alicubi, at quarto Legum Fortuna nominat̃. Hinc caſus varii circa externa corporaq; contingunt . Mouet item animas, lumen inſpirando mentibus,vnde ars non ſpeculandi ſolum accenditur. ſed agendi,ab arte tantũ diſpoſitio externorũ & corporis ꝑficiſcitur, quã obrem a deo, cuncta dependent. Aduertendum autem illud,quandocũq; illa cęleſtium cauſarum ratio ita digeritur, vt artem exculcatam exuperet, dici a Platonicis

**Fatum.** fatum.Vbi vero ſic,vt vincere inertẽ deſidioſumq; eualeat: ruſum a ſolerti, ſtrenuoq; vici,

**Fortuna.** Fortunã. Vtrobiq; vero diuinam ſtatuũt prouidẽtiã , quæ ad finẽ agat ſibi ſoli notum,quæq; vniuerſa modis cõtemperet occultioribus.

**Fortunæ cognomenta.** Plutarchus Fortunę cognomenta multimodo in problematis affert,Viſcatã videlicet dici, Barbatam,primigeniam, conuertentem,ac ſexcentis huiuſmodi. Cum me docueris) Faciam quod mihi viſum fuerit,non tibi. Prudenter tueri) Vetus exemplari Prudenter agendo tueri. Exemplo aut præſidio) Corrige,extemplo præſidio, excluſa diſiunctiua.Senſus eſt. Senatus ab honoribus ſuis mandandis abſtinere debet.aut ſaltem moderari. ne cum acciderit aut in mentem venerit abuti ei qui adeptus ſit,honorem publicum habeat pro præſidio priuato.

Argumentum. V.

AD.V.Cal.Maii) Hæc epiſtola ordinis ac ſitus diſtributione pręcedẽtẽs pręcedere debuit, cuius rei euidens argumentũ eſt, quod ſequitur. Decreui hoc amplius, vt tu ſi arbitrarere vtile fore, perſequerere Dolabellam bello. Seruilio iudicãte in magna Senatus frequentia vt Caſſius Dolabellã bello perſequeretur, aſſenſi ſunt oẽs: Ciceroni pariter proponẽti vt arbitrium Bruti eſſet idem facere ſi modo vellet, qđ ei perhonorificũ fuiſſe M. Tullius affirmat. Monet amice Brutũ ad dignitatẽ ſuã ptinere vt idẽ factitaret. De Caſſii copiis nonnulla. Multum intereſſe opprimi. Dolabellã, ne Antonius habeat quo ſe conferat. Ciceronem ſuũ volebat in collegium Bruti cooptari. Abſentium rationẽ poſſe haberi exẽplo probat. De ritu auſpiciorũ nõnulla. PIVS.

## M.T.C. MARCO BRVTO S.

AD.V.Calend.Maii, cũ de iis, qui hoſtes iudicati ſunt bello perſequendis ſententię dicerentur: dixit Seruilius etiam de Ventidio, & vt Caſſius perſequeretur Dolabellam: cui cũ eſſem aſſenſus, decreui hoc amplius, vt tu, ſi arbitrarere vtile fore, & e republica eſſe, perſequerere Dolabellã bello, ſi minꝰ id commodo reipublicę facere poſſes, ſiue non exiſtimares e republica eſſe, vt in iiſdem locis exercitum contineres. nihil honorificentius potuit facere Senatus, q̃ vt tuum eſſet iudicium, quid tibi maxime conducere reipublicę videretur. Equidem ſic ſentio, ſi manum habet, ſi caſtra, ſi vbi conſiſtat vſpiã Dolabella, ad fidem & ad dignitatem tuã pertinere eũ perſequi. De Caſſii noſtri copiis nihil ſciebamus, neq; enim ab ipſo vllæ literæ, neq; nunciabatur quicq̃, quod pro certo haberemus. Quãtopere autem interſit opprimi Dolabellam, profecto intelligis, tum vt ſceleris pœnas perſoluat, tum ne ſit quo ſe latronum duces ex Mutinenſi fuga conferant. Atq; hoc mihi iã ante placuiſſe potes ex ſuperioribus meis literis recordari, q̃q̃ tum & fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu, quo magis nũc liberati (vt ſpero) periculis in Dolabella opprimẽdo occupati eſſe debemus. Sed hęc cogitabis diligentius. Statues ſapiẽter. Facies nos, quod cõſtitueris, & quid agas (ſi tibi videbitur) certiores. Ciceronẽ noſtrũ in veſtrũ collegiũ cooptari volo. Exiſtimo omnino abſentium rationẽ ſacerdotũ comitiis poſſe haberi: nã etiã factũ eſt antea. C. enim Marius, cum in Cappadocia eſſet,

CASSIVS perſequeretẽ Dolabellã) Sp. Caſſius regni affectati crimine damnatus, cui plus ſuſpicio occupatę dominationis nocuit, q̃ tres magni Cõſulatus, vel duo triũphi profuerunt. Populus enĩ non contentus eum capitali affeciſſe ſupplicio, domo eius æquata, ædem Telluris fecit. L. Caſſius Conſul a Tigurinis Gallis pago Heluetiorũ, quæ a ciuitate ſeceſſerat, in finibus Allobrogum, cũ exercitu cæſus eſt. L. Caſſius, L. filius Longinus Trib. pleb. C. Mario & L. Flacco Coſs. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus vt quem pop. Ro. damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet. Fuit & inter competitores Ciceronis in Conſulatu. Pædianus auctor. L. Caſſius dux Pompeianus cum x. nauibus vigẽte bello ciuili trãſiit ad Cæſarem. C. Caſſius ſecundus poſt Brutum in cõiuratione contra Cæſarem, eodem die cędis apud M. Antoniũ cœnauit. Deinde metu & ipſe ceſſit ab vrbe, Syriãq; tenuit cum auctoritate Senatus, tribus exercitibus, qui in eadem prouincia erant in poteſtatem ſuam redactis. Demum ab Antonio & ab Auguſto petitus coniũctis cum Bruto caſtris apud Philippos cum alteri cornui præeſſet, inclinata iam acie fuſum putans iam totum exercitum, ſibi manus attulit. Fuerunt quoq; alij Caſſii, ſed non æque percelebres. Caſſium Longinum iuſſit Cato mori. Fuit Caſſius Seuerus eloquentiſſimus, vt ait Seneca in Declamationib. Paſſus eſt eſſe aliqd in oratione ſua ocioſum. M. Auidius Caſſius præfectus exercitus M. Antonini principis in oriẽte, dum ipſe Imperator res in Germania gerit contra Marcomanos rebellauit. Itaque relicto bello Imperator eum cum exercitu petit ac ſuperat. Caput ei oblatũ videre noluit recordatus antiq̃ amicitię. Caſſius præſul Narniẽſis tpe Totilæ, cui occurrens animũ placauit ne ciuitati noceret. Meminit huiꝰ Gregorius tertio Dialogoꝝ. Tuũ iudiciũ) Eſſet in arbitrio tuo poſitũ. Iã in te placuiſſe) Corrige, ante placuiſſe. Q̃q̃ tũ & fugę) In libris nõ dubię fidei ſcribit, Et quãtũ fugę optimates vniuerſi ad te ſoluebãt.

Caſſii origo.

Caſſiꝰ pręſul.

Domitia lex. PIVS

Lege Domitia) De hac lege Domitia meminit Cicero in Rullum, tertia Actione, & Suetonius in Nerone. Cuius ve) Corrige, Cuius vis, abſentis videlicet vel præſentis.

Argumentum. VI.

PIVS.

NOLI Expectare dum tibi gratias agam. Cicero quotidie in Senatu Brutinas res procurabat, pręſertim quando impetrauit a Senatu vt Bruti iudicium eſſet Antonium perſequi: ſi modo ſibi videretur. De filio Ciceronis abſente in Macedonia iuſſo equites ducere, quorum alę præerat, de reditu curabit ad honorem petẽdum: de quo ſupra. Glyconem Panſæ medicum veneni inſimulatũ M. Tullio his temporibus principi Senatus valde commendat, vt eius ope vir ac medicus bonꝰ inſimulatus erumpat ex flãma criminis. Argumentatur quare criminibus credẽdum non eſt. Nũciat Dolabellam fuiſſe cęſum. Cõmendat Flauium vt eum tueatur cõtra Dyrrachinos.

Dum. Neceſſitudo.

DVM) Vt. Neceſſitudine.) Interiori amicitia, quæ nihil fucatum habere debet, excludere lenocinia, blandimenta, dolos, nudus eſt amor. omnia ſint nuda iter amicos.

Amor dęmõ magnus.

Quia in amorem volentes incidimus, ſuccurrit nunc, aliqua item ex Platonicorũ arcanis promamus in hoc albũ, præſertim cum ſciamus Phædrum Platonicum laudibus amorem grauioribus efferre adortum pronunciaſſe, magnum videri Dæmona, ſiquidem amatorius ordo, vt Platonicꝰ docuit Proclus, cauſa conuerſionis eſt rebus omnibus ad diuinam pulchritudinem atq; formã, ſequentia omnia ad illam reuocans, eiq; cõnectẽs, connexaq; cõfirmãs, replẽſq; dum diuini luminis profluẽtes inde dotes per omnia radiant. Quippe mediũ replet vbiq; inter illa quę appetũt, & quę appetũtur. Ipſum quidem qđ eſt amãdũ, gradũ ſibi vindicat primũ. amans autẽ gradum tertium ab amato. Amor deniq; vſurpat inter vtrũq; mediũ, implẽs id meliore extremis. Dicitur & admirãdꝰ, quãdo id amat vnuſquiſq;, cuius admiratur pulchritudinẽ. Ac Dii quidem, ſiue vt nos, ſpiritus & aſtra matutina, diuinũ amant decorem. Corporeã vero etiã gratiã, homines, quę ſit tamen ad ſupereminẽtẽ, ac inenarrabilem illã gradus vnus, qui & primus. Nã vt docuit ſcienter Plotinus, ſi quis amatorii affectus principiũ ponat, antiquã ad ipſius pulchri inſitã animis appetitionẽ, cognitionẽ, notionem, & quandã ſine rationis actu cognationis pceptionẽ: is a veritate cauſę vt arbitror nõ aberrabit, nẽpe qđ turpe eſt, id naturę eſt deoq; cõtrariũ. Improbat Plato ſi quis formã corporis pulchritudini animi pferat. Venerẽ ac amorẽ duplicem

Amor & Venus duplex.

lege Domitia factus eſt Augur, nec quo minus id poſtea liceret, vlla lex ſanxit. Eſt etiam in lege Iulia, quæ lex eſt de ſacerdotiis proxima his verbis, qui petit, cuiuſuis ratio habebitur, aperte indicat poſſe rationem haberi, etiam non pręſentis. Hac de re ſcripſi ad eũ, vt tuo iudicio vteretur, ſicut in rebus omnibꝰ. Tibi autem ſtatuẽdum eſt de Domitio & de Catone noſtro. Sed q̃uis liceat abſentis rationẽ haberi, tamẽ omnia ſunt pręſentibus faciliora. Quod ſi ſtatueris in Aſiam tibi eundum, nulla erit ad comitia noſtros accerſendi facultas. Omnino Panſa viuo celeriora omnia putabamus. Statim enim Collegam ſibi ſurrogaſſet: deinde ante prætoria ſacerdotum comitia fuiſſent. Nunc per auſpicia longam moram video. Dum enim vnus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad Patres redire non poſſunt. Magna ſane perturbatio. Tu tota de re quid ſentias, velim me facias certiorem. III. Nonarum Maii. Vale.

## M.BRVTVS M.T.CICERONI S.

NOli expectare, dum tibi gratias agã: iampridem hoc ex noſtra neceſſitudine, quę ad ſummam beneuolentiã peruenit, ſublatum eſſe debet. Filius tuus a me abeſt, in Macedonia congredimur. Iuſſus eſt enim Ambraciam ducere equites per Theſſaliam, & ſcripſi ad eũ, vt mihi Heracleam occurreret. Cum eũ videro (quoniã nobis permittis) cõmuniter cõſtituemus de reditu eius. Ad petitionẽ, aut ad cõmendationẽ honoris, tibi Glycona medicũ Panſæ, qui ſororem Achilleos noſtri in matrimonio habet, diligentiſſime commendo. Audimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ, cuſtodiriq;, vt parricidam: nihil minus credendum eſt.

Platonicis in conſuetudine loquendi fuiſſe, & cur hoc obſeruatum ſit, docet Platonicus Madaurenſis in Apologetico. Ex Pauſaniæ vero monimentis non negligẽdum illud vtiq;, Aſſyrios omniũ primos Vraniam Venerem adortos colere, quos inſecuti ſint in Cypro Paphii, & ad Aſcalonem Phœnices. a quibus didicerint mox Cytherii. Sed & Athenis Vraniæ Veneri ſurrectum fuiſſe templum, idem comprobat Pauſanias. Scribit Plotinus amorem heroa dici, forte quoniam ἀπὸ ὁράσεως, hoc eſt a viſione ſubſtantiam habet, quando & amor qui affectio eſt, ab hoc habet inſtinctum. Amorẽ porro Græci ἔρωτα vocant, quia, vt Plato inquit, εἰσρεῖ, hoc eſt influit extrinſecus per oculos, q̃uis etiã in Phędro ἀπὸ ῥώμης, a robore videlicet ac vehemẽtia dici erota, Socrates putet. Eũdẽ mortales ἔρωτα immortales πτέρωτα. Socrates in Sympoſio prodit ſe nihil ſcire p̃ter amatoria. Heracleã) Ciuitas Europę prope Boſphorum, nũc Perinthus. Satyro) Alii codices, Satrio. A Tillio) Lege, Tullio. Hic eſt Tullius Cymber, qui Bithyniam prouinciã ſortitus erat, Appian⁹ in.3. Bel. Ciuil. Ei quẽ Flauius) Emendãt ei q Flauiũ. A neceſſariis) Dyrrachinis amicis tuis. Candauiã) In Epiro apud Egnadiam viã a Dyrrachio vſq; Apolloniam, de Candauia Cęſar Belli Ciuilis libr.3. De Cãdauiæ deſertis Seneca libro.4. Epiſtolarum.

Venus Vrania.

A morhos P Eros vnde.

Candauia.

Quis enim maiorem calamitatem morte Panſæ accepit? præterea eſt modeſtus homo, & frugi, quem ne vtilitas quidem videatur impulſura fuiſſe ad facinus. Rogo te, & quidem valde rogo (nam Achilleus noſter non minus, q̃ æquum eſt, laborat) eripias eum ex cuſtodia, conſerueſq;. Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum æque, atque vllam aliam rem pertinere arbitror. Cum has ad te ſciberem literas, ab Satrio Legato Caii Trebonii reddita eſt mihi epiſtola, a Tullio & Deiotaro Dolabellam cæſum, fugatũq; eſſe, Græcam epiſtolam tibi miſi Cycherei cuiuſdã ad Satrium miſſam. Flauius noſter de controuerſia, quã habet cũ Dyrrhachinis hæreditariam, ſumpſit te iudicem: rogo te Cicero, & Flauius rogat rem conficias: quin ei, qui Flauiũ fecit hæredem: pecuniam debuerit ciuitas, non eſt dubium, neq; Dyrrhachini inficiantur, ſed ſibi donatum æs alienum a Cæſare dicunt. Noli pati a neceſſariis tuis neceſſario meo iniuriam fieri. XVII. Calẽdarum Iunii ex caſtris ad imam Candauiam. Vale.

## M. BRVTVS M. T. CICERONI S.

BIbulus q̃ charus mihi eſſe debeat, nemo melius iudicare poteſt, q̃ tu: cuius tãtæ pro Republica contentiones, ſolicitudineſq; ſunt, fueruntq;. Itaq; vel ipſius virtus, vel noſtra neceſſitudo debet cõciliare te illi: quo minus multa mihi ſcribẽda eſſe arbitror. Voluntas enim te mouere debet noſtra, ſi modo iuſta eſt: aut pro officio neceſſario ſuſcipitur: is Panſę locum petere conſtituit. eam nominationẽ a te petimus: neq; coniunctiori dare beneficiũ, q̃ nos tibi ſumus, neq; digniorem nominare potes, q̃ Bibulum. De Domitio & Apuleio quid attinet ad me ſcribere, cum ipſi per ſe tibi commendatiſſimi ſint? Apuleium vero tu tua authoritate ſuſtinere debes. Sed Apuleius in ſua epiſtola celebrabitur. Bibulũ noli dimittere ex ſinu tuo tantũ iã virũ: ex quãto (crede mihi) poteſt euadere, qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. Vale.

Argumentum. VII.

BIBVLVM ſibi eſſe cariſſimum oſtendit Brutus optimatum liberrimum ac patriæ amantiſſimum, pro qua cum Cæſare q̃uis grauiſſime verbis ac manu contendere nõ dubitauerit ac inuidiæ populi veluti flammæ ſe opponere. Noſter ergo in illum amor, hoc eſt tuus, nam amicorum omnia communia ſunt, te illi conciliare plurimum debet, cum inter amicos idem velle ſit, ac idem nolle. Panſæ locum petiturus eſt) Augur enim erat Panſa Conſul) tu illum amanter foue. Domitium quoq; & Apuleium commẽdat. Sed rogat vt Bibulum in ſinu habeat, & arctiſſimo fauore, vt qui laudum Ciceronis ſit optime & affatim capax. IN SVA Epiſtola celebrabitur) Alia exemplaria. In ſui epiſtolæ ſcelus ratur. deſignat illud Epigrammatici poetæ. Peccat qui C. S. P. E. S.

PIVS.

PIVS

### Argumentum. VIII.

REDDIT vicem Bruto commendanti M. Tullius nam & ipſe Bruto Naſennium Feſulanũ commendat, idq; diligentiſſime: & cauſam quare commẽdet adducit, vti videlicet ad aliquem gradum rei militaris euadat, vt aliquid authoritatis poſſit aſſumere. Frugi ac fortem hominem Naſenniũ ait. OCTAVVM principem) Qui ducit ordinem; octauum principiorũ, ii ſunt milites.

## M.T.C. M.BRVTO S.

MVltos tibi cõmendo, & cõmendẽ neceſſe eſt. Optimus em̃ quiſq; vir, & ciuis ſequitur iudiciũ tuũ, tibiq; oẽs fortes viri nauare operã & ſtudiũ volũt: nec qſq̃ eſt, q̃n ita exiſtimet, meã apud te & gratiam & authoritatẽ valere plurimũ. Sed C. Naſenniũ municipẽ Sueſſanũ tibi ita cõmẽdo, vt neminem diligẽtius. Cretẽſi bello Metello Imperatore octauũ principẽ duxit: poſtea in re familiari occupatus fuit. hoc tẽpore cũ Reip. partibus, tũ tua excellenti dignitate cõmotus valeat per te aliquid authoritatis aſſumere. Fortem virum Brute tibi cõmendo, frugi hominẽ, & ſiquid ad rẽ pertinet, etiã locupletẽ, Pergratũ mihi erit, ſi eum ita tractaris, vt merito tuo mihi gratias agere poſſit. Vale.

PIVS

### Argumentum. IX.

FVNGERER officio) Orbatum pignore domeſtico M. Brutum Cicero conſolatur, exẽplo Brutino. Cum enim filiam Tulliolam ſuaue deſiderium naturæ M. Tullius amiſiſſet, eoq; caſu veluti fulmine cõſternata tanti viri virtus, nõ modo ſopita videretur, Brutus eloquentiæ ac ſeueritatis Stoicæ princeps per epiſtolam grauitatis fortitudiniſq; plenam philoſophus philoſophum a mœſtiſſimo luctu reuocauit. Idem exemplo pari nunc facere nititur Cicero, præſertim q priuatus M. Tullius naturæ ſatiſfacere citra reprenſionem potuit, Brutus contra Imperator nihil molle ac parum forte coram exercitu facere debet: mox eum reuocat ad patriã defendẽdam. QVAM tua cõſuetudo ferebat) Quã patiebatur amor noſtræ conſuetudinis, immo neceſſitudinis. Bruti) Decii. Populo ac ſcœnæ. Prouerbium dicitur quãdo ſignificare volumus hominem in dignitate poſitum cautius circunſpectiuſq; viuere debere, quia ſinguli quiq; in eum oculos ac aciem animi defigunt.

## M.T.CICERO M.BRVTO S.

FVngerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; ꝑ literas cõſolarer, niſi ſcirẽ his remediis, qbus meũ dolorẽ tu leuaſſes, te in tuo nõ egere: ac velim facilius, q̃ tũc mihi, nũc tibi tute medeare. Eſt em̃ alienũ tãto viro, vt es tu, qđ alteri p̄ceperit, id ipm̃ facere nõ poſſe. Me qdẽ tũ rationes, quas collegeras, tũ authoritas tua a nimio mœrore deterruit. Cũ em̃ mollius tibi ferre viderer, q̃ deceret virũ: p̄ſertim eũ, qui alios cõſolari ſoleret: accuſaſti me per lr̃as grauiorib⁹ verbis, q̃ tua cõſuetudo ferebat. Itaq; iudiciũ tuũ magni æſtimans, idq; veritus me ipſe collegi, & ea quę didiceram, legerã, acceperã, grauiora duxi tua authoritate addita. Ac mihi tũ Brute officio ſolũ erat, & naturę: tibi nũc populo, & ſcęnę (vt dicitur) ſeruiẽdũ eſt. Nam cũ in te nõ ſolum exercitus tui, ſed omniũ ciuiũ, ac pene gẽtiũ cõiecti oculi ſint, minime decet, propter quẽ fortiores cęteri ſumus, eũ ipſum animo debilitatũ videri. Quã ob rẽ accepiſti tu qdẽ dolorẽ (id em̃ remiſiſti, cui ſimile in terris nihil fuit) & eſt dolendũ in tã graui vulnere, ne id ipſum carere omni ſenſu doloris ſit miſerius, q̃ dolere: ſed, vt modice cęteris vtile eſt, tibi neceſſe eſt. Scriberẽ plura, niſi ad te hęc ipſa nimis multa eſſent. Nos te tuũq; exercitum expectamus: ſine quo, vt reliqua ex ſententia ſuccedãt, vix ſatis liberi videmur fore. De tota Rep. plura ſcribã: & fortaſſe iam certiora his literis, quas Veteri noſtro cogitabam dare. Vale.

## M.T.CICERO M.BRVTO S.

NVllas adhuc a te literas habebamus, ne famam quidem, quæ declararet te cognita Senatus auhoritate, in Italiam adducere exercitum: quod vt faceres, idq; maturares, magnopere deſiderabat Reſp. Ingraueſcit enim in dies inteſtinum malum: nec externis hoſtibus magis, q̃ domeſticis laboramus, qui erãt omnino ab initio belli, ſed facilius frangebantur. Erectio Senatus erat, nõ ſententiis ſolum noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus. Erat in Senatu ſatis vehemens & acer Panſa, cum in cæteros huius generis, tum maxime in ſocerum, cui Conſuli nõ animus ab initio, nõ fides ad extremũ defuit: bellum ad Mutinã gerebatur, nihil vt in Cæſare reprehenderes, nonnulla in Hircio huius belli fortuna, vt in ſecundis fluxa, vt in aduerſis bona, erat victix Reſp. cæſis Antonii copiis, ipſo expulſo a Bruto. Deinde ita multa peccata, vt quodãmodo victoria excideret e manibus, perterritos, inermes, ſaucios non ſunt noſtri duces perſecuti, datumq; Lepido tempus eſt, in quo leuitatem eius ſæpe perſpectam maioribus in malis experiemur. Sunt exercitus boni, ſed rudes, Bruti & Planci. ſunt fideliſſima, & maxima auxilia Gallorum: ſed Cęſarem meis conſiliis adhuc gubernatum præclara ipſum indole, admirabiliq; conſtantia improbiſſimis literis quidam, fallacibusq; interpretibus ac nũciis impulerunt in ſpem certiſſimam Conſulatus: quod ſimul atq; ſenſi, neq; ego illum abſentem literis monere deſtiti, nec accuſare præſentes eius neceſſarios, qui eius cupiditati ſuffragari videbantur. Nec in Senatu ſceleratiſſimorum conſiliorũ fontes aperire dubitaui: nec vero vlla in re memini, aut Senatum meliorẽ, aut magiſtratus. Nunq̃ enim in honore extraordinario potentis hominis, vel potentiſſimi potius (quandoquidẽ potentia iam in vi poſita eſt & armis) accidit, vt nemo Trib. Pl. nemo alio magiſtratu, nemo priuatus author exiſteret, ſed in hac conſtantia atq; virtute, erat tamen ſolicita ciuitas. Illudimur enim Brute, tum militum deliciis, tum Imperatoris inſolentia: tantum quiſq; in Rep. poſſe poſtulat, quantum habet virium. Non ratio, non modus, non lex, non mos, non officium valet, non iudicium, nõ exiſtimatio ciuium, non poſteritatis verecundia. Hæc ego multo ante proſpiciens fugiebam ex Italia: tum, cũ me veſtrorum edictorum fama reuocauit. Incitaſti vero tu me Brute Veliæ. Qꝛ̃q̃ enim dolebã in eam me vrbẽ

Argumentum. X. PIVS.

REuocat Brutum vt feſtinanter acceleret. Imminẽt em̃ externa ac domeſtica mala. ab iitio qdẽ belli mala eiuſmodi erupeſrant. ſed ea ſeueritas Senatus & cõſtantia euincebant, pręſertim adiuuante Panſa, viro pro Rep. firmiſſimo. Adde qꝫ Antonio expulſo victrix erat Reſp. ſed peccatis multorum fortuna eſt elapſa de manib⁹: ſcelere præſertim ac leuitate Lepidi. Dubitat ne Cęſar cõſilio ſuo huc vſq; gubernatus, in ſententia non permaneat. Nec em̃ deſunt ad deprauãdũ parati, adeo vt eũ ad petendũ Cõſulatum impulerint. Nõ deſtitit eũ, non eius neceſſarios ab hac petulantia deterrere. Vis tamẽ hodie dignitates in Rep. nõ virtus occupat: quę cũ ꝓſpiceret Cicero iãpridẽ ab Italia fugiebat, ad quã impulſore p̃ſertim Bruto reuerſus eſt, & aduenieẽs, quod maximę fortitudinis ſignũ fuit, nullo p̃ſidio quatefecit Antoniũ. Mox ei Cęſarẽ puerũ oppoſuit, q ſi perſtabit, ſatis opũ erit in exercitu pueri. Sin vero ętatis imbecillitate tm̃ põd⁹ ferre nõ poterit, ſpes oĩs erit in Bruto. Quare rogat vt aduolet: Caſſium ad idem hortetur. Rempub. cupit eſſe immortalẽ, cum ſibi tantillũ reliqui ſit ac animulæ fere precariæ. INTERPEtibus) Quidã codices, interpretationibus, habent, vt cum Cicero dicebat Octauium eſſe tollẽdum, interpretabantur auferendum de medio, eleuandum deprimendum. Defendo interpretibus, pro perperam interpretantibus ad gloriam etiam inanem aſpirandum, & ſimilia.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

íre,a qua tu fugeres,qui eã liberauiſſes: qđ mihi quoq; quondã acciderat periculo ſimili,caſu triſtiore, perrexi tamen,Romamq; perueni, nulloq; præſidio quatefeci Antonium:cõtraq; eius arma nefanda prędidia,quę oblata ſunt,Cęſaris conſilio,& authoritate firmaui, qui ſi ſteterit idẽ,mihiq; paruerit,ſatis videmur habituri prędidii,ſin autem impiorum conſilia plus valuerint,q̃ noſtra, aut imbecillitas ætatis non potuerit grauitatẽ rerum ſtuſtinere,ſpes omnis eſt in te.Quã ob rem aduola obſecro,atq; eam Remp.quam virtute atq; animi magnitudine,magis q̃ euẽtis rerum liberaſti,exitu libera, omnis omnium cõcurſus ad te futurus eſt.Hortare idẽ per literas Caſſium.Spes libertatis nuſq̃ niſi in veſtrorũ caſtrorum præſidiis eſt.Firmos omnino & duces habemus ab occidente,& exercitus. Hoc adoleſcẽtis præſidium quidem adhuc firmum eſſe confido,ſed ita multi labefactant,vt,ne moueatur,interdum extimeſcam.Habes totum Reip.ſtatum,qui quidem tum erat,cum has literas dabam. Velim deinceps meliora ſint , ſin aliter fuerit( quod dii omen auertant ) Reip. vicem dolebo, quæ immortalis eſſe debeat, mihi quidem quantulum reliqui eſt. Vale.

Quatefeci) Quaſſum feci,concuſſi. Imperitorũ) Malorum interpretũ qui ſolidæ glorię radices nõ tenent non deſunt qui legũt impiorum. Euentis) Euẽtibus,tyrannum ſuſtuliſti, non fortuitos rerum euentus, ac fortunæ reciprocas vices tantillum veritus.

Principiis) Militibus, de quibus ſupra. Sunt qui prę ſidiis ſcribant. Aliquãtulum reliqui eſt) Paulum vitæ. Ego reliquator ſum vt vtar verbo Iuriſconſultorum,creditor ſum parui & precarii ſpiritus:metaphora deducta ab ęre quod debet,cuius cum acceperim⁹ maiorem partem, reliquũ hoc eſt ſummæ particula debetur. In veteri lectione reperio. Mihi quantulum reliqui eſt eodem ſenſu. Quantulum paruam,portionem ſignificat.

Argumentum.XI.

VETEris Antiſtii) Antiſtium ſiue Anteſtium ( vtroque eñ modo dici vetera marmorea declarãt) Brutus Ciceroni commendat, Eum patriæ liberatoribus affici prodit , animumq; ſuum facile oſtendiſſet ſi data fuiſſet occaſio. Probat eius animum pertinax virtus contra ducem latronum Dolabellam. Bruto vero & Caſſio libertatis propugnatoribus vltro, quod rarum eſt,pecuniam dedit, & coniunxit, Prætor eſſe cupit, obſecratur vt laudibus excitet , ac ſtudeat facere q̃ ampliſſimum.

## M.BRVTVS CICERONI S.

VEteris Antiſtii talis animus eſt in Remp. vt nõ dubitẽ,quin in Cęſare,& Antonio ſe prę ſtiturus fuerit acerrimũ propugnatorem cõmunis libertatis,ſi occaſioni potuiſſet occurrere. Nam qui in Achaia cõgreſſus P.Dolabella milites atq; eqtes habẽte, quoduis adire periculum ex inſidiis paratiſſimi ad omnia latronis maluerit,q̃ videri aut coactus eſſe pecuniam dare,aut libenter dediſſe homini nequiſſimo, atq; improbiſſimo,is nobis vltro pollicitus eſt,& dedit.XX.HS ex ſua pecunia,&,quod multo carius eſt, ſe ipſum obtulit,& coniunxit. Huic perſuadere cœpimus, vt Imperator in caſtris remaneret,remq; publicam defenderet:ſtatuit id ſibi,quoniam exercitum dimiſiſſet , ſtatim vero rediturum ad nos confirmauit legatione ſuſcepta , niſi Prætorũ comitia habituri eſſent Cõſules. Nam illi ita ſentienti de Rep. magnopere author fui,ne differret tẽpus petitionis ſuæ,cuius factum omnibus gratum eſſe debet,qui modo iudicarint hunc exercitum eſſe vtilem Reip. tibi tanto gratius,quanto maiore & animo glo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

riaq; libertatẽ noſtrã defendis & dignitatẽ, ſi cõtigerit noſtris cõſiliis exitus, quẽ optamus, ꝑfuncturus es. Ego etiã mi Cicero proprie familiariterq; te rogo, vt Veterẽ ames, veliſq; eſſe q̃ ampliſſimum: qui, & ſi nulla re deterreri a propoſito poteſt, tamẽ excitari tuis laudibus, indulgẽtiaq; poterit, quo magis amplexetur, ac tueatur iudicium ſuum, & mihi gratiſſimum erit. Vale.

ET MIHI gratiſſimũ) Priſca lectio. Id mihi gratiſſimum.

## M.T.C. M.BRVTO S.

ET ſi daturus eram Meſſalæ Coruino cõtinuo literas, tamen Veterem noſtrum ad te ſine literis meis venire nolui. Maximo in diſcrimine Reſp. Brute verſatur, victoreſq; rurſus decertare cogimur: id accidit Marci Lepidi ſcelere & amẽtia, quo tempore, cum multa propter eam curam, quam pro Rep. ſuſcepi, grauiter ferrẽ, tum nihil tuli grauius, q̃ me nõ poſſe matris tuę precibus cedere, non ſororis. Nam tibi (quod mihi plurimi eſt) facile me ſatiſſacturũ arbitrabar. Nullo enim modo poterat cauſa Lepidi diſtingui ab Antonio: omniumq; iudicio etiam durior erat, quod cum honoribus ampliſſimis a Senatu eſſet Lepidus ornatus, tum etiã paucis ante dieb⁹ pręclaras literas ad Senatũ miſiſſet, repẽte non ſolũ recepit reliquias hoſtiũ, ſed bellũ acerrimum terra mariq; gerit, cuius exitus, qui futurus ſit, incertum eſt. Itaq; cum rogamur, vt miſericordiã liberis eius impertiamur, nihil affertur, quo minus ſumma ſupplicia, ſi (quod Iupiter omẽ auertat) pater puerorũ vicerit ſubeũda nobis ſint: nec vero me fugit, q̃ ſit acerbum parentũ ſcelera filiorũ pœnis lui. Sed hoc præclare legibus cõparatũ eſt, vt charitas liberorũ amiciores parentes Reip. redderet. Itaq; Lepidus crudelis in liberos, nõ is, qui Lepidũ hoſtem iudicat. Atq; ille, ſi armis poſitis de vi damnatus eſſet, quo in iudicio certe defenſionem non haberet, eandem calamitatẽ ſubirent liberi bonis publicatis: q̃q̃, quod tua mater, & ſoror deprecatur pro pueris, id ipſum, & multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus, Antonius, & reliqui hoſtes denunciant. Itaq; maximã ſpem hoc tẽpore habemus in te, atq; exercitu tuo, tum ad Reip. ſummã, tum ad gloriã & dignitatem tuam vehementer pertinet te in Italiã (vt ante ſcripſi) venire q̃primũ. Eget enim vehementer cum viribus tuis, tum etiam cõſilio Reſp. Veterem pro eius erga te beneuolentia, ſingulariq; officio, libẽter ex tuis literis complexus ſum, eumq; cum tui, tum Reipub.

### Argumentũ. XII.

PIVS.

ET ſi daturus erã) Per eundẽ Antiſtiũ Cicero Brutũ monet in maximo diſcrimine verſari Remp. quãdo dux ſicariorũ Antonius Lepidi leuitate inſtructus ac armat⁹ reſumpſit vires. Lepidũ dolet excuſare nõ poſſe, in Lepidiq; liberos eſſe mitẽ, in quẽ Brutus clemẽtiã Senatus deſideraſſet: fieri nõ poterat quoniã omniũ iudicio durior erat Antonio. Auertit ſenſim eũ a fauore natorũ Lepidi, oſtẽtãs quot pœnas daturos optimates, ſi pater puerorum vicerit. Mox rogat eum vt cum exercitu aduolet.

ASCEN.

ASCEN. Quod mihi plurimi eſt) Id eſt qđ plurimi eſtimo, & quo plurimũ delector. Filiorũ pœnis lui .i. rependi & purgari. Sed hoc pręclare legibus cõparatũ eſt, vt charitas liberorũ amiciores parẽtes Reip. redderet. Ergo humanius cenſet, vt filiorum charitas patribus proſit, q̃ vt patrũ ſcelera filiis noceant. Eſt autem dubiũ de qua loquatur charitate filiorum, an de ea qua boni proſequuntur illos, quam ne perdant, parẽtes fiunt Reip. amiciores: an de charitate parentum in liberos, qui ne liberi ob ſcelera ſua pœnas dẽt, Rẽp. lędere cauẽt. Quod tua mater & ſoror deprecatur pro pueris .i. id precatur ne fiat pueris. deprecari em̃ interdũ eſt valde precari vt fiat, ſed frequentius ne fiat vt etiam Gallis deprier. Iuxta illud Ouidii, Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem, id eſt ſæpe precor vt mihi detur mori, ſæpe ne neceſſe ſit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſtudioſiſſimum amantiſſimumq; cognoui. Ciceronem meum propediem (vt ſpero) videbo: tecũ enim illum, & te in Italiam celeriter eſſe venturum confido. Vale.

PIVS.

Argumentum.XIII.

DE Marco Bruto Lepido vereri) Hæc epiſtola ſuperiorẽ p̃cedere debuit. Orat ac poſtulat Brutus vt ſi Lepid⁹ arma ſũpſerit cõtra patriã, ne liberi eius nepotes Bruti vexẽtur, quoniam patris ſcelus filiis innocẽtibus obeſſe nõ debet, etenim cõtra patrẽ Lepidũ multũ Brutus auũculus iuuare debet. Optat vt Cicero in hac re clemẽtię memor ſit ac ſeueritatẽ exuat. CONTRA pattem Lepidũ) Ad obliterandã iniuriã, quã Lepidus intulit.

ASCEN.

ASCEN. Vel a Cicerone cõiunctiſſimo homine priuatim) Id eſt ob priuatam amicitiã & neceſſitudinẽ, nõ habito reſpectu ad Rẽp. Vel a Cõſulari tali viro, vtpote Reip. & libertatis populi Ro. amãtiſſimo, remota neceſſitudine priuata. i. nõ habito reſpectu ad eã: ipetrare debeo, & vt a priuato cui ſum cõiũctiſſimus, & vt a Cõſulari, quia Reip. quã liberaui, ſum ſtudioſiſſimus.

## M.BRVTVS M.T.CICERONI S.

DE Marco Lepido vereri me cogit reliquorũ timor: qui ſi eripuerit ſe nobis (quod velim temere atq; iniurioſe de illo ſuſpicati ſint homines) oro atq; obſecro te Cicero neceſſitudinẽ noſtram, tuamq; in me beneuolentiam obteſtans, ſororis meę liberos, obliuiſcaris eſſe Lepidi filios, meq; his in patris locũ ſucceſſiſſe exiſtimes. Hoc ſi a te impetro, nihil profecto dubitabis pro his ſuſcipere. Aliter alii cum ſuis viuunt, nihil ego poſſum in ſororis meæ liberos facere, quo poſſit expleri volũtas mea, aut officiũ. Quid vero aut mihi tribuere boni poſſunt (ſi modo digni ſumus, quibus aliquid tribuatur) aut ego matri ac ſorori, puerisq; illis pręſtaturus ſum, ſi nihil valuerit apud te, reliquumq; Senatũ contra patrem Lepidum Brutus auunculus? Scribere multa ad te neq; poſſum præ ſolicitudine ac ſtomacho, neq; debeo. Nam ſi in tanta re tamq; neceſſaria verbis mihi opus eſt ad te excitandum & confirmandum, nulla ſpes eſt, facturũ te quod volo, & quod oportet. Quare noli expectare longas preces: intuere me ipſum, qui hoc a te, vel a Cicerone coniunctiſſimo homine priuatim, vel a Conſulari tali viro remota neceſſitudine priuata impetrare debeo. Quid ſis facturus, veli mihi q̃primũ reſcribas. Calend. Quintilibus ex caſtris. Vale.

PIVS.

Argumentum.XIIII.

ACcuſat Brutũ de breuitate literarum his præſertim temporibus anguſtiſſimis. Filiũ reuerſurũ pollicetur, quoniã ſacerdotum comitia interceſſione Ciceronis in alterum annum reiecta ſunt. Rogat ne Ciceronem ſuum dimittat a ſe. Lepidũ accuſat, cuius culpa renatum bellum dicit. Cæſarẽ Octauium taxat, cuius perfidia Bruti optatur celer aduentus. Animos hominum partibus infectos queritur. Nec Idus Martiæ pl⁹ profuerunt patriæ quàm ſi acceleret. TRIBVS Verſiculis) Verbis. Aſconius Pedianus verſiculum pro verbo accipit ſic, Tribus enim verſiculis ait. Accepi, dedi, reliq: Ne qs vero mendum putet exemplarium, id ex Cicerone ex Verrinarũ tertio, Audiſtis queſtoriã rationẽ tribus verſiculis relatam.

## M.T.CICERO M.BRVTO S.

BReues tuæ literæ, breueis dico, immo nullę: tribus ne verſiculis his tẽporibus Brutus ad me? Nihil ſcripſiſſem potius, & requiris meas. Quis vnq̃ ad te tuorum ſine meis venit? Quę autem epiſtola non pondus habuit? quę ſi ad te perlatę non ſunt, ne domeſticas quidem tuas perlatas arbitror. Ciceroni ſcribis te longiorem daturum epiſtolam: recte id quidem, ſed hæc quoq; debuit eſſe plenior. Ego autem, cum ad me de Ciceronis abs te diſceſſu ſcripſiſſes, ſtatim extruſi tabellarios literasq; ad Ciceronem, vt etiam ſi in Italiam ve-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ASCEN. Aliis verſiculum id ſignificare placet, quod vulgo lineam ſcriptã vocamus, ſic dictũ q ab illius fine ad ſequentis initium vertimur ſicut in verſu Perſico pangendo & legendo facimus. Et exitus pręliorum, repete potius q̃ ſint incerti, q̃q̃ ſint infecti: illud enim magis ad animos pertinet: q̃q̃ & bellorũ exitus ſępe turpes & mali ſunt, ſed non proprie infecti affectione praua vt animi. Per deos) Subaudi rogatus. Idq; q̃primum) Supple ſubueni: quod ſi eſt, legam: tibiq; perſuade &c.

niſſet, ad te rediret. Nihil enim mihi iucundius, nihil illi honeſtius: quanquam aliquoties ei ſcripſeram ſacerdotum comitia mea ſumma contentione in alterum annum eſſe reiecta: quod ego cum Ciceronis cauſa elaboraui, tum domitii, Catonis, Lentuli, Bibulorum: quod ad te etiam ſcripſeram. videlicet cum illam puſillam epiſtolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Quare omni ſtudio a te mi Brute contendo, vt Ciceronem meum ne dimittas, tecumq; adducas: quod ipſum, ſi Rempulicam, cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi iam iamq; faciẽdum eſt. Renatum enim bellum eſt, idq; non paruo ſcelere Lepidi. Exercitus autem Cæſaris, qui erat optimus, nõ modo nihil prodeſt, ſed etiam cogit exercitum tuum flagitari: qui ſi Italiam attigerit, erit ciuis nemo (quem quidem ciuem appellari fas ſit) qui ſe non in tua caſtra conferat: etſi Brutum pręclare cum Planco coniunctum habemus. Sed nõ ignoras, q̃ ſint incerti animi hominum & infecti partibus, & exitus præliorum: quin etiã, ſi, vt ſpero, vicerimus, tamen magnã gubernationem tui conſilii, tuæq; authoritatis res deſiderabit. Subueni igitur per deos: idq; q̃primũ tibiq; perſuade, non te Idibus Martiis, quibus ſeruitutẽ a tuis ciuibus repuliſti, plus profuiſſe patriæ, q̃ ſi mature veneris profuturum. II. Iduum Quintil. Vale.

## M.T.CICERO M.BRVTO S.

MEſſalam habes. Quibus igitur literis tam accurate ſcriptis aſſequi poſſum ſubtilius vt explicẽ, quæ gerantur, queq; ſint in Rep. q̃ tibi is exponet, qui & optime omnia nouit, & elegãtiſſime & expedite deferre ad te poteſt? Caue enim exiſtimes Brute, quanq̃ non eſt neceſſe ea me ad te, quę tibi nota ſunt, ſcribere: Sed tamen tantam omnium laudum excellentiam nõ queo ſilentio præterire, caue inquam putes probitate, conſtãtia, cura, ſtudio Reipublicę quicquam illi eſſe ſimile, vt eloquentia, qua mirabiliter excellit: vix in eo locum ad laudandum habere videatur, quanquam in hac ipſa ſapientia plus apparet, ita graui iudicio, multaq; arte ſe exercuit in veriſſimo genere dicẽdi: tãta autẽ induſtria eſt, tantũq; euigilat in ſtudio,

Argumentum. XV.

PIVS. MESSALAM habes) In omni genere virtutis Meſſalam ampliſſime laudat, etiam eloquentiſſimum oſtendit. purgat ſe ab illa calumnia, qua Brutus Ciceronẽ mordicus appetebat, quod in decernẽdis honoribus erat immodicus, præſertim in ornãdo Octauio, qui potentia Iulii Cæſaris inſtructus, magnã pfidię ſuſpitionem afferebat: ita ſe purgat ab hoc crimine Cicero, vt id neceſſitati poti⁹ adſcribat q̃ iudicio. Accuſat Id⁹ Martias, & Brutinã clementiã, qua ſucciſa fuit arbor nõ euulſa, vnde radices pullulare nũq̃ deſtiterũt, donec patriam oppreſſerunt. Brutũ patria cedentẽ accuſat, ſe vero ad patriam fouendam ex Achaico reuerſum curſu, laudat. Non prodigũ in ornãdo Cęſare fuiſſe refert, ſed neceſſitati ac meritis Cæſaris hoc eſſe datũ. Reiicit quoq; crimen in alios optimates, q ab Auguſto liberati, ingrati diutius eſſe noluerũt. Ingratitudinem deteſtatur. Decreuit Cicero vt Octauius ouãs vrbem intraret, hoc prudenter decretũ defendit. Monet ne vllam in Antonios clementiam exerceat, vt in poſterum deterreãtur homines talem amentiã imitari. Docet ſancitũ eſſe a ſanctiſſimis legibus vt in liberos patrũ pœna redũdet, & quare. vrget vt celerrime cum exercitu in Italiã veniat. Promittit opẽ liberis Lepidi ex ſorore Bruti genitis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vt non maxima ingenio (quod in eo ſummum eſt) gratia habenda videatur. Sed prouehor amore: non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ, Meſſalam vt laudem præſertim ad Brutum, cui & virtus illius nõ minus, q̃ mihi nota eſt, & hęc ipſa ſtudia, quę laudo notiora, quẽ cum a me dimittens grauiter ferrẽ, hoc leuabar vno, ꝙ ad te tanq̃ ad alterum me proficiſcens, & officio fungebatur, & laudẽ maximam aſſequebatur. Sed hæc hactenus. Venio nunc longo ſane interuallo ad quandam epiſtolã, qua mihi multa tribuens vnum reprehendebas, ꝙ in honoribus decernendis eſſem nimius, & tanq̃ prodigus. Tu hoc, alius fortaſſe, ꝙ in animaduerſione, pœnaq; durior: niſi fortaſſe vtrunq; tu. quod ſi ita eſt, vtriuſq; rei meum iudiciũ tibi cupio eſſe notiſſimũ: neq; ſolum vt Solonis dictũ vſurpẽ, qui & ſapiẽs vnus fuit ex ſeptẽ, & legũ ſcriptor ſolus ex ſeptẽ. Is Rẽp. duabꝰ rebꝰ cõtineri dixit, p̃mio, & pœna: eſt ſcilicet, vtriuſq; rei modꝰ, ſicut reliquarũ, & quędã in vtroq; gñe mediocritas: ſed nõ tanta de re propoſitũ eſt hoc loco diſputare. quid ego autem ſecutus hoc bello ſim, in ſententiis dicẽdis alienũ nõ puto aperire. Poſt interitũ Cæſaris & veſtras memorabileis Idus Martias Brute: q̇d ego prętermiſſum a vobis, quantamq; impendere Reip. tempeſtatẽ dixerim, non es oblitus. Magna peſtis erat depulſa per vos, magna Pop. Ro. macula deleta, vobis vero parta diuina gloria, ſed inſtrumentũ regni delatũ ad Lepidum & Antonium, quorum alter incõſtantior, alter impurior, vterq; pacẽ metuens, inimicus ocio. His ardẽtibus perturbãdæ Reip. cupiditate, quod opponi poſſet pręſidiũ, nõ habebamus. Erexerat enim ſe ciuitas in retinẽda libertate cõſentiens. Nos tum nimis acres, vos fortaſſe ſapiẽtius, exceſſiſtis vrbe ea quam liberaſtis. Italię ſua vobis ſtudia profitẽti remiſiſtis. Itaq; cum teneri vrbem a parricidis viderẽ: nec te in ea, nec Caſſium tuto eſſe poſſe, eamq; armis oppreſſam ab Antonio: mihi quoq; ipſi eſſe excedendũ putaui. tetrũ enim ſpectaculum, oppreſſa ab impiis ciuitas opitulandi poteſtate præciſa. Sed animus idẽ, qui ſemper infixus in patrię charitate, diſceſſum ab eius periculis ferre nõ potuit. Itaq; in medio Achaico curſu, cum Eteſiarũ diebꝰ auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilii retuliſſet, te vidi Veliæ, doluiq; vehemẽter. Cedebas enim Brute, cedebas, quoniã Stoici veſtri negant fugere ſapiẽtis. Romã vt veni, ſtatim me obtuli Antonii ſceleri atq; dementiæ, quem cum in me incitauiſſem, conſilia inire cepi Brutina plane (veſtri em̃ hæc ſunt propria ſanguinis) Reip. liberandæ. Lõga ſunt, quæ reſtant & prętereunda: ſunt enim de me. Tantum dico, Cęſarẽ hunc aduleſcentem, per quem adhuc ſumus, ſi

NON Maxima ingenio) Sed ſtudio, lucubrationibusq;. Durior) Propter Antonios, quos Cicero ad pœnã depoſcebat. Idus Martias) Quando Cæſar obtruncatus eſt a tyrãnicidis, qui ſe eodem enſe confecerunt vix anno vertente. Tam dii a republica erant auerſi, vt etiam in eius liberatores ſæuirent. Pereunt noctesq; dieſq; Aſtraq;: nec ſolidis prodeſt ſua machina terris. Prætermiſſum) Lepidum ac Antonium iugulare, qui erant relicti velut hæredes imperii Cæſariani: quo viſo exclamauit Cicero, ſucciſam eſſe arborem, non euulſam, itaque quàm fruticetur viderẽt omnes.

Tempeſtatem) Incommoda, metaphoricos. Nauta ſereno cælo videt ex ſignis cæli impẽdere diram illam, inauſpicatam Helenã. [Helena.] Peſtis) Tyrannis, quæ ſeruitutis eſt mater, Seruitus vero ſoror mortis, omni potius morte ſeuior. Macula) Dedecus. Cum em̃ populus Romanus eſſet dominus orbis, ac Regum domitor, impuro homini ſeruiebat, ac iugum ferre cœperat. Inſtrumẽtum regni) Tyrãnis ac paucorum dominatio, quę a Græcis vocatur Oligarchia. [Oligarchia:] Inconſtantior) Lepidus, qui Imperator populi Romani, ſtatim tranſiliuit ad Antoniũ: ideo Cicero vbiq; eum leuiſſimum appellat.

Celeritatem petitionis) Vt petere poſſet magiſtratus ante leges.

ASCEN. Vos fortaſſe ſapientius) Sup. feciſtis, & eſt manifeſta ironia: q̇a addit exceſſi-

ſtis vrbe ea quam liberaſtis. Quaſi dicat turpiſſimũ fuiſſe incœptam liberationē nõ perfeciſſe, & perni
cioſum vrbi atq; adeo toti Italię, motum per cædem tyranni ortum non ſedaſſe reſiſtendo eius vltori-
bus Antonio & Lepido. Cedebas non dicit fugiebas: quoniam Stoici veſtri negant fugere ſup. eſſe ſapiē
tis. Brutus autem erat Stoicę diſciplinæ ſectator acerrimus. Dicit autem Stoici veſtri non tui, quia non
vnius Bruti, ſed omnium ſequacium Stoici erant pręceptores: quo more noſtrates & veſtrates dicun-
tur. Obtuli, quia illi reſtiti, Philippicas habendo. Sunt enim de me. q. d. non decet me mea laudare.

verum fateri volumus , fluxiſſe ex fonte conſiliorum
meorum. Huic habiti a me honores nulli quidem Bru
te, niſi debiti: nulli niſi neceſſarii. Vt enim primum li-
bertatem reuocare cœpimus, cum ſe nondum, ne Decii
quidem Bruti diuina virtus ita commouiſſet , vt iam
id ſcire poſſemus, atq; omne præſidium eſſet in puero,
qui a ceruicibus noſtris auertiſſet Antonium : quis ho
nos ei non fuit decernendus? quanq̃ ego illi tum verbo
rum laudem tribui, eamq; modicam. Decreui etiam im
perium, quod quanq̃ videbatur illi ætati honorificum:
tamen erat exercitum habenti neceſſarium. Quid enim
eſt ſine imperio exercitus? Statuam Philippus decreuit,
celeritatē petitionis primo Seruius, poſt maiorē etiam
Seruilius, nihil tum nimiũ videbatur. Sed neſcio quo-
modo facilius in timore benigni, q̃ in victoria grati re-
perimur. Ego enim D. Bruto liberato, cũ lętiſſimus il-
le ciuitati dies illuxiſſet, idemq; caſu Bruti natalis eſſet,
decreui, vt in faſtis ad eũ diē Bruti nomē aſcriberetur.
In eoq; eorũ ſum exemplũ ſecutus , qui hunc honorem
mulieri Larentię tribuerunt, vos cuius Põtifices ad arã
in Velabro ſacrificiũ facere ſoletis: quod ego cũ dabã,
Bruto notã eſſe in faſtis gratiſſimę victorię ſempiternã
memoriam volebam. Atq; illo die cognoui paulo plu-
res in Senatu maleuolos eſſe, q̃ gratos, eos per ipſos di
es effudi (ſi ita vis) honores in mortuos Hirtium , &
Panſam, Aquilam etiam, quod quis reprehendit , niſi q
depoſito metu pręteriti periculi fuerit oblitus? Accede
bat ad beneficii memoriã gratam ratio illa, quæ etiam
poſteris poſſet eſſe ſalutaris: extare enim volebã in cru
deliſſimos hoſteis monimenta odii publici ſempiterna.
Suſpicor illud minus tibi probari, quod ab tuis famili
aribus optimis illis quidem viris, ſed in Rep. rudibus
nõ probatur, q vt ouanti introire Ceſari liceret, decre-
uerim. Ego autem (ſed erro fortaſſe) nec tamen is
ſum, vt mea me maxime delectent, nihil mihi videor
hoc bello ſenſiſſe prudētius. Cur autē ita ſit, aperiendũ
non eſt, ne magis videar prouidus fuiſſe, quàm gratus.
Hoc ipſum nimiũ, quare alia videamus. D. Bruto decre
ui honores: decreui L. Plãco. Præclara illa qdē ingenia,
quę gloria inuitãtur: ſed Senatus etiã ſapiēs, q quacũq;

PIVS.

Illuxiſſet) Quo D. Bru-
tus eruptione prius facta,
deinde Conſules & Octa-
uius, Antonium debella-
runt. Bruti natalis) Ac
cidit forte miranda, illum
diem, quo debellatus fuit
Antonius, fuiſſe diem or-
tus Decii Bruti, vt di-
em quo Cicero reuerſus eſt
in patriam ab exilio, dicit
idem fuiſſe diem natalem
ſuum & filiæ, & ſedis Epi-
roticæ. In faſtis) Libris
in quibus Pontifex geſta
ſingulorum annorum re-
ferebat. Ad eum diem)
Quo illata eſt clades An-
tonio. Bruti) Decii vi-
ctoris. Adſcriberetur) No
taretur ſic, Tali die Brutus
eruptione ex Mutina feli-
ci ſuperauit Antonium.
Secutus) Maiorum no-
ſtrorum. Hũc honorem)
Nomen ſuum in faſtis ad-
ſcribendi. Larētiæ) Quæ
expoſitos Romulum, ac
Remum nutriuit. Quod
ego) Quem honorem.
Maleuolos) Recuſabant
enim iſti ne dicaretur ho-
nor is Bruto, contentiq;
erant non indigere poſt re
cuperatam libertatē. Si
ita vis) Qui ita vis q me
honorũ publicorũ prodigũ
vocas. Vos cuius) Præpo
ſterus codex, ſcribe, cuius
vos, vel ita intellige hiſto-
riam iſtam quod Accę La-
rentię ſacrificent Pontifi-
ces, alibi me legere non
mini. Aquilam) Præfe-
ctum legionis de quo in
Philippicis. Qui quacũ-
q;) Antiqua exemplaria.
Qui qua quenq; ordo. Se-
natus ſapienter facit, qui
vtitur hac laude qua pu-
tat adduci quęq; ad Rem-
publicam iuuandam, mo-
do res illa ſit honeſta.

re putat,modo honeſta,ad Remp. iuuandā poſſe adduci,hac vtitur.At in Lepido reprehendimur,cui cum ſtatuam in roſtris ſtatuiſſemus,iidē illam euertimus.Nos illum honore ſtuduimus a furore reuocare . vicit amētia leuiſſimi hominis noſtram prudentiam : nec tamen tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factū eſt mali,quantum in euertēda boni.Satis multa de honoribus, nunc de pœna pauca ſunt dicēda.Intellexi enim ex tuis ſæpe literis te in his,quos bello deuiciſti, clementiam tuam velle laudari:exiſtimo equidem nil a te niſi ſapiēter.ſed ſceleris pœnā prętermittere(id enim eſt,quod vocatur ignoſcere)etiā ſi in cęteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello pernicioſum puto . Nullum enim bellum ciuile fuit in noſtra Rep.omniū,quę memoria mea fuerūt, in quo bello nō vtracunq; pars viciſſet, tamen aliqua forma eſſet futura Reip.hoc bello victores,quam Remp. ſimus habituri,nō facile affirmarim: victis certe nulla vnq̄ erit.Dixi igitur ſentētias in Antoniū,dixi in Lepidum ſeueras:neq; tam vlciſcendi cauſa, q̄ vt & in præſens ſceleratos ciueis timore ab impugnāda patria deterrerem,& in poſterum documentū ſtatuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari:q̄q̄ hęc quidem ſententia non magis mea fuit, q̄ omnia. In qua videtur illud eſſe crudele,quòd ad liberos,qui nihil meruerunt, pœna peruenit:ſed id & antiquum eſt, & omnium ciuitatum : ſiquidem etiam Themiſtoclis liberi eguerunt : & ſi iudicio damnatos eadem pœna ſequitur ciueis, qui potuimus leniores eſſe in hoſteis?Quid autem queri poteſt quiſquam de me,qui ſe,ſi viciſſet, acerbiorem in me futurum fuiſſe confiteratur neceſſe eſt? Habes rationem mearum ſententiarum,de hoc genere duntaxat honoris & pœnæ.Nam de cæteris rebus quid ſenſerim,quidq; cēſuerim,audiſſe te arbitror.Sed hęc quidem non ita neceſſaria.Illud valde neceſſarium Brute, te in Italiam cū exercitu venire q̄primū: ſumma eſt expectatio tui,qui ſi Italiam attigeris,ad te cōcurſus fiet omnium.ſiue enim vicerimus,qui quidem pulcherrime viceramus, niſi Lepidus perdere omnia , & perire ipſe cum ſuis cōcupiuiſſet: tua nobis authoritate opus eſt ad collocandum aliquem ciuitatis ſtatū.ſiue etiam nūc certamen reliquum eſt,maxima ſpes eſt,cum in authoritate tua,tū in exercitus tui viribus. Sed propera per deos:ſcis enim quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate. Sororis tuæ filiis q̄ diligenter conſulam: ſpero te ex matris,& ex ſororis literis cogniturum:qua in cauſa maiorem habeo rationem tuę voluntatis,quæ

ASCEN.

ASCEN. Ego enim Decimo Bruto liberato & cętera) Ne in ſolum Octauium honorandum propenſior ac profuſior argueretur a Bruto, dicit ſe ad honorandos etiam perpetua memoria Bruti gentiles fuiſſe non minus ſtudioſum. A te nil niſi ſapienter) intelligitur ſi dici liceret, volitum dicamus igitur cupitum aut inſtitutum. Victis ſcilicet nobis qui Rempublicam liberam eſſe volumus, nulla ſcilicet Reſpub.erit : quod euenit:nam totum Romanorum imperium tandem ad vnum Auguſtum eſt tranſlatum.

PIVS. Themiſtoclis filii·

Themiſtoclis filii eguerunt) Legimus Neoclem & Demopolim Themiſtoclis filios quandoq; incognitos veniſſe Athenas, adortosque in certamine epitaphio vim ſuam oſtentare,cum victores apparuiſſent, nec qui forent ſatis noſcitaretur , corollis eſſe inſignitos.& Neoclem quidem dolichum viciſſe,Demopolim autem ſtadium. Poſt certamen vero perſpicuos factos tantum non a paternis inimicis eſſe lapidibus adobrutos , cum Athenienſium memoriam refricuiſſent ſuper legibus,quæ aduerſum exules forent ſancitę.Sciēdū vero amplius in Memnone Platonē tertii Themiſtoclis filii mētionē feciſſe , de quo quia mirū eſt qđ refertur, philoſophi verba ſubieci. Audiſtin Themiſtoclem filium ſuum Cleophantum in equeſtri facultate ſtrenuum effeciſſe?adeo vt equis rectus inſiſteret : rectusq; ex equo iacularetur cæteraq; permulta perficeret ſtupenda, in quibus ille diligenter erudiri curauit, ſapientemq; in ſingulis,quæ pręceptores erudi ti callebant,effecit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quæ mihi cariſſima eſt, quàm (vt quibuſdam videor) conſtantiæ meæ. Sed ego nulla in re malo, q̃ te amando conſtans eſſe videri. Vale.

## M.BRVTVS M.T.CICERONI S.

PArticulam literarum tuarum, quas miſiſti Octauio legi miſſã ab Attico mihi. Studium tuum, curaq; de ſalute mea nulla me noua voluptate affecit: non ſolum enim vſitatum, ſed etiam quotidianum eſt aliquid audire de te, quod pro noſtra dignitate fideliter, atque honorifice dixeris, aut feceris. At dolore, quantum animo maximum capere poſſum, eadem illa pars epiſtolę ſcriptę ad Octauium de nobis, affecit. Sic enim illi gratias agis de Republica tam ſuppliciter ac demiſſe. Quid ſcribam? pudet conditionis, ac fortunæ: ſed tamen ſcribendum eſt. Commendas noſtram ſalutem illi, quæ morte qua non pernicioſior? vt prorſus præ te feras non ſublatam dominationem, ſed dominum comutatum eſſe: verba tua recognoſce, & aude negare ſeruientis aduerſus Regem iſtas eſſe preces: vnum ais eſſe, quod ab eo poſtuletur, & expectetur, vt eos ciueis de quibus viri boni, populuſq; Romanus bene exiſtimet ſaluos velit: quid, ſi nolit, non erimus? Atqui non eſſe, q̃ eſſe per illum pręſtat. Ego mediuſfidius non exiſtimo tam omneis deos auerſos eſſe a ſalute populi Romani vt Octauius orandus ſit pro ſalute cuiuſquam ciuis, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iuuat enim magnifice loqui, & certe decet aduerſus ignoranteis, quid pro quoq; timendum, aut a quoq; petendum ſit. Hoc tu Cicero poſſe fateris Octauium, & illi amicus es: aut, ſi me carum habes, vis Romę videri, cum vt ibi eſſe poſſem, commendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias, ſi, vt nos ſaluos eſſe velit, & patiatur, rogandum putas? An hoc pro beneficio eſt habendum, quod ſe, quàm Antoniũ eſſe maluerit, a quo iſta petenda eſſent? Supplicatio vindici illi quidem alienę dominationis, non vicario. Sed quis ſupplicat, vt optime meritis de Republica liceat eſſe ſaluos? Iſta vero imbecillitas & deſperatio, cuius culpa non magis in te reſidet, quàm in omnibus aliis, & Cęſarem in cupiditatem regni impulit, & Antonio poſt in-

ASCEN.

ASCEN. Qui nihil meruerunt) Id eſt commeruerunt, peccauerunt: eſt ergo medium vocabulum mereor. male vulgo in malam partem dicitur demereor, quod eſt beneficio quempiam denuncio de quo bene mereor. Nulla in re mala) ego, malo, id eſt magis volo.

Argumentum. XVI.

PIVS.

PARTIculam literarum tuarum) Brutus homo liberrimus accepta ab Attico epiſtolæ Ciceronianæ particula, qua eũ Marcus Tullius Octauio commendabat, quodam velut œſtro percitus, ſeruilis animi Ciceronem vocat, ac fortitudinis Brutinæ parũ memorem, qui niſi puero placeret, viuere non poſſet. Ciceronem Ciceroniſq; cõſimiles togata mancipia vocat, qui tam ſuppliciter, ac demiſſe ſe gerãt. Ait iſtam deſperationem Optimatũ Cęſarem in cupiditatem regni impuliſſe, & Antoniũ & Octauium adeo extuliſſe, vt pro liberatoribus orbis terrarum puer rogandus fuerit: Romam videre non poteſt, & adire recuſat, quæ ne inculcatam quidem libertatem recipere poſſit. Poſtremo rogat ne commendetur Cæſari. Ad extremum monet Ciceronẽ vt fortis & conſtans ſit, ac liberam ciuitatem ſuam eſſe velit. IMBECILLItas) Puſillanimitas.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teritum illius perſuaſit, vt interfecti locum occupare conaretur, & nunc puerum iſtum extulit, vt tu iudicares precibus eſſe impetrandam ſalutem talibus viris, miſericordiaq; vnius, vix etiam nūc viri tutos fore nos haud vlla alia re. Quòd ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, non audacius dominari cuperent poſtremi homines, quàm id nos prohiberemus: neq; magis iritatus eſſet Antonius regno Cæſaris, quàm ob eiuſdem mortem deterritus. Tu quidem Conſularis, & tantorum ſcelerum vindex, quibus oppreſſis, vereor ne in breue tempus dilata ſit abs te pernicies, qui potes intueri quę geſſeris, ſimul, & iſta vel probare, vel ita demiſſe ac facile pati, vt probantis ſpeciem habeas? Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? nempe quia poſtulabat hæc, ſalutem ab ſe peti, precariam nos incolumitatem habere a quibus ipſe libertatem accepiſſet: eſſe arbitrium ſuum de Republica. Quęrēda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur: ſcilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum, qui ſe in eius locum reponi pateretur? an vt eſſet ſui iuris, ac mancipii Reſpublica? niſi forte non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſandum eſt a nobis. Atqui non ſolum bono domino potuimus Antonio tolerare noſtram fortunam, ſed etiam beneficiis atq; honoribus vt participes frui quantis vellemus: quid enim neget iis, quorum patientiam videret maximum ſuæ dominationis præſidium eſſe? Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram, & libertatem. Hic ipſe puer, quem Cæſaris nomē incitare videtur in Cęſaris interfectores, quanti ęſtimet (ſi ſit commercio locus) poſſe nobis authoribus tantum, quantum profecto poterit: quoniam viuere, & pecunias habere, & dici Conſulares volumus? Cæte-

Precariam.

Precariam incolumitatem) Precibus extortam, non ſolida radice fundatam. Ita Acheloi forma precaria ab Ouidio nuncupatur. Deſperatio) Deſerendi gubernaculum Reipublicæ cum primum cœperit vel minima aura reflare. Fortitudinē melius agitur eundo obuiam periculis, ac nihil formidādo vel quantumuis formidabile. Cuius) Deſperationis ac puſillanimitatis. Reſidet) hoſpitatur ac radices agit. Aliis) Optimatibus. Cæſarem) Iulium. Illius) Iulii. Interfecti) Cæſaris. Locum) Tyrannidem. Puerum) Octauium. Extulit) In ſpem erexit. Vix viri) Adoleſcentis, cui Brutus merito nec minus Cicero diffidebat. Haud vlla alia re) Nō ob virtutes Bruti heroicas tutus erit Brutus, ſed tantum ob miſericordiam pueri Octauii, rem ridiculam, & quæ iure Bruto naſum mouerat.

ASCEN. Quæ morte qua non pernicioſior) Quæ ſupple commendatio mei per te facta Cæſari puero, aut quæ ſalus mea precaria ex commendatione Cæſari facta dependens, qua morte non ſupple eſt pernicioſior .q.d. nulla. & ita omni morte eſt pnicioſior. Aduerſus Regē Tyrānū, aduerſus hic accipitur in bonā partem, inquam accipimus, fere erga. Sic in Andria Terentii, Soſias ad Simonem: Et id gratum eſſe aduerſum te, habeo gratiam. Atqui nō eſſe, repete ſaluum aut ſaluos pręſtat. q̄ eſſe per illum, vt ſeruiamus hoc nomine illi. Hoc tu Cicero: ordo eſt, o Cicero fateris tu Octauiū poſſe hoc, vt nos ſeruet: & id eſt &, tamen nihilominus es amicus illi penes quem conſtituis tyrannicam poteſtatem? q.d. ſi ita faciundum cenſes, ſtulte cēſes.

PIVS.

Mancipii) Dominii, a conuentionibus quæ mancupi fiunt per æs ac libram, ac ſunt in noſtra ſolenni poteſtate. Conditione ſeruiendi) De qua recuſat Cicero, qui non dominum ſed inimiciorem dominum aſpernari videtur, adeo infeſtus olim Cæſari, nunc Auguſto aſſentatur, artibus inſtructiſſim⁹ vt colax. Fortunam) Statum noſtrum hodie dicunt. Vt participes) Tyrannidis Antonianæ. Brutum affinem ſuum Antonius ad pacis conditiones alliciebat promittens illi honeſtiſſimas, id eſt lautiſſimas conditiones, quas ſemper fortiſſime liberrimus contempſit & reſpuit Brutus. Quid neget?) Ille dabit omnia. Patientiam) Si iugum admiſerint, etiam vrbem Romam ſubiugabunt. Præſidium) Portum & auxilium, ſalutarem arcem. Tanti fuit) Apud nos tantæ æſtimationis fuit, vt patriam commercari & proſtituere vellemus. Cōmercio locus) Opportunitas & occaſio emēdi. Nobis auctoribus) Preſtātib⁹ auctoritatē & cōſenſū. Tātū) Ad aliquā tm̄ partē, aliquātulū fauorē dare. Poterit) Cōiicio enī-

rum nequicquam perierit ille ,cuius interitu quid gauiſi ſumus,ſi mortuo nihilominus ſeruituri eramus? nulla cura ab aliis adhibetur . Sed mihi prius omia dii deæq; omnes eripuerint, quàm illud iudicium, quo nō modo hæredi eius,quem occidi non conceſſerim, quod in illo non tuli,ſed ne patri quidem meo,ſi reuiuiſcat,vt patiente me plus legib9 ac Senatu poſſit.An hoc tibi perſuaſum eſt, fore cęteros ab eo liberos,quo inuito nobis in iſta ciuitate locus non ſit? Qui porro id,quod petis, fieri poteſt, vt impetres? Rogas enim velit nos ſaluos eſſe. videmur ergo tibi ſalutem accepturi, cum vitā acceperimus? quam ſi prius dimittimus , dignitatem & libertatem qui poſſumus accipere? An tu Romæ habitare id putas incolumem eſſe? res, non locus oportet præſtet iſtuc mihi,neq; incolumis fui Cæſare viuo, niſi poſtquam illud conſciui facinus : neque vſquam exul eſſe poſſum , dum ſeruire, & pati contumelias , peius odero malis omnibus aliis. Nonne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe , cum ab eo, qui tyranni nomen aſciuit ſibi , cum in Græcis ciuitatibus liberi tyrannorum oppreſſis illis ,eodem ſupplicio afficiantur:petitur, vt vindices atq; oppreſſores dominationis ſalui ſint? Hanc ego ciuitatem videre velim , aut putem vllam? quæ ne traditam quidem atq; inculcatam libertatem recipere poſſit? plusq; timeat in puero nomen ſublati Regis,quàm confidat ſibi,cum illum ipſum,qui maximas opes habuerit, paucorum virtute ſublatum videat .Me vero poſthac ne commendaueris Cæſari tuo, ne te quidem ipſum,ſi me audies:valde care æſtimas tot annos,quot iſta ætas recipit, ſi propter eam cauſam puero iſti ſupplicaturus es . Deinde quod pulcherrime feciſti, & facis in Antonium,vide, ne conuertatur a laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nam, ſi Octauius tibi placet, a quo de noſtra ſalute petendum ſit, nō dominum fugiſſe,ſed amiciorem dominum quæſiſſe videberis : quem quod laudas ob ea, quæ adhuc fecit, plane probo. Sunt enim laudanda:ſi modo contra alienam potentiam,non pro ſua ſuſcepit eas actiones . Cum vero iudicas tantum illi non modo licere, ſed etiam a te ipſo

Optimatibus conniuentibus Cæſarem Octauium ad apicem rerū peruenturum . Tolerare) Perpeti,æquanimiter ferre. Æſtimet) Apprecietur,ita ſcribe. Dici Conſularem) Senatui locum illi dare etiam Conſulatus petitionem ante tempus. Conſciui) Perfeci decretū facinus, vnde cōſcire & cōſciſcere mortē.

ASCEN.

ASCEN. Sed mihi & cętera) Sententia magna & vehemēti animo dicta , hoc ordine eſt explicanda . Sed dii deæq; eripuerint mihi omnia .ſ. alia, priuſq̄ illud iudicium.ſ. animi mei.i. ſententiā, quo.ſ. iudicio ego non modo non conceſſerim hęredi eius quem occidi.i.Octauio hęredi Iulii Cęſaris, non conceſſerim inquā illud quod nō tuli.i.perpeſſus ſum, in illo.ſ.C. Iulio, vt ſic nobis dominetur vt plus poſſit legibus ac Senatu,me patiente.i. ferente id æquo animo: ſed ne cōceſſerim patri quidē meo , ſi reuiuiſcat:cui tamen omniū maxime id concedere debeam.

PIVS.

Octauius placet) Dignitas , ac gradus Octauii ita ſublimis , vt dare leges patronis ſuis poſſit.

De noſtra ſalute ) Vt nos tanquam Rex Regum velit eſſe ſaluos. Dominum) Iulium Cæſarem. Amiciorem) Octauium . qui Marcum Tullium patrem vocabat. Quem) Octauium.

Ob ea) Antonium reiectum & nauſeātem in plagas adactum. Alienam) Antonianam a republica ſeiunctā,& omnia ad poteſtatē priuatā trahentem. Pro ſua) Pro tyrannide quærenda, & vindicando ſibi orbis terrarū dominio. O Brutum minime Brutum, O vere Argum,& Cicerone lōge perſpicaciorem. Cū vero) In hoc te errare dico, ac errorem tuum fateri te oportet. Illi) Octauio,quem ſentis eſſe tyrannum.

ASCENſius

ASCENſius. Non pro ſua,videlicet potentia ſtabilienda.Ne nolit, quod humilius eſt q̄ rogare vt velit,nos eſſe ſaluos:eum enim qui ſuſq; deq; ferat ſalui ſimus nec ne certum eſt non nolle nos ſaluos eſſe:non continuo tamē vult nos ſaluos eſſe,quia qui vult ad id opem ferat, ſi quā habeat. Vt ſibi,ipſis videlicet qui id poſtulant,ineptiſſimū autē eſſet dicere.ſibi Octauio cōtra reciprocationis naturā. Si ſecuta fuerit fortuna.ſ.cœpta mea,ea dico fortuna.i.bona & proſpera,quæ debet.ſ.ſequi talia incœpta.qua & Conſul ſup.vſus es,& nunc Conſularis,vti debes.

PIVS.

Tribuendum) Aſſcribendum. Ne nolit) Vt velit. Largiris) Octauio condonas, Reipublicæ ac libertatis prodigus. Per illum) Armis ac imperio Octauii. Vllis) Aliquibus extraordinariis. Bellum gerat) Libertatis imperator. Iis) Nobis tyrãnicidis. Illud malum) Cęſarem. Cuius) Tyrannidis Iulii Cæſaris. Iſtæ) Octauius. Nihil) Nullos tam magnos honores: Quo, inſtrumento cuius, quo mediante, vt Bartholiſtæ ac Scotini Scotiſtæ blaterant, qui vt Harpyiæ Phinei menſas, ita diſentas chartas illeuerũt. Eorum) Tyrannicidarũ. Tributurum) Penſaturum, retributurum. Populo) Scribe, populum. Æqualitate) Perſeuerãtia, æqua ſemper ſuperioribus reddendo. Quæ aliter eueniunt) Scribe, Quæ ſi aliter, ſi non ſibi conſtant.

Ille Cos. hunc Conſularem. Aliqui emendant, illum Conſulem hic Conſularis. Quis admiratur Ciceronem Conſularem, ſuperare Antonium Conſulẽ? nemo. Pręſtare) Superare, excellere.

Argumentum. XVII.

PIVS.

SCRIBIS mihi mirari Ciceronem) Cicero, vt ego ſentio, ſubornauerat Atticum vt amãtiſſimum ſui Brutum tẽtaret, ac eliceret: quid ipſe de actis ſuis, non in Conſulatu tantum, ſed in Imperio ſentiret. Erat enim ſpecies Imperii princeps locus in Senatu, in quo dabat Octauio honores extraordinarios, illi faſces adimebat, hos premebat: alios extollebat, prout animus ferebat. Brutus, vt erat liber & ἀκοινώνητος, impterrite Ciceronẽ modo laudabat, modo carpit, præſertim quod extulit Octauium, in qua qui-

tribuendum eſſe, vt rogandus ſit, ne nolit eſſe nos ſaluos, nimiũ magnam mercedem ſtatuis. id enim ipſum illi largiris, quod per illum habere videbatur reſpublica. Neq; hoc tibi in mentem venit, ſi Octauius vllis dignus ſit honoribus, quia cum Antonio bellum gerat, iis, qui illud malum exciderint: cuius iſtæ reliquiæ ſunt, nihil quo expleri poſſit eorum meritum, tributurum vnq̃ populum Romanum, ſi omnia ſimul congeſſerit. At vide quanto diligentius homines metuant, q̃ meminerint, quia Antonius viuat, atque in armis ſit. De Cæſare vero quod fieri potuit, ac debuit trãſactum eſt. neq; iam prouocari in integrum poteſt. Octauius is eſt, qui quid de nobis iudicaturus ſit, expectet pop. Rom. Nos hi ſumus, de quorum ſalute vnus homo rogandus videatur? Ego vero (vt iſtuc reuertar) is ſum, qui non modo non ſupplicem, ſed etiam coerceam poſtulanteis, vt ſibi ſupplicetur: aut longe a ſeruientibus abero, mihiq; eſſe iudicabo Romam, vbicunq; liberum eſſe licebit: ac noſtri miſerebor, quibus nec ætas, neq; honores, neq; virtus aliena dulcedinem viuendi minuere potuerit. Mihi quidem ita beatus eſſe videbor, ſi modo conſtanter, ac perpetuo placebit hoc conſilium, vt relatam putem gratiam pietati meæ. Quid enim eſt melius, q̃ memoria recte factorum, & libertate contentum negligere humana? Sed certe non ſuccumbam ſuccumbentibus, nec vincar ab his, qui ſe vinci volunt: experiarq; & tentabo omnia, neque deſiſtam abſtrahere a ſeruitio ciuitatem noſtram. ſi ſecuta fuerit (quæ debet) fortuna, gaudebimus omnes: ſin minus, ego tamen gaudebo. Quibus enim potius hæc vita factis, aut cogitationibus traducatur, q̃ iis, quæ pertinuerint ad liberandos ciueis meos? Te Cicero rogo atq; hortor, ne defatigere, neu diffidas ſemper in præſentibus malis prohibendis: futura quoque, niſi ante ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuent. Fortem & liberum animum, quo & Conſul, & nũc Cõſularis rempublicã vindicaſti, ſine conſtantia, & æquabilitate nullum eſſe putaris. Fateor enim duriorem eſſe conditionem ſpectatæ virtutis, q̃ incognitæ. Benefacta pro debitis exigimus, quæ ſi aliter eueniunt, vt decepti ab his, infeſto animo reprehendimus. Itaque reſiſtere Antonio Ciceronem, & ſi magna laude dignũ eſt: tamen, quia ille Conſul hũc Conſularem merito pręſtare videtur, nemo admiratur. idem Cicero, ſi flexerit aduerſus alios iudicium ſuum, quod tanta firmitate, ac magnitudine direxerit in exturbãdo Antonio: non modo

dem re, iritata eſt potius licentia pueri quàm repreſſa. Culpat maledicentiam Ciceronis etiam in cõſpirantes in Cæſarem, quorum auctor fuit Brutus. Timoris Ciceronem inſimulat, exilii & paupertatis, vnde amiciorem dominũ quæſiuit, non tyrannidem odit. Monet verba factis fore contraria, Octauiũ filii loco non futurũ vt Cicero putat. Ciceroni Philippum anteponit, qui priuigno Octauio minus tribuerit. Viuat Cicero in contumelia ac ſeruitute, ſe vero ſemper bellũ geſturũ cũ tyrannis. Vltimo in loco ſe Attici rogatu facturũ pro homine cuncta promittit.

reliquí temporis gloriam eripuerit ſibi, ſed etiam præterita euaneſcere coget. Nihil enim per ſe amplum eſt, niſi in quo iudicii ratio extat: quia neminem magis decet q̃ te rempublicam amare, libertatisq; defenſorem eſſe vel ingenio, vel rebus geſtis, vel ſtudio, atq; efflagitatione omniũ. Quare non Octauius eſt rogandus, vt velit nos ſaluos eſſe. magis tu te exuſcita, vt eam ciuitatẽ, in qua maxima geſſiſti, liberam atq; honeſtam fore putes, ſi modo ſint populo Duces ad reſiſtendum improborum cõſiliis. Vale.

## M.BRVTVS T.P.ATTICO S.

SCribis mihi mirari Ciceronẽ, quod nihil ſignificem vnquam de ſuis actis: quoniã efflagitas, coactu tuo ſcribam, quæ ſentio, omnia feciſſe Ciceronem optimo animo ſcio. quid enim mihi exploratius eſſe poteſt, q̃ illius animus in rempublicam? ſed quædam mihi videtur, quid dicam imperite, vir omnium prudentiſſimus, an ambitioſe feciſſe, qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere pro republica non dubitauit inimicum? Neſcio quid ſcribam tibi, niſi vnum, pueri & cupiditatem, & licentiam potius eſſe iritatam, q̃ repreſſam a Cicerone, tantumq; eum tribuere huic indulgentiæ, vt ſe maledictis non abſtineat iis quidem, quæ in ipſum dupliciter recidunt, quod & plureis occidit vno: ſeque prius oportet fateatur ſicariũ, q̃ obiiciat Caſcę, quod obiicit, & imitatur in Caſca Beſtiam: an quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, ſimiliter atque ille Nonas Decembr. ſuas in ore habet, eo meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, q̃ Beſtia & Clodius reprehendere illius Conſulatũ ſoliti ſunt? Suſtinuiſſe mihi gloriatur bellum Antonii: togatus eſt Cicero noſter. Quid hoc mihi prodeſt, ſi merces Antonii oppreſſi poſcitur, in Antonii locum ſucceſſio? & ſi vindex illius mali, author extitit alterius, fundamentum & radices habituri altiores? ſic patiamur, vt iam iſta, quæ facit, non dominationem, non dominũ, ſed Antoniũ timentis ſint. Ego autem gratiam non habeo, ſiquis,

PLVRES occidit vno) Detecta cõiuratione Catilinæ plures occidit cõſpiratos Conſul Cicero, q̃ nos & Caſca qui vnũ occidit dũtaxat & eum tyrannũ. Hic eſt ille Caſca, cõtra quem Cæſar, inqt, Scelerate Caſca quid facis? Sicariũ) Cicero Caſcam interfectorẽ Cæſaris ſicariũ vocabat, in qua quidẽ re Beſtiam imitabatur, qui Ciceronem carnificem & ſanguinariũ vocabat. At q; ille) Vt ille Cicero qui Nonis Decẽbris Catilinæ cõiuratione detecta, iactare ſæpe ſolebat ea die renatam vrbẽ Romam fuiſſe.

Beſtia

Sic patiamur) Vetus lectio, ſic fateamur, ita neceſſe eſt fateri procedere aliũde q̃ a reipublicę charitate, quam prætendit.

ASCENſius

ASCENſius. Togatus eſt Cicero).i. tanq̃ in pace publica, verſatur in curia, quod ſolũ petere videtur. Quid hoc.ſ. ſuſtinuiſſe bellũ Antonii prodeſt mihi, ſi ſucceſſio in locum Antonii.i. vt dominetur nobis ſicut dominari voluit & vult Antoni⁹, poſcitur per Octauiũ a pop. Rpm. merces.i. vt iuſtũ p̃miũ & debita remuneratio Antonii oppreſſi? q. d. nihil: quia ſic nõ euitauerimus dominũ, ſed mutauerim⁹, quod & paulopoſt cõtigit. Extitit fundamentũ alterius ſ. mali.i. tyrãnidis a ſe conſtituẽdę: & mali habituri radices altiores.i. firmiores, ſicut fortior eſt arbor cuius radices altiores ſunt. id eſt profundius demittuntur. Videtur autẽ vocabulo altiores, audaci⁹ viſus: nã licet in aquis eadem eſt ratio alti & profundi: quod eñ altũ eſt in aq̃s. id eſt multũ ſublimatũ, eſt profundũ.i. procul a fundo, tñ radices quo magis demittũtur, eo minus ſunt profundæ.i. procul a

dum ne irato ſeruiat,rem ipſam non deprecatur. Immo triumphus,& ſtipēdium decernitur: & omnibus decretis ornatur. Pudeat conſpicere fortunam: cuius nomen ſuſceperit,Conſularis hoc an Ciceronis eſt? Quoniam tacere non licuit,leges quę tibi neceſſe eſt moleſta eſſe. Etenim ipſe ſentio quanto cum dolore hæc ad te perſcripſerim: nec ignoro quid ſentias in republica,& q̄ deſperatam quoq; ſanari putes poſſe. Nec me hercle te Attice reprehendo,ætas enim & mores liberi ſegnem efficiũt, quod quidem etiā ex Flauio noſtro perſpexi. Sed redeo ad Ciceronem. Quid inter Saluidenum & eum intereſt? Quid autem amplius ille decerneret? timet inquies etiā nunc reliquias belli ciuilis. Quiſq̄ ergo ita timet profligatum, vt neq; potentiam eius, qui exercitum victorem habeat,neq; temeritatem pueri putet extimeſcendā eſſe? An hoc ipſum ea re facit, q̄ illi propter amplitudinem omnia iam vltroq; deferenda putat? O magnam ſtultitiam timoris: id ipſum,quod verearis ita cauere, vt cum vitare fortaſſe potueris,vltro accerſas & attrahas. Nimiũ timemus mortem,& exilium,& paupertatem. Hęc mihi videntur Ciceroni vltima eſſe in malis: & dum habeat,a quibus impetret, quæ velit,& a quibus colatur, ac laudetur,ſeruitutem honorificam modo nō aſpernatur, ſi quicq̄ in extrema ac miſerrima cōtumelia poteſt honorificum eſſe. Licet ergo patrem appellet Octauius Ciceronem, referat omnia,laudet,gratias agat: tamen illud apparebit verba rebus eſſe contraria. Quid enim tam alienum ab humanis ſenſibus eſt, q̄ eum patris habere loco,qui nec liberi quidem hominis numero ſit? At qui eo tendit, id agit,ad eum exitum properat vir optimus,vt ſit illi Octauius propitius. Ego vero iam his artibus nihil tribuo, quibus ſcio Ciceronem inſtructiſſimum eſſe. Quid enim illi proſunt,quę pro libertate patrię,de dignitate: quæ de morte, exilio, paupertate ſcripſit copioſiſſime? Quanto autem magis illa callere videtur Philippus,qui priuigno minus tribuerit, q̄ Cicero,qui alieno tribuit? Deſinat igitur gloriando etiam inſectari dolores noſtros. Quid enim noſtra victum eſſe Antoniũ,ſi victus eſt,vt alii vacaret,quod ille obtinuit? tametſi tuæ literæ dubia etiam nunc ſignificant. Viuat hercule Cicero, qui poteſt ſupplex & obnoxius, ſi neq; ætatis,neq; honorum,neq; rerum geſtarum pudet. Ego certe,qui cum ipſa re bellum geram,hoc eſt cum regno, & imperiis extraordinariis,& dominatione,& potentia, quæ ſupra leges ſe eſſe velit: nulla erit tam bona conditio ſeruiendi, qua non deterrear, q̄uis ſit vir bonus, vt

fundo terrę: ſunt tamē profundę.i.procul a fundo ſui ipſarũ, & quāto altiores ſũt ſummę partes reſpectu infimarũ tanto ſunt ꝓfundiores,ſed manifeſtum eſt, quacũq; de cauſa, alterũ pro altero, immo ꝓ vtroq; recte, dici,vt cęlũ altũ & ꝓfundũ, mare altũ & profundum.

PIVS. Dũ ne irato) Dũmodo nō ſeruiat inimico Cęſari. Rē ipſam nō deprecat̃) Seruire nō recuſat.

Vt Ciceronis eſt) Fortuna pudeat me ſubire fortunā & vicē Ciceronis qui ſeruit affectibus non rationi.

ASCENſius ASCEN. Quiſq̄ ergo ita timet &c. Ergo quiſq̄ vt Cicero,ita timet profugatũ.ſ.Antoniũ,vt neq; putet extimeſcendā potētiā eius qui exercitũ victorē habeat.ſ.Octauii, neq; putet extimeſcēdā eſſe temeritatē pueri.ſ. eiuſdē Auguſti, in quo propter ætatem nulla eſt ſperāda cōſtantia: duplici ergo noīe eſt extimeſcēdus,& potētię per victoriā acquiſitę,& incōſtātiæ pueritiā ſemꝑ comitātis. Cicero aũt & honores ac opes illi auxit, & fidē plenā illi habuit,aut ſi vt ſępe ſcripſit,nō habuit,cur illũ tātũ poſſe permiſit? Nimiũ timemus &c. hęc Stoico animo dicit qualis in martyribus Chriſti fuit,& in illo q apud Maronē dixit. Vſqueadeo ne mori miſerum eſt? Vt alii vacaret.i. quaſi vacās poſſeſſore illud ipſum occupaturo relinq̄ret. Eſt autē datiuꝰ vtilitatē ſpectās & om̄i verbo cōmunis,vſqueadeo vt dicere liceat,docebo tibi filium tuũ nouā dicendi artem. Quid enī noſtra,ſubaudi refert aut intereſt,neſciā an dicere liceat, quid noſtra eſt: nā cũ eſt neutro vtimur fere genere: vt, Non noſtrũ inter vos tātas cōponere lites. Viuat Hercule Cicero, quātum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcribis, Antonius: quod ego nunq̃ exiſtimaui, ſed dominum, ne parentem quidem maiores noſtri voluerũt eſſe. Te niſi tantũ amarem quantum Ciceroni perſuaſum eſt diligi ab Octauio, hæc ad te nõ ſcripſiſſem. Dolet mihi, ꝙ tu non ſtomacharis, amantiſſimus tum tuorũ omniũ, tum etiam Ciceronis . Sed perſuade tibi de voluntate propria mea: nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter. Neq; enim impetrari poteſt, quin quale quicq; videatur ei, talem quiſq; de illo opinionem habeat. Vellem mihi ſcripſiſſes, quæ conditiones eſſent Atticę noſtræ. Potuiſſem tibi aliquid de meo ſenſu perſcribere. Valetudinẽ Porcię meæ tibi curæ eſſe non miror. Deniq; quod petis, faciã libenter. nam etiam ſorores me rogãt, & hominẽ noro, & quid ſibi voluerit. Vale.

## M.T.CICERO M.BRVTO S.

CVm ſępe te literis hortatus eſſem, vt q̃primum reipublicæ ſubuenires, in Italiamq; exercitum adduceres, neq; id arbitrarer dubitare tuos neceſſarios, rogatus ſum a prudẽtiſſima, & diligẽtiſſima fœmina matre tua, cuius omnes curę ad te referuntur, & in te cõſumũtur, vt venirẽ ad ſe ad . VIII. Calend. Sextilis, quod ego (vt debui) ſine mora feci. Cum autem veniſſem, Caſca aderat, & Labeo, & Scaptius: at ille retulit, quæſiuitq; quidnam mihi videretur, accerſeremus ne te, atq; tibi id conducere putaremus, an tardare, & cõmorari te melius eſſet: reſpondi id quod ſentiebam, & dignitati, & exiſtimationi tuæ maxime conducere, te primo quoq; tempore ferre pręſidium labenti & inclinatę reipublicę. Quid eñ abeſſe cenſes mali in eo bello, in quo victores exercitus fugientem hoſtem perſequi noluerunt ? & in quo incolumis Imperator honoribus ampliſſimis, fortuniſq; maximis, coniuge, liberis, vobis affinibus ornatus, bellũ reipublicę indixerit ? Quid dicam in tanto Senatus populiq; conſenſu, cum tantum reſideat intra muros mali? Maximo autem, cum hæc ſcribebam, afficiebar dolore: ꝙ cum me pro adoleſcentulo, ac pene puero reſpublica accepiſſet vadem, vix videbar, quod promiſerã, pręſtare poſſe. Eſt autem grauior & difficilior animi & ſentẽtiæ, maximis pręſertim in rebus, pro altero, q̃ pecuniæ obligatio. Hæc eñ ſolui poteſt, & eſt rei familiaris iactura

videlicet ꝑ me ſtat, quia illi non obſtitero, nolim tñ ſic viuere, qui. ſ. Cicero poteſt ſup. viuere ſupplex & obnoxius, alteri vitã ſuã debẽs, & ita quaſi ſeruituti addictus, vel viuat Cicero q. i. quomodo poteſt, etiam addictus ſeruituti ſupplex & obnoxius puero, ſi ſup. eum nõ pudet neq; ætatis iã tranſactę: turpe enim eſt omni ætati propter viuẽdi cupiditatem turpiter agere. Iuxta illud Satyricũ. Summũ crede nefas animã ꝑferre pudori. Et propter vitã viuẽdi perdere cauſas: quę ſunt honeſte & bene agere, quia finis virtutum eſt bona operatio: tñ maxime ſenectę, cui parũ reliquũ eſt vitę. vnde ille interrogatus a tyrãno quis ipſum tã audacẽ fecerit: ſenecta inquit, neq; pudet hominem qui oẽs magiſtratꝰ etiã ſuo anno geſſit: turpiſſimũ aũt eſt tantis honoribus functũ propter vitã producẽdam turpe quippiã cõmittere, vt ſeruire tyrãno, neq; pudet rerũ geſtarũ, præcipue in Conſulatu, in quo Catilinã & eius cõiurationem oppreſſit. Nõ minus autẽ turpe ꝑſertim ſeni a claris facinoribus ſuis degenerare, vnde propter conſtantiã vitę ſeruãdã cenſuit Catoni Viticẽſi ſibi mortẽ conſciſcẽdo moriẽdũ fuiſſe. Diligi ab Octauio: ſubaudit ſe aut ipm. Porcię meæ, ſup. vxoris.

Argumentũ. XVIII.

PIVS.

CICERO ſubiratus tarditati Bruti rogat, orat, precatur, vt exercitum adducat in Italiam. Seruilię ſe conſilium dediſſe vt accelearet, vt labenti patriæ adeſſet. cũ pręſertim defecerit Lepidus, & Octauiꝰ nutet, pro quo Octauio Ciceronẽ Reſp. vadẽ acceperat. Tamen ſperat ſe eum poſſe tenere q̃uis multis ad deprauandum paratis. Deplorat inopiam rei pecuniariæ. Infinitos ſumptus impendere queritur. Liberorum Lepidi nepotum Bruti ait cauſam egiſſe in Senatu inſtructiſſime, ac feliciſſime.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Quemadmodũ ſoluas) Quomodo ſoluere poteris? Perſtringi) Hebetari, caligare aciem etiam aquilinam cogant. Centeſima) Genus vectigalis maximi. De centeſima diximus in Epiſt. ad Atticũ. Dũ ſcriberes) Dũ ſignificat vt. Sermo Ciceroni familiaris. Arbitror) Legendũ, arbitrer.

Finis Annotationum Epiſtolarũ ad M. Brutũ per Ioã. Baptiſtam Pium Bononienſem.

ASCENſius

ASCENſius. Fugiẽtem hoſtem) Antoniũ. Imperator) Lepidus. Vix videbar pręſtare poſſe) ergo cũ hęc ſcriberet ſe adhuc pręſtaturũ ſperabat, quod tamen nequaq̃ pręſtitit, quia Octauius non ſolũ patrię libertati obſtitit: ſed Ciceronẽ ipſum quẽ patrẽ cõpellauerat, proſcribi paſſus eſt. Eſt autem grauior) Bene agnoſcit & definit grauitatẽ rei, ſed male cauit eam. Qq̃ & hũc vt ſpero) bene dicit vt ſpero, quia nõ tenuit eũ, niſi ſpe, idq; ad modicũ temporis. Maximus nod⁹).i. maxima difficultas: trãſlatio a rebus nodoſis quę difficulter diſſoluũtur. Vel a nodo Gordiano quẽ cũ Alexander arte ſoluere diffideret, vi.i. gladio ſoluit. Niſi me fallit).ſ. opinio, aut iudicium. Obdureſcunt).i. duriores ad reipublicæ ſuppetias ferendas fiunt. Cauſam puerorum) Liberorum Lepidi ex ſorore Bruti.

tolerabilis, reipublicæ quod ſpoponderis quemadmodũ ſoluas, niſi is dependi facile patitur: pro quo ſpoponderis? Qq̃ & hunc (vt ſpero) tenebo multis repugnantibus. Videtur enim in eo eſſe bona indoles: ſed flexibilis ætas, multiq; ad deprauandum parati, qui ſplendore falſi honoris obiecto, aciẽ boni ingenii perſtringi poſſe confidunt. Itaq; ad reliquos hic quoq; labor mihi acceſſit, vt omneis adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam ſubeam temeritatis: q̃q̃ quæ temeritas eſt? magis enim illum, pro quo ſpopondi, q̃ me obligaui. Nec vero pœnitere poteſt rempublicã me pro eo ſpopondiſſe: qui fuit in rebus gerẽdis tum ſuo ingenio, tum mea promiſſione conſtantior. Maximus autem (niſi me forte fallit) in republica nodus eſt inopia rei pecuniariæ. Obdureſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, quod ex centeſima collatum impudenti cenſu locupletum in duarum legionum præmiis omne conſumitur. Impendent autem infiniti ſumptus tum in hos exercitus, quibus nũc defendimur: tum vero in tuũ. Nam Caſſius noſter videtur poſſe ſatis ornatus venire. Sed & hęc & multa alia coram cupio, idq; q̃primũ. De ſororis tuæ filiis non expectaui Brute dum ſcriberes. Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integrã tibi cauſam reſeruant. Sed ego a principio, dũ diuinare de belli diuturnitate poſſem, ita cauſam egi puerorũ in Senatu, vt te arbitrer e matris literis potuiſſe cognoſcere. Nec vero vlla res erit vnq̃, in qua ego non vel vitæ periculo ea dicam, eaq; faciam, quæ te velle, quęq; ad te pertinere arbitror. Vale. VI. Calendarum Sextilis.

FINIS.

Hæc hactenus in Epiſtolas M.T. Ciceronis ad T. Pomp. Atticum, & ad M. Brutũ: in cæteras eiuſdẽ epiſtolas iam reponimus commentarios propedim emittendos. Vale lector bone & profice.

Sub prelo Aſcenſiano ad. X. Calen. Octob. Anno. M.D.XXXI.
Cum Gratia & Priuilegio in fronte explicatis.

P. T. L.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

87/02684

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf